Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

8.08

M. FABII

QVINTILIANI INSTITVTIONVM ORATORIARVM LIBRI DVODECIM.

*

Summa diligentia ad fidem uetustissimorum codicum recogniti, ac restituti. Cum rerum uerborumq; Indice locupletissimo.

Declamationum Liber eiusdem.

VIRTVTE DVCE, COMITE FORTVNA.

APVD SEB. GRYPHIVM LVGDVNI, 1549.

quæ ...ore ra- ...causis cor- ...ruptæ

11.025

Universidad de Deusto
Biblioteca

M. FABII QVINTILIANI VITA.

MARCVS Fabius Quintilianus Romæ natus est: quibus consulibus, aut quo imperante Cæsare, non legi. Verißima coniectura adducor, ut fidem libris temporum non habeam, ubi legitur, Quintilianus Calagura urbe Hiſpaniæ oriundus. Nam M. Valerius Martialis Calaguritani agri alumnus, cum Iberos memoria dignos ſuis epigrammatibus inſerat, nullam de Quintiliano mentionem facit, ſed eum ſeparatim cum ueneratione nominat,

Quintiliane uagæ moderator ſumme iuuentæ,
Gloria Romanæ Quintiliane togæ.

Et ipſe dicit, ſe, cum eſſet adoleſcentulus, cognouiſſe Domitium Afrum, & Senecam: qui ambo ſub Nerone periere. Seneca in libro ſexto Diuiſionum, Quintiliani declamatoris meminit, cuius adhuc extant multæ declamationes acutæ & breues, ſtylo aliquantulùm remißiore. Is auus fuit M. Fabij Quintiliani, qui Romæ multis annis rhetoricen cum ſumma laude docuit. Et ipſe rurſus Quintilianus mentionem facit patris, qui cauſſidicus fuit apud principem. Neque notitia, neque gratia caruit. Domitiani enim Cæſaris nepotum cura ei delegata fuit. Diſciplinæ eius caſtigatißimæ pleniſſimum teſtimonium Caius Cælius affert: qui ſub tali præceptore tantum profecit, ut ſui temporis oratores facilè ſuperauerit. Duxit uxorem ex nobili familia, ex qua liberos ſuſcepit: quæ acerbißima fatorum ſorte in primo iuuentutis flore rapta fuit. Alterum ex liberis, quum librum de cauſſis corrup-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ruptæ eloquentiæ edidisset, amisit: postea cum rhetorices libros scriberet, Marcellum unicum parentis lumen ac solatium rogo dedit, testis & ipse infelix senex suarum lacrymarum. Eius filiola ex alia (ut credo) uxore, Tutilij equitis Romani filia, genita, nupsit Notio Celeri, uiro claro. Quo tempore decesserit, affirmare non audeo, quoniam is qui tradit, fide caret.

EX ANGELI POLITIANI PRAEFATIONE IN M. FAB. QVINTILIANI INSTITVTIONES ORATORIAS.

*

QVINTILIANVM *uerò non nos quidem illum Ciceroni prætulerimus, sed has certè eius oratorias institutiones Rhetoricis Ciceronis libris pleniores uberioresq; esse existimamus: nempe quæ ab ipsa quasi infantia, atq; ipsis incunabulis instituendum oratorem susceperint, summamq; eius eloquentiæ manum imposuerint. Itaque ne ipse quidem Cicero satis, quæ de arte oratoria scripserit, probasse omnia uidetur. Nam & Rhetoricos libellos, in ijs qui de Oratore sint, haud usquequaque sequitur, & rudes inchoatosq; adolescenti sibi excidisse è manibus affirmat, & ab his ipsis de Oratore in alio ad Brutum libro idemtidem desciscit: neq; in hoc quoq;, quem extremum absoluerit, ulla de arte præcepta ponit, sed oratorem quasi ipsum informat, & quod dicendi sit optimum genus, decernit. Ergo ut Philoso-*

Philosophi nostri non, cum in primis Aristotelem sequantur, statim illum Platoni anteponunt: ita nos quòd Quintilianum quàm Ciceronem interpretari maluimus, non quidem Ciceronis sacrosanctam illam gloriam detrectauimus, sed ad Ciceronem festinantibus uobis egregiè consuluimus. Hæc igitur & de Quintiliano nostra ratio fuerit. Sed neque inusitatas uias indagamus, cum ueterum libros authorum in manus sumpserimus, qui tamen si minus in usum consuetudinem'que hominum aliquot iam antè seculis non uenerunt, non tam ipsorum culpa, quàm fortunæ ac temporum iniuria effectum est. Quid enim nunc attinet superiorum calamitatem temporum memoria repetere? quod sine summo dolore facere uix piè possumus, quibus insignes illi, atque immortalitate dignissimi scriptores, partim à Barbaris cæsi, fœde'que laniati sunt, partim ab his ipsis ad nostrorum usque parentum memoriam uelut in carcerem coniecti, atque in compedibus habiti, uix tandem aliquando, sicut erant semilaceri atque truncі, multum'que à seipsis immutati, suam hanc in patriam reuerterunt. Perquàm igitur inhumanum facinus à nobis fieret, si de nobis, de'que maioribus nostris optimè meritos insigneis hos uiros, dudum depositæ capitis diminutione, iure postliminij ciuitatem repetentes, non uel quamlubentissimè agnoscamus, atque in ipsam, quæ his maximè debet, latinitatem, suam in Rempublicam, suum in ordinem, atque adeò intra priuatos parietes nostros, intra nostrum sinum benignè admiserimus. Quod quidem si me nunc primum authore adipiscentur, cur mihi tandem id uitio uertatur, aut cur non summa potius gratia ab omnibus habeatur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd quasi mea priuata pecunia publicum omnium æs alienum dissoluere non dubitarim? Postremò ne illud quidem magnifecerim, quòd horum scriptorum seculo corrupta iam fuisse eloquentia obijciatur. nam si rectius inspexerimus, non tam corruptam atque deprauatam illam, quàm dicendi mutatum genus intelligemus. Neque autem statim deterius dixerimus, quod diuersum sit. maior certè cultus in secundis est, crebrior uoluptas, multæ sententiæ, multi flores, nulli sensus tardi, nulla iners structura, omnino que non tantum sani, quin & fortes sunt omnes, & leti, & alacres, & pleni sanguinis atque coloris. Quapropter ut plurima summis illis sine ulla controuersia tribuerimus, ita priora in his aliqua, multo que potiora existere iure contenderimus. Itaque cum maximum sit uitium, unum tandem aliquem solumq; imitari uelle, haud ab re profectò facimus, si non minus hos nobis, quàm illos proponimus, si quæ ad nostrum usum faciunt, undique elicimus, atq; (ut est apud Lucretium)

Floriferis ut apes in saltibus omnia libant,
Omnia nos itidem depascimur aurea dicta.

Atque hoc profectò est, quòd cum diu Marcus Cicero Atticis illis limatis & emunctis oratoribus operam dedisset, post illa tamen & Rhodijs & Asiaticis oratoribus aures commodauit: quorum lenti illi quidem, atque remissi: ij uerò inflati, uani, atque iactantes: utriq; uerò minores Atticis, quasi que ab ijs degenerantes existimarentur. Itaque egregiè nobilis pictor, qui cum interrogaretur quonam in primis magistro profecisset, illo, inquit, populum intuens. & rectè id quidem. Nam cum nihil in natura hominum sit ab omni parte beatum, plurium bon-

bona ante oculos ponenda, ut aliud ex alio hæreat: & quod cuique conueniat, aptandum est. Est autem Quintiliano propositum, oratorem cum instituere, qualem fuisse neminem memoriæ sit proditum: qui & moribus perfectus, & omni scientia, omni que dicendi faculate sit absolutus. quapropter qui tantæ uoli sit destinatus, cum recens natum, quasi de matris gremio suum in sinum continuò accipit, nihil que sibi reliqui facit, quod quidem ad educandum, erudiendum, informandum que illum pertinere intelligat: nunquàm à se antè dimissurus, quàm cum uiuendi, sciendi, dicendi que omnibus numeris perfectum atque absolutum, plane que oratorem summum singularemq; reddiderit. Atque ad hunc unum terminũ, omnes non suas modò, sed omnium, ut quique probatissimi forent, ueterum scriptorum sententias, omniaq; præcepta quasi sagittas in scopum rectissimè collineat. Ac de intentione hactenus. Vtilitas autem tanta in his uoluminibus existit, quantam uix fortasse in unius alterius ue ex omni Græcorum Latinorumq; copia inueneritis.

Marcus Fab. Quintil. ex Hispanæ oppido Calaguriæ, maximè propter obsessum in eo Sertorium insigni, Nerone imperante, à Galba (qui & ipse deinde imperator fuit) Romam adolescens admodum perductus est. Patre autem, quantum colligimus, cum erudito uiro, tum in Reipublicæ suæ administratione honestissimè uersato, usus est. Ipse cum in ea tempora incidisset, quibus & Annæus Seneca, & Iulius Africanus, & Vibius Crispus, & Tracallus, & Afer Domitius, aliaq; Romanum forum præclarissima ingenia illustrarent: Domitium in primis senem iam colendum sibi assectandum que proposuit, hominem cum omnium eius

Universidad de Deusto
Biblioteca

ætatis oratorum eminentißimum, tum præcipua quadam facetiarum atque urbanitatis laude memorandum. neque illius solùm actiones, uerùm & domesticos sermones diligentißimè omnes obseruauit. Amauit etiam familiarißimè æqualem suum Iulium Secundum, miræ facundiæ miræ'que gratiæ uirum: cui tametsi properata mors iniuriam fecit, magnum tamen sic quoque inter laudata ingenia sibi locum uindicat. Cum uerò & probatißimis moribus, & summa ingenij ui, & acerrimo studio Quintilianus esset, prima statim iuuenta celebrare forum, atque in summis patronorum numerari occœpit: ad eam'que uirtutis & ingenij commendationem repentè peruenit, ut non solùm maximæ quæque ad illum caussæ deferrentur, sed & notarij qui eius dicentis uerba exciperent, uulgò à studiosis hominibus conducerentur. Quoties uerò cum alijs agebat, omnium non solùm concessu, sed & consensu, ferè ab ipso ponendæ caussæ initium exigebatur. Primam uerò actionem iuuenili quadam cupiditate gloriæ ductus, eam emisit, quæ Nævij Arpiniani caussam continebat, in qua quæsitum fuerat, præcipitata'ne esset ab illo uxor, an se ipsa sua sponte iecisset. Inter cæteras autem quas egit caussas Quintilianus, duæ in primis insignes habentur: altera, quam pro regina Berenice apud eam dixit: altera, qua ream tuebatur quæ subiecisse dicebatur mariti testamentum, & chirographum marito expirante hæredibus dedisse: quod uerũ erat. Nam quia per leges institui uxor non poterat hæres, id fuerat actum, ut ad eam bona per hoc tacitum fideicommissum peruenirent. Et caput quidem quæri facile erat, si hoc diceret palàm, sed peribat hæreditas. Ita ergo figuratè caussam egit,

egit, ut iudices illud intelligerent factum, delatores autem non possent apprehendere ut dictum: idq; cum maxima Quintiliani laude utrunque contigit. Verum præter ingenium, quod in illo fuit eminentißimum, tantam etiam uim concipiendarum imaginum, quas phantasias uocant, habuisse accepimus, ut frequenter ita motus sit, ut non solùm lacrymæ illum, sed & pallor & uero similis dolor deprehenderent. Sed cum diu iam in foro tanto successu tantaq; gloria uersatus foret, ut inde non ingenteis modò opes, sed & Romanam ciuitatem, omniaq; nobilitatis iura consequutus esset, & iam maximus (ut Iuuenalis inquit) orator haberetur, honestißimum sibi agendi caussas finem statuens dum adhuc desideraretur, receptui cecinit, suamq; mox operam uir proculdubio hominum caussa natus, ad præcipiendi munus transferre coactus est. Quo loco adnotandum nobis est primum omnium, Quintilianum Romæ publicum iuuentutis gymnasium, & è fisco eximium stipendium accepisse: multiq; ex eius ludo quasi ex equo Troiano literarum proceres extiterunt, inter quos & Plinius ille iunior fuit, qui etiam in epistolis Quintilianum præceptorem suum libentißimè agnoscit: & Iuuenalem item fuisse (ut quidam arbitrantur) maximè uerisimile est, qui de illo his uerbis honorificè mentionem facit, —Vnde igitur tot

Quintilianus habet saltus? exempla nouorum
Fatorum transi: felix & pulcher, & acer,
Felix & sapiens, & nobilis, & generosus,
Appositam nigræ lunam subtexit alutæ.
Felix orator quoq; maximus, & iaculator.
Et si perfrixit, cantat bene.

Erat autem in eo præter cætera adeò exprompta fide-

 lisq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

lisq; memoria, ut quæ ex tempore aliquando dixisset, ad uerbum etiam repetita redderet: cuius rei sæpissime periculum fecit, siquando interuentus aliquorum qui hunc honorem mererentur, iterare declamationis partem coëgisset. Postquam uerò in erudiendis iuuenibus uiginti annos tanta sua gloria tantaq; iuuentutis Romanæ utilitate posuit, ut ab ingeniosissimo Latinorum epigrammatum poëta, & uagæ iuuentutis moderator, & Romanæ togæ gloria uerè meruerit appellari: etiam hunc laborem deprecatus, studijs aliquando suis quietem impetrauit: atque ut non solùm ætatis suæ hominibus, sed & posteris quoque consuleret, totum illud ocium ad hos de oratoria institutione libros componendos transtulit: quorum cum tertium iam in manibus uolumen haberet, Domitianus Augustus curam illi sororis suæ nepotum delegauit. Vxorem prætorij uiri filiã, omnes quæ in fœminam cadunt laudes (ut ipse inquit) supergressam, cum nondum ætatis undeuigesimum explesset annum, duos enixam filios, amisit. Quorum alterum quintum iam annum egressum, miræ gratiæ, iucunditatis, ingenijq; puerum, defleuit extinctum. Alter autem sui nomen parentis referens, iamq; ætatis decimum egressus annum, omnibus etiam quas uix illa capiat ætas, corporis animiq; laudibus cumulatus, & consulari nuper adoptione ad omnium spes honorum prius admotus, atque auunculo prætori gener destinatus, & omnium spe sacris eloquentiæ candidatus, cum octo mensium ualetudinem perpessus esset, infelici parenti hos ipsos etiam in pueri usum elucubranti libros, alterum orbitatis uulnus inflixit, atque hunc suum casum in horum librorum sexto uir pius, sed omnium suorum superstes, miserabiliter, delamentatur. Hos autem qui nunc in manibus nostris

stris libri uersantur, Victorio Marcello quum summa sibi amicitia coniuncto, tum eximio studiorum amore flagranti, dicauit: de quibus, id quod de Carthagine Sallustius ait, silere satius puto, quàm pauca dicere. Ferebantur autem & alij duo sub Quintiliani nomine libri artis rhetoricæ, neque editi, ut ipse inquit, à se, neque in hoc comparati. Nam alterum sermone per biduum habito, pueri quibus id præstabatur, exceperant: alterum pluribus sanè diebus, quantum notando consequi potuerant, interceptum, boni iuuenes temerario editionis honore uulgauerant. Hos deinde composuit, in quibus eadem sunt aliqua, multa mutata, plurima adiecta. Fuit enim in homine, ut in nullo unquam, ingenuus quidam animus. Itaque omnia in his libris sedulò præcipit, & omisso interdum speciosiore styli genere, ad utilitatem se discentium summittit: omniaq; in ijs quæ secutus ipse est, quæ partim præceptis, partim ratione cognouerit usurpata, sine ulla dissimulatione promit. Sed neque ueterem prorsusque uulgatam opinionem suam damnare ipse in his libris est ueritus, neque in tanta re homo candidissimus conscius esse sibi dissimulanti in ulla parte iudicij sui sustinuit. Præter hos autem, & unum librum de causis corruptæ eloquentiæ, & alterum item, qui nunc quoque extat, declamationum composuit. Miro autem candore ueterum ingenia uirtutesq; omnium indicauit. Senecam tantùm damnare, inuisumq; habere est creditus: quod accidisse sibi ipse scribit, dum corruptum & omnibus uitijs deprauatum dicendi genus reuocare ad seueriora iudicia contendit. Nam cum solus ferè Seneca in manibus adolescentium foret, non quidem ipsum omnino conabatur excutere, sed potioribus præferri non sinebat. Hactenus mihi de Quintiliano comperta sunt.

M. FAB.

M. FAB. QVINTILIANVS TRYPHONI BIBLIOPOLAE SALVTEM.

EFFLAGITASTI quotidiano conuicio, ut libros quos ad Marcellum meum de institutione oratoria scripseram, iam emittere inciperem: nam ipse eos nondum opinabar satis maturuisse: quibus componendis (ut scis) paulo plus quàm biennium, tot alioqui negotijs districtus, impendi: quod tempus non tam stylo, quàm inquisitioni instituti operis prope infiniti, & legendis authoribus, qui sunt innumerabiles, datum est. Vsus deinde Horatij consilio, qui in arte poëtica suadet ne præcipitetur editio, nonumq; prematur in annum, dabam ijs otium, ut refrigerato inuentionis amore, diligentius repetitos tanquam lector perpenderem. Sed si tantopere efflagitantur, quàm tu affirmas, permittamus uela uentis, & oram soluentibus bene precemur. Multum autem in tua quoque fide ac diligentia positum est, ut in manus hominum quamemendatissimi ueniant.

M. FAB. QVINTILIANI IN ORATORIAE INSTITVTIONIS LIBROS XII. AD MARCELLVM VICTORIVM PROOEMIVM.

POST impetratam studijs meis quietem, quæ per uiginti annos erudiendis iuuenibus impenderam, cum à me quidam familiariter postularent, ut aliquid de ratione dicendi componerem, diu sum equidē reluctatus: quòd authores utriusque linguæ clarissimos non ignorabam multa quæ ad hoc opus pertinerent, diligentissimè scripta posteris reliquisse. Sed qua ego ex caussa faciliorem mihi ueniam meæ deprecationis arbitrabar fore, hac accendebantur illi magis: quòd inter diuersas opiniones priorum, & quasdam etiam inter se contrarias, difficilis esset electio: ut mihi si non inueniendi noua, at certè iudicandi de ueteribus, iniungere laborem non iniustè uiderentur. Quamuis autem non tam me uinceret præstandi quod exigebatur fiducia, quàm negandi uerecundia: latius se tamen aperiente materia, plus quàm imponebatur oneris, sponte suscepi: simul ut pleniori obsequio demererer amantissimos mei: simul ne uulgarem uiam ingressus, alienis demum uestigijs insisterem. Nam cæteri ferè qui artem orandi literis tradiderunt, ita sunt exorsi, quasi perfectis omni alio genere doctrinæ, summam

mam in eloquentia manum imponerent: siue contemnentes tanquam parua, quæ prius discimus studia: siue non ad suum pertinere officium opinati, quando diuisæ professionum uices essent: seu, quod proximum uero, nullam ingenij sperantes gratiam circa res etiamsi necessarias, procul tamen ab ostentatione positas: ut operum fastigia spectantur, latent fundamenta. Ego cùm nihil existimem arti oratoriæ alienum, sine quo oratorem non posse fieri fatendũ est: nec ad ullius rei summam, nisi præcedentibus initijs peruenirì: ad minora illa, sed quæ si negligas, non sit maioribus locus, demittere me non recusabo: nec aliter, quàm si mihi tradatur educandus orator, studia eius formare ab infantia incipiam. Quod opus Marcelle Victori tibi dicamus: quem cum amicißimum nobis, tum eximio literarum amore flagrantem, non propter hæc modò (quanquam sunt magna) dignißimum hoc mutuæ inter nos charitatis pignore iudicabamus, sed quòd erudiendo nato tuo, cuius prima ætas manifestum iter ad ingenij lumen ostendit, non inutiles fore libri uidebantur, quos ab ipsis discendi uelut incunabulis, per omnes, quæ modò aliquid oratori futuro conferant artes, ad summam eius operis perducere destinabamus. Atque eò magis, quòd duo iam sub nomine meo libri ferebantur artis Rhetoricæ, neque editi à me, neque in hoc comparati. Nanq; alterum, sermone per biduum habito, pueri quibus id præstabatur, exceperant: alterum pluribus sanè diebus, quantum notando consequi potuerant, interceptum, boni iuuenes, sed nimium amantes mei, temerario editionis honore uulgauerant. Quare in his quoq; libris erunt eadem aliqua, multa mutata, plurima adiecta, omnia uerò cõpositiora, & quàm nos poterimus elaborata. Oratorem autem instituimus illum perfectum

fectum, qui esse nisi uir bonus non potest. Ideoq; non dicendi modò eximiam in eo facultatem, sed omnes animi uirtutes exigimus. Neq; enim hoc concesserim, rationem rectæ honestæq; uitæ (ut quidam putauerunt) ad philosophos relegandam: cùm uir ille uerè ciuilis, & publicarum priuatarumq; rerum administrationi accommodatus, qui regere consilijs urbes, fundare legibus, emendare iudicijs possit, non alius sit profectò quàm orator. Quare tametsi me fateor usurum quibusdam quæ philosophorum libris continentur, tamen ea iure uereq; contenderim esse operis nostri, proprieq; ad artem oratoriam pertinere. An si frequentißimè de iustitia, fortitudine, temperantia, cæterisq; similibus sit disserendum, & adeò, ut uix ulla possit causa reperiri, in quam non aliqua quæstio ex his incidat, eaq; omnia inuentione atq; elocutione sint explicanda, dubitabitur, ubicunq; uis ingenij & copia dicendi postulatur, ibi partes oratoris esse præcipuas? Fuerunt q; hæc, ut Cicero apertißimè colligit, quemadmodum iuncta natura, sic officio quoq; copulata, ut iidem sapientes atq; eloquentes haberentur. Scidit deinde se studium, atque inertia factum est ut artes esse plures uiderentur. Nam ut primũ lingua esse cœpit in quæstu, institutumq; eloquentiæ bonis malè uti, curam morum qui diserti habebantur, reliquerunt. Ea uerò destituta, infirmioribus ingenijs uelut prædæ fuit. Inde quidam contempto bene dicendi labore, ad formandos animos, statuendasq; uitæ leges regressi, partem quidem potiorem, si diuidi posset, retinuerunt: nomen tamen sibi insolentißimum arrogauerunt, ut soli sapientiæ studiosi uocarentur: quod neq; summi imperatores, neq; in consilijs rerum maximarum, ac totius administratione Reipublicæ præclarißimè uersati, sibi unquam uendicare sunt ausi. Facere

Lib. 3. de Oratore.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cere enim optima quàm promittere maluerunt. Ac ueterum quidem sapientiæ professorum multos & honesta præcepisse,& ut præceperunt, etiam uixisse facilè concesserim:nostris uerò temporibus sub hoc nomine maxima in plerisq; uitia latuerunt. Non enim uirtute ac studijs ut haberentur philosophi,laborabant,sed uultum,& tristitiam, & dissentientem à cæteris habitum peßimis moribus prætendebant. Nunc autem quæ uelut propria philosophiæ asseruntur,paßim tractamus omnes. Quis enim non de iusto,æquo ac bono,modò non uir peßimus, loquitur? Quis nõ etiam rusticorum aliqua de caußis naturalibus quærit? Nam uerborum proprietas ac differẽtia, omnibus qui sermonem curæ habent,debet esse communis. Sed ea & sciet optimè & eloquetur orator:qui si fuisset aliquando perfectus,non à philosophorũ scholis uirtutis præcepta peterentur:nunc necesse est ad eos aliquando authores recurrere, qui desertam,ut dixi, partem oratoriæ artis,meliorẽ præsertim, occupauerunt, & ueluti nostrum reposcere: non ut nos illorũ utamur inuentis, sed ut illos alienis usos esse doceamus. Sit igitur orator uir talis,qualis uerè sapiẽs appellari poßit:nec moribus modò perfectus (nam id meæ quidem opinione,quanquam sint qui dissentiãt,satis nõ est) sed etiã scientia,& omni facultate dicẽdi:qualis adhuc fortaße nemo fuerit. Sed non ideo minus nobis ad summã tendendũ est,quod fecerũt pleriq; uterũ:qui etsi nondũ quenquam sapientẽ repertũ putabãt, præcepta tamen sapientiæ tradiderũt. Nã est certè aliquid cõsummata eloquẽtia,neq; ad eã peruenire natura humani ingenij prohibet: quod si non contingat, altius tamen ibunt qui ad summa nitentur, quàm qui præsumpta desperatione quò uelint euadendi, protinus circa ima subsititerint. Quo magis impetrãda erit

uenia

uenia,si ne minora quidẽ illa,uerùm operi quod instituimus, necessaria, præteribo. Nam liber primus ea quæ sunt ante officiũ rhetoris,cõtinebit. Secundò,prima apud rhetorẽ elementa,& quæ de ipsa rhetoricæ substãtia quæriũtur,tractabimus. Quinq; deinceps inuẽtioni, (nam & huic dispositio subiungitur) quatuor elocutioni, (in cuius partẽ memoria ac pronũciatio uenĩt) dabĩtur. Vnus accedet,in quo nobis orator ipse informãdus est,ut qui mores eius,quæ in suscipiẽdis, discẽdis,agẽdis causis ratio,quod eloquẽtiæ genus,quis agendi debeat esse finis,quæ post finẽ studia,quãtũ nostra ualebit infirmitas, disseramus. His omnibus admiscebitur, ut quisq; locus postulabit,dicẽdi ratio:quæ nõ eorũ modò scientia,quibus solis quidã nomẽ artis dederũt,studiosos instruat, & (ut sic dixerim) ius ipsum rhetorices interpretetur:sed alere facundiã,uires augere eloquẽtiæ poßit. Nã plerunq; nudæ illæ artes,nimia subtilitatis affectatione frãgũt atq; cõcidũt quicquid est in oratione generosius,& omnẽ succũ ingenij bibũt, & ossa detegũt:quæ ut esse, et adstringi neruis suis debẽt,sic corpore operiẽda sunt. Ideoq; nos nõ particulã illã,sicut pleriq;,sed quicquid utile ad instituẽdũ oratorẽ putabamus,in hos duodecim libros cõtulimus,breuiter omnia demonstrãdo. Nã si quãtũ de quaq; re dici potest,prosequamur,finis operis nõ reperietur. Illud tamẽ in primis testãdum est,nihil præcepta atq; artes ualere,nisi adiuuante natura. Quapropter ei cui decerit ingeniũ,non magis hæc scripta sunt,q̃ de agrorũ cultu sterilibus terris. Sunt & alia ingenita quædã adiumẽta, uox, latus patiẽs laboris,ualetudo,cõstantia, decor:quæ si modica obtigerũt,possunt ratione ampliari:sed nõnunquã ita desunt, ut bona etiã ingenij studijq; corrũpant:sicut & hæc ipsa sine doctore perito,studio pertinaci,scribẽdi,legendi, dicendi multa & continua exercitatione,per se nihil prosunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quid circa primam pueri institutionem prouidendum sit: & quemadmodum prima elementa tradenda sint. CAPVT I.

AGITVR nato filio, pater spē de illo primùm quàm optimam capiat: ita diligētior à principijs fiet. Falsa enim est querela, paucissimis hominibus uim percipiēdi quæ tradantur, esse concessam: plerosq; uerò laborē ac tēpora tarditate ingenij perdere. Nam cōtrà plures reperias & ficiles in excogitādo, & ad discēdum prōptos. quippe id est homini naturale: ac sicut aues ad uolatū, equi ad cursum, ad sæuitiā feræ gignūtur: ita nobis propria est mētis agitatio atq; solertia: unde origo animi cæleſtis creditur. Hebetes uerò & indociles nō magis secundum naturam hominis edūtur, quàm prodigiosa corpora, & mōstris insignia: sed hi pauci admodū. fuerit argumentū. quòd in pueris elucet spes plurimorū: quæ cum emoritur ætate, manifestū est nō naturā defecisse. sed curā. Præstat tamē ingenio alius aliū: cōcedo: sed ut plus efficiat, aut minus: nemo tamē reperitur, qui sit studio nihil cōsecutus. Hoc qui peruiderit, protinus ut erit parēs factus, acrem quāmaxime curā spei futuri oratoris impendat.

Ante omnia, ne sit uitiosus sermo nutricibus: quas, si fieri posset, sapiētes Chrysippus optauit: certè quantū res pateretur, optimas eligi uoluit. Et morū qdē in his haud dubiè prior ratio est: rectè tamē etiā loquantur. Has primùm audiet puer, harū uerba effingere imitando conabitur. Et natura tenacissimi sumus eorū quæ rudibus annis percipimus: ut sapor quo noua imbuas, durat: nec lanarum colores quibus simplex ille candor mutatus est, elui possunt. Et hæc ipsa magis pertinaciter hærent quæ deteriora sunt. Nā bona facilè mutantur in peius: nūc quādo in bonū uerteris uitia? Nō assuescat ergo, ne dum

dum infans quidē est, sermoni qui ediscēdus sit. In parētibus uerò quamplurimum esse eruditionis optauerim. Verùm nec de patribus tātùm loquor. nā Gracchorū eloquētiæ multum cōtulisse accepimus Corneliā matrem, cuius doctissimus sermo in posteros quoq; est epistolis traditus: & Lælij filia reddidisse in loquēdo paternā eloquentiā dicitur: & Quinti Hortēsij filiæ oratio apud Triūuiros habita, legitur nō tantū in sexus honorē. Nec tamē ij quibus discere ipsis nō cōtingit, minorē curā docēdi liberos habeāt: sed sint ꝓpter hoc ipsum ad cætera magis diligētes. De pueris inter quos educabitur ille huic spei destinatus, idē quod de nutricibus dictum sit. Cicero in Bruto, & Val. lib. 8. cit. 3.

De pædagogis hoc amplius, ut aut sint eruditi planè, quā primā esse curam uelim: aut se non esse eruditos sciant. Nihil enim peius est ijs, qui paulū aliquid ultra primas literas progressi, falsam sibi scientiæ persuasionē induerūt. Nā & cedere præcipiēdi peritis indignātur, & uelut iure quodā potestatis, quo fere hoc hominū genus intumescit, imperiosi atq; interim sæuientes, stultitiā suā perdocent. Nec minus error eorū nocet moribus. Siquidē Leonides Alexādri pædagogus, ut à Babylonio Diogene traditur, quibusdā cū uitijs imbuit, quæ robustū quoq; & iam maximū regē ab illa institutione puerili sunt prosecuta. Sicui multa uideor exigere, cogitet oratorē institui, rem arduā: etiā cum ei formādo nihil defuerit, præterea plura ac difficiliora supereſſe. Nā & studio perpetuo, & præstātissimis præceptoribus, & pluribus discipli nis opus est. Quapropter præcipienda sunt optima: quæ si quis grauabitur, nō rationi defuerit, sed homini. Si tamē non cōtinget quales maximè uelim, habere nutrices, pueros, pædagogos: at unus certè sit assiduus diecēdi nō imperitus: qui siqua crūt ab his præsente alumno dicta uitiosè, corrigat protinus, nec insidere illi sinat: dum tamen intelligatur, id quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

prius dixi, bonum esse: hoc, remedium. A sermone Græco puerum incipere malo: quia Latinus, qui pluribus in usu est, uel nobis nolentibus se perbibet: simul quia disciplinis quoq; Græcis prius instituẽdus est, unde & nostræ fluxerũt. Non tamẽ hoc adeò superstitiose uelim fieri, ut diu tantũ loquatur græcè, aut discat, sicut plerisq; moris est. hinc enim accidunt & oris plurima uitia in peregrinũ sonũ corrupti, & sermonis, cui cum græcæ figuræ assidua consuetudine hæserint, in diuersa quoq; loquẽdi ratione pertinacissimè durãt. Nõ lõgè itaq; Latina subsequi debẽt, & citò pariter ire. Ita fiet, ut quũ æquali cura linguã utrãq; tueri cœperimus, neutra alteri officiat. Quidã literis instituẽdos, qui minores septem annis essent, nõ putauerũt, quòd illa prima ætas & intellectũ disciplinarũ capere, & laborẽ pati nõ possit. In qua sentẽtia Hesiodũ esse plurimi tradũt, qui ante Grãmaticũ Aristophanẽ fuerũt. nam is primus ἔπωθύμας, in quo libro scriptũ hoc inuenitur, negauit esse huius poẽtæ. Sed alij quoq; authores, inter quos Eratosthenes, idem præceperũt. Melius autẽ, qui nullũ tẽpus uacare cura uolũt, ut Chrysippus. nam is quãuis nutricibus triennii dederit, tamẽ ab illis quoq; iam informandam quãoptimis institutis mentẽ infantiũ iudicat. Cur autem nõ pertineat ad literas ætas, quæ ad mores iã pertinet? Neq; ignoro, toto illo de quo loquor tẽpore uix tantũ effici, quantum cõferre unus postea possit annus: sed tamẽ mihi, qui hoc senserũt, uidentur nõ tam discentibus in hac parte, quàm docentibus peperciss̃e. Quid melius alioqui faciẽt, ex quo loqui poterũt? Faciãt enim aliquid necesse est. Aut cur hoc, quantulumcunq; est, usq; ad septẽ annos lucrum fastidiamus? Nam certè quãlibet parum sit quod contulerit ætas prior, maiora tamen aliqua discet puer eò ipso anno, quo minora didicisset. Hoc per singulos annos prorogatum, in summam proficit:

ficit: & quantum in infantia præsumptum est tẽporis, adolescẽtiæ acquiritur. Idem etiam de sequentibus annis præceptum sit: ne quod cuiq; discendum est, serò discere incipiat. Non ergo perdamus primum statim tempus: atq; eo minus, quòd initia literarum sola memoria constant: quæ non modò iam est in paruis, sed tum etiam tenacissima est. Nec sum adeò ætatum imprudens, ut instandum teneris protinus acerbè putem, exigẽdamq; plenam operã. Nam id in primis cauere oportebit, ne studia qui amare nõdum potest, oderit, & amaritudinem semel præceptam, etiã ultra rudes annos reformidet. Lusus hic sit: & rogetur, et laudetur: & nõnunquã scisse se gaudeat. aliquãdo ipso nolẽte doceatur alius, cui inuideat. cõtendat interim, & sæpius uincere se putet. præmijs etiam, quæ capit illa ætas, euocetur. Parua docemus instituẽdum oratorem professi: sed est sua etiam studijs infantia: & ut corporũ mox etiam fortissimorũ educatio à lacte cunisq; initium ducit, ita futurus eloquentissimus edidit aliquãdo uagitum, & loqui primùm incerta uoce tentauit, & hæsit circa formas literarum. Nec si quid discere satis nõ est, ideò necesse non est. Quòd si nemo reprehẽdit patrem qui hæc non negligenda in suo filio putet, cur improbetur siquis ea quæ domi suæ rectè faceret, in publicum promit? Atque eo magis, quòd minora etiam facilius minores percipiunt: & ut corpora ad quosdam membrorũ flexus formari nisi tenera non possunt, sic animos quoq; ad pleraq; duriores robur ipsum facit. An Philippus Macedonum rex Alexandro filio suo prima literarum elementa tradi ab Aristotele summo eius ætatis philosopho uoluisset, aut ille suscepisset hoc officium, si non studiorũ initia à perfectissimo quoq; tractari, pertinere ad summam credidisset? Fingamus igitur Alexandrum dari nobis impositum gremio, dignum tanta cura infantem (quanquam

Universidad de Deusto
Biblioteca

suus cuiq; dignus est) pudeat'ne me in ipsis statim elementis etiã breuia docẽdi monstrare compendia? Neq; enim mihi illud saltem placet, quod fieri in plurimis uideo, ut literarum nomina & cõtextum prius quàm formas paruuli discãt. Obstat hoc agnitioni earũ, nõ intẽdentibus mox animũ ad ipsos ductus, dum antecedentem memoriam sequũtur. Quæ caussa est præcipientibus, ut etiam cum satis affixisse eas pueris recto illo quo primum scribi solẽt cõtextu uidentur, retroagãt rursus, & uaria permutatione perturbent, donec literas, qui instituũtur, facie norint, nõ ordine. Quapropter optimè, sicut hominum, pariter & habitus & nomina edocebuntur. Sed quod in literis obest, in syllabis nõ nocebit. Non excludo autem, id quod est notum, irritandæ ad discendum infantiæ gratia, eburneas etiam literarum formas in lusum offerre, uel si quid aliud, quo magis illa ætas gaudeat, inueniri potest, quod tractare, intueri, nominare, iucũdum sit. Cum uerò iam ductus sequi cœperit, non inutile erit eas tabellæ quamoptimè insculpi, ut per illos uelut sulcos ducatur stylus. Nã neq; errabit quemadmodum in ceris (cõtinebitur enim utrinq; marginibus) neq; extra præscriptum poterit egredi: & celerius ac sæpius sequẽdo certa uestigia, firmabit articulos: neq; egebit adiutorio manum suam manu superimpositæ regẽtis. Non est aliena res, quæ ferè ab honestis negligi solet, cura bene ac uelociter scribẽdi. Nam cum sit in studijs præcipuum, quoq; solo uerus ille profectus, et altis radicibus nixus paretur, scribere: tardior stylus cogitationem moratur, rudis & confusus intellectu caret: unde sequitur alter dictãdi quæ ex his trãsferenda sunt, labor. Quare cum semper & ubiq;, tum præcipuè in epistolis secretis et familiaribus delectabit ne hoc quidem neglectum reliquisse.

De syllabis.

Syllabis nullum compẽdium est: perdiscendæ omnes: nec, ut fit plerunque, difficillima quæque

carum

carum differenda: ut in omnibus scribendis deprehẽdantur. Quinimò ne primæ quidem memoriæ temerè credẽdum: repetere, & diu inculcare, fuerit utilius: & in lectione quoq; non properare ad continuandam eam uel accelerandam: nisi cum inoffensa atq; indubitata literarum inter se coniunctio suppeditare sine ulla cogitandi saltem mora poterit: tũc ipsis syllabis uerba complecti, & his sermonem connectere incipiat. Incredibile est quantum moræ lectioni festinatione adijciatur. Hinc enim accidit dubitatio, intermissio, repetitio, plus quàm possunt audentibus: deinde cum errarunt, etiam ijs quæ iam sciunt, diffidentibus. Certa sit ergo in primis lectio, deinde coniuncta, & diu lentior, donec exercitatione contingat emendata uelocitas. Nam prospicere in dextrum (quod omnes præcipiunt) & prouidere, non rationis modò, sed usus quoq; est: quoniam sequentia intuenti, priora dicenda sunt, & (quod difficillimum est) diuidenda intentio animi, ut aliud uoce, aliud oculis agatur. Illud non pœnitebit curasse, cum scribere nomina puer (quemadmodum moris est) cœperit, ne hanc operam in uocabulis uulgaribus & fortè occurrentibus perdat. Protinus enim potest interpretationem linguæ secretioris, quas græci γλώσσας uocant, dum aliud agitur, edisceré, & inter prima elementa consequi rem postea proprium tempus desideraturam. Et quoniam adhuc circa res tenues moramur: ij quoq; uersus qui ad imitationem scribendi proponentur, non otiosas uelim sententias habeant, sed honestum aliquid monentes. Prosequitur hæc memoria in senectutem: & impressa animo rudi, usque ad mores proficiet. Etiam dicta clarorum uirorum, & electos ex poëtis maximè (nanque eorum paruis cognitio gratior est) locos ediscere inter lusum licet. Nam & maximè necessaria est oratori (sicut suo loco dicam) memoria:

Aristoteles lib. de poet. & Fest. Pop.

Lib. II. cap. 2.

moria: & ea præcipuè firmatur atq; alitur exercitatione: & in ijs de quibus nunc loquimur ætatibus, quæ nihildum ipsæ ex se generare queunt, propè sola est quæ iuuare curam docentium possit. Non alienum fuerit exigere ab his ætatibus, quò sit absolutius os, & expressior sermo, ut nomina quædã uersuq; affectatæ difficultatis ex pluribus asperrimè coëuntibus inter se syllabis catenatos, & uelut confragosos, quam citatissimè uoluant. χαλεπὸ græce uocantur. res modica dictu: quæ tamẽ omissa, multa linguæ uitia, nisi primis eximuntur annis, inemendabili in posterum prauitate durantur.

Vtrum utilius domi, an in scholis eruditantur.

CAPVT II.

SEd nobis iam paulatim accrescere puer, & exire de gremio, ac discere seriò incipiat. Hoc igitur potissimùm loco tractanda quæstio est, utilius'ne sit domi atq; intra priuatos parietes studentẽ continere, an frequẽtiæ scholarũ & uelut publicis præceptoribus tradere. Quod quidem quũ ijs à quibus clarissimarũ ciuitatũ mores sunt instituti, tum eminẽtissimis authoribus uideo placuisse. Nõ est tamẽ dissimulandũ, esse nõnullos qui ab hoc propè publico more priuata quadã persuasione dissentiãt. Hi duas præcipuè rationes sequi uidẽtur: Vnam, quòd moribus magis consulant fugiendo turbã hominũ eius ætatis, quæ sit ad uitia maximè prona: unde causas turpium factorum sæpe extitisse utinam falsò iactaretur. Alterã, q. quisquis futurus est ille præceptor, liberalius tẽpora sua impensurus uni uidetur, quàm si eadẽ in plures partiatur. Prior causa prorsus grauis. Nã si studijs quidem scholas prodesse, moribus autẽ nocere cõstaret, potior mihi ratio uidẽdi honestè, quàm uel optimè dicẽdi uideretur. Sed mea qdẽ sentẽtia, tũcta ista atq; indiscreta sunt. Neq; enim esse oratorẽ nisi bonũ uirũ iudico: & fieri etiam si posset, nolo. de hac re igitur

igitur prius. Corrumpi mores in scholis putant: nam & corrumpũtur interim: sed domi quoq;: & sunt multa eius rei exempla, tam læsæ hercle quàm conseruatæ sanctissimè utrobiq; opinionis. Natura cuiusque totum curaq; distat. Da mentem ad peiora facilem, da negligentiam formandi custodiendiq; in ætate prima pudoris: non minorem flagitijs occasionem secreta præbuerint. nam & esse potest turpis domesticus ille præceptor: nec tutior inter seruos malos, quàm ingenuos parum modestos, conuersatio est. At si bona ipsius indoles, si non cæca ac sopita parentum socordia est: & præceptorem eligere sanctissimum quenq;, (cuius rei præcipua prudentibus cura est) & disciplinam quæ maximè seuera fuerit, licet: & nihilominus amicum grauem utrum, aut fidelem libertum lateri filij sui adiungere: cuius assiduus comitatus etiam illos meliores faciat, qui timebũtur. Facile erat huius metus remedium. Vtinam liberorum nostrorũ mores non ipsi perderemus. Infantiam statim delicijs soluimus. Mollis illa educatio, quam indulgentiam uocamus, neruos omnes & mentis & corporis frangit. Quid non adultus concupiscet, qui in purpuris repit? Nondũ prima uerba exprimit, & iam coccum intelligit, iam conchylium poscit. Antè palatum eorum quàm os instituimus. In lecticis crescunt. si terram attigerint, è manibus utrinque sustinentium pendent. Gaudemus siquid licentius dixerint. Verba ne Alexandrinis quidem permittenda delicijs, risu & osculo excipimus. Nec mirum: nos docuimus, ex nobis audierunt: nostras amicas, nostros concubinos uident, Omne conuiuũ obscœnis canticis strepit: pudenda dictu spectantur. Fit ex his consuetudo, deinde natura. Discunt hæc miseri antè quàm sciãt uitia esse. inde soluti ac fluentes, non accipiũt è scholis mala ista, sed in scholas afferunt. Verùm in studijs magis uacabit unus

uni. Ante omnia nihil prohibet esse istum nescio quem unũ, etiam cum eo qui in scholis eruditur. Sed etiam si iungi utrunque non posset, lumen tamen illud cõuentus honestissimi, tenebris ac solitudini prætulissem. Nam optimus quisq; præceptor frequentia gaudet, ac maiore se theatro dignũ putat.

At uerò minores ex conscientia suæ infirmitatis hærere singulis, & officio fungi quodam modo pædagogorum non indignantur. Sed præstet alicui uel gratia, uel amicitia, uel pecunia, ut doctissimum atque incomparabilem magistrum domi habeat: num tamen ille totum in uno diem consumpturus est? aut potest esse ulla tam perpetua discentis intentio, quæ non ut uisus oculorum, obtutu continuo fatigetur? cum præsertim multo plus secreti temporis studia desiderent. Neq; enim ediscenti, scribenti, & cogitanti præceptor assistit: quorum aliquid agentibus, cuiuscunque interuentus impedimento est. Lectio quoq; non omnis nec semper præeunte uel interpretante eget. Quando enim tot authorum notitia contingeret? Ergo modicum tempus est, quo in totum diẽ uelut opus ordinetur. Ideoq; per plures ire possunt etiam quæ singulis tradenda sunt. Pleraq; uerò hanc conditionem habẽt, ut eadem uoce ad omnes simul perferantur. Taceo de partitionibus & declamationibus Rhetorum: quibus certè quantuscunq; numerus adhibeatur, tamen unusquisq; totũ feret. Nõ enim uox illa præceptoris, ut cœna, minus pluribus sufficit: sed ut sol, uniuersis idẽ lucis caloriscq; largitur. Grãmaticus quoque de ratione loquendi si differat, quæstiones explicet, historias exponat, poëmata enarret: tot illa discent, quot audient. Atenim emẽdationi prælectioniq; numerus obstat. Sit incõmodũ (nã quid ferè undiq; placet?) mox illud cõparabimus cõmodis. Nec ego tamẽ eò mitti puerum uolo, ubi negligatur. Sed neq; præceptor bonus maiore se turba, quàm

Partitionibꝰ, ideſt, materiis diuiſis diſcipulis quæ dicuntur κατὰ μέρος.

quàm ut sustinere eã possit, onerauerit: & in primis ea habenda cura est, ut is omnino fiat nobis familiariter amicus: nec officiũ in docendo spectet, sed affectũ. ita nunquã errimus in turba. Nec sanè quisquã literis saltẽ leuiter imbutus, eum in quo studiũ ingeniũq; perspexerit, nõ in suã quoq; gloriam peculiariter fouebit. Sed ut fugiendæ sint magnæ scholæ (cui ne ipse quidẽ rei assentior) si ad aliquẽ meritò concurritur: nõ tamen hoc eò ualet, ut fugiẽdæ sint omnino scholæ. Aliud est enim uiuere eas, aliud eligere. Et si refutauimus quæ cõtrà dicũtur, iam explicemus quid ipsi sequamur. Ante omnia futurus orator, cui in maxima celebritate, et in media Reip. luce uiuendũ est, assuescat iam à tenero non reformidare homines, neq; illa solitaria & uelut umbratili uita pallescere. Excitanda mens & attollenda semper est, quæ in huiusmodi secretis aut langueſcit, & quendã uelut in opaco situ ducit: aut contrà tumeſcit inani persuasione. Necesse est enim sibi nimiũ tribuat, qui se nemini cõparat. Deinde cũ proferenda sunt studia, caligat in sole, & omnia noua offendit: ut qui solus didicerit, quod inter multos faciendũ est. Mitto amicitias, quæ ad senectutẽ usq; firmissimæ durãt, religiosa quadã necessitudine imbutæ. Neq; enim est sanctius, sacris issdẽ quàm studijs initiari. Sensum ipsum qui cõmunis dicitur, ubi discet, cum se à cõgressu, qui nõ hominibus solùm, sed mutis quoq; animalibus naturalis est, segregarit? Adde, quòd domi ea sola discere potest, quæ ipsi præcipientur: in schola, etiã quæ alijs. Audiet multa quotidie probari, multa corrigi. proderit alicuius obiurgata desidia, proderit laudata industria: excitabitur laude æmulatio: turpe ducet cedere pari, pulchrũ superasse maiores. Accendũt omnia hæc animos: & licet ipsa uitiũ sit ambitio, frequẽter tamen causſa uirtutũ est. Nõ inutilem scio seruatũ esse à præceptoribus meis morẽ, qui cum pueros

pueros in classes distribuerãt, ordinem dicẽdi secundũ uires ingenij dabant: & ita superiore loco quisque declamabat, ut præcedere profectu uidebatur. Huius rei iudicia præbebantur, ea nobis ingens palmæ contentio, ducere uerò classem, multo pulcherrimũ. Nec de hoc semel decretũ erat: tricesimus dies reddebat victo certaminis potestatem. Ita nec superior successu curã remittebat, & dolor victũ ad depellendã ignominiã cõcitabat. Id nobis acriores ad studia dicẽdi faces subdidisse, quàm exhortationes docentiũ, pædagogorũ custodiam, uota parentũ, quantum animi mei coniectura colligere possum, contenderim. Sed sicut firmiores in literis profectus alit æmulatio, ita incipientibus, atq; adhuc teneris, cõdiscipulorum quàm præceptoris, iucundior, hoc ipso quòd facilior, imitatio est. Vix enim se primæ elementa ad spem tollere effingendæ quam summã putant eloquẽtiæ audebũt: proximæ amplectuntur magis: ut uites arboribus applicitæ, inferiores prius apprehendendo ramos, in cacumina euadunt. Quod adeò uerũ est, ut ipsius etiã magistri, si tamen ambitiosis utilia præferet, hoc opus sit, cũ adhuc rudia tractabit ingenia, non statim onerare infirmitatem discentium, sed temperare uires suas, & ad intellectum audientis descendere. Nam ut uasculã oris angusti superfusam humoris copiam respuunt, sensum autem influentibus uel etiã instillatis complentur: sic animi puerorũ quantũ excipere possint, uidendum est. Nam maiora intellectu uelut parũ aptos ad percipiendũ animos non subibunt. Vtile igitur est habere quos imitari primùm, mox uincere uelis. ita paulatim & superiorũ spes erit. His adijcio, præceptores ipsos nõ idẽ mentis ac spiritus in dicendo posse cõcipere singulis tantùm præsentibus, quod illa celebritate audientiũ instinctos. Maxima enim pars eloquentiæ constat animo. hũc affici, hunc concipere imagines rerũ, & transf

Ducere classem, id est, primum locum tenere.

Semel, id est, in perpetuũ.

Elemẽta pro elementariis, ut seruitia pro seruis.

formari quodãmodo ad naturã eorũ de quibus loquimur, necesse est. Is porrò quo generosior celsiorq; est, hoc maioribus uelut organis cõmouetur: ideoq; & laude erescit, & impetu augetur, & aliquid magnũ agere gaudet. Est quædã tacita dedignatio, nim dicẽdi tantis cõparatã laboribus, ad unũ auditorẽ demittere. pudet supra modũ sermonis attolli. Et sanè cõcipiat quis mente uel declamantis habitum, uel orantis uocem, incessum, pronunciationem, illum deniq; animi & corporis motum, sudorem, ut alia præteream, & fatigationem, audiente uno, non'ne quiddam pati furori simile uideatur? Non esset in rebus humanis eloquentia, si tantùm cum singulis loqueremur.

Qua ratione puerorum ingenia dignoscantur, & quo modo tractanda sint. Cap. III.

TRadito sibi puero, docendi peritus ingeniũ eius in primis, naturamq; perspiciat. Ingenij signũ in paruis præcipuũ, memoria est. Eius duplex uirtus, facilè percipere, & fideliter cõtinere. Proximũ, imitatio: nam id quoq; est docilis naturæ: sic tamen, ut ea quæ discit, effingat, non habitũ fortè & incessum, & si quid in peius notabile est. Non dabit mihi spem bonæ indolis, qui hoc imitandi studio petet, ut rideatur. Nam probus quoq; in primis erit ille uere ingeniosus: alioquì non peius duxerim tardi esse ingenij, quàm mali. Probus autẽ ab illo segni & iacente plurimũ aberit. Hic meus, quæ tradentur, non difficulter accipiet: quædã etiã interrogabit: sequetur tamen magis quàm præcurret. Illud ingeniorũ uelut præcox genus, nõ temere unquã peruenit ad frugem. Hi sunt qui parua facilè faciunt: & audacia prouecti, quicquid illud possunt, statim ostendũt. Possunt autẽ id demũ quod in proximo est: uerba cõtinuant: hæc uultu interrito nulla tardati uerecũdia profrũt. nõ multũ præstant, sed citò. nõ subest uera

uera uis, nec penitus immißis radicibus nititur: ut quæ ſummo ſolo ſparſa ſunt ſemina, celerius ſe effundunt: & imitatæ ſpicas herbulæ, inanibus ariſtis ante meſſem flaueſcunt. Placent hæc annis comparata, deinde ſtat profectus, admiratio decreſcit. Hæc cũ animaduerterit, perſpiciat deinceps quonam modo tractandus ſit diſcentis animus. Sunt quidam, niſi inſtiteris, remißi: quidam imperia indignantur: quoſdã cõtinet metus, quoſdã debilitat, alios cõtinuatio extundit, in alijs plus impetus facit. Mihi ille detur puer, quem laus excitet, quem gloria iuuet, qui victus fleat. hic erit alendus ambitu, hunc mordebit obiurgatio, hunc honor excitabit. in hoc deſidiam nunquã uerebor. Danda eſt tamen omnibus aliqua remißio: nõ ſolùm quia nulla res eſt quæ perferre poßit continuum laborẽ: atq; ea quoq;, quæ ſenſu & anima carent, ut ſeruare uim ſuam poßint, uelut alterna quiete retenduntur: ſed quòd ſtudiũ diſcẽdi, uolũtate, quæ cogi nõ poteſt, conſtat. Itaq; & uirũ plus afferunt ad diſcendũ renouati ac recentes, & acriorẽ animũ, qui ferè neceßitatibus repugnat. Nec me offenderit luſus in pueris: eſt et hoc ſignũ alacritatis: neque illũ triſtem, ſemperq; demiſſum, ſperare poſſum erectæ circa ſtudia mentis fore, cum in hoc quoq; maximè naturali ætatibus illis impetu, iaceat. Modus tamen ſit remißionibus, ne aut odium ſtudiorũ faciant negatæ, aut ocij conſuetudinẽ nimiæ. Sunt etiã nonnulli acuendis puerorũ ingenijs nõ inutiles luſus, quũ poſitis inuicẽ cuiuſq; generis quæſtiũculis æmulantur. Mores quoq; ſe inter ludendũ ſimplicius detegũt: modò nulla uideatur ætas tam infirma, quæ nõ protinus quid rectũ prauũq; ſit, diſcat, tũ uel maximè formanda, cũ ſimulandi neſcia eſt, & præcipientibus facillimè cedit. Frangas enim citius quàm corrigas quæ in prauũ induruerũt. Protinus ergo nequid cupidè, nequid improbè, nequid impotenter faciat,

Retenduntur id eſt, laxãtur & recreantur.

faciet, monendus eſt puer, habendumq; in animo ſemper illud Virgilianum,

_Adeò in teneris conſueſcere multum eſt. Georgic. 2.

Cædi uero diſcẽtes, quãquã & receptũ ſit, et Chryſippus nõ improbet, minimè uelim: primũ, quia deforme atq; ſeruile eſt: et certè, quod cõuenit, ſi ætatẽ mutes, iniuria. deinde, quòd ſicui tũ eſt mẽs illiberalis, ut obiurgatione nõ corrigatur, is etiã ad plagas, ut peßima quæq; mãcipia, durabitur. poſtremò quòd ne opus quidẽ erit hac caſtigatione, ſi aßiduus ſtudiorũ exactor adſtiterit. Nũc ferè negligẽtia pædagogorum ſic emẽdari uidetur, ut pueri nõ facere quæ recta ſunt cogãtur, ſed cur nõ fecerint puniãtur. Deniq; cũ paruulũ uerberibus coẽgeris, quid iuueni facias, cui nec adhiberi poteſt hic metus, et maiora diſcẽda ſunt? Adde, quòd multa uapulãtibus dicta deformia, & mox uereundiæ futura, ſæpe dolore uel metu accidũt: q pudor refringit animũ, & abijcit, atq; ipſius lucis fugã et tædiũ dictat. Iã ſi minor in deligẽdis cuſtodũ et præceptorũ moribus fuit cura, pudet dicere in quæ probra nefandi homines iſto cædẽdi iure abutãtur, quã de alijs quoque nonnunquã occaſionẽ hic miſerorũ metus. Nõ morabor in parte hac, nimiũ eſt quod intelligitur. Quare hoc dixiſſe ſatis eſt, In ætatem infirmã, & iniuriæ obnoxiã, nemini debet nimiũ licere. Nũc quibus inſtituẽdus ſit artibus qui ſic formabitur, ut fieri poßit orator, & quæ in quaque ætate inchoanda, dicere ingrediar.

De Grammatica. CAP. IIII.

PRimus in eo qui legẽdi ſcribẽdiq; adeptus erit facultatẽ, grãmaticis eſt locus. Nec refert, de Græco, an de latino loquar: quanquã græcũ eſſe priorẽ placet. Vtriq; eadem uia eſt. Hæc igitur profeßio cũ breuiſſimè in duas partes diuidatur, rectè loquẽdi ſcientiã, & poëtarũ enarrationẽ: plus habet

bet in receſſu,quàm in frõte promittit. Nã & ſcribẽdi ratio cõiuncta cũ loquẽdo eſt,& enarrationẽ præcedit emendata lectio:& miſtũ his omnibus iudiciũ eſt:quo quidẽ ita ſeuerè ſunt uſi ueteres grãmatici, ut nõ uerſus modò cẽſoria quadã uirgula notare,& libros qui falsò uiderẽtur inſcripti,ꝑãquã ſubditicios ſummouere familia permiſerint ſibi:ſed authores alios in ordinẽ redegerũt, alios omnino exemerint numero.

Nec poetas legiſſe ſatis eſt:excutiendũ omne ſcriptorũ genus:nõ propter hiſtorias modò,ſed uerba,quæ frequẽter ius ab authoribus ſumunt. Tum nec citra muſicen grãmatice poteſt eſſe perfecta, cũ ei de metris rhythmiſq; dicendũ ſit. Nec ſi rationẽ ſyderũ ignoret,poẽtas intelligat: qui (ut alia mittam)toties ortu occaſuq; ſignorũ in declarãdis tẽporibus utuntur. Nec ignara philoſophiæ, cum propter plurimos in omnibus ferè carminibus locos ex intima quæſtionũ naturaliũ ſubtilitate repetitos,tũ uel propter Empedoclẽ in græcis, Varronẽ ac Lucretiũ in latinis:qui præcepta ſapiẽtiæ uerſibus tradiderũt. Eloquentia quoq; nõ mediocri eſt opus,ut de unaquaq; earũ quas demõſtrauimus rerũ,dicat propriè & copioſè. Quo minus ſunt ferẽdi, qui hãc artẽ ut tenuẽ ac ieiunã cauillãtur:quæ niſi oratori futuro fundamenta fideliter iecerit,quicquid ſuperſtruxeris,corruet: neceſſaria pueris, iucũda ſenibus:dulcis ſecretorũ comes:& quæ uel ſola omni ſtudiorum genere plus habet operis quàm oſtentationis.

Ne quis igitur tanquã parua faſtidiat grãmatices elemẽta:nõ quia magnæ ſit operæ, cõſonantes à uocalibus diſcernere,ipſaſq; eas in ſemiuocaliũ numerũ,mutarumq; partiri: ſed quia interiora uelut ſacri huius adeũtibus,apparebit multa rerũ ſubtilitas, quæ nõ modò acuere ingenia puerilia, ſed exercere altiſsimã quoq; eruditionẽ ac ſcientiã poſſit. An cuiuslibet auris eſt exigere literarũ ſonos? Nõ Hercule magis, quàm

quàm neruorum. At Grammatici ſaltem omnes in hanc deſcẽdent rerum tenuitatem, deſint'ne aliquæ nobis neceſſariæ literæ,non quum Græca ſcribimus (tum enim ab iiſdem duas mutuamur)ſed propriè in Latinis,ut in his,Seruus,& Vulgus, Acolicum digamma deſideratur. Et medius eſt quidam V & I literæ ſonus. Non enim ſic optimum dicimus,ut opimum. Et in Here,neq; E plane,neq; I auditur. An rurſus aliæ redundent, præter illam aſpirationis H:quæ ſi neceſſaria eſt,etiam contrariam ſibi poſcit,H. Et Q, quæ & ipſa quorundam nominum nota eſt. Et K, cuius ſimilis effectus ſpecieſq;, niſi quòd paulùm à noſtris obliquatur, Kappa apud Græcos:nũc tantum in numero manet. Et noſtrarum ultima X,qua tamen carere potuimus,ſi non quæſiſſemus. Atq; etiã in ipſis uocalibus Grammatici eſt uidere, an aliquas pro conſonantibus uſus acceperit, quia Iam ſicut Tam ſcribitur, & Quos ut Cos. Atq; ut uocales iungantur. aut enim unam longam faciunt,ut ueteres ſcripſere, qui geminatione earum utebantur, aut duas: niſi quis putat etiam ex tribus uocalibus ſyllabam fieri, quod nequit, ſi non aliquæ officio conſonantium fungantur. Quæret etiam hoc,quomodo duabus demum uocalibus in ſeipſas coëundi natura ſit, cum conſonantium coëat nulla,niſi alteram frangat. Atqui litera I ſibi inſidit. Conijcit enim eſt ab illo Iacit. Et V,quomodo nunc ſcribitur Vulgus & Seruus. Sciat etiam Ciceroni placuiſſe Aijo Maijamq; geminata I ſcribere. Quod ſi eſt,etiam iungetur ut conſonans. Quare diſcat puer,quid in literis proprium,quid com:nunc,quæ cum quibus cognatio: nec miretur cur ex Scamno fiat Scabellum,aut à pinna(quod eſt acutum)ſecuris utrinq; habens aciem, Bipennis:ne illorũ ſequatur errorem,qui quia à pennis duabus hoc eſſe nomen exiſtimant,pinnas auium dici uolunt. Neq; has modò nouerit mutationes,

Duas,y & z.

Nam in Optimo media breui plenũ ſonũ nõ habet,utin Opimo lõga.

In oratore.

tationes quas asserunt declinatio, aut præpositio, ut secat secuit, cadit excidit, cædit cecidit, calcat exculcat: et sic à lauãdo lo us, & inde rursus illotus, & mille alia: sed & quæ rectis quoq; casibus ætate transierũt. Nã ut Valesij & Fusij in Valerios Furiosq; uenerunt: ita arbos, labos, uapos etiã & clamos ac lases, ætatis fuerunt. Et hæc ipsa S litera ab his nominibus exclusa, in quibusdam ipsa alteri succesßit: nam mertare atq; pultare dicebant. Quin fœdũ fœdusq;, pro aspiratione, F, uel simili litera utẽtes: nam cõtrà Græci aspirare solẽt φ: ut pro Fundanio Cicero testẽ qui primã eius literã dicere nõ posset, irridet. Sed B quoq; in locum aliarũ decimus aliquãdo, unde Burrhus, & Bruges, & Balæna. Necnõ eadem fecit ex duello bellũ, unde Duellios quidã dicere Bellios ausi.

*Vau, uel fi.

Pyrrh*, Phryges, phalæna.

Quid sllocũ, sllutesq;? Quid T literæ cum D quædam cognatio? Quare minus mirũ si in uetustis operibus urbis nostræ, & celebribus tẽplis legãtur Alexanter & Cassantra. Quid O atq; V permutatæ inuicẽ? ut Hecoba & notrix, Culchides, & Pulyxena scriberẽtur: ac ne in Græcis id tantũ notetur, dederõt, ac probaueront. Sic ὀδυσεὺς, quem ὀδυσσέα fecerũt Aeoles, ad Vlyxem deductus est. Quid? nõ E quoq; I loco fuit? ut Menerua, & leber, & magester, & Disoue & Veioue, pro Dijoui & Veioui? *Sed mihi locũ signare satis est. Nõ enim doceo, sed admoneo doctures. Inde in syllabas cura transibit, de quibus in orthographia pauca annotabo. Tũ uidebit ad quẽ hoc pertinet, quot & quæ sint partes orationis: quãquã de numero parũ cõuenit. Veteres enim, quorũ fuerunt Aristoteles quoq; atq; Theodectes, uerba modò & nomina & cõiunctiones tradiderũt: uidelicet quòd in uerbis uim sermonis, in nominibus materiã (quia alterũ est quod loquimur, alterũ de quo loquimur) in cõiunctionibus autẽ cõplexũ eorũ esse iudicauerũt, quas cõiunctiones à pleriſq; dici

Pro Locũ. Liteſq; Sex. Põp. fragm. 19.

Gell. li. 5. c. x).

*al. Deioue uictore, nõ Deioui uictori.

scio,

scio, sed hæc uidetur ex συνηθείᾳ magis propria trãslatio.

Paulatim à philosophis, ac maximè Stoicis, auctus est numerus: ac primum cõiunctionibus articuli adiecti, pòst præpositiones, nominibus appellatio, deinde pronomẽ, deinde mistũ uerbo participiũ, ipsis uerbis aduerbia. Noster sermo articulos nõ desiderat, ideoq; in alias partes orationis spargũtur. Sed accedit superioribus interiectio. Alij tamẽ ex idoneis duntaxat authoribus octo partes secuti sunt, ut Aristarchus, & ætate nostra Palæmo, qui uocabulũ siue appellationẽ nomini subiecerunt tanquã species eius. At ij qui aliud nomen, aliud uocabulum faciunt, nouẽ. Nihilominus fuerũt qui ipsum adhuc uocabulum ab appellatione diducerent, ut esset uocabulum, corpus uisu tactuq; manifestum, domus, lectus: appellatio, cui uel alterũ deest, uel utrunq;, uẽtus, cœlum, deus, uirtus. Adijciebant & assẽuationẽ, ut heu: & attractionem, ut fascẽatim. quæ mihi nõ approbantur. Vocabulum, an appellatio dicenda sit προσηγορία, & subijcienda nomini, nec' ne, quia parui refert, liberũ opinaturis relinquo. Nomina declinare & uerba in primis pueri sciãt: neq; enim aliter peruenire ad intellectum sequentium possunt. quod etiam monere superuacuum fuerat, nisi ambitiosa festinatione pleriq; à posterioribus inciperent: & dum ostentare discipulos circa speciosiora malũt, compendio morarẽtur. At siquis & didicerit satis, & (quod non minus deesse interim solet) uoluerit docere quæ didicit, non erit contentus tradere in nominibus tria genera, & quæ sint duobus omnibus'ue communia. Nec statim diligentem putabo, qui promiscua, quæ & epicœna dicuntur, ostenderit, in quibus sexus uterq; per alterum apparet: aut quæ fœminina positione mares, aut neutrali fœminas significant, qualia sunt Muræna, & Glycerium. Scrutabitur mille præceptor acer atq; subtilis origines

*Allobros, Ciceros, Ruf. *ubi erit aliquid fecere.

nominũ, ut quæ ex habitu corporis* Cicerones, Rufos Longosq; fecerunt: (*nisi erit aliud secretius, Syllæ, Burrhi, Galbæ, Planci, Pansæ, Scauri, taliaq;) & ex casu nascentium: hinc Agrippa & Opiter & Cordus & Posthumus erunt. & ex ijs quæ post natos eueniunt, unde Vopiscus. Iam Cottæ, Scipiones, Lænates, Serani sunt: & ex uarijs causis. Gentes quoq; ac loca, & alia multa reperias inter nominum causas. In seruis iam intercidit illud genus quod ducebatur à domino, unde Marcipores, Publiporesq;. Quærat etiam, sit'ne apud Græcos uis quædam sexti casus, & apud nos quoq; septimi. Nam cum dico, hasta percussi, non utor ablatiui natura: nec si idem græcè dicam, datiui. Sed in uerbis quoq; quis est adeò imperitus, ut ignoret genera & qualitates & personas & numeros? Literarij penè ista sunt ludi, & triuialis scientiæ. Iam quosdam illa turbabunt, quæ declinationibus nõ tenentur. Nam & quædam participia, an uerbi appellationes sint, dubitari potest, quia aliud alio loco ualent, ut lectus, & sapiens. Quædam appellationibus similia, ut fraudator,

Aeneid.6. nutritor. Iam, Itur in antiquam syluam, non'ne propriæ cuiusdam rationis est? nam quod initium eius inuenias? cui simile Fletur accipimus: aliter ut,

In Andria.

Aeneid.10. Panditur interea domus omnipotentis olympi. Aliter ut,

Aegloga.1. —Totis Vsq; adeò turbatur agris.—

Est etiam quidam tertius modus, ut urbs habitatur: unde & campus curritur, mare nauigatur. Pransus quoq; atq; potus diuersum ualent quàm indicant. Quid quòd multa uerba nõ totum declinationis ordinem ferunt? Quædam etiam mutantur, ut fero in præterito. Quædam tertiæ demum personæ figura dicuntur, ut licet, piget. Quædam simile quiddam patiuntur uocabulis in aduerbium transeuntibus. Nam ut noctu & diu, ita dictu & factu. Sunt enim hæc quoq; uerba participialia

cipialia quidem, non tamen qualia dicto factoq;.

De uirtutibus & uitiis orationis. CAP. V.

Orationis uirtutes tres, & uitia totidem.

IAm cum omnis oratio tres habeat uirtutes, ut emẽdata, ut dilucida, ut ornata sit (quia dicere aptè, quod est præcipuum, pleriq; ornatui subijciunt) totidem uitia, quæ sunt supradictis contraria, emẽdatè loquendi regula, quæ grãmatices prior pars est, examinet. Hæc exigitur uerbis aut singulis, aut pluribus. Verba nunc generaliter accipi uolo: nam duplex eorum intellectus est: alter, qui omnia per quæ sermo nectitur, significat, ut apud Horatium:

Duplex uerborum intellectus.

Verbaq; promissam rem non inuita sequentur.

Alter, in quo est una pars orationis, lego, scribo. Quam uitantes ambiguitatem quidam dicere maluerunt, uoces, dictiones, locutiones. Singula sunt aut nostra, aut peregrina: aut simplicia, aut composita: aut propria, aut translata: aut usitata, aut ficta. Vni uerbo uitiũ sæpius quàm uirtus inest. Licet enim dicamus aliquid propriũ, speciosum, sublime, nihil tamẽ horũ nisi in cõplexu loquendi sertęq; cõtingit. Laudamus enim uerba bene rebus accõmodata: sola est quæ notari possit uelut uocalitas, quæ ἀλφωνία dicitur: cuius in eo delectus est, ut inter duo quæ idem significant, ac tantundem ualent, quod melius sonat, malis. Prima barbarismi ac solœcismi fœditas absit. Sed quia interim excusantur hæc uitia aut consuetudine, aut authoritate, aut uetustate, aut deniq; uicinitate uirtutũ (nam sæpe à figuris ea separare difficile est) ne quẽ tam lubrica obseruatio fallat, acriter se in illud tenue & serimẽ grãmaticus intendat, de quo nos latius ibi loquemur, ubi de figuris orationis tractandũ erit. Interim uitiũ quod fit in singulis uerbis, sit barbarismus. Occurrat mihi fortasse aliquis, quid hic promisso tãti operis digniẽ? aut quis hoc nescit, alios barbarismos scribendo fieri, alios loquendo? quia quod

Lib. 9. cap. 1. Alluſio ad illud in arte. Quid dignũ tãto feret hic promissor hiatu?

Universidad de Deusto
Biblioteca

male etiã dici neceſſe eſt: quæ uitioſe dixeris, nõ utiq; & ſcripto peccãt. Illud prius adiectione, detractione, immutatione, trãſmutatione: hoc ſecundũ, diuiſione, cõplexione, aſpiratione, ſono cõtineri? Sed ut parua ſint hæc, pueri docẽtur adhuc: & grãmaticos officij ſui cõmonemus. Ex quibus ſi quis erit planè impolitus, & ueſtibulũ modò artis huius ingreſſus, intra hæc quæ profitentiũ cõmentariolis uulgata ſunt, cõſiſtet: doctiores multa adijcient: uel hoc primùm, quòd barbariſmũ pluribus modis accipimus. Vnũ gẽte, quale ſit ſiquis Afrũ uel Hiſpanũ Latinæ orationi nomen inſerat: ut ferrum quo rotæ uinciũtur, dici ſolet canthus, quanquã eo tanquã recepto utitur Perſius: ſicut Catullus ploxenũ circa Padum inuenit: & in oratione Labieni, ſiue illa Cornelij Galli eſt, in Pollionem, caſnar aſſectator è Gallia ductũ eſt. nam maſtrucã, quod Sardum eſt, illudẽs Cicero ex induſtria dixit. Alterũ genus barbariſmi accipimus, quod ſit animi natura, ut is à quo inſolenter quid aut minaciter aut crudeliter dictũ ſit, barbarè locutus exiſtimetur. Tertiũ eſt illud uitiũ barbariſmi, cuius exempla uulgò ſunt plurima, ſibi etiã quiſq; fingere poteſt, ut uerbo cui libebit adijciat literã ſyllabam ue, uel detrahat, aut aliã pro alia, aut candẽ alio quàm rectũ eſt loco ponat. Sed quidã ferè in iactationẽ eruditionis ſumere illa ex Poëtis ſolent: & authores quos prælegunt, criminantur. Scire autem debet puer, hæc apud ſcriptores carminũ aut uenia digna, aut etiã laude ducì: potiusq; illa docẽdi cauſa minus uulgata. nam duos in uno nomine faciebat barbariſmos Tinea Placẽtinus (ſi reprehẽdenti Hortẽſio credimus) preculã pro pergulã dicẽs: & immutatione, cũ c pro g uteretur: & trãſmutatione, cum r præponeret e antecedenti. At in eadem uitij geminatione Metieo Suffẽtico dicẽs Ennius, poëtico iure defenditur. Sed in proſa quoq; iam eſt quædã recepta immutatio. Nã Cicero

Satyra 9. Ad Aemiliũ.

Pro Scauro, & de prouincijs conſularibus.

Ex Cicerone in Bruto.

Canop

Canopitarũ exercitũ dicit, ipſi Canobõ uocãt: & Tharſomenũ pro Thraſumeno multi authores, etiã ſi eſt in eo trãſmutatio, uendicauerũt: ſimiliter alia. nã ſiue eſt falſum* aſſentior, Siſenna dixit aſſentio, multiq; & hũc & analogiã ſecuti. ſiue illud uerũ eſt, hæc quoq; pars cõſenſu defenditur. At ille pexus pinguiſq; doctor, aut illic detractionẽ, aut hic adiectionẽ putabit. Quid quòd quædã quæ ſingula proculdubio uitioſa ſunt, iũcta ſine reprehẽſione dicũtur? Nam & dua & tre et pondo, diuerſorũ generũ ſunt barbariſmi: at duapõdo & trepondo, uſq; ad noſtrã ætatẽ ab omnibus dictum eſt, & rectè dici Meſſala cõfirmat. Abſurdũ forſan uideatur dicere, barbariſmũ, quod eſt unius uerbi uitiũ. fieri per numeros, aut genera, ſicut ſolœciſmum: ſcala tamẽ & ſcopa, cõtraq; hordea & mulſa,* licet literarum mutationẽ, detractionẽ, adiectionem nõ habeant, nõ alio uitioſa ſunt, quàm quòd pluralia ſingulariter, & ſingularia pluraliter efferuntur: & gladia qui dixerũt, genere exciderunt. Sed hoc quoq; notare contentus ſum, ne arti culpa quorundã peruicacium perplexæ, uidear & ipſe quæſtionẽ addidiſſe. Plus exigunt ſubtilitatis quæ accidunt in dicẽdo uitia, quia exempla eorum tradi ſcripto non poſſunt, niſi cũ in uerſus inciderũt, ut _* διαίρεσις Europaï. & ei cõtrariũ uitiũ, quod συναίρεσιν et συναλοιφὴν Græci uocant, nos cõplexionẽ dicimus, qualis eſt apud P. Varronẽ:

*muſta.

*Diuiſio.

Cum te flagranti deiectum fulmine Phæthon.

Nam ſi eſſet proſa oratio, eaſdem literas enunciare ueris ſyllabis licebat. Præterea quæ fiunt ſpacio, ſiue cum ſyllaba correpta producitur, ut,

Italiam fato profugus_ Aeneid. 1.

Seu longa corripitur, ut, Vnius ob noxam & furias_ Ibidem.

extra carmen non deprehendas: ſed nec in carmine uitia ducenda ſunt. Illa uerò non niſi aure exiguntur, quæ fiunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

per ſonos: quanquã per aſpirationẽ, ſiue adijcitur uitioſe, ſiue detrahitur, apud nos poteſt quæri an in ſcripto ſit uitiũ, ſi H litera eſt, non nota: cuius quidem ratio mutata cum tẽporibus eſt ſæpius. Parciſſimè ea ueteres uſi etiam in uocalibus, cum

*reſeruatum. obſeruatum. Cic. in Orat.

œdos treosq; dicebant. Diu deinde* ſeruatum ne conſonantibus aſpiraretur, ut in Græcis, & triumpis. Erupit breui tempore nimius uſus, ut choronæ, chenturiones, præchones adhuc quibuſdam inſcriptionibus maneãt. qua de re Catulli nobile epigrãma eſt. Inde durat ad nos uſq; uehemẽter, & com

De Arrio, Vide Politi. c. 19. miſcell.

prehendere, & mihi: nam mehe quoq; pro me* apud antiquos Tragœdiarũ præcipuè ſcriptores in ueteribus libris inuenimus. Adhuc difficilior obſeruatio eſt per tenores, quos quidem ab antiquis dictos tonores comperi, ut uidelicet declinato à Græcis uerbo, qui τόνος dicunt: uel accẽtus, quas Græci προσῳδίας uocant: cum acuta & grauis alia pro alia ponitur, ut in hoc Cámillus, ſi acuitur prima. Aut grauis pro flexa, ut Cẽthegus, & hic prima acuta: nam ſic media mutatur. Aut flexa pro graui, ut apice circunducta ſequẽte, quã ex duabus ſyllabis in unam cogẽtes, & deinde flectentes, dupliciter peccant, ſed id ſæpius in Græcis nominibus accidit:

*mee.

A'treus.

ut Atreũs: quem nobis iuuenibus doctiſſimi ſenes acuta prima dicere ſolebant, ut neceſſariò ſecunda grauis eſſet. Item

Tèrei. Nèrei.

Tereã, Nereãq;. Hæc de accentibus tradita. Cæterùm iam ſcio quoſdam eruditos, nonnullos etiam grãmaticos ſic docere ac loqui, ut propter quædam uocum diſcrimina, uerbum interim acuto ſono finiant, ut in illis:

Aeneid. 4.

—Quæ circum littora, circum
Piſcoſos ſcopulos...

ne ſi grauem poſuerint ſecundam, circus dici uideatur, non circuitus. Item quantum, quale, interrogantes, graui: comparantes, acuto tenore concludunt: quod tamẽ in aduerbijs ferè ſolis ac pronominibus uindicant, in cæteris ueterem legem

ſequuntur.

ſequuntur. Mihi uidetur conditionem mutare, quòd his locis uerba coniungimus. Nam cum dico, circum littora, tanquam unum enuncio, diſſimulata diſtinctione: itaq; tanquam in una uoce, una eſt acuta: quod idem accidit in illo,

—Troiæ qui primus ab oris. Aeneid. 1.

Euenit ut metri quoq; condtio mutet accentum: ut,

—Pecudes, pictæq; uolucres. Nam uolucres media acuta legam: quia etſi natura breuis, tamen poſitione longa eſt, ne faciat iambum, quem non recipit uerſus heroicus. Separata uerò hæc, à præcepto noſtro non recedent: aut ſi conſuetudo uicerit, uetus lex ſermonis abolebitur: cuius difficilior apud Græcos obſeruatio eſt, (quia plura illis loquendi genera, quas διαλέκτους uocant: & quod aliàs uitioſum, interim aliàs rectũ eſt) apud nos uerò rectiſſima ratio, ac etiam breuiſſima. Nanq; in omni uoce, acuta intra numerũ trium ſyllabarum continetur, ſiue hæ ſint in uerbo ſolæ, ſiue ultimæ: & in his aut proxima extremæ, aut ab ea tertia. Trium porrò de quibus loquor, media longa, aut acuta aut flexa erit: eodem loco breuis, utiq; grauem habebit ſonum: ideoq; poſitam ante ſe, id eſt ab ultima tertiam, acuet. Eſt autem in omni uoce utiq; acuta, ſed nunquã plus una: nec ultima unquã: ideoq; in diſſyllabis prior. Præterea nunquã in eadẽ, flexa & acuta, quoniã eadem flexa ex acuta. itaq; neutra claudet uocem latinam. Ea uerò quæ ſunt ſyllabæ unius, erunt acuta aut flexa, ne ſit aliqua uox ſine acuta. Et illa per ſonos accidunt, quæ demonſtrari ſcripto non poſſunt, uitia oris & linguæ: ἰωτακισμὸς & λαμβδακισμὸς, ἰσχνότητας & πλατασμὸς, feliciores fingendis nominibus Græci uocant: ſicut κοιλοφωνίαν, cum uox quaſi in receſſu oris auditur.* Sunt etiã proprij quidã & ineuitabiles ſoni, quibus nõnunquã nationes reprehẽdimus. Remotis igitur omnibus quæ ſuprà diximus

*diuiditur

Universidad de Deusto
Biblioteca

ximus uitijs, erit illa quæ uocatur ὀρθόπεια, id est emendata cum suauitate uocum explanatio. nam sic accipi potest recta.

Cætera uitia omnia ex pluribus uocibus sunt quorũ est Solœcismus: quãquã circa hoc quoq; disputatũ est. nam etiã qui contextu uel cõplexu orationis accidere eũ cõfitentur, quia tamen unius emendatione uerbi corrigi possit, in uerbo esse uitium, non in sermone contendunt: cũ siue amaræ corticis, seu medio cortice, per genus facit solœcismũ. quorũ neutrum quidem reprehendo, cũ sit utriusq; Vergilius author. Sed fingamus utrumlibet non rectè dictũ: mutatio uocis alterius in qua uitiũ erat, rectã loquẽdi rationẽ sic reddit, ut amari corticis fiat, uel media cortice. quod manifestæ calũniæ est: neutrum enim uitiosum separatũ est, sed cõpositione peccatur, quæ iam sermonis est. Illud eruditius quæritur, an in singulis quoq; uerbis possit fieri solœcismus: ut si unũ quis ad se uocans, dicat, Venite. aut si plures à se dimittens, ita loquatur, Abi. aut, Discede. Necnon cum responsum ab interrogatione dissentit, ut si dicenti, Quẽ uideo? ita occurras, Ego. In gestu etiã nonnulli putant idẽ uitiũ inesse, quũ aliud uoce, aliud nutu uel manu demõstratur. Huic opinioni neq; omnino accedo, neq; planè dissentio. nam id fateor posse accidere uoce una, non tamen aliter, quàm si sit aliquid quod uim alterius uocis obtineat, ad quod uox illa referatur: ut solœcismus ex complexu fiat eorum quibus res significantur, & uoluntas ostenditur. Atq; ut omnẽ effugiã cauillationẽ, fit aliquando in uno uerbo, nunquam in solo uerbo. Per quot autem & quas accidat species, non satis conuenit. Qui plenissimè, quadripertitam uolunt esse rationẽ, nec aliam quàm barbarismi: ut fiat adiectione: ut, Veni de Susis in Alexandriam. Detractione, Ambulo uiam, Aegypto uenio, Ne hoc fecit. Trãsmutatione, qua ordo turbatur, Quoque ego, Enim hoc uoluit, Autem

Aeglo. 6. & Geor. 2.

Autem non habuit. Ex quo genere an sit Igitur, in initio sermonis posiũ, dubitari potest, quia maximos authores in diuersa fuisse opinione uideo, cũ apud alios sit etiã frequens, apud alios nunquam reperiatur. Hæc tria genera quidã diducunt à solœcismo, & adiectionis uitium, πλεονασμὸν: detractionis, ἔλλειψιν: inuersionis, ἀναστροφὴν uocãt: quæ si in speciem solœcismi cadant, ὑπέρβατον quoq; appellari eodem modo posse. Immutatio sine controuersia est, cum aliud pro alio ponitur. Id per omnes orationis partes deprehendimus, frequentissime in uerbo, quia plurima huic accidunt, ideoq; in eo fiunt solœcismi per genera, tempora, personas, modos, siue cui status eos dici, seu qualitates placet, uel sex, uel (ut alij uolunt) octo: nam totidem uitiorum erunt formæ, in quot species eorum quidq; de quibus suprà dictum est, diuiseris. Præterea numeros, in quibus nos singularem ac pluralem habemus, Græci & δυϊκόν. Quanquam fuerunt qui nobis quoq; adijcerent dualẽ, scripsêre legere: quod euitandæ asperitatis gratia mollitum est, ut apud ueteres pro malè merêris, malè merêre. ideoq; quod uocant duale, in illo solo genere consistit, cum apud Græcos & in uerbi tota fere ratione, & in nominibus deprehendatur, & sic quoq; rarissimus eius sit usus, apud nostrorum uerò neminem hæc obseruatio reperiatur, quin è contrario

Deuenêre locos, et Cõticuêre omnes, & Cõsedêre duces, apertè nos doceãt, nihil horum ad duos pertinere: Dixere quoq;, quanquam id Antonius Rufus ex diuerso ponit exemplum, de pluribus patronis præco pronunciet. Quid? non Liuius circa initia statim primi libri, Tenuere, inquit, arcem Sabini: et mox, In aduersum Romani subiere? Sed quem potius ego quàm M. Tullium sequar? qui in Oratore, Non reprehendo, inquit, scripsere: scripserunt esse uerius sentio. Similiter

Aeneid. 1. & 6. Aeneid. 2. Metam. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

liter in uocabulis et nominibus fit solœcismus genere, numero, propriè autem casibus. Quicquid eorum alteri succedet, huic parti subiungatur licet, per cõparationes et superlationes: itemq; in quibus *patrium pro possessiuo dicitur, uel contrá. Nam uitium quod sit per quantitatem, ut magnum peculiolum, erunt qui solœcismũ putent, quia pro nomine integro positum sit diminutiũ. Ego dubito an id impropriũ potius appellem: significatione enim deerat. Solœcismi porrò uitiũ nõ est in sensu, sed in cõplexu. In participio, per genus, et casum ut in uocabulo: per tempora, ut in uerbo: per numerum, ut in utroq;, peccatur. Pronomen quoq; genus, numerum, casus habet: quæ omnia recipiunt huiusmodi errorem. Fiunt solœcismi, & quidẽ plurimi, per partes orationis: sed id tradere satis non est: ne ita demũ uitium esse credat puer, si pro alia ponatur alia: ut uerbum, ubi nomen esse debuerit: uel aduerbium, ubi pronomen, & similia. Nam sunt quædam cognata, ut dicũt, id est eiusdẽ generis, in quibus qui alia specie quàm oportet utetur, nõ minus quàm ipso genere permutato, deliquerit. Nã & An et Aut, cõiunctiones sunt: malè tamẽ interroges, hic, aut ille sit. Et Ne ac Nõ, aduerbia: qui tamen dicat pro illo, Ne feceris, Nõ feceris, ĩ idẽ incidat uitiũ: quia alterũ negãdi est, alterum uetandi. Hoc amplius, Intro et Intus, loci aduerbia: Eo tamen intus, & Intro sum, solœcismi sunt. Eadẽ in diuersitate pronominum, interiectionum, præpositionum, accidunt. Est enim solœcismus in oratione comprehensionis unius sequentium ac priorum inter se inconueniens positio. Quædam tamen & faciem solœcismi habent, & dici uitiosa non possunt, ut tragœdia Thyestes, & ludi Floralia ac Megalesia: quanquam hæc sequenti tempore intercederunt, nunquam aliter à ueteribus dicta. Schemata igitur nominabuntur, frequentiora quidem apud poëtas, sed oratoribus quoq;

*primitiuum

permiſ

permissa. Verùm schema ferè habebit aliquam rationem, ut docebimus eo quem paulò antè promisimus loco. Sed hoc quoq; quod schema uocatur, si ab aliquo per imprudentiam factum erit, solœcismi uitio non carebit. In eadem specie sunt, sed schemate carent, ut suprà dixi, nomina fœminina quibus mares utuntur, & neutralia quibus fœminæ. Hactenus de solœcismo. Neq; enim artem grammaticam cõponere aggressi sumus: sed cũ in ordinem incurreret, inhonoratam trãsire noluimus. Hoc amplius, ut institutum ordinem sequar, uerba aut latina aut peregrina sunt. Peregrina porrò ex omnibus propè dixerim gentibus, ut homines, ut instituta etiã multa, uenerunt. Tacco de Tuscis & Sabinis, & Prænestinis quoq;: nam ut eorum sermone utentem Vectium Lucilius insectatur: quẽadmodũ Pollio deprehẽdit in Liuio Patauinitatẽ: licet omnia Italica, p Romanis habeã. Plurima Gallica ualuerũt, ut rheda ac petoritũ: quorũ altero Cicero tamen, altero Horatius utitur. Et mappã quoq;, usitatũ Circonemẽ, Pœni sibi uendicãt: & Gurdos, quos pro stolidis accipit uulgus, ex Hispania duxisse originem audiui. Sed hæc disputatio mea ad Græcum sermonem præcipuè pertinet: nam et maxima ex parte Romanus inde conuersus est, & confessis quoq; græcis utimur uerbis, ubi nostra desunt, sicut illi à nobis nonnunquam mutuantur. Inde illa quæstio exoritur, an eadẽ ratione per casus duci externa, qua nostra, conueniat. Ac si reperias grammaticum ueterum amatorem, neget quicquam ex latina ratione mutandũ: quia cum sit apud nos casus ablatiuus, quem illi non habent, parum conueniat, uno casu nostro, quinq; græcis uti. Quinetiam laudet uirtutem eorum, qui potentiorem facere linguam latinam studebant, nec alienis egere institutis fatebantur. inde Castõrem media syllaba producta pronunciarunt, quia hoc omnibus

Lib. 9. cap. 1.

Ca. de declin. nominum.

Pro Milone.

Serm. 1. Sa. 6.

Martial. li. 12.

nostris

Universidad de Deusto
Biblioteca

nostris nominibus accidebat, quorũ prima positio in easdem quas Castor literas exit: & ut Palæmo ac Thelamo, & Plato (nam sic eũ Cicero quoq; appellat) dicerẽtur, retinuerũt: quia latinũ quod o & n literis finiretur, non reperiebãt. Ne in a quidẽ atq; s literas exire temerè masculina Græca nomina recto casu patiebãtur: ideoq; & apud Cœlium legimus, Pelia Cincinnatus: & apud Messalam, Bene fecit Euthia: & apud Ciceronẽ, Hermagora: ne miremur quòd ab antiquorum pleriscq; Aenea & Anchisa sit dictus. Nam si ut Mecœnas, Suffenas, Asprenas dicerentur, genitiuo casu nõ e litera, sed tis syllaba terminarentur. Inde olympo et tyránno acutam mediam syllabam dederunt, quia duabus longis sequentibus primã breuem acui noster sermo non patitur. Sic genitiuus Achilli* et Vlyßi fecit, sic alia plurima. Nunc recentiores instituerunt græcis nominibus græcas declinationes potius dare: quod tamen ipsum nõ semper fieri potest. Mihi autem placet latinam rationem sequi quousque patitur decor. Neq; enim iam Calypsonem dixerim, ut Iunonem: quãquam secutus antiquos C. Cæsar utitur hac ratione declinandi. Sed authoritatem consuetudo superauit. In cæteris quæ poterunt utroq; modo non indecenter efferri, qui græcã figuram sequi malit, non latine quidẽ, sed citra reprehensionẽ loquetur.

Rheto. 1. & in Bruto.

*per synæresin ab Achilleus, & Vlyssеus.

Simplices uoces, prima positione, id est natura sua constant: compositæ, aut præpositionibus subiunguntur, ut innocens: interdum repugnantibus inter se duabus, quale est imperterritus: alioqui possunt aliquando continuari duæ, ut incompositus, reconditus, & quo Cicero utitur, subabsurdum. Aut è duobus quasi corporibus coalescũt, ut maleficus. Nam ex tribus nostræ utiq; linguæ nõ cõcesserim: quamuis capsis Cicero dicat cõpositum esse ex cape si uis: & inueniãtur qui Lupercalia æquè tres partes orationis esse cõtendant, quasi

2. de Orat.

In Orat. & Quintilia. infrà lib. 6. c. de risu.

Ouid. li. 11. fas.

luere per caprũ. nam Solitaurilia iam persuasum est esse ex sue, oue, & tauro. & sanè ita se habet sacrũ quale apud Homerũ quoq; est. Sed hæc non tam ex tribus, quàm ex particulis triũ coëunt. Cæterùm etiã ex præpositione & duobus uocabulis durè uidetur struxisse Pacuuius Nerei

*Suouetaurilia. Liu. deca. primæ lib. 1. Odysseæ 8.

Repandirostrum incuruiceruicum pecus. Vide Crinit. lib. 19. c. 5.

Iunguntur autem aut ex duobus latinis integris, ut superfui, subterfugi: (quanquã ex integris an cõposita sint, quæritur) aut ex integro & corrupto, ut maleuolus: aut ex corrupto & integro, ut noctiuagus: aut ex duobus corruptis, ut pedisequus: aut ex nostro & peregrino, ut biclinium: aut contrà, ut epitogium, & Anticato: aut ex duobus peregrinis, ut epirhedium. Nam cum sit præpositio ἀπὸ Græca, rheda Gallicum, nec Græcus tamen nec Gallus utitur composito: Romani suum ex alieno utroq; fecerunt. Frequenter autẽ præpositiones quoq; copulatio ista corrũpit: inde abstulit, aufugit, amisit: eũ præpositio sit ab, sola: & coit, cum sit præpositio con: sic ignaui, & * erepti, & similia. Sed res tota magis Græcos decet, nobis minus succedit: nec id fieri natura puto, sed alienis fauemus: ideoq; cam κυρταυχένα mirati sumus, incuruiceruicum uix à risu defendimus. Propria sunt uerba, cũ id significãt, in quod primùm denominata sunt. Translata, cũ aliũ natura intellectũ, alium loco præbent. Vsitatis tutius utimur: noua non sine quodam periculo fingimus. Nam si receptа sunt, modicam laudem afferunt orationi: repudiata, etiam in iocos exeunt. Audendũ tamen: nanq;, ut Cicero ait, etiam quæ primò dura uisa sunt, usu molliuntur. Sed minimè nobis concessa est ὀνομαστοποιία quis enim ferat siquid simile illis meritò Laudatis, λίγξ βιὸς, & σίζα * ὀφθαλμὸς, fingere audeamus? Iam ne balare quidem aut hinnire fortiter diceremus, nisi iudicio uetustatis niterentur.

Cic. in Orat.

*e rep.

Cic. 1. de nat. Deorum. Hom. 4. Ilia. & Odyss. 9.

*ἄνυμα.

De quat

De quatuor quibus sermo constat. CAP. VI.

ESt etiam sua loquentibus obseruatio, sua scribentibus. Sermo constat ratione, uetustate, aut horitate, consuetudine. Rationem præstat præcipuè analogia, nonnunquam & etymologia. Vetera, maiestas quædam, &, ut sic dixerim, religio commendat. Authoritas ab oratoribus uel historicis peti solet. nam poëtas metri necessitas excusat, nisi siquando nihil impediente in utroq; modulatione pedum, alterum malunt: qualia sunt, _Imo de stirpe recisum, & _Aëriæ quò congessere palumbes. &, _Silice in nuda. & similia: cum summorum in eloquentia uirorum iudicium pro ratione, & uel error honestus est magnos duces sequentibus. Consuetudo uerò, certissima loquendi magistra: utendumq; plane sermone, ut numo, cui publica forma est. Omnia tamen hæc exigũt acre iudicium, analogia præcipuè, quam proximè ex græco transferentes in latinum proportionem uocauerunt. Eius hæc uis est, ut id quod dubium est, ad aliquid simile de quo non quæritur, referat: ut incerta certis probet. Quod efficitur duplici uia: cõparatione similium in extremis maximè syllabis, (propter quod ea quæ sunt è singulis, negantur debere rationem) & diminutione. Cõparatio in nominibus, aut genus deprehendit, aut declinationem: Genus, ut si quæratur, finis masculinum sit, an fœmininum, simile illi sit panis. Declinationem, ut si ueniat in dubium, hac domu dicendum sit, an hac domo, & domuum an domorum: simulia sint domus, anus, manus. Diminutio genus modò detegit: et ne ab eodem exemplo recedam, funem masculinum esse funiculus ostendit. Eadem in uerbis quoque ratio comparationis: ut si quis antiquos sequutus feruĕre breui media syllaba dicat, deprehendatur uitiose loqui, quòd omnia quæ e & o literis fatendi modo terminantur, eadem si in infinitis e literam

Aeneid. 11. Aegl. 3. & 1.

Fatĕdi, id est, indicandi.

ram media syllaba acceperũt, utiq; productã habĕt, prandeo pĕdeo spŏdeo. prādĕre pĕdĕre spŏdĕre. At quæ o solã habĕt, dũmodo per eandĕ literã in infinita exeãt, breuia fiunt, lego dico curro, legĕre dicĕre currĕre, etiamsi est apud Lucilĭũ,

Feruit aqua, & feruet: feruit nunc, feruet ad annum.

Sed pace dicere hominis eruditissimi liceat, si feruit putat illi simile currit & legit, feruo dicetur, ut curro & lego: quod nobis inauditum est. Sed non est hæc uera comparatio: nam feruit illi est simile feruit: quam proportionem sequĕti dicere necesse est feruire, ut seruire. Prima quoq; aliquando positio ex obliquis inuenitur, ut memoria repeto connictos à me qui reprehenderant quòd hoc uerbo usus essem, pepigi. Nam id quidem dixisse summos authores confitebantur, rationem tamen negabant permittere: quia prima positio paciscor, cum haberet naturam patiendi, faceret tempore præterito pactus sum. Nos præter authoritatem oratorum atq; historicorum, analogia quoq; dictum tuebamur. Nam cum in XII. tabulis legeremus, Ni ita pagunt, inueniebamus simile huic, cadunt. inde prima positio, etiamsi uetustate exoleuerat, apparebat, pago, ut cado: unde non erat dubium sic pepigi nos dicere, ut cecidi. Sed meminerimus nõ per omnia duci analogiæ posse rationem, cum sibi ipsa plurimis in locis repugnet. Quædam sine dubio conantur eruditi defendere, ut cum deprehensum est, lepus & lupus simili positione, quantum casibus numerisq; dissentiant: ita respondent, non esse paria, quia lepus epicœnum sit, lupus masculinum: quãquam Varro in eo libro quo initia urbis Romæ enarrat, lupum fœminam dicit, Ennium Pictoremq; Fabium secutus. Illi autem ijdem cũ interrogantur cur aper apri, & pater patris faciat illud nomen positum, hoc ad aliquid esse contendunt. Præterea quoniam utrunq; à græco ductum sit, ad eam rationem recurrunt, ut

d

Universidad de Deusto
Biblioteca

runt,ut πατὴρ patris,αἴξ capri faciat.Illa tamẽ quo modo effugient,ut nomina quãuis fœminina singulari nominatiuo u s literis finita, nunquã genitiuo casu in ris syllabã terminãtur, faciat tamẽ Venus Veneris? Item cum e s literis finita,per uarios exeant genitiuos, nunquam tamen eadem ris syllaba terminatos,Ceres cogat dici Cereris? Quid uerò quæ tota positionis eiusdem,in diuersos flexus exeunt? cum Alba faciat Albanos & Albenses,Volo uolui & uolaui.Nã præterito quidem tempore uariè formari uerba prima persona o litera terminata, ipsa analogia confitetur. Siquidem facit cado cecidi, spondeo spopondi, pingo pinxi, lego legi, pono posui,frãgo fregi,laudo laudaui.Non enim cum primùm fingerentur homines, analogia demissa cælo formam loquendi dedit: sed inuenta est postquam loquebantur,& notatum in sermone,quid quo modo caderet.itaq; nõ ratione nititur, sed exemplo:nec lex est loquendi, sed obseruatio: ut ipsam analogiam nulla res alia fecerit,quàm consuetudo. Inhærent tamen quidam molestißima diligentiæ peruersitate, ut audaciter potius dicant quàm audacter, licet omnes oratores aliud sequantur:& emicauit,non emicuit:& conire,nõ coire. His permittamus & audiuisse,& sciuisse,& tribunale,& facilitèr, dicere. frugalis quoq; sit apud illos,non frugi: nam quo alio modo fiat frugalitas? iidem centum millia nummùm,& fidem deùm, ostendant duplices solœcismos esse, quandò & casum mutant,& numerum.Nesciebamus enim,ac non consuetudini & decori seruiebamus: sicut in plurimis quæ Tullius in Oratore diuinè, ut omnia, exequitur. Sed Augustus quoq; in epistolis ad C.Cæsarẽ scriptis emẽdat quòd is calidum dicere quàm caldũ malit:nõ quia illud nõ sit latinum,sed quia sit odiosum,& ut ipse græco uerbo significauit, περιεργον. Atqui hãc quidã ὀρθοέπειαν solã putant,quã ego minimè excludo. Quid enim tã necessariũ, quàm recta locutio? Immò inhærẽdũ ei iudico quoad licet:diu etiã mutãtibus repugnãdũ:sed abolita atq; abrogata retinere,insolẽtiæ cuiusdã est,& friuolæ in paruis iactãtiæ.Multum enim literatus, qui sine aspiratione & producta secunda syllaba salutauit,auete (est enim) & calefacere dixerit potius quàm quod dicimus, & cõseruauisse: his adijciat face, & dice,& similia. Recta est hæc uia:quis negat? sed adiacet & mollior, & magis trita.Ego tamen nõ alio magis angor,quàm quòd obliquis casibus ducti, etiã primas sibi positiones nõ inuenire,sed mutare permittũt:ut cum ebur & robur,ita dicta ac scripta summis authoribus,in o literã secũdæ syllabæ transferũt,quia sit roboris & eboris:sulfur autẽ & guttur,u literã in genitiuo seruent:ideoq; etiã iecur & femur cõtrouersiã fecerũt.quod nõ minus est licẽtiosum,quàm si sulfuri & gutturi subijcerent in genitiuo literã o mediã,quia esset eboris et roboris:sicut Antonius Gnipho, qui robur quidẽ & ebur atq; etiã marmur fatetur esse,uerùm fieri uult ex his robura,ebura,marmura. Quòd si animaduerterent literarum affinitatem,scirẽt sic ab eo quod est robur,roboris fieri:quomodo ab eo quod est miles limes,militis limitis:iudex uindex, iudicis uindicis:et quæ suprà iam attigi. Quid? non similes quoq;(ut dicebam) positiones, in longè diuersas figuras per obliquos casus exeũt? ut uirgo,Iuno:fusus,lusus: cuspis,puppis,& mille alia? cum illud etiam accidat,ut quædam pluraliter non dicantur,quædam contrà singulari numero,quædam casibus careant:quædam à primis statim positionibus tota mutentur, ut Iupiter. Quod uerbis etiam accidit, ut fero tuli:cuius præteritũ perfectum,& ulterius non inuenitur.Nec plurimum refert, nulla hæc, an prædura sint. Nam quid progenies genitiuo singulari, quid plurali spes faciet? Quomodo autem quire & ruere,

C.Cæsarem, Agrippę & Iulię filiũ,quem adoptauit Augustus.Sueto.

Gnipho grãmaticus, quẽ & Cicero, teste Trãquillo, audiit.

& ruere, uel in præterita patiendi modo, uel in participia transibũt? Quid de alijs dicã, cum senatus senatus senatui, an senatus senati senato faciat, incertum sit? Quare mihi nõ inuenuste dici uidetur, aliud esse latinè, aliud grammaticè loqui. Ac de analogia uel nimũ. Etymologia, quæ uerborũ originem inquirit, à Cicerone dicta est notatio, quia nomen eius apud Aristotelem inuenitur σύμβολον, quod est nota: nam uerbũ è uerbo ductũ, id est ueriloquium, ipse Cicero qui finxit, reformidat. Sunt qui uim potius intuiti, originationẽ uocent. Hæc habet aliquãdo usum necessariũ, quoties interpretatione res de qua quæritur, eget: ut cũ M. Cælius se esse hominem frugi uult probare, non quia abstinens sit (nam id ne mentiri quidẽ poterat) sed quia utilis multis, id est fructuosus, unde sit dicta frugalitas. Ideoq; in definitionibus assignatur etymologiæ locus. Nonnunquam etiam barbara ab emendatis conatur discernere, ut cum Triquetram dici Siciliam, an Triquedram: meridiem, an medidiem oporteat, quæritur, aliaq; quæ consuetudini seruiunt. Continet autem in se multã eruditionem siue illa ex græcis orta tractemus, quæ sunt plurima, præcipueq; Aeolica ratione (cui est sermo noster simillimus) declinata: siue ex historiarũ ueterũ notitia, nomina hominum, locorum, gentium, urbium requiramus, unde Bruti, Publicolæ, *Pici: cur Latium, Italia, Beneuentũ: quæ Capitolium, Collem Quirinalem, & Argiletum appellandi ratio.

In Topic. Aritt. lib. peri hermenias.

Cic. in Orat.

*Pythici.

Iam illa minora, in quibus maximè studiosi eius rei fatigantur, qui uerba paulum declinata, uariè & multipliciter ad ueritatẽ reducũt, aut correptis aut porrectis, aut adiectis aut detractis, aut permutatis literis syllabisue. Inde prauis ingenijs ad fœdissima usq; ludibria dilabuntur: sit'ne Consul à consulendo, an à iudicando: nam & hoc consulere ueteres appellauerunt: unde adhuc remanet illud, Rogat, boni consulas:

sulas: id, est bonũ iudices. Senatui nomẽ dederit ætas: nam ijdẽ Patres sunt: & Rex, rector: & alia plurima indubitata. Nec abnuerim tegulæ, regulæq;, & similiũ his, rationem. Iam sit & classis à calando, & lepus leuipes, & uulpes uolipes: etiam'ne à cõtrarijs aliqua sinemus trahi? ut lucus, quia umbra opacus, parum luceat? & ludus, quia sit lõgissimè ab lusu? & Dis, quia minimè diues? Etiam'ne hominem appellari quia sit humo natus? (quasi uerò nõ omnibus animalibus eadem origo, aut illi primi mortales antè nomen imposuerint terræ, quàm sibi) & uerba ab ære uerberato? Pergamus: sic perueniemus cousq;, ut stella, luminis stilla credatur: cuius etymologiæ authorẽ, clarum sanè in literis, nominari ea parte qua à me reprehẽditur, inhumanum est. Qui uerò talia libris cõplexi sunt, nomina sua ipsi inscripserunt: ingeniosèq; sibi uisus est Caius Granius cælibes dicere ueluti cælites, quòd onere grauissimo uacẽt, idq; græco argumento. ἀΐδιον enim eadẽ de caussa dici affirmat. Nec ei cedit Modestus inuentione. nam quia Cælo Saturnus genitalia absciderit, hoc nomine appellatos qui uxore careant. At *L. Aelius pituitã, quia petat uitam. Sed cui non post Varronem sit uenia, qui agrum, quòd in eo agatur aliquid: & Graculos, quia gregatim uolent, dictos, Ciceroni persuadere uoluit, cum alterum ex græco sit manifestum duci, alterum ex uocibus auium? Sed huic tanti fuit uertere, ut Merula, quia sola uolat, quasi mera uolans nominaretur. Quidam non dubitauerunt etymologiæ subijcere omnem nominis caussam: ut ex habitu, quẽadmodum dixi, longos, & rufos: ex sono, strepere, murmurare: etiam deriuata, ut à uelocitate dicitur uelox: & composita pleraq; his similia, quæ sine dubio aliunde originem ducunt, sed arte non egent, cuius in hoc opere nõ est usus nisi in dubijs. Verba à uetustate repetita, non solum magnos

Caninius, legit Valla in Dialecticis: alij Gabinius.

*Lælius Lib. 4. de lingua latina.

Supra fo. 36.

assertores habent, sed etiã afferunt orationi maiestatem aliquã, non sine delectatione: nã & authoritatẽ antiquitatis habent: & quia intermissa sunt, gratiã nouitati similem parant. Sed opus est modo: ut neq; crebra sint hæc, neq; manifesta, quia nihil est odiosius affectatione: nec utiq; ab ultimis & obliteratis repetita temporibus, qualia sunt topper, & antigerio, & exanclare, & prosapia, & Saliorum carmina uix sacerdotibus suis satis intellecta. Sed illa mutari uetat religio, & consecratis utendum est. Oratio uerò, cuius summa uirtus est perspicuitas, quàm sit uitiosa si egeat interprete? Ergo ut nouorum optima erunt maximè uetera, ita ueterum maximè noua. Similis circa authoritatem ratio. Nam etiam si potest uideri nihil peccare, qui utitur ijs uerbis quæ summi authores tradiderunt, multum tamen refert non solùm quid dixerint, sed etiam quid persuaserint. Neq; enim turbarchinabundum & lurchabundum iam in nobis quisquam ferat, licet Cato sit author: nec hos lodices, quanquã id Pollioni placeat: nec gladiola, atqui Messala dixit: nec parricidatũ, quod in Cælio uix tolerabile uidetur: nec collos mihi Caluus persuaserit: quæ nec ipsi iã dicerẽt. Supereſt igitur consuetudo: nam fuerit penè ridiculũ, malle sermonẽ quo locuti sunt homines, quàm quo loquãtur. Et sanè quid est aliud uetus sermo quàm uetus loquẽdi consuetudo? Sed huic ipsi necessarium est iudiciũ, cõstituendum q; in primis, id ipsum quid sit, quod cõsuetudinẽ uocemus. Quæ si ex eo quod plures faciũt, nomen accipiat, periculosißimũ dabit præceptũ, nõ orationi modò, sed (quod maius est) uitæ. Vnde enim tantũ boni, ut pluribus quæ recta sunt placeant? Igitur ut uellii, & comam in gradus frãgere, & in balneis perpotare, quãlibet hæc inuaserint ciuitatẽ, nõ erit cõsuetudo, quia nihil horũ caret reprehẽsione: at lauamus & tõdemus & cõuiuimus ex cõsuetudine: sic in loquendo

De cõsuetudine uide Gell. lib.1.cap.10.

loquẽdo, nõ si quid uitiose multis insederit, pro regula sermonis accipiẽdum erit. Nam ut transeã quẽadmodum uulgò imperiti loquũtur, tota sæpe theatra, & omnẽ Circi turbã exclamasse barbarè scimus. Ergo cõsuetudinẽ sermonis, uocabo consensum eruditorum: sicut uituendi, consensum bonorum.

De Orthographia. CAP. VII.

NVnc quoniam diximus quæ sit loquendi regula, dicendum quæ scribentibus custodienda: quod græci ὀρθογραφίαν uocant, nos rectè scribendi scientiam hominemus. Cuius ars non in hoc posita est, ut nouerimus quibus quæque syllaba literis cõstet (nam id quidem infra grammatici officium est) sed totam, ut mea fert opinio, subtilitatem in dubijs habet: ut longis syllabis omnibus apponere apicem, ineptißimum est, quia plurimæ natura ipsa uerbi quod scribitur, patent: sed interum necessarium, cum eadem litera aliud atque alium intellectum, prout correpta uel producta est, facit: ut malus, utrum arborem significet, an hominem non bonum, apice distinguitur. Palus aliud priore syllaba longa, aliud sequenti significat: & cum eadem litera nominatiuo casu breuis, ablatiuo longa est, utrũ sequamur, plerũq; hac nota monendi sumus. Similiter putauerunt illa quoq; seruanda discrimina, ut ex præpositionem, si uerbum sequeretur spectο, adiecta secundæ syllabæ s litera, exspectο: sed si pectο, remota s scriberemus. Illa quoq; seruata est à multis differentia, ut ad, cum esset præpositio, d literam: cum autem coniunctio, t acciperet. Item cum, si tempus significaret, *per q: si comitem, per c: si uerò causam, per q ae duas sequentes u u scriberetur. Frigidiora his alia, ut quicquid, e quartam haberet, ne interrogare bis uideremur. Et quotidiæ, non cotidie, ut sit, quot diebus. * Verùm hæc iam inter ipsas ineptias euanuerunt. Quæri solet in scribendo, præpositiones, sonum quẽ iunctæ efficiunt

*per quorum si comitẽ, per cum.

*Vide Vallã lib.6.ca.60.

efficiunt, an quem ſeparatæ, obſeruare cõueniat: ut cum dico, obtinuit. ſecũdam enim b literam ratio poſcit, aures magis audiũt p. Et inmunis, illud n quod ueritas exigit, ſequẽtis ſyllabæ ſono uictum, m gemina commutatur. Eſt etiam in diuidendis uerbis obſeruatio, mediã literam conſonãtem priori an ſequenti ſyllabæ adiungas. Aruſpex enim, quia pars eius poſterior à ſpectando eſt, ſ literam tertiæ dabit: abſtemius, quia ex abſtinẽtia temeti compoſita uox eſt, primæ relinquetur. Nam K quidem in nullis uerbis utendum puto, niſi quæ ſignificat, etiã ut ſola ponatur. Hoc eò non omiſi, quòd quidã eam quoties a ſequatur, neceſſariam credunt: cum ſit c litera, quæ ad omnes uocales uim ſuã perferat. Verùm orthographia quoq; conſuetudini ſeruit, ideoq; ſæpe mutata eſt. Nam illa uetuſtiſſima trãſeo tempora, quibus & pauciores literæ, nec ſimiles his noſtris earum formæ fuerunt, & uis quoque diuerſa: ſicut apud græcos o literæ, quæ interim lõga ac breuis, ut apud nos: interim pro ſyllaba quã nomine ſuo exprimit, poſita eſt: ut latinis ueteribus d plurimis in uerbis ultimã adiectã: quod manifeſtũ eſt etiã ex columna roſtrata quæ eſt
Plin. li. 34. c. 5. C. Duellio in foro poſita, Interim g quoq;, ut in puluinari Solis qui colitur iuxta ædem Quirini, ueſperug: quod ueſperuginem accipimus. De mutatione etiã literarum, de qua ſuprà
Cap. 4. dixi, nihil repetere hic neceſſe. Fortaſſe enim ſicut ſcribebãt, etiã ita loquebãtur. Semiuocales non geminare, diu fuit uſitatiſſimi moris: atque econtrario uſq; ad Accium & ultra, porrectas ſyllabas geminis, ut dixi, uocalibus ſcripſerunt. Diutius durauit ut e i iungendis, eadem ratione qua græci u, uterẽtur, ea caſibus numerisq; diſcreta ſunt, ut Lucilius præcipit, Iam puerei uenere, e poſtremum facito, atq; i,

Vt pueri plures fiant. ac deinceps idem,

Mendaceis fureisq; addes e, cum dare fieri Iuſſeris.

Quod

Quod quidem cũ ſuperuacuũ eſt, quia i, tam lõgæ quàm breuis naturã habet: tum incõmodum aliquãdo. Nam in ijs quæ proximam ab ultima literã e habebunt, & i longa terminabuntur, illam rationem ſequentes, utemur e gemina, qualia ſunt hæc, aureei, argenteei, & ſimilia. idq; ijs præcipuè qui ad lectionem inſtituentur, etiam impedimento erit: ſicut in græcis accidit adiectione ι literæ: quã non ſolum datiuis caſibus in parte ultima aſcribunt, ſed quibuſdam etiam interponunt, ut in λιιϛῶι, quia etymologia ex diuiſione inter* ſyllabas facta, deſideret eam literam ει ſyllabam, cuius ſecundã nunc e literam ponimus, uariè per a & i efferebãt, quidam ſemper ut Græci: quidam ſingulariter tantum, cum in datiuũ uel genitiuũ caſum incidiſſent, unde pictai ueſtis, & aquai, Vergilius amantiſſimus uetuſtatis, carminibus inſeruit. In iſdem plurali numero e utebantur, hi Syllæ, Galbæ. Eſt in hac quoq; parte Lucilij præceptum: quod quia pluribus explicatur uerſibus, ſi quis parũ credat, apud ipſum in nono requirat. Quid quòd Ciceronis temporibus, paulumq; inſrà, ferè quoties ſ litera media uocalium longarum, uel ſubiecta longis eſſet, geminabatur? ut cauſſæ, caſſus, diuiſiones: quo modo & ipſum, & Virgilium quoq; ſcripſiſſe, manus eorũ docent. Atqui paulùm ſuperiores, etiam illud quod nos gemina ſ dicimus iuſsi, una dixerunt, iuſi. Etiam optumus, maximus, ut mediam i literam, quæ uteribus u fuerat, acciperent, C. primùm Cæſaris inſcriptione traditur factum. Here, nunc e litera terminamus: at ueterũ Comicorum adhuc libris inuenio, Heri ad me uenit. quod item in epiſtolis Auguſti, quas ſua manu ſcripſit, aut emendauit, deprehenditur. Quid? non Cato Cenſorius, dicam & faciam, dicem & faciem ſcripſit? eundemq; in cæteris quæ ſimiliter cadunt, modũ tenuit? quod & ex uteribus eius libris manifeſtũ eſt, & à Meſſala in li-

*in triſyllabis

Aene. 9. & 3. Vide Cæliũ. li. 4. ca. 39. & Politianũ miſcella. ca. 43.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bro de S litera positum. Sibe & quasi, scriptũ in multorum libris est: sed an hoc uoluerint authores, nescio: T. Liuiũ ita his usum, ex Pediano cõperi, qui et ipse cum sequebatur. hæc nos i litera finimus. Quid dicã uortices, & uorsus, cæteraq; ad eundem modũ, quæ primò Scipio Africanus in e literam secundam uertisse dicitur? Nostri præceptores ceruom seruomq;, u & o literis scripserunt, quia subiecta sibi uocalis, in unum sonũ coalescere, & confundi nequiret: nunc u gemina
Suprà ca. 4. scribuntur, ea ratione quam reddidi: neutro sanè modo uox quam sentimus, efficitur. Nec inutiliter Claudius Aeolicam illam ad hos usus F literã adiecerat. Illud nunc melius, quod, cui, tribus quas proposui literis enotamus: in quo pueris
*Vide Polit. ca. 89. miscel. nobis, ad pinguem sanè sonũ, *qu & oi utebãtur, tantũ ut ab illo qui, distingueretur. Quid, quæ scribuntur aliter quàm
Gneus Sexto Põpeio scribitur à genero enunciãtur? Nam & Gaius C litera notatur, quæ inuersa ↄ mulierẽ declarat: quia tam Caias esse uocitatas, quàm Caios,
rando. etiam ex nuptialibus sacris apparet. Nec Cneus eam literam
*& columa & Coss. exẽpta n litera legimus. in prænominis nota accipit, qua sonat: * & columa, exempta n litera: et Cõsules, geminata s litera Coss. legimus: et Subur
*Suc a pago Succutano. ra quum tribus literis notatur, * e tertiã ostendit. Multa sunt generis huius: sed hæc quoq; uereor ne modum tam paruæ quæstionis excesserint. Iudiciũ autẽ suum grãmaticus interponat his omnibus. Nã hoc ualere plurimũ debet. Ego (nisi quod cõsuetudo obtinuerit) sic scribendũ quicq; iudico, quomodo sonat. Hic enim usus est literarũ, ut custodiãt uoces, & uelut depositum reddant legentibus. itaq; id exprimere debent, quod dicturi sumus. Hæ ferè sunt emendatè loquendi scribendiq; partes: duas reliquas, significãter ornateq; dicendi, non equidem grammaticis aufero: sed cum mihi officia
Lib. 8. Rhetoris supersint, maiori operi reseruo. Redit autem illa cogitatio, quosdã fore, qui hæc quæ diximus, parua nimium,

& im

& impedimenta quoque maius aliquid agendi, putent. Nec ipse ad extremam usq; anxietatem, & ineptas cauillationes descendendum, atq; his ingenia concidi & comminui credo. Sed nihil ex grãmatica nocuerit, nisi quod superuacuũ est. An ideo minor est M. Tullius orator, quòd idem artis huius diligentissimus fuit, & in filio (ut in epistolis apparet) rectè loquendi usquequaq; asper quoq; exactor? Aut iam C. Cæsaris fregerũt editi de analogia libri? Aut ideo minus Messala nitidus, quia quosdã totos libellos nõ de uerbis modò singulis, sed etiam literis dedit? Non obstant hæ disciplinæ per illas euntibus, sed circa illas hærentibus.

De Lectione pueri. CAP. VIII.

SVperest lectio: in qua puer ut sciat ubi suspendere spiritum debeat, quo loco uersum distinguere, ubi claudatur sensus, unde incipiat, quando attollenda uel summittenda sit uox, quid quoq; flexu, quid lentius, celerius, cõcitatius, lenius dicendum demonstrari nisi in opere ipso non potest. Vnum est igitur quod in hac parte præcipiam: ut omnia ista facere possit, intelligat. Sit autem * in primis lectio uirilis, & cum suauitate quadam grauis: & non quidem prosæ simulis, quia carmen est, & se poëtæ canere testantur: non tamen in canticum dissoluta, nec plasmate (ut nunc à pleriſq; fit) effœminata, de quo genere optimè C. Cæsarem prætextatum adhuc accepimus dixisse: Si cantas, male cantas: si legis, cantas. Nec prosopopœias, ut quibusdam placet, ad comicũ morem pronunciari uelim: esse tamen flexum quendam, quo distinguantur ab ijs in quibus poëta persona sua utetur. Cætera admonitione magna egent: in primis, ut teneræ mentes, tractuq; altius quicquid rudibus & omnium ignaris insederit, nõ modò quæ diserta, sed uel magis quæ honesta sunt, discãt: ideoq; optimè institutũ est ut ab Homero atq; Virgilio lectio

*poëtarum in primis lect. Vide Cælium Rhodi. lib. 5. cap. 24.

incipe

inciperet: quanquam ad intelligẽdas corũ uirtutes, firmiore iudicio opus esset. Sed huic rei supereſt tempus: neq; enim semel legentur. Interim & sublimitate heroici carminis animus assurgat, & ex magnitudine rerum spiritum ducat, & optimis imbuatur. Vtiles Tragœdiæ. Alunt & Lyrici: si tamen in his non authores modò, sed etiam partes operis elegeris. Nam & Græci licẽter multa, & Horatiũ in quibusdã nolim interpretari. Elegia uerò, utiq; quæ amat, & Hendecasyllaba, quibus sunt cõmata Sotadeorum (nam de Sotadeis ne præcipiendum quidem est) amoueantur, si fieri potest: si minus, certè ad firmius ætatis robur reseruẽtur. Comœdiæ, quæ plurimum conferre ad eloquentiam potest, cum per omnes & personas & affectus eat, quem usum in pueris putem, paulò pòst suo loco dicam. Nam cum mores in tuto fuerint, inter præcipua legenda erit. de Menandro loquor: nec tamen excluserim alios. Nam latini quoq; authores afferent utilitatis aliquid. Sed pueris, quæ maximè ingeniũ alant, atq; animum augeant, prælegenda: cæteris quæ ad eruditionem modò pertinent, longa ætas spatium dabit. Multũ autem ueteres etiam Latini conferũt: quanquam pleriq; plus ingenio quàm arte ualuerũt. in primis copiam uerborum: quorum in Tragœdijs grauitas, in Comœdijs elegãtia, et quidam uelut ἀστικισμὸς inueniri potest. Oeconomia quoq; in his diligentior, quàm in plerisq; nouorum erit, qui omnium operam solam uirtutem sententias puauerunt. Sanctitas certè, & ut sic dicam, uirilitas ab his petenda, quandò nos in omnia deliciarum genera uitiaq;, dicẽdi quoq; ratione desluximus. Deniq; credamus summis oratoribus, qui ueterũ poëmata uel ad fidem caussarũ, uel ad ornamentũ eloquentiæ assumunt. Nam præcipuè quidem apud Ciceronem, frequenter tamen apud Asinium etiã, & cæteros, qui sunt proximi, uidimus Ennij, Accij

Pro Cælio, pro Cor. Balbo, in Antonium, in Pisonem.

Accij, Pacuuij, Lucillij, Terentij, Cæcilij, & aliorum inferi uersus. Summa non eruditionis modò gratia, sed etiam iucunditatis: cũ pœticis uoluptatibus aures à forẽsi asperitate respirent. quibus accedit non mediocris utilitas, cum sententijs eorum uelut quibusdã testimonijs, quæ proposuere confirment. Verùm priora illa ad pueros magis, hæc sequentia ad robustiores pertinebunt: cum grammatices amor, & usus lectionis, non scholarum temporibus, sed uitæ spacio terminentur. In prælegendo grãmaticus & illa quidem minora præstare debebit, ut partes orationis reddi sibi soluto uersu desideret, & pedum proprietates: quæ adeò debent esse notæ in carminibus, ut etiam in oratoria cõpositione desiderentur: deprehendatq; quæ barbara, quæ impropria, quæ cõtra legem loquendi sunt posita: non ut ex his utiq; improbentur Poetæ (quibus quia plerunq; metro seruire coguntur, adeò ignoscitur, ut uitia ipsa alijs in carmine appellationibus nominentur. metaplasmos enim, & schematismos, et schemata, ut dixi uocamus, & laudem uirtutis necessitati damus) sed ut commoneat artificialiũ, & memoriã agitet. Id quoq; inter prima rudimenta non inutile, demonstrare quot quæq; uerba modis intelligenda sint. Circa glossemata etiam, id est uoces minus usitatas, non ultima eius professionis diligentia est. Enimuero iam maiore cura doceat tropos omnes, quibus præcipuè non poëma modò, sed etiam oratio ornatur: schemata utraq;, id est figuras quæq; λέξεως quæq; διανοίας uocantur: quorũ ego, sicut troporum, tractatum in eum locum differo, quo mihi de ornatu orationis dicendum erit. Præcipuè uerò illa infigat animis, quæ in œconomia uirtus, quæ in decoro rerum: quid personæ cuiq; conuenerit: quid in sensibus laudãdum, quid in uerbis: ubi copia probabilis, ubi modus. His accedat enarratio historiarũ, diligens quidem illa,

Suprà capite 5. de uirtutibus & uitiis orationis.

Libro 8.

non

non tamen usq; ad superuacuũ laborem occupata. Nam receptas, aut certè claris authoribus memoratas expositisse satis est. Persequi quidem quod quisq; unquam uel cõtemptissimorum hominũ dixerit, aut nimiæ miseriæ, aut inanis iactantiæ est: et detinet atq; obruit ingenia melius alijs uacatura. Nam qui omnes etiam indignas lectione schedas excutit, similibus quoq; fabulis accommodare operam potest. Atqui pleni sunt eiusmodi impedimentis Grammaticorum commentarij, uix ipsis qui composuerunt, satis noti. Nam Didymo quoq;, quo nemo plura scripsit, accidisse cõpertum est, ut cum historiæ cuidam tanquam uanæ repugnaret, ipsius proferretur liber, qui eam continebat. Quod euenit præcipuè in fabulosis usq; ad deridicula, quædam etiam pudenda: unde improbissimo cuiq; pleraq; fingendi licentia est, adeò ut de libris totis, & authoribus, ut succurrit, mentiatur tutò, quia inueniri, qui nunquam fuere, nõ possunt. Nam in notioribus frequentissimè deprehenduntur à curiosis. Ex quo mihi inter uirtutes Grammatici habebitur, aliqua nescire.

De officio Grammatici, & quæ primordia sint dicendi. CAP. IX.

ET finitæ quidè sunt partes duæ quas hæc professio pollicetur, id est ratio loquendi, & enarratio authorum: quarum illam methodicen, hanc historicen uocant. Adijciamus tamen eorum curæ quædam dicendi primordia, quibus ætates nondum Rhetorem capientes instituant. Igitur Aesopi fabellas, quæ fabulis nutricularum proximæ succedant, narrare sermone puro, & nihil se supra modum extollente, deinde eandem gracilitatem stylo exigere cõdiscant: Versus primò soluere, mox mutatis uerbis interpretari: tum paraphrasi audacius uertere, qua & breuiare quædam, & exornare, saluo modò poëtæ sensu, permittitur. Quod opus, etiã con

summatis professoribus difficile, qui commodè tractauerit, cuicunq; discendo sufficiet. Sententiæ quoq; & chriæ & ethologiæ* subiectis dictorum rationibus apud Grãmaticos scribantur, quia initiũ ex lectione* ducũt. Quorũ omniũ similis est ratio, forma diuersa: quia sententia uniuersalis est uox, ethologia* personis continetur. Chriarũ plura genera traduntur. Vnum simile sententiæ, quod est positum in uoce simplici, Dixit ille. aut, Dicere solebat. Alterum, quod est in respondendo: Interrogatus ille, uel, Cum hoc ei dictum esset, respondit. Tertium huic non dissimile, cum quis nõ dixisset, sed aliquid fecisset. Etiam in ipsis factis esse chriam putant: ut, Crates cum indoctum puerum uidisset, pædagogum eius percussit. Et aliud penè par ei, quod tamen eodem nomine appellare non audent, sed dicũt χρειῶδες: ut, Milo quem uitulum assueuerat ferre, taurũ ferebat. In his omnibus & declinatio per eosdem ducitur casus, & tam factorum quàm dictorum ratio est. Narratiunculas à poëtis celebratas, notitiæ causa non eloquentiæ tractandas puto. Cætera maioris operis ac spiritus, Latini Rhetores relinquendo, necessaria Grammaticis fecerunt: Græci magis operum suorum & onera & modum norunt.

*ætiologiæ. *ratione. *ætiologia.

An Oratori futuro necessaria sit plurium artium scientia. CAP. X.

HAec de Grãmatica, quàm breuissimè potui: nõ ut omnia dicerẽ, sectatus, quod infinitũ erat: sed ut maximè necessaria: nũc de cæteris artibus, quibus instituendos prius quàm tradãtur Rhetori, pueros existimo, strictim subiungã, ut efficiatur orbis ille doctrinæ, quã Græci ἐγκυκλοπαιδείαν uocant. Nã ijsdẽ ferè annis aliarũ quoq; disciplinarũ studia ingredienda sunt: quæ quia & ipsæ artes sunt, & *esse perfecta sine his orãdi scientia nõ potest, nec rursus ad efficiendũ Orato

*aliàs, & esse perfectæ sine or. se. possunt, nec rurs. &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Oratorem ſatis ualent ſolæ: an ſint huic operi neceſſariæ, quæritur. Nã quid inquiunt, ad agendã cauſſam, dicendam ue ſententiam pertinet, ſcire quemadmodũ in data linea conſtitui triangula æquis lateribus poſſint? Aut quo melius uel defendet reum, uel reget conſilia, qui citharæ ſonos nominibus & ſpatijs diſtinxerit? Enumerent etiam fortaſſe multos quãlibet utiles foro, qui nec Geometren audiuerint, nec Muſicos niſi hac cõmuni uoluptate aurium intelligant. Quibus ego primum hoc reſpondeo, quod & M. Cicero ſcripto ad Brutum libro frequentius teſtatur, non eum à nobis inſtitui Oratorem, qui ſit, aut fuerit: ſed imaginem quandam conceptiſſe nos animo perfecti illius, ex nulla parte ceſſantis. Nam & ſapientem formantes eum, qui ſit futurus conſummatus undique, & (ut dicunt) mortalis quidam deus, non modò cognitione cæleſtium uel mortaliũ putant inſtituẽdum, ſed per quædam parua ſanè ſi ipſa demum æſtimes, ducunt, ſicut exquaſitas interim ambiguitates: non quia Ceratinæ aut Crocodilinæ poſſint facere ſapientem, ſed quia illum ne in minimis quidẽ oporteat falli. Similiter Oratorem (qui debet eſſe ſapiens) non Geometres faciet, aut Muſicus, quæq; his alia ſubiungam, ſed hæ quoq; artes ut ſit conſummatus iuuabunt. Niſi fortè antidotum quidem, atq; alia quæ morbis aut uulneribus medentur, ex multis atq; interim contrarijs quoque inter ſe effectibus componi uidemus, quorum ex diuerſis fit illa muſtura una, quæ nulli earum ſimilis eſt quibus conſtat, ſed proprias uires ex omnibus ſumit: et mutæ animalia mellis illum inimitabilem humanæ rationi ſaporẽ, uario florum ac ſuccorum genere perficiunt: nos mirabimur, ſi oratio, qua nihil præſtantius homini dedit Prouidẽtia, pluribus artibus eget: quæ etiam cum ſe non oſtendunt in dicendo, nec proferũt, uim tamen occultam ſuggerũt, & tacitè quoq; ſentiuntur.

Politianus Miſcel. c. 54. & ſſ.

tiuntur. Fuit aliquis ſine his diſertus: at ego Oratorẽ uolo. Nõ multũ adijciũt: ſed æquè nõ erit totũ, cui uel parua deerũt: et optimũ quidẽ hoc eſſe cõueniet: cuius etiã ſi in arduo ſpes eſt, nos tamẽ præcipiamus omnia, ut ſaltẽ plura fiãt. Sed cur deficiat animus? Natura enim perfectũ Oratorẽ eſſe non prohibet: turpiterq; deſperatur quicquid fieri poteſt. Atq; ego uel iudicio ueterũ poteram eſſe contentus. Nam quis ignorat Muſicen (ut de hac primum loquar) tantũ iam illis antiquis temporibus non ſtudij modò, uerum etiam uenerationis habuiſſe, ut ijdem Muſici, & uates & ſapientes iudicarentur? mittam alios, Orpheus & Linus: quorũ utrunq; diis genitũ, alterum uerò, quòd rudes quoq; atq; agreſtes animos admiratione mulceret, nõ feras modò, ſed ſaxa etiam ſyluaſq; duxiſſe, poſteritatis memoriæ traditum eſt. Et Timagenes author eſt, omnium in literis ſtudiorum antiquiſſimam Muſicen extitiſſe: & teſtimonio ſunt clariſſimi poëtæ, apud quos inter regalia conuiuia laudes Heroum ac Deorum ad citharam canebantur. Iopas uerò ille Virgilij, non ne

_canit errantem Lunam, Solisq; labores? &c.

Quibus certè palam confirmat author eminentiſſimus, Muſicen cum diuinarum etiam rerum cognitione eſſe coniunctam. Quod ſi datur, erit etiam Oratori neceſſaria. Siquidem (ut diximus) hæc quoq; pars quæ ab Oratoribus relicta, à philoſophis eſt occupata, noſtri operis fuit: ac ſine omnium talium ſcientia non poteſt eſſe perfecta eloquentia. Atq; claros nomine ſapientiæ uiros, nemo dubitauerit ſtudioſos Muſices fuiſſe, quum Pythagoras, atq; eum ſecuti, acceptam ſine dubio antiquitus opinionem, uulgauerint, mundum ipſum eius ratione eſſe compoſitum, quam poſtea ſit lyra imitata. Nec illa modò contenti diſſimilium concordia, quam uocant ἁρμονίαν, ſonũ quoq; his motibus dederunt. Nam Plato cum

Cic. 3. de Orat.

Cic. 3. de Ora. & Strab. 1. de geograp. lib. & 10.

Vir. æglo. 4. Hora. in arte.

Apud Home. Achilles, & Phemi⁹. Od. 1. Aeneid. 1. & Aeglo. 4.

In procœmio.

Vide Macro. lib 2. ſomnii Scipionis.

Universidad de Deusto Biblioteca

in alijs quibusdam, tum præcipuè in Timæo, ne intelligi quidem nisi ab ijs qui hanc quoq; partem disciplinæ diligenter perceperint, potest. Quid de philosophis loquor, quorũ fons ipse Socrates iam senex institui lyra non erubescebat? Duces maximos & fidibus & tibijs cecinisse traditum, & exercitus Lacedæmoniorum Musicis accensos modis. Quid autem aliud in nostris legionibus cornua ac tubæ faciunt? quorum concentus quanto est uehementior, tanto Romana in bellis gloria cæteris præstat. Non igitur frustra Plato ciuili uiro, quem πολιτικὸν uocant, necessariam Musicen credidit. Et eius sectæ, quæ alijs seuerißima, alijs asperrima uidetur, principes in hac fuere sententia, ut existimarent sapientum aliquos nonnullam operam his studijs accõmodaturos. Lycurgus durißimarũ Lacedæmonijs legum author, Musices disciplinam probauit. Atq; eam natura ipsa uidetur ad tolerandos facilius labores uelut muneri nobis dedisse. Siquidem & remiges cantus hortatur: nec solùm in ijs operibus, in quibus plurium conatus præeunte aliqua iucunda uoce conspirat, sed etiam singulorum fatigatio quanlibet se rudi modulatione solatur. Laudem adhuc dicere artis pulcherrimæ uideor, nondum tamen eam oratori coniungere. Transeamus igitur id quoq; quòd Grammatice quondam ac Musice iunctæ fuerunt. Siquidem Architas atq; Aristoxenus etiam subiectam Grammaticen Musicæ putauerũt: & eosdẽ utriusq; rei præceptores fuisse, cũ Sophron ostendit Mimorum quidem scriptor, sed quẽ Plato adeò probauit, ut suppositos capiti libros eius, cum moreretur, habuisse credatur: tũ Eupolis, apud quẽ Prodamus & Musicen & literas docet. Et Maricas, qui est Hyperbolus, nihil se ex Musicis scire nisi literas confitetur. Aristophanes quoq; non uno libro sic institui pueros antiquitus solitos esse demonstrat. Et apud Menandrum in Hypobolimæo,

Cic. in Cato. Valer. lib. 2. ti. de inst. antiq. & Gell. lib. 1. cap. 11.

Li. 2. de legib. Stoicos intellige.

Aristopha. in Nebu. In ἱππεῦσι.

pobolimæo, senex reposcenti filium patri, uelut rationẽ impendiorum quæ in educationem cõtulerat, opponens, psaltis se & geometris multa dicit dedisse. Vnde etiam ille mos, ut in conuiuijs post cœnam circumferretur lyra: cuius cum se imperitum Themistocles confessus esset, ut uerbis Ciceronis utar, habitus est indoctior. Sed ueterum quoq; Romanorum epulis fides ac tibias adhibere moris fuit. Versus quoq; Saliorum habent carmẽ. Quæ cum omnia sint à Numa Rege instituta, faciunt manifestum, ne illis quidem qui rudes ac bellicosi uidentur, curã Musices, quantam illa recipiebat ætas, defuisse. Deniq; in prouerbiũ usq; Græcorũ celebratũ est, Indoctos à Musis atq; Gratijs abesse. Verùm quid ex ea propriè petat futurus Orator, disseramus. Numeros Musice duplices habet, in uocibus, & in corpore. utriusq; enim rei aptus quidam modus desideratur. Vocis rationem Aristoxenus Musicus diuidit in ῥύθμον & *μέλος ἔμμετρον: quorum alterum modulatione, alterum canore ac sonis constat. Num igitur nõ hæc omnia Oratori necessaria? quorum unum ad gestum, alterum ad collocationem uerborum, tertium ad flexus uocis, qui sunt in agendo quoq; plurimi, pertinet. Nisi forte in carminibus tantùm & in canticis exigitur structura quædam & inoffensa copulatio uocum, in agendo superuacua est: aut non compositio & sonus in oratione quoq; uariè pro rerum modo adhibetur, sicut in Musice. Nanq; & uoce & modulatione grandia elatè, iucunda dulciter, moderata leniter canit: totaq; arte consentit cum eorum quæ dicuntur, affectibus. Atqui in orando quoque intentio uocis, remißio, flexus, pertinet ad mouendos audientium affectus: aliáque & collocationis & uocis (ut eodem utar uerbo) modulatione concitationem Iudicum, alia misericordiam petimus: cum etiam organis, quibus sermo exprimi

*Alii legunt, & μέλος, & μέτρον. Vide Gell. li. 16 ca. 18. & Boëthiũ de musica li. 1.

non poteſt, affici animos in diuerſum habitū ſentiamus. Corporis quoq; decens & aptus motus, qui dicitur ἐυρυθμία, eſt neceſſarius: nec aliūde peti poteſt: in quo pars actionis nō
Lib.11. minima conſiſtit: qua de re ſepoſitus nobis eſt locus. Age ſi habebit in primis curā uocis Orator, quid tam Muſices propriū? Sed ne hæc quidem præſumēda pars eſt: ut uno interim
Cic.3.de Ora. & Gel.li.1.c.11 contenti ſimus exēplo C. Gracchi præcipui ſuorū temporū oratoris, cui cōcionāti conſiſtens poſt eum muſicus, fiſtula quā τονάριον uocāt, modos quibus deberet intendi, miniſtrabat. Hæc ei cura inter turbidiſſimas actiones uel terrēti optimates uel iam timēti fuit. Libet propter quoſdam imperitiores, etiam craſſiore, ut uocāt, muſa, dubitationem huius utilitatis eximere. Nā poētas certè legendos oratori futuro conceſſerint: num igitur hi ſine muſice? At ſiquis tam cæcus animi eſt, ut de alijs dubitet: illos certè, qui carmina ad lyrā compoſuerunt. Hæc diutius forent dicenda, ſi hoc ſtudium uelut nouum præciperē. Cum uerò antiquitus uſq; à Chirone atq; Achille ad noſtra tempora apud omnes, qui modò legitimam diſciplinam non ſint peroſi, duraverit, non eſt committendum ut illa dubia faciam defenſionis ſolicitudine. Quantus autem ſatis iam ex ipſis quibus ſum modò uſus exemplis, credam eſſe manifeſtum, quæ mihi, & quatenus muſice placeat: apertius tamen profitendum puto, non hanc à me præcipi, quæ nūc in ſcenis effœminata, & impudicis modis fracta, non ex parte minima, ſiquid in nobis uirilis roboris manebat, excidit: ſed qua laudes fortiū canebātur, quaq; & ipſi
Cælius lib.5. cap.23. fortes canebāt: nec pſalteria et ſpadicas, etiā uirginibus probis recuſanda: ſed cognitionē rationis, quæ ad mouendos leniēdosq; affectus plurimū ualet. Nā & Pythagorā accepimus, cōcitatos ad uim pudicæ domui afferendā iuuenes, iuſſa
Boethius in procemio de muſica. mutare in Spōdeū modos tibicina cōpoſuiſſe: & Chryſippus

etiam nutricum quæ adhibētur infantibus, allectationi, ſuum quoddam carmen aſſignat. Eſt etiam non inerudite ad declamandum ficta materia, in qua ponitur tibicen qui ſacrificāti Phrygium cecinerat, acto illo in inſaniam, & per præcipitia delato, accuſari, quòd cauſſa mortis extiterit. quæ ſi dici debet ab oratore, nec dici citra ſcientiam muſices poteſt, quomodo non hanc quoq; artem neceſſariam eſſe operi noſtro uel iniqui conſentiāt? In Geometria partem fatentur eſſe utilem teneris ætatibus, agitari nāq; animos, atq; acui ingenia, et celeritatem percipiendi uenire inde, cōcedunt: ſed prodeſſe eā, non ut cæteras artes, cum perceptæ ſint, ſed cū diſcatur, exiſtimāt. Id uulgaris opinio eſt. Nec ſine cauſſa ſummi uiri etiā impenſam huic ſcientiæ operā dederunt. Nam quum ſit Geometria diuiſa in numeros atq; formas: numerorum quidē notitia non oratori modò, ſed cuicunq; primis ſaltem literis erudito, neceſſaria eſt. In cauſſis uerò uel frequentiſſimè uerſari ſolet: in quibus actor non dico ſi circa ſummas trepidat, ſed ſi digitorum ſaltem incerto aut indecoro geſtu à computatione diſſentit, iudicatur indoctus. Illa uerò linearis ratio, & ipſa quidem cadit frequenter in cauſſas: nam de terminis menſurisq; ſunt lites: ſed habet maiorem quandam aliam cum arte oratoria cognationem. Iam primùm ordo eſt geometriæ neceſſarius: non ne & eloquētiæ? Ex prioribus geometria probat inſequentia, & certis incerta: non ne id in dicendo facimus? Quid? illa propoſitarum quæſtionum concluſio, nō tota ferè conſtat ſyllogiſmis? Propter quod plures inuenias qui dialecticæ ſimilem, quàm qui rhetoricæ fateantur hanc artem. Verùm & orator, etiam ſi rarò, non tamen nunquam probabit dialecticè. Nam & ſyllogiſmis, ſi res poſcet, utetur: & certè enthymemate, qua rhetoricus eſt ſyllogiſmus. Demq; probationū quæ ſunt potentiſſimæ, γραμμικὴ ἀποδειξις uulgò

De Harmoniis multa Athen.lib.14.

Arithmeticē ſub geometria cōprehēdit, ut paulo poſt aſtrologiam.

Ariſto in poſte. analyticis

uulgò dicuntur. Quid autem magis oratio quàm probationẽ petit? Falsa quoq; ueri similia, geometria ratione deprehendit. Fit hoc et in numeris per quasdam quas ψευδολογογραφίας uocãt, quibus pueri ludere solebamus. Sed alia maiora sunt. Nam quis non ita proponenti credat, Quorum locorum extremæ lineæ eandem mensuram colligunt, eorum spatium quoq; quod his lineis continetur, par sit necesse est? At id falsum est. Nam plurimum refert cuius sit formæ ille circuitus: reprehensiq; à Geometris sunt Historici qui magnitudines insularum satis significari nauigationis ambitu crediderunt. Nam ut quæq; forma perfectissima, ita capacissima est. Ideoq; illa circumcurrens linea si efficiet orbẽ, quæ forma est in planis maximè perfecta, amplius spatium complectetur, quàm si quadratum paribus oris efficiat. Rursus quadrata triangulis, triangula ipsa plus æquis lateribus quàm inæqualibus. Sed alia forsitan obscuriora: nos facillimum etiam imperitis sequamur experimentum. Iugeri mensuram, ducentos & quadraginta longitudinis pedes esse, dimidioq; in latitudinem patere, non ferè quisquam est qui ignoret: & qui sit circuitus, & quantum campi claudat, colligere expeditum. At centeni & octogeni in quãq; partem pedes, idem spatium extremi-
*clausæ tatis, sed multò amplius * diuisæ quatuor lineis areæ faciunt. Id si compuerare quem piget, breuioribus numeris idem discat. nam deni in quadram pedes, quadraginta per oram, intra centum erunt. At si quinideni per latera, quini in fronte sint: ex illo quod amplectuntur, quartam deducẽt eodem circunductu. Si uerò porrecti utrinq; undeniceni singulis distẽt, non plures intus quadratos habebunt, quàm per quot longitudo ducetur: quæ circumibit autẽ linea, eiusdem spatij erit, cuius ea quæ centum continet. Ita quicquid formæ quadrati detraxeris, amplitudini quoq; peribit. Ergo etiam id fieri

potest, ut maiore circuitu minor loci amplitudo claudatur. Hoc in planis. Nam in collibus uallibusq; etiam imperito patet plus soli esse quàm cæli. Quid quòd se eadem Geometria tollit ad rationem usq; mundi? in qua cum siderum certos constitutosq; cursus numeris docet, discimus nihil esse inordinatum atq; fortuitum: quod ipsum nonnunquam pertinere ad Oratorem potest. An uerò cum Pericles Athenienses Solis obscuratione territos, redditis eius rei causis, metu liberauit: aut cum Sulpitius ille Gallus in exercitu L. Pauli de Lunæ defectione disseruit, ne uelut prodigio diuinitus facto nimium animi terrerentur, non uidetur esse usus Oratoris officio? Quod si Nicias in Sicilia scisset, non eodem confusus metu pulcherrimum Athenienſium exercitum perdidisset: sicut Dion, cum ad destruendam Dionysij tyrannidem uenit, non est tali casu deterritus. Sint exempla licet usus bellici, transeamusq; quòd Archimedes unus obsidionem Syracusarum in longius traxit: illud utiq; iam proprium est ad efficiendam quod intendimus, plurimas quæstiones, quarum difficilior alia ratione explicatio est, ut de ratione diuidendi, de sectione in infinitum, de celeritate augendi, linearibus illis probationibus solui solere: ut si est Oratori (quod proximus demonstrabit liber) de omnibus rebus dicendum, nullo modo sine Geometria esse possit Orator.

Plutar. in uitã Periclis. Pli. li. 2. ca. 12. Valer. lib. 8. ca. 11.

Thucy. lib. 7. Plutar. in uitam Dionis, & Marcelli.

Cap. de materia Rhetorices.

De prima pronunciationis & gestus institutione.

CAPVT XI.

DAndum aliquid Comœdo quoq;, dum eatenus, quà pronunciandi scientiã futurus orator desiderat. Non enim puerum quẽ in hoc instituimus, aut fœmineæ uocis exilitate frãgi uolo, aut seniliter tremere. Nec uitia ebrietatis effingat, nec seruili uernilitate imbuatur: nec amoris, auaritiæ, metus discat affectũ: quæ neq; oratori sunt necessaria, et mẽtẽ præ-

cipuè in ætate prima teneram adhuc & rudem inficiunt. Nã frequens imitatio transit in mores. Ne gestus quidem omnis ac motus à Comœdis petendus est. Quanquam enim utrunq; eorum ad quendam modum præstare debet orator: plurimũ tamen aberit à scenico, nec uultu nec manu nec excursionibus nimius. Nam siqua in his ars est dicentium, ea prima est, ne ars esse uideatur. Quod est igitur in his doctoris officiũ? In primis uitia siqua sunt oris, emendet: ut expressa sint uerba, ut suis quæq; literæ sonis enuncientur. Quarundam enim uel exilitate uel pinguitudine nimia laboramus: quasdam uelut acriores parum efficimus, & alijs non dissimilibus, sed quasi hebetioribus permutamus. Quippe ϱ literæ, qua Demosthenes quoq; laborauit, λ succedit: quarum uis est apud nos quoq;. Et eum C ac similiter T nõ ualuerunt, in G ac D molliuntur. Ne illas quidem circa S literã delicias hic magister feret: nec uerba in faucibus patietur audiri, nec oris inanitate resonare: nec, quod minimè sermoni puro conueniat, simplicem uocis naturã pleniore quodam sono circunlinire, quod Græci κατατετηλασμένον dicunt. sic appellatur cantus tibiarum, quæ præclusis quibus clarescunt foraminibus, recto modò exitu grauiorem spiritum reddunt. Curabit etiã, ne extremæ syllabæ intercidant, ut par sibi sermo sit: ut quoties exclamandum erit, laterum conatus sit ille, nõ capitis: ut gestus ad uocẽ, uultus ad gestũ accõmodetur. Obseruandum erit etiam, ut recta sit facies dicentis: ne labra distorqueãtur: ne immodicus hiatus rictũ distẽdat: ne supinus uultus, ne dejecti in terrã oculi, ne inclinata utrolibet ceruix. Nam frons pluribus generibus peccat. Vidi multos quorum supercilia ad singulos uocis conatus alleuarentur, aliorũ cõstricta, aliorum etiã dissidentia, ut altero in uerticẽ tenderẽt, altero penè oculus ipse premeretur. Infinitum autem, ut mox dicemus,

Cælius lib. 7. cap. 22.
Cic. 1. de Orat.
Vide Halicar. in arte.

Lib. 11. cap. de Pronũciatione.

in his quoque rebus momentum est. Et nihil potest placere, quod non decet. Debet etiam docere Comœdus, quomodo narrandum, qua sit authoritate suadendum: qua concitatione consurgat ira, qui flexus deceat miserationem. Quod ita optime faciet, si certos ex Comœdijs elegerit locos, & ad hoc maximè idoneos, id est actionibus similes. Idem autem non ad pronunciandũ modò utilissimi, uerum ad augendam quoq; eloquentiam maximè accõmodati erunt. Et hæc, dum infirma ætas maiora non capiet. Cæterùm cum legere orationes oportebit, cum uirtutes earum iam sentiet, tum mihi digilẽs aliquis ac peritus assistat: neq; solùm lectione formet, uerumetiam edisce electa ex his cogat, & ea dicere stantem clarè, & quemadmodum agere oportebit: ut protinus pronunciationẽ uocem et memoriã exerceat. Ne illos quidẽ reprehendendos putem, qui paulum etiam palæstricis uacauerint. Non de his loquor, quibus pars uitæ in oleo, pars in uino consumitur, qui corporis cura mentem obruerunt (hos enim abesse ab eo quem instituimus, quàm longissimè uelim) sed nomen est idem ijs à quibus gestus motusq; formãtur: ut recta sint brachia, ne indoctæ rusticæue manus, ne status indecorus, nequa in proferẽdis pedibus inscitia, ne caput oculiq; ab alia corporis inclinatione dissideant. Nã nec hoc esse in parte pronunciationis negauerit quisquã, nec ipsam pronunciationẽ ab oratore secernet. Et certe quod facere oporteat, non indignandum est discere, cum præsertim hæc chironomia, quæ est (ut nomine ipso declaratur) lex gestus, & ab illis tẽporibus heroicis orta sit, & à summis Græciæ uiris, & ab ipso etiã Socrate probata, à Platone quoq; in parte ciuilium posita uirtutum, & à Chrysippo in præceptis de liberorum educatione compositis nõ omissa. Nam Lacedæmonios quidem etiam saltationem quandã, tanquam ad bella

* pronunciationem.

Odyss. 1. & 8. Iliad. 17. Lib. 3 de Rep. & de legib. 7. Pyrrhichen.

quoq; utilem, habuisse inter exercitationes accepimus. Neq; id ueteribus Romanis dedecori fuit: argumentum est, sacerdotum nomine ac religione durans ad hoc tempus saltatio: & illa in tertio Ciceronis de Oratore libro uerba Crassi, quibus præcepit ut orator utatur laterum inclinatione fortiac uirili, non à scena & histrionibus, sed ab armis, aut etiam à palæstra: cuius etiam disciplinæ usus in nostram usque ætatem sine reprehensione descēdit. A me tamen nec ultra pueriles annos retinebitur, nec in his ipsis diu. Neq; enim gestū oratoris componi ad similitudinem saltationis uolo, sed subesse aliquid ex hac exercitatione puerili, unde nos nō id agentes furtim decor ille discentibus traditus prosequatur.

Saliorum.

Inflexione, habet Cice.

An plura eodem tempore doceri prima ætas possit. CAP. XII.

QVæri solet, an etiam si discenda sint hæc, eodē tēpore tamen tradi omnia & percipi possint. Negant enim quidam, quia confundatur animus ac fatigetur tot disciplinis in diuersum tendentibus, ad quas nec mens, nec corpus, nec dies ipse sufficiat: & si maximè patiatur hæc ætas robustior, tamen pueriles annos onerari non oporteat. Sed non satis perspiciunt quantum natura humani ingenij ualeat: quæ ita est agilis & uelox, sic in omnem partem, ut ita dixerim, spectat, ut ne possit quidem aliquid agere tantùm unum: in plura uerò, non eodem die modò, sed eodem temporis momento uim suam impendat. An uerò citharœdi non simul & memoriæ, & sono uocis, & pluribus flexibus seruiunt, cum interim alios neruos dextra * percutiunt, alios læua trahunt, continēt, probant, ne pes quidem ocioſus, certam legem temporum seruat, & hæc pariter omnia? Quidē nos agendi subita necessitate deprehensi, non'ne alia dicimus, alia prouidemus, cum pariter inuentio rerum, electio uerborum, compo-

* percurrunt,

positio, gestus, pronunciatio,ultus, motusq; desiderentur? Quæ si uelut sub uno conatu tam diuersa parent simul, cur non pluribus horis diuersa partiamur, cum præsertim reficiat animos ac reparet uarietas ipsa, contraq; sit aliquanto difficilius in labore uno perseuerare? Ideoq; et stylus lectione requiescit, & ipsius lectionis tædiū uicibus leuatur. Quālibet multa egerimus, quodā tamen modo recentes sumus ad id quod incipimus. Quis non obtundi possit, si per totū diem cuiuscunq; artis unū magistrū ferat? Mutatione recreabitur: sicut in cibis, quorū diuersitate reficitur stomachus, & pluribus minore fastidio alitur. Aut dicant isti mihi, quæ sit alia ratio discendi? Si Grāmatico soli deseruiamus, deinde Geometræ, tantùm' omittamus interim quod didicimus, mox trāseamus ad Musicū, excidant priora? & quum Latinis studebimus literis, nō respiciamus ad Græcas? & ut semel finiam, nihil faciamus nisi nouissimū? Cur non idem suademus agricolis, ne arua simul & uineta, & oleas & arbustū colant? ne pratis & pecoribus, & hortis & aluearibus accōmodēt curā? Cur ipsi aliquid fōrensibus negocijs, aliquid desiderijs amicorū, aliquid rationibus domesticis, aliquid curæ corporis, nōnihil uoluptatibus quotidie damus? quarū nos una res quælibet nihil intermittentes fatiget. Adeò facilius est multa facere, quàm diu. Illud quidē minimè uerendū est, ne laborē studiorū pueri difficilius tolerent. neq; enim ulla ætas minus fatigatur. Mirū sit fōrsitan, sed experimentis deprehēdas. Nā & dociliora sunt ingenia priusquā obduruerunt. Id uel hoc argumento patet, quòd intra biennū quàm uerba rectè formare potuerūt, quāuis nullo instante, omnia ferè loquuntur: at nouitijs nostris, per quot annos sermo Latinus repugnat? Magis scias, si quem iam robustū instituere literis cœperis, non sine causſa dici παιδομαθεῖς eos, qui in sua quidq; arte optimè

Universidad de Deusto
Biblioteca

optimè faciant. Et patientior est laboris natura pueris quàm iuuenibus. Videlicet ut corpora infantiũ nec casus quo in terram toties deferuntur, tam grauiter affligit, nec illa per manus & genua reptatio, nec post breue tẽpus continui lusus, & totius diei discursus, quia põdus illis abest, nec se ipsi grauant: sic animi quoq; credo, quia minore conatu mouentur, nec suo nisu studijs insistũt, sed formãdos se tantũmodo præstant, non similiter fatigantur. Præterea secundũ aliã ætatis illius facilitatem, uelut simplicius docenteis sequũtur, nec quæ iam egerint, metiuntur. Abest illis etiã adhuc laboris iudiciũ. Porrò, ut frequenter experti sumus, minus afficit sensus fatigatio, quàm cogitatio. Sed ne temporis quidẽ unquam plus erit: quia his ætatibus omnis in audiendo profectus est. Cum ad stylum secedet, cum generabit ipse aliquid atq; cõponet, tum inchoare hæc studia uel non uacabit, uel non libebit. Ergo cum Grãmaticus totum diem occupare non possit, nec debeat, ne discentis animũ tædio auertat: quibus potius studijs hæc temporum uelut subsidia donabimus? Nam nec ego consumi studentẽ in his artibus uolo: nec ut moduletur, aut musicis modis cãtica excipiat, nec utiq; ad minutissima Geometriæ opera descendat. Non comœdũ in pronunciãdo, nec saltatorem in gestu facio: quæ si omnia exigerem, suppeditabat tamen tẽpus. Longa est enim quæ discit ætas, & ego non de tardis ingenijs loquor. Denique cur in his omnibus, quæ discenda oratori futuro puto, eminuit Plato? qui nõ cõtentus disciplinis quas præstare poterãt Athenæ, nõ Pythagoreorũ, ad quos in Italiam nauigauerat: Aegypti quoque sacerdotes adijt, atq; eorum arcana perdidicit. Difficultatis patrocinia præteximus segnitiæ. Neq; enim nobis operis amor est: nec qa sit honesta, atq; pulcherrima rerũ eloquẽtia, petitur ipsa, sed ad uilem usum & sordidũ lucrũ accingimur. Dicãt fine

Plato. Cic. 4. Tusc. & 5 Finium.

his

his in foro multi, & acquirant, dũ sit locupletior aliquis sordidæ mercis negociator, & plus uoci suæ debeat præco: ne uelim quidẽ lectorẽ dari mihi, quid studia referant cõputaturum. Qui uerò imaginẽ ipsam eloquẽtiæ diuina quadã mẽte conceperit, quiq; illã (ut ait nõ ignobilis tragicus*) reginam rerũ orationẽ ponet ante oculos, fructũq; nõ ex stipe aduocationũ, sed ex animo suo, & contẽplatione ac scientia petet, perpetuũ illũ, nec fortunæ subiectũ, facilè persuadebit sibi, ut tẽpora quæ spectaculis, cãpo, tesseris, ociosis deniq; sermonibus, ne dicã somno, & cõuiuiorũ mora cõterũt, Geometræ potius ac Musico impendat, quãto plus delectationis habiturus, q̃ ex illis ineruditis uoluptatibus? Dedit enim hoc prouidentia hominibus munus, ut honesta magis iuuarẽt. Sed nos hæc ipsa dulcedo lõgius duxit. Hactenus ergo de studijs, ibus antequã maiora capiat, puer instituẽdus est: proximus liber uelut nouũ sumet exordiũ, & ad Rhetoris officia transibit.

*Euripides in Hecuba, unde & Pacuuius apud Nonii Marcel. transtulit. vide Cice. 2. de orat. circ. medium.

[M. FAB. QVINTILIANI DE INSTIT. ORAT.

LIBER SECVNDVS.

Quando sit Rhetori tradendus puer. CAP. I.

IENVIT consuetudo, quæ quotidie magis inualescit, ut præceptoribus eloquẽtiæ, Latinis quidem semper. sed etiã Græcis interim, discipuli serius quàm ratio postulat, traderẽtur. Eius rei duplex est caussa: quòd & Rhetores utiq; nostri suas partes omiserũt, & Grammatici alienas occupauerunt. Nam & illi declamare modò, & scientiã declamandi ac facultatẽ tradere, officij sui ducũt, idq; intra deliberatiuas iudiciales q̃ materias: nã cætera ut professione sua minora despiciunt: & hi non satis credunt excepisse

pisse quæ relicta erant (quo nomine gratia quoq; his est habenda) sed ad prosopopœias usq;, & ad suasorias, in quibus omnis dicendi uel maximum est, irrũpunt. Hinc ergo accidit, ut quæ alterius artis prima erant opera, facta sint alterius nouissima: & ætas altioribus iam disciplinis debita, in schola minore subsideat, ac Rhetoricen apud Grammaticos exerceat. Ita, quod est maximè ridiculum, non antè ad declamandi magistrum mittendus uidetur puer, quàm declamare iam sciat. Nos suum cuiq; professioni modum demus. Et Grammatice (quam in latinum transferentes, literaturam uocauerunt) fines suos norit, præsertim tantum ab hac appellationis suæ paupertate, intra quam primi illi constitere, prouecta. Nam tenuis à fonte, assumptis poëtarum historicorumq; uiribus, pleno iam satis alueo fluit: cum præterrationem rectè loquendi, non parùm alioqui copiosam, propè omnium maximarum artium scientiam amplexa sit. Et Rhetorice, cui nomen uis eloquendi dedit, officia sua non detrectet, nec occupari gaudeat pertinentem ad se laborem: quæ dum opera cedit, tam penè possessione depulsa est. Nec inficiabor, ex ijs aliquem qui Grammaticen profitentur, eousque scientiæ progredi posse, ut ad hæc quoq; tradenda sufficiat: sed cum id aget, Rhetoris officio fungetur, non suo. Nos porrò quærimus, quando ijs quæ Rhetorice præcipit, percipiendis puer maturus esse uideatur. In quo quidem non id est æstimandum, cuius quisq; sit ætatis, sed quantum in studijs iam effecerit. Et ne diutius differam quando sit Rhetori tradendus, sic optimè finiri credo, Cum poterit. Sed hoc ipsum ex superiore pendet quæstione. Nam si Grammatices munus usq; ad suasorias (*quæ sunt apud Rhetorem materiæ inter rudimenta dicendi) prorogatur, tardius Rhetore opus est. Si Rhetor prima operis sui officia non recusat, à narrationibus

Cicero in Oratore.

*Hæc parenthesis non est in uetustis codicib. scripta.

bus statim, & laudandi uituperãdiq; opusculis cura eius desideratur. An ignoramus antiquis hoc fuisse ad augendã eloquentiã genus exercitationis, ut theses dicerẽt, & cõmunes locos, & cætera circa cõplexũ rerũ personarumq;, quibus ueræ fictæq; cõtrouersiæ cõtinẽtur? Ex quo palàm est quàm turpiter deserat eã partẽ Rhetorices institutio, quã & primam habuit, & diu solam. Quid autẽ est ex ijs de quibus suprà dixi, quod nõ tũ in illa quæ sunt Rhetorũ propria, tum certè in illud iudiciale caussæ genus incidat? An non in fõro narrãdũ est? qua in parte nescio an sit uel plurimũ. Nõ laus ac uituperatio certaminibus illis frequẽter inseritur? Nõ cõmunes loci? siue qui sunt in uitia directi. quales legimus à Cicerone cõpositos: seu quibus quæstiones generaliter tractantur, quales sunt editi à Quinto quoq; Hortẽsio: ut, siʼne paruis argumẽtis credendũ, & pro testibus, et in testes, in medijs litium medullis uersantur. Arma sunt hæc quodammodo præparãda semper, ut his, cũ res poscet, utaris. Quæ q pertinere ad oratorẽ nõ putabit, is ne statuã quidẽ inchoari credet, cũ eius mẽbra fundẽtur. Neq; hãc (ut aliqui putabũt) festinationem meã sic quisquã calũnietur, tanquã eum qui sit Rhetori tradẽdus, abducendum protinus à Grãmaticis putẽ. Dabũtur illis tũ quoq; tẽpora sua: neq; erit uerẽdũ, ne binis præceptoribus oneretur puer. Non enim crescet, sed diuidetur qui sub uno muscebatur labor: & erit sui quisque operis magister utilior: q.d adhuc obtinẽt Græci, à Latinis omissum est: et fieri uidetur excusatè, quia sunt q labori isti successerũt.

Vt in paradoxis.

De moribus & officijs præceptoris. CAP. II.

ERgo cum ad eas in studijs uires peruenerit puer, ut quæ prima esse præcepta Rhetorum diximus, mente cõsequi possit, tradendus eius artis magistris erit. Quorũ in primis inspici mores oportebit. Quod ego nõ ideirco potissimum in

hac

hac parte tractare ſum aggreſſus, quia nõ in cæteris quoq; doctoribus idẽ hoc examinandũ quãdiligentiſſimè putẽ, ſicut teſtatus ſum libro priore: ſed quòd magis neceſſariã eius rei mentionẽ facit ætas ipſa diſcentiũ. Nã et adulti ferè pueri ad hos præceptores transferuntur, & apud eos iuuenes etiam ſæpe perſeuerant: ideoq; maior adhibenda tũ cura eſt: ut & teneriores annos ab iniuria ſanctitas docentis cuſtodiat, & ferociores à licentia grauitas deterreat. Neque uerò ſatis eſt ſummã præſtare abſtinentiã, niſi diſciplinæ ſeueritate cõuenientiũ quoq; ad ſe mores adſtrinxerit. Sumat igitur ante omnia parẽtis erga diſcipulos ſuos animũ, ac ſuccedere ſe in eorũ locũ, à quibus ſibi liberi traduntur, exiſtimet. Ipſe nec habeat uitia, nec ferat. Non auſteritas eius triſtis, non diſſoluta ſit comitas: ne inde odiũ, hinc contẽptus oriatur. Plurimus ei de honeſto ac bono ſit ſermo. Nã quo ſæpius monuerit, hoc rarius caſtigabit. Minimè iracundus: nec tamen eorũ quæ emendanda erunt, diſſimulator. ſimplex in docẽdo, patiens laboris, aßiduus potius quàm immodicus. Interrogantibus libenter reſpõdeat, non interrogantes percontetur ultro. In laudandis diſcipulorũ dictionibus nec malignus, nec effuſus: quia res altera tædium laboris, altera ſecuritatẽ parit. In emendando quæ corrigenda erunt, non acerbus, minimeq; contumelioſus. nam id quidẽ multos à propoſito ſtudendi fugat, quòd quidam ſic obiurgant, quaſi oderint. Ipſe aliquid, imo multa quotidie dicat, quæ ſecũ audita referãt. Licet enim ſatis exẽplorũ ad imitandũ ex lectione ſuppeditet, tamen uiua illa, ut dicitur, uox alit plenius, præcipueq; præceptoris, quẽ diſcipuli, ſi modò rectè ſunt inſtituti, & amant, & uerẽtur. Vix autem dici poteſt, quãto libẽtius imitemur eos quibus fauemus. Minimè uerò permittenda pueris, ut fit apud pleroſq;, aſſurgẽdi exultandiq; in laudãdo licentia: quin

Cap. 1. & 2.

quin etiã iuuenum modicũ eſſe, cum audient, teſtimoniũ debet. Ita fiet, ut ex iudicio præceptoris diſcipulus pẽdeat, atq; id ſe dixiſſe rectè, quod ab eo probabitur, credat. Illa uerò uitioſiſſima, quæ iam humanitas uocatur, inuicẽ qualiacunq; laudandi, cum eſt indecora & theatralis, & ſeuerè inſtitutis ſcholis aliena, tũ ſtudiorũ pernicioſiſſima hoſtis. Superuacua enim uidetur cura, ac labor, parata quicquid effuderint, laude. Vultũ igitur præceptoris intueri tam qui audiunt, debent, quàm ipſe qui dicit. Ita enim probanda atq; improbãda diſcernẽt: ſic ſtylo facultas cõtinget, auditioni iudiciũ. At nũc proni atq; ſuccincti ad omnẽ clauſulã nõ exurgũt modò, uerumetiã excurrũt, & cũ indecora exultatione cõclamant. Id mutuũ eſt, & ibi declamationis fortuna. Hinc tumor, et uana de ſe perſuaſio, uſqueadeo, ut illo cõdiſcipulorũ tumultu inflati, ſi parũ à præceptore laudẽtur, ipſi de illo male ſentiãt. Sed ſe quoq; præceptores intente ac modeſte audiri uelint. Non enim iudicio diſcipulorum dicere debet magiſter, ſed diſcipuli magiſtri. Quin ſi fieri poteſt, intendẽdus animus in hoc quoq;, ut perſpiciat quæ quiſq; & quomodo laudet: & placere quæ bene dicet, nõ ſuo magis quàm eorũ nomine delectetur, qui rectè iudicabũt. Pueros adoleſcentibus ſedere permiſtos, non placet mihi. Nam etiã ſi uir talis, qualem eſſe oportet ſtudijs moribuſq; præpoſitũ, modeſtiã habere poteſt etiam iuuentutẽ, tamẽ uel infirmitas à robuſtioribus ſeparanda eſt: & carendũ non ſolùm crimine turpitudinis, uerumetiam ſuſpicione. Hæc notanda breuiter exiſtimaui. Nam ut abſit ab ultimis uitijs ipſe præceptor, ac ſchola, ne præcipiendum quidem credo. Ac ſiquis eſt qui flagitia manifeſta in deligendo filij præceptore non uitet, iam hinc ſciat cætera quoque quæ ad utilitatem iuuentutis componere conamur, eſſe ſibi hac parte omiſſa ſuperuacua.

Cæſaris apophthegma.

An protinus præceptore optimo sit utendum. CAP. III.

NE illorum quidem persuasio silentio transeũda est, qui etiam cum idoneos Rhetori pueros putauerunt, nõ tamen continuò tradendos eminẽtissimo credunt, sed apud minores aliquandiu detinent: tanquam instituendis artibus magis sit apta mediocritas præceptoris, cum ad intellectũ atq; imitationem facilior, tum ad suscipiendas elementorũ molestias minus superba. Qua in re mihi non arbitror diu laborandum, ut ostendam quanto sit melius optimis imbui, quantúq; in eluendis quæ semel insederint uitijs, difficultas consequatur: cum geminatum onus succedentes premat, & quidẽ dedocẽdi grauius ac prius quàm docendi. Propter quod Timotheum clarũ in arte tibiarum, ferunt duplices ab ijs quos alius instituisset, solitũ exigere mercedes, quàm si rudes traderentur. Error tamen est in re duplex. Vnus, quòd interim sufficere illos minores existimant: & bono sanè stomacho cõtenti sunt. Quæ quanquam & ipsa reprehensione digna securitas, tamẽ esset utcunq; tolerabilis, si eiusmodi præceptores minus docerent, nõ peius. Alter, ille etiam frequentior, quòd eos qui ampliorem dicendi facultatem sunt consecuti, non putant ad minora descẽdere: idq; interim fieri, quia fastidiant præstare hãc inferioribus curã: interim, quia omnino non possint. Ego porro eum qui nolit, in numero præcipientium non habeo: posse autem maximè si uelit, optimum quenq; contendo. Primùm, quòd cum qui eloquentia cæteris præstet, illa quoq; per quæ ad eloquentiam peruenitur, diligentissimè percepisse credibile est. Deinde, quia plurimum in præcipiendo ualet ratio, quæ doctissimo cuiq; planissima est. Postremò, quia nemo sic in maioribus eminet, ut eum minora deficiant. Nisi forte Iouem quidem Phidias optimè fecit, illa autem quæ in ornamentũ operis eius accedunt, alius melius

Duplices, pro duplo maiores.

Vide Pausaniam Heliacõ primo.

lius elaborasset: aut orator loqui nesciet: aut leuiores morbos curare non poterit medicus præstantissimus. Quid ergo? non est quædam eloquentia maior quàm ut eã intellectu consequi puerilis infirmitas possit? Ego uerò confiteor: sed hunc disertum præceptorem, prudentem quoq;, & non ignarum docendi esse oportebit. summittentem se ad mensuram discentis: ut uelocissimus quisq; si forte iter cum paruulo faciat, det manum, & gradum suum minuat, nec procedat ultrà quàm comes possit. Quid si plerunq; accidit ut faciliora sint ad intelligendum, & lucidiora multo, quæ à doctissimo quoq; dicuntur? Nam & prima est eloquẽtiæ uirtus, perspicuitas: & quo quisq; ingenio minus ualet, hoc se magis attollere & dilatare conatur: ut statura breues, in digitos erigũtur, et plura infirmi minantur. Nam tumidos, & corruptos, & tinnulos, & quocũq; alio cacozeliæ genere peccantes, certum habeo non uirium sed infirmitatis uitio laborare: ut corpora nõ robore sed ualetudine inflantur: & recto itinere lapsi, plerũq; diuertunt. Erit ergo obscurior etiam quo quisq; deterior. Nõ excidit mihi scripsisse me in libro priore, cũ potiorẽ in scholis eruditionem esse, quàm domi dicerem, libentius se prima studia teneros q; profectus ad imitationem condiscipulorum, quæ facilior esset, erigere. quod à quibusdam sic accepi potest, tanquàm hæc quam nunc tueor sentẽtia, priori diuersa sit. Id à me procul aberit. nanq; ea caussa uel maxima est cur optimo cuiq; præceptori sit tradendus puer, quòd apud eum discipuli quoq; melius instituti, aut dicent quod inutile non sit imitari: aut si quid erraverint, statim corrigentur: at indoctus ille etiam probabit fortasse uitiosa, & placere audientibus iudicio suo coget. Sit ergo tam eloquentia quàm moribus præstantissimus, qui ad Phœnicis Homerici exemplum dicere ac facere doceat.

Cap. 2.

Ilia. 9. & Cic. 3. de Orato.

Universidad de Deusto Biblioteca

De primis apud Rhetorem exercitationibus. CAP. IIII.

HInc iam quas primas in docendo partes Rhetorum putem, tradere incipiam: dilata parũper illa quæ sola uulgò uocatur arte Rhetorica. Ac mihi opportunus maximè uidetur ingressus ab eo cuius aliquid simile apud Grãmaticos puer didicerit. Et quia narrationũ, excepta qua in caußis utimur, tres accipimus species: Fabulam, quæ uersatur in tra
Cic.Rhet.1. gœdijs atq; carminibus, nõ à ueritate modò, sed etiam à forma ueritatis remotam: Argumentũ, quod falsum, sed uero simile Comœdiæ fingunt: Historiam, in qua est gestæ rei expo
Lib.1 cap.4. sitio: Grãmaticis autem poëticas dedimus: apud Rhetorẽ initium sit historia, tanto robustior, quanto uerior. Sed narrãdi quidem quæ nobis optima ratio uideatur, tum demonstrabi-
Libro.4. mus, cum de iudiciali parte dicemus. Interim admonere illud satis est, ut sit ea neq; arida prorsus atq; ieiuna: (nam quid opus erat tantũ studijs laborẽ impendere, si res nudas atque inornatas indicare satis uideretur?) neq; rursus sinuosa, & accersitis descriptionibus, in quas pleriq; imitatione poëticæ licentiæ ducũtur, lasciua. Vitiũ utrunq;: peius tamẽ illud quod ex inopia, quàm quod ex copia uenit. Nam in pueris oratio perfecta nec exigi nec sperari potest: melior autẽ est indoles læta, generosiq; conatus, & uel plura iusto concipiens interim spiritus. Nec unquã me in his discentis annis offendat siquid superfuerit. Quin ipsis doctoribus hoc esse curæ uelim, ut teneras adhuc mẽtes more nutricum mollius alant, & satiari uelut quodã iucundioris disciplinæ lacte patiantur. Erit illud plenius interim corpus, quod mox adulta ætas adstringat. Hinc spes roboris. Maciem nanq; & infirmitatẽ in posterũ minari solet protinus omnibus membris expressus infans. Audeat hæc ætas plura, & inueniat, & inuentis gaudeat, sint licet illa nõ satis interim sicca & seuera. Facile remedium

medium est ubertatis, sterilia nullo labore uincũtur. Illa mihi in pueris natura minimum spei dabit, in qua ingenium iudicio præsumitur. Materiam esse primum uolo uel abundantiorem, atq; ultrà quàm oporteat fusam. Multum inde decoquent anni, multum ratio limabit, aliquid uelut usu ipso deteretur, sit modò unde excidi poßit, & quod exculpi. erit autem, si nõ ab initio tenuem nimium laminam duxerimus, & quam cælatura altior rumpat. Quod me de his ætatibus sentire minus mirabitur qui apud Ciceronẽ legerit, Volo enim 2.de Orat.
se efferat in adolescente fœcunditas. Quapropter in primis euitandus, & in pueris præcipuè, magister aridus, nõ minus quàm teneris adhuc plantis siccum & sine humore ullo solum. Inde fiunt humiles statim, & uelut terram spectantes, qui nihil supra quotidianum sermonẽ attollere audeant. Macies illis pro sanitate, & iudicij loco infirmitas est: & dum satis putant uitio carere, in id ipsum incidunt uitiũ, quòd uirtutibus carent. Quare mihi ne maturitas quidem ipsa festinet, nec musta in lacu statim austera sint: sic & annos ferẽt, & uetustate proficiẽt. Ne illud quidem quod admoneamus indignum est, ingenia puerorum nimia interim emendationis seueritate deficere. nam & desperant, & dolent, & nouißimè oderunt: &, quod maximè nocet, dum omnia timent, nihil conantur. Quod etiam rusticis notum est, qui frondibus Virg.Geor.2.
teneris non putant adhibẽdam esse falcem, quia reformidare ferrum uidentur, & cicatricem nondum pati posse. Iucundus ergo tum maximè debet esse præceptor, ut remedia, quæ alioqui natura sunt aspera, molli manu leniantur: laudare aliqua, ferre quædam, mutare etiam, reddita cur id fiat ratione: illuminare, interponendo aliquid sui. Nonnũquam hoc quoq; erit utile, totas ipsum dictare materias, quas ei imitetur puer, & interim tanquam suas amet. At si tam negligens ei stylus

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuerit, ut emendationem nõ recipiat: expertus sum prodesse, quoties eandem materiã rursus à me tractatã, scribere de integro iuberem: posse enim eum adhuc melius, quatenus nullo magis studia quàm spe gaudent. Aliter autẽ alia ætas emendanda est, & pro modo uirium exigendum & corrigẽdum opus. Solebam ego dicere pueris aliquid ausis licentius aut lætius, laudare illud me adhuc, uenturum tempus quo idẽ nõ permitterem, ita & ingenio gaudebant, & iudicio non fallebantur. Sed ut eò reuertar, unde sum egressus: Narrationes stylo componi quanta maxima possit adhibita diligentia uolo. Nam ut primò cum sermo instituitur, dicere quæ audierint, utile est pueris ad loquendi facultatem, ideoq; & retroagere expositionem, & à media in utrãq; partem discurrere sanè meritò cogantur, sed ad præceptoris gremium, & dum aliud non possunt, & dum res ac uerba cõnectere incipiunt, ut protinus memoriã firment: ita cum iam formam rectæ atq; emendatæ orationis accipient, extemporalis garrulitas, nec expectata cogitatio, & uix surgendi mora, circulatoriæ uerè iactationis est. Hinc parentum imperitorum inane gaudium, ipsis uerò contemptus operis, & inuerecunda frons, & consuetudo pessimè dicendi, & malorũ exercitatio, & quæ magnos quoq; profectus frequẽter perdidit, arrogãs de se persuasio innascitur. Erit suũ parãdæ facilitati tẽpus, nec à nobis
Lib.10. cap.7. negligenter locus iste transibitur. Interim satis est si puer omni cura, & summo quantum ætas illa capit, labore, aliquid probabile scripserit: in hoc assuescat, huius rei naturam sibi faciat. Ille demum in id quod quærimus, aut ei proximũ poterit euadere, qui antè discet rectè dicere, quàm cito. Narrationibus nõ inutiliter subiungitur opus destruẽdi cõfirmandi q; eas, quod ἀνασκευὴν et κατασκευὴν uocatur. Id porrò nõ tantũ in fabulosis & carmine traditis fieri potest, uerumetiã in ipsis

in ipsis annaliũ monumẽtis: ut si quæratur an sit credibile super caput Valerij pugnãtis sedisse coruũ, qui os oculosq; hostis Galli rostro atq; alis euerberaret: sit in utrãq; partẽ ingens ad dicendũ materia. ut de serpente quo Scipio traditur genitus, & lupa Romuli, & Aegeria Numæ. Nam Græcis historijs plerũq; poëticæ similis est licentia. Sæpe etiã quæri solet de tẽpore, de loco, quo gesta res dicitur. Nõnunquã de persona quoq;, sicut Liuius frequentissimè dubitat, & alij ab alijs Historici dissentiũt. Inde paulatim ad maiora tendere incipiet, laudare claros uiros, & uituperare improbos: quod nõ simplicis utilitatis opus est. Nãq; & ingenium exercetur multiplici uariaq; materia, & animus contemplatione recti pravi q; formatur, & multa inde cognitio rerũ uenit: exemplisq;, quæ sunt in omni genere caussarũ potentissima, tã tum instruitur, cum res poscet usurus. Hinc illa quoq; exercitatio subit comparationis, uter melior, uterue deterior: quæ quanquam uersatur in ratione simili, tamẽ & duplicat materiam, & uirtutũ uitiorumq; nõ tantùm naturã, sed etiã modũ tractat. Verùm de ordine laudis, contrariq;, quoniam tertia hæc Rhetorices pars est, præcipiemus suo tẽpore. Cõmunes loci (de ijs loquor quibus citra personas in ipsa uitia moris est perorare, ut in adulterum, aleatorem, petulantem) ex medijs sunt iudicijs, & si reum adijcias, accusationes: quanquam hi quoq; ab illo generali tractatu ad quasdam deduci species solent, ut si ponatur adulter cæcus, aleator pauper, petulans senex. Habent autem nonnunquam etiam defensionem. Nam & pro luxuria, & pro amore dicimus, & leno interim parasitusq; defenditur: sic ut non homini patrocinemur, sed crimini. Theses autem quæ sumuntur ex rerum comparatione, ut rustica ne uita an urbana potior, Iurisperiti an militaris uiri laus maior, mirè sunt ad exercitationem dicendi Liu.dec.1.li.7. Gel.lib.9.cap. 11. Gel.li.7.cap.1. Liu. dec.1.li.6. & dec.1.lib.1. Libro 3.

ſpacioſæ atq; uberes: quæ uel ad ſuadendi officium, uel etiam ad iudicium diſceptationemq; iuuant plurimum. Nam poſterior ex prædictis locus, in cauſſa Murænæ copioſiſſime à Cicerone tractatur. Sunt et illæ penè totæ ad deliberatiuũ pertinentes genus, ducenda'ne uxor, petendi'ne ſint Magiſtratus. Nanq; hæ perſonis modo adiectis ſuaſoriæ erũt. Solebãt præceptores mei, neq; inutili, & nobis etiam iucundo genere exercitationis præparare nos coniecturalibus cauſſis, cum quærere atq; exequi iuberent, cur armata apud Lacedæmonios Venus: & quid ita crederetur Cupido puer, ac uolucer, & ſagittis ac face armatus, et ſimilia: in quibus ſcrutabamur uoluntatem, cuius in controuerſijs frequens quæſtio eſt: quod genus chriæ uideri poteſt. Nam locos quidem, quales ſunt de teſtibus, ſemper'ne his credendum: & de argumentis, an habẽda etiã paruis fides: adeò manifeſtũ eſt ad fõrenſes actiones pertinere, ut quidam nec ignobiles in officijs ciuilibus, ſcriptos eos, memoriæq; diligẽtiſſime mandatos, in promptu habuerint, ut quoties eſſet occaſio, extemporales eorum dictiones his uelut emblematis exornarentur. Quo quidẽ (nec enim eius rei iudicium differre ſuſtineo) ſummam uidebãtur mihi infirmitatẽ de ſe cõfiteri. Nã quid hi poſſint in cauſſis, quarũ uaria ac noua ſemp eſt facies, propriũ inuenire, quomodo propoſitis ex parte diuerſa reſpõdere, altercationibus uelociter occurrere, teſtem rogare, qui etiã in ijs quæ ſunt cõmunia, & in plurimis cauſſis tractantur, uulgatiſſimos ſenſus uerbis niſi tanto antè præparatis, proſequi nequeãt? Neceſſe eſt his, cum eadẽ iudicijs pluribus dicũt, aut faſtidiũ moueant, uelut frigidi & repoſiti cibi: aut pudorem deprehenſa toties audientium memoria infelix ſupellex: quæ, ſicut apud pauperes ambitioſos, pluribus & diuerſis officijs cõteratur: cum eo quidẽ, quòd uix ullus eſt tã cõmunis locus, qui poſſit

Aul. ſect. 1. Lactãtius de falſa religio. lib. 1. cap. 11. Prop. lib. 11.

cohærere

*cohærere cũ cauſſa, niſi aliquo propriæ quæſtionis uinculo copulatus: appareatq; eum non tam inſertum, quàm applicitum, uel quòd diſſimilis eſt cæteris, uel quòd plerũq; aſſumi etiam parum aptè ſolet, nõ quia deſideratur, ſed quia paratus eſt: ut quidam ſententiarũ gratia uerboſiſſimos locos arceſſunt, cũ ex locis debeat naſci ſententia. Ita ſunt autem ſpecioſa hæc & utilia, ſi oriuntur ex cauſſa. Cæterũ quamlibet pulchra locutio, niſi ad uictoriam tẽdit, utiq; ſuperuacua, ſed interim etiã contraria eſt. Verùm hactenus euagari ſatis fuerit. Legũ laus & uituperatio iam maiores ac propè ſummis operibus ſuffecturas uires deſiderant: quæ quidem Suaſorijs magis an Controuerſijs accõmodata ſit exercitatio, conſuetudine & iure ciuitatũ differt. Apud Græcos enim lator carũ ad iudicem uocabatur: Romanis pro concione ſuadere ac diſſuadere moris fuit. Vtroq; autem modo pauca de his, & ferè certa dicuntur. Nam & genera ſunt tria, Sacri, Publici, Priuati iuris. Quæ diuiſio ad laudem magis ſpectat, ſiquis eam per gradus augeat, quòd Lex, quòd Publica, quòd ad religionẽ deũm cõparata ſit. Ea quidem de quibus quæri ſolet, communia omnibus. Aut enim de iure dubitari poteſt eius qui rogat, ut de P. Clodij, qui non rite creatus Tribunus arguebatur: Aut de ipſius rogationis, quod eſt uarium, ſiue non * trino fõrte nundino promulgata, ſiue non idoneo die, ſiue contra interceſſiones, uel auſpicia, aliúe quid quod legitimè obſtet, dicitur lata eſſe uel ferri, ſiue alicui manentium legũ repugnare. Sed hæc ad illas primas exercitatiões non pertinent. Nã ſunt hæ citra complexũ perſonarum, temporum, cauſſarum. Reliqua eadem ferè uero fictoq; certmine huiuſmodi tractantur. Nam uitiũ aut in uerbis eſt, aut in rebus. In uerbis quæritur, an ſatis ſignificẽt, an ſit in his aliquid ambiguum. In rebus, an lex ſibi ipſa cõſentiat, an in po-*

Vide Demoſth. in ora. περὶ παραπρεσβ. κ) κατὰ Τιμοκράτ.

Sueto. in Cæſa. & Cice. in orat. p domo ſua.

*Vide Macrobium lib. 1. Saturn. c. 19.

pulum ferri debeat, an in singulos homines. Maximè uerò cõmune est quærere, an sit honesta, an utilis. Nec ignoro plures fieri à plerisq; partes: sed nos iustũ, pium, religiosum, cæteraq; his similia, honesto cõplectimur. Iusti tamen species non simpliciter excuti solet. Aut enim de re ipsa quæritur, ut dignáne pœna uel præmio sit: Aut de modo præmij, pœnæue, q tã maior q̃ minor culpari potest. Vtilitas quoq; interim natura discernitur, interim tẽpore. Quædã an obtineri possint, ambigi solet. Ne illud quidem ignorare oportet, leges aliquãdo totas, aliquãdo ex parte reprehẽdi solere, cum exemplum rei utriusq; nobis claris orationibus præbeatur. Nec me fallit eas quoq; leges esse, quæ nõ in perpetuũ rogẽtur, sed de honoribus aut imperijs, qualis Manilia fuit, de qua Ciceronis oratio est. Sed de his nihil hoc loco præcipi potest. Cõstant enim propria rerũ de quibus agitur, non cõmuni qualitate. His fere ueteres facultatẽ dicendi exercuerunt, assumpta tamen à dialecticis argumentãdi ratione. Nã fictas ad imitationẽ fori consiliorũq; materias apud Græcos dicere, circa Demetriũ Phalerea institutũ ferè cõstat. An ab ipso id genus exercitationis sit inuentũ (ut alio quoq; libro fum confessus) parum comperi: sed ne ij quidẽ qui hoc fortissime affirmant, ullo satis idoneo authore nituntur. Latinos uerò dicendi præceptores extremis L. Crassi tẽporibus cœpisse, Cicero author est: quorũ insignis maxime Plotius fuit.

Cic. in ora. de lege agraria.

Demosthenis & Aeschinis.

Lib. 3. de Oratore.

De lectione oratorum & historicorum apud rhetorem. CAP. V.

Cap. 11. infrà.

SEd de ratione declamãdi pòst paulò: interim, quia prima rhetorices rudimenta tractamus, non omittendũ uidetur id quoq; ut moneã, quantũ sit collaturus ad profectũ discentium rhetor, si quemadmodũ à grãmaticis exigitur poetarũ enarratio, ita ipse quoq; historiæ, atq; etiã magis orationum lectio

lectione susceptos à se discipulos instruxerit: qd nos in paucis, quorũ id ætas exigebat, & parentes utile esse crediderant, seruauimus. Cæterũ sentientibus iam tum optima, duæ res impedimento fuerunt, quòd & longa consuetudo aliter docendi fecerat legẽ, & robusti ferè iuuenes, nec hunc laborem desiderantes, exemplũ nostrũ sequebantur. Nec tamen etiam si quid noui uel serò inuenissem, præcipere in posterũ puderet. Nũc uerò scio id fieri apud Græcos, sed magis per adiutores: quia non uidentur tẽpora sufficere, si legentibus singulis præire semper ipsi uelint. Et hercle prælectio, quæ in hoc adhibetur, ut facilè atq; distinctè pueri scripta oculis sequãtur, etiã illa quæ uim cuiusq; uerbi, siquod minus usitatũ incidat, docet, multũ infra Rhetoris officium existimanda est. At demonstrare uirtutes, uel, siquando ita incidat, uitia: id professionis eius atq; promissi, qui se magistrũ eloquentiæ pollicetur, maximè propriũ est: eo quidem ualidius, quòd non utiq; hunc laborem docentium postulo, ut ad gremium reuocatis, cuius quisq; eorũ uelit libri lectioni deseruiant. Nam mihi cũ facilius, tum etiam multo magis uidetur utile, facto silentio unum aliquem (quod ipsum imperari per uices optimum est) constituere lectorem, ut protinus pronunciationi quoq; assuescant: tum exposita caussa in quam scripta legetur oratio (nam sic clarius quæ dicentur, intelligi poterunt) nihil otiosum pati, quodq; in inuẽtione, quodq; in elocutione annotandũ erit: quæ in proœmio conciliandi Iudicis ratio: quæ narrandi lux, breuitas, fides: quod aliquando consilium, & quàm occulta calliditas. Nanque ea sola in hoc ars est, quæ intelligi nisi ab artifice non possit. Quanta deinceps in diuidendo prudentia, quàm subtilis & crebra argumẽtatio: quibus utribus inspiret, qua iucũditate permulceat, quãta in maledictis asperitas, in iocis urbanitas, ut denique

que dominetur in affectibus, atq; in pectora irrumpat, animumq; iudicũ simílem ijs quæ dicit, efficiat. Tum in ratione eloquendi, quod uerbum propriũ, ornatũ, sublime: ubi amplificatio laudanda, quæ uirtus ei contraria, quid speciose translatum, quæ figura uerborum, quæ lenis & quadrata, sed uirilis tamen cõpositio. Ne id quidem inutile, etiam corruptas aliquando & uitiosas orationes, quas tamen pleriq; iudiciorum prauitate mirantur, legi palam pueris, ostendiq; in his quàm multa impropria, obscura, tumida, humilia, sordida, lasciua, effœminata sint: quæ non laudãtur modò à pleriſq;, sed (quod peius est) propter hoc ipsum quòd sunt prauа, laudantur. Nam sermo rectus, & secundũ naturam enunciatus, nihil habere ex ingenio uidetur: illa uerò quæ utcũq; deflexa sunt, tanquã exquisitiora miramur: non aliter quàm distortis, & quocunque modo prodigiosis corporibus apud quosdam maius est pretium, quàm ijs quæ nihil ex cõmunis habitus bonis perdiderunt: atq; etiam qui specie capiuntur, uulsis, læuatisq;, & inustas comas acu comentibus, & non suo colore nitidis, plus esse formæ putãt, quàm posſit tribuere incorrupta natura: ut pulchritudo corporis uenire uideatur ex malis moribus. Nec solum hæc ipse debebit docere præceptor, sed frequenter interrogare, & iudiciũ discipulorum experiri. Sic audientibus securitas aberit, nec quæ dicentur, perfluent aures: simulq; ad id perducentur, quod ex hoc quæritur, ut inueniant ipsi, & intelligant. Nam quid aliud agimus docẽdo eos, quàm ne semper docẽdi sint? Hoc diligentiæ genus ausim dicere plus collaturũ dicẽtibus, quàm omnes omniũ artes, quæ iuuant sine dubio multũ: sed latiore quadã cõprehensione, per omnes quidẽ species rerũ quotidie penè nascentiũ ire qui possunt? Sicut de re militari quãquam sunt tradita quædam præcepta cõmunia, magis tamen proderit

scire, qua ducũ quisq; ratione, in quali loco, tempore, sit usus sapienter, aut contrà. Nã in omnibus ferè minus ualent præcepta, quàm experimenta. An uerò declamabit quidem præceptor, ut sit exemplo suis auditoribus, non plus contulerint lecti Cicero ac Demosthenes? Corrigetur palàm siquid in declamando discipulus errauerit: nõ potẽtius erit emendare orationem? Quinimò etiã iucundius. Aliena enim uitia quisq; reprehendi mauult, quàm sua. Nec deerant plura quæ dicerem: sed neminẽ hæc utilitas fugit: atq; utinã tam non pigeat facere istud, quàm non displicebit. Quod si potuerit obtineri, non ita difficilis supererit quæstio, qui legẽdi sint incipientibus. Nam quidã illos minores, quia facilior eorũ intellectus uidebatur, probauerũt: alij floridius genus, ut ad alenda primarum ætatũ ingenia magis accõmodatum. Ego optimos quidem & statim, & semper, sed tamen eorũ candidissimum quenq;, & maximè expositiũ uelim: ut Liuium à pueris magis quàm Sallustiũ: et hic historiæ maioris est author: ad quem tamen intelligendũ iam profectu opus sit. Cicero, ut mihi quidem uidetur, & iucundus incipientibus quoq;, & apertus est satis: nec prodesse tantum, sed etiã amari potest, tum (quemadmodũ Liuius præcipit) ut quisq; erit Ciceroni simillimus. Duo autem genera maximè cauenda pueris puto: Vnum, ne quis eos antiquitatis nimius admirator, in Gracchorum, Catonisq;, & aliorũ similiũ lectione durescere uelit. Fient enim horridi atq; ieiuni. Nam neq; uim eorum adhuc intellectu consequentur: & elocutione, quæ tum sine dubio erat optima. sed nostris tẽporibus aliena, cõtẽti, quod est pessimum, simules sibi magnis uiris uidebuntur. Alterũ, quod huic diuersum est, ne recentis huius lasciuiæ flosculis capti, uoluptate quadã prana deleniantur, ut prædulce illud genus, & puerilibus ingenijs hoc gratius, quo propius est,

In epist. ad filiũ: cuius meminit lib. 10. cap. 1.

adament

adament. Firmis autẽ iudicijs, iamq; extra periculũ positis, suaserim & antiquos legere, ex quibus si assumatur solida ac uirilis ingenij uis, detersa rudis seculi squalore, tũ noster hic cultus clarius enitescet: & nouos, quibus & ipsis multa uirtus adest. Nec enim nos tardiorẽ natura dãnauit: sed dicendi mutauimus genus, & ultrà nobis, quàm oportebat, indulsimus. ita non tã ingenio illi nos superarũt, quàm propo-
licebit sito. Multa ergo oportebit eligere: sed curandum erit, ne ijs
quibus permissa sunt, inquinẽtur. Quosdam uerò etiam quos
semper totos imitari oporteat, & fuisse nuper, & nunc esse quidẽ, libenter non concesserim modò, uerumetiam contenderim. Sed hi qui sint, non cuiusque est pronunciare. Tutius circa priores uel erratur: ideoq; hanc nouorum distuli lectionem, ne imitatio iudicium antecederet.

De Diuisione. CAP. VI.

FVit etiam in hoc diuersum præcipientium propositum, quòd eorũ quidã materias quas discipulis ad dicẽdũ dabant, nõ cõtenti diuisione dirigere, latius dicendo prosequebantur: nec solũ probationibus implebãt, sed etiã affectibus. Alij cũ primas modò lineas duxissent, post declamationes, quid omisissent quisq;, tractabãt: quosdã uerò locos nõ minore cura, quàm cũ ad dicẽdũ ipsi surgerẽt, excolebãt. Vtile utrũque: & ideo neutrũ ab altero separo: sed si facere tantũ alterum necesse sit, plus proderit demonstrasse rectã protinus uiã, quàm reuocare ab errore iam lapsos. Primũ, quia emendationẽ auribus modò accipiũt, diuisionẽ uerò ad cogitationem etiã & stylũ perferũt: deinde, quòd libẽtius præcipientem audiunt, quàm reprehẽdentẽ. Siqui uerò paulo sunt uitiaciores, in his præsertim moribus, etiã irascuntur admonitioni, & taciti repugnãt. Nec ideo tamen minus uitia apertè coarguenda sunt. Habenda enim ratio cæterorum, qui recta esse

esse quæ præceptor nõ emẽdauerit, credẽt. Vtraq; autem ratio miscenda est, & ita tractanda, ut ipsæ res postulabũt. Nanq; incipiẽtibus danda erit uelut præformata materia secundũ cuiusq; uires. At cũ satis cõposuisse se ad exẽplum uidebuntur, breuia quædã demõstranda uestigia: quæ persecuti, iam suis uiribus sine adminiculo progredi possint. Nonnunquam credi sibi eos oportebit: ne mala consuetudine semper alienum laborẽ sequẽdi, nihil per se conari & quærere sciãt. Quòd si satis prudẽter dicẽda uiderint: iam propè consummata fuerit præcipiẽtis opera. Si quid errauerint adhuc, erunt ad ducẽ reducẽdi. Cui rei simile quiddã facientes aues cernimus, quæ teneris infirmisq; fœtibus cibos ore suo collatos partiuntur: at cũ uiſi sunt adulti, paulum egredi nidis, & circunuolare sedem illam præcedentes ipsæ docent: tum expertas uires, libero cælo, suæq; ipsorum fiduciæ permittunt.

De Ediscendo. CAP. VII.

ILlud ex cõsuetudine mutandũ prorsus existimo in his de quibus nũc disserimus ætatibus, ne omnia quæ scripserint, ediscant, & certa, ut moris est, die dicant: quod quidẽ maxime patres exigũt: atq; ita demũ studere liberos suos, si quam frequentissime declamauerint, credunt: cũ profectus præcipuè diligentia constet. Nam ut scribere pueros, plurimumq; esse in hoc opere planè uelim: sic ediscere electos ex orationibus uel historijs, alioue quo genere dignorũ ea cura uoluminum locos, multo magis suadeam. Nam & exercebitur acrius memoria, aliena cõplectendo, quàm sua: & qui erunt in difficiliore huius generis labore uersati, sine molestia, quæ ipsi cõposuerunt, iam familiarius animo suo affigent, & assuescent optimis, semperq; habebũt intra se, quod imitentur: etiam non sentientes, formã orationis illam quam mente penitus acceperint, expriment. Abundabunt autem copia uerborum

borum optimorũ,& cõpositione,ac figuris iam non quæsitis, sed sponte & ex reposito uelut thesauro se offerentibus. Accedit his & iucunda in sermone bene à quoq; dictorũ relatio,& in causis utilis. Nam & plus authoritatis afferunt ea quæ nõ præsentis gratia litis sunt comparata, & laudem sæpe maiorem,quàm si nostra sint,conciliant. Aliquando tamen permittendum,quæ ipsi scripserint,dicere, ut laboris sui fructum etiam ex illa quæ maximè petitur laude, plurimum capiant. Verùm id quoq; tum fieri oportebit,cum aliquid commodius elimauerint: ut eo uelut præmio studij sui donentur,ac se meruisse ut dicerent,gaudeant.

An secundum sui quisque ingenii docendus sit naturam. CAP. VIII.

VIrtus præceptoris haberi solet,nec immeritò,diligenter in ijs quos erudiendos susceperit,notare discrimina ingeniorũ,& quò quenq; natura maximè ferat,scire. Nam est in hoc incredibilis quædã uarietas,nec pauciores animorum penè quàm corporum formæ. Quod intelligi etiam ex ipsis oratoribus potest, qui tantũ inter se distant genere dicendi, ut nemo sit alteri similis: quãuis plurimi se ad eorum quos probabant,imitationem composuerint. Vtile deinde pleriſq; uisum est ita quenq; instituere, ut propria naturæ bona,doctrina foueret,& in id potissimũ ingenia quò tenderet,adiuuaretur: ut siquis palæstræ peritus,cũ in aliquod plenũ pueris gymnasiũ uenerit, expertus eorũ omni modo corpus animũq;,discernat cui quisq; certamini sit præparãdus: ita præceptorẽ eloquentiæ, cũ sagaciter fuerit intuitus cuius ingenium presso limatoq; genere dicendi,cuius acri,graui,dulci, aspero,nitido,urbano maximè gaudeat, ita se cõmodaturum singulis, ut in eo quo quisque eminet, prouehatur, quòd & adiuta cura natura magis eualescat: & qui in diuersa ducatur

Cic.de opt. dicẽdi genere, & de cla. oratoribus.

tur,nec in ijs quibus minus aptus est,satis possit efficere: & ea in quæ natus uidetur,deserendo faciat infirmiora. Quod mihi (libera enim uel cõtra receptas persuasiones rationem sequẽti,sentẽtia est)in parte uerum uidetur. Nã proprietates ingeniorũ dispicere prorsus necessariũ est. In his quoq; certũ studiorũ facere delectũ nemo dissuaserit. Nanq; erit alius historiæ magis idoneus,alius compositus ad carmẽ, alius utilis studio iuris, ut nõnulli rus fortasse mittẽdi. Sic discernet hæc dicendi magister,quo modo palæstricus ille curſorem faciet, aut pugilẽ,aut luctatorẽ,aliud'ue quid ex ijs quæ sunt sacrorum certaminũ. Verùm ei qui foro destinabitur, nõ in unam partẽ aliquã, sed in omnia quæ sunt eius operis, etiam siqua difficiliora discẽti uidebũtur,elaborãdum est. Nã & omnino superuacua erat doctrina,si natura sufficeret. An siquis ingenio corruptus ac tumidus, ut pleriq; sunt,inciderit,in hoc eũ ire patiemur? aridũ atq; ieiunum nõ alemus,& quasi uestiemus? Nam si quædã detrahere necessariũ est, cur nõ sit adijcere cõcessum? Neq; ego cõtra naturã pugno. Non enim deserendũ id bonũ,siquod ingenitũ est, existimo, sed augendũ, addendumq; quod cessat. An uerò clarissimus ille præceptor Isocrates,quẽ nõ magis libri bene dixisse, quàm discipuli bene docuisse testantur, cum de Ephoro atq; Theopõpo sic iudicaret, ut alteri frenis, alteri calcaribus opus esse diceret: aut in illo lentiore tarditatẽ, aut in hoc penè præcipiti concitationem adiuuãdam docẽdo existimauit, cum alterum alterius natura miscendum arbitraretur? Imbecillis tamen ingenijs sanè sic obsequẽdum sit, ut tantum in id quò uocat natura,ducantur. Ita enim quod solum possunt,melius efficient. Si uerò liberalior* natura cõtigerit, & in qua meritò ad spẽ Oratoris simus aggressi, nulla dicendi uirtus omittenda est. Nam licet sit aliquam in partem pronior,ut necesse est cæteris

De his Arist. li.1.rhe.& Cælius lib.7.cap. 31.antiquit.

Cic.3.de Ora.

*materia

Universidad de Deusto
Biblioteca

ris tamẽ non repugnabit, atq; ea cura paria facict ijs in quibus eminebat: sicut ille (ne ab eodẽ exẽplo recedamus) exercendi corpora peritus, nõ si docẽdum Pancratiasten susceperit, pugno ferire uel calce tantũ, aut nexus modo, atq; in his certos aliquos docebit, sed omnia quæ sunt eius certaminis. Erit qui ex his aliqua non posit? In id maximè quod poterit incumbet. Nam sunt hæc duo uitanda prorsus: Vnũ, ne tentes quod effici nõ possit. Alterum, ne ab eo quod quis optime facit, in aliud cui minus est idoneus, transferas. At si fuerit qui docebitur, ille quem adolescẽtes senem uidimus, Nicostratus, omnibus in eo docendi partibus simuliter utetur: efficietq; illum, qualis hic fiat, luctando, pugnandoq; (quorum utroq; certamine ijsdem diebus coronabatur) inuictum. Et quanto id magis oratoris futuri magistro prouidendum erit? Non enim satis est dicere presse tantum, aut subtiliter, aut aspere: nõ magis quàm phonasco acutis tantum, aut medijs, aut grauibus sonis, aut horum etiam particulis excellere. Nam sicut cithara, ita oratio perfecta non est, nisi ab imo ad summum omnibus intenta neruis consentiat.

De Nicostrato uide Pausaniã Heliaconi.

De Officio discipulorum. CAP. IX.

PLura de officijs docẽtiũ locutus, discipulos id unũ interim moneo, ut præceptores suos non minus quàm ipsa studia amẽt: & parẽtes esse nõ quidẽ corporum, sed mentiũ credãt. Multũ hæc pietas confert studio. nam ita & libenter audient, & dictis credẽt, & esse simules cõcupiscent: in ipsos denique cœtus scholarum læti & alacres conuenient. emendati non irascentur, laudati gaudebunt. ut sint charissimi, studio merebuntur. Nam ut illorum officium est docere, sic horum præbere se dociles. alioqui neutrum sine altero sufficiet. Et sicut hominis ortus ex utroq; gignentium confertur, & frustra sparseris semina, nisi illa præmollitus foucrit sulcus: ita eloq

ita eloquentia coalescere nequit nisi sociata tradentis accipientisq; concordia.

De Vtilitate & ratione clamandi. CAP. X.

IN his primis operibus, quæ non ipsa parua sunt, sed maiorũ quasi membra atq; partes, bene instituto, ac satis exercitato, tam ferè tempus appetet aggrediendi suasorias iudicialesq; materias: quarum antequam uiam ingrediar, pauca mihi de ipsa declamandi ratione dicenda sunt. quæ quidem ut ex omnibus nouissimè inuenta, ita multò est utilissima. Nam & cuncta illa de quibus diximus, in se ferè continet, & ueritati proximam imaginem reddit: ideoq; ita est celebrata, ut plerisq; uideretur ad formandam eloquentiam uel sola sufficere. Neq; enim uirtus ulla perpetuæ dumtaxat orationis reperiri potest, quæ non sit cum hac dicendi meditatione communis. Eò quidem res ista culpa docentium recidit, ut inter præcipuas quæ corrumperent eloquentiam, causas, licentia atq; insciția declamantium fuerit. Sed eo quod natura bonum est, bene uti licet. Sint ergo & ipsæ materiæ quæ fingentur, quamsimillimæ ueritati: & declamatio inquantum maximè potest, imitetur eas actiones in quarum exercitationem reperta est. Nam magos, & pestilẽtiam, & responsa, & sæuiores Tragicis nouercas, aliaq; magis adhuc fabulosa, frustra inter sponsiones & interdicta quæremus. Quid ergo? Nunquã hæc supra fidẽ, & poetica (ut uere dixerim) themata, iuuenibus pertractare permittemus, ut expatiẽtur, & gaudeãt materia, & quasi* in corpus eãt? Erat optimum: sed certè sint grãdia & tumida, nõ stulta etiã, & acrioribus oculis intuenti ridicula: ac si iam cedendum est, impleat se declamator aliquãdo, dum sciat, ut quadrupedes cum uiridi pabulo distẽtæ sunt, sanguinis detractione curãtur, & sic ad cibos uiribus conseruãdis idoneos redeunt: ita sibi quoq; tenuãdas

* σωματῶδες Græci dicunt.

adipes, & quicquid humoris corrupti contraxerit, emittendum, si esse sanus ac robustus uolet. Alioqui tumor ille inanis primo cuiusq; ueri operis conatu deprehẽdetur. Totũ autẽ declamãdi opus qui diuersum omnino à fori ẽsibus causis existimant, ij profecto ne rationẽ quidẽ qua ista exercitatio inuenta sit, peruident. Nam si fõro non præparat: aut scenicæ ostentationi, aut furiosæ uociferationi simillimum est. Quid enim attinet iudicẽ præparare, qui nullus est? narrare quod omnes sciãt falsum? probationes adhibere causſæ, de qua nemo sit pronũciaturus? Et hæc quidẽ ociosa tantũ: affici uero, & ira uel luctu permouere, cuius est ludibrij, nisi quibusdã pugnæ simulacris ad uerum diserimen aciemq; iustam consueſcimus? Nihil ergo inter forense genus dicendi, atq; hoc declamatorium intererit? Si profectus gratia dicimus, nihil. Vtinamq; adijci ad consuetudinem posset, ut nominibus* uteremur! & perplexæ magis, & lõgioris aliquãdo actus cõtrouersiæ fingerẽtur, & uerba in usu quotidiano posita minus timeremus, & iocos inferere moris esset: quæ nos, quãlibet per alia in scholis exercitati sumus, tyrones in fõro inueniunt. Si uero in ostentationem comparetur declamatio, sanè paululum aliquid inclamare ad uoluptatem audientiũ debemus. Nam & ijs actionibus quæ in aliqua sine dubio ueritate uersantur, sed sunt ad populare aptatæ delectationẽ, quales legimus Panegyricos, totiũq; hoc demonstratiuum genus, permittitur adhibere plus cultus, omnẽq; artem (quæ latere plerũq; in iudicijs debet) nõ cõfiteri modò, sed ostentare etiã hominibus in hoc aduocatis. Quare declamatio, quoniã est iudiciorũ cõsiliorumq; imago, similis esse debet ueritati: quoniã autẽ aliquid in se habet ὑπερβατικὸν, nõnihil sibi nitoris assumere. Quod faciũt actores Comici: qui nec ita prorsus ut nos uulgò loquimur, pronũciãt, quod esset sine arte: nec peũl tamen

* nominibus, intellige propriis.

tamẽ à natura recedũt, quo uitio periret imitatio: sed morem cõmunis huius sermonis decore quodã scenico exornant. Sic quoq; aliqua nos incõmoda ex his quæ finxerimus materijs, consequẽtur, in eo præcipuè, quòd multa in his relinquantur incerta, quæ sumimus ut uidẽtur, ætates, facultates, liberi, parentes, urbium ipsarum uires, iura, mores, aliaq; his similia. Quin aliquando etiam argumenta ex ipsis positionum uitijs ducimus. Sed hæc suo quæq; loco. Quanuis enim omne propositum operis à nobis destinati eò spectet, ut Orator instituatur: tamen nequid studiosi requirant, siquid erit quod ad scholas pertineat proprie, in transitu non omittemus.

An artis huius necessaria cognitio sit. CAP. XI.

IAm hinc ergo nobis inchoanda est ea pars artis, ex qua capere initiũ solent qui priora omiserũt: quanquam uideo quosdã in ipso statim limine obstaturos mihi, qui nihil egere huiusmodi præceptis eloquentiã putẽt: sed natura sua, & uulgari modo, & scholarũ exercitatione cõtenti, rideãt etiã diligentiã nostrã, exẽplo magni quoq; nominis professorum, quorũ aliquis, ut opinor, interrogatus quid esset σχῆμα & νόημα, neſcire se quidẽ, sed si ad rẽ pertineret, esse in sua declamatione respõdit. Alius percõtanti, Theodorẽus, an Apollodorẽus esset, Ego, inquit, parmularius sum. Nec sanè potuit urbanius ex cõfeſsione insciti æ suæ elabi. Porrò hi, quia & beneficio ingenij præstantes sunt habiti, & multa etiã memoria digna exclamauerunt: plurimos habent similes negligentiæ suæ, paucissimos naturæ. Igitur impetu dicere se, & uiribus uti gloriãtur. Nec enim opus esse probatione aut dispositione in rebus fictis: sed (cuius rei gratia plenũ sit auditoriũ) sentẽtijs grandibus, quarum optima quæq; à periculo petatur. Quin etiam in cogitando nulla ratione adhibita, aut tectum intuẽtes, magnum aliquid quod ultro se offerat, plu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ribus sæpe diebus expectantes, aut murmure incerto uelut classico instincti cõcitatissimũ corporis motũ nõ enunciandis sed quærẽdis uerbis accommodant. Nonnulli certa sibi initia prinsquam sensum inuenerint destinãt, quibus aliquid disserti subiungendũ sit: eaq; diu secũ ipsi clareq; meditati, desperata cõnectendi facultate, deserũt: & alia deinceps, atq; inde alia non minus cõmunia atq; nota diuertũt. Qui plurimũ uidentur habere rationis, nõ in causas tantũ laborẽ suũ, sed in locos intendunt: atq; in his nõ corpori prospiciunt, sed abrupta quædam, ut forte ad manum uenêre, iaculantur. Vnde fit, ut dissoluta & ex diuersis congesta oratio cohærere non possit, simulisq; cõmentarijs puerorum sit, in quos ea quæ alijs declamantibus laudata sunt, regerunt. magnas tamẽ sententias, & res bonas (ita enim gloriari solent) elidunt: nam & barbari, & serui: & si hoc sat est, nulla est ratio dicendi.

Quare ineruditi ingeniosiores uulgo habeãtur. CAP. XII.

NE hoc quidem negauerim, sequi plerunq; hanc opinionem, ut fortius dicere uideantur indocti. Primùm uitio male iudicantium, qui maiorem habere uim credunt ea quæ non habent artem: ut effringere, quàm aperire: rũpere, quàm soluere: trahere, quàm ducere, putant robustius. Nam & gladiator qui armorum insciis in pugnam ruit, & luctator qui totius corporis nisu in id quod semel inuasit, incũbit, fortior ab his uocatur: cum interim & hic frequenter suis uiribus ipse prosternitur, & illum uehementis impetus, excipit aduersarij mollis articulus. Sed sunt in hac parte quæ imperitos etiam naturaliter fallant. Nam & diuisio cum plurimum ualeat in causis, speciem uirium minuit: & rudia politis maiora, & sparsa compositis numerosiora creduntur. Est præterea quædam uirtutũ uitiorumq; uicinia, qua maledicus pro libero, temerarius pro forti, effusus pro copioso accipitur.

Maledicit

Maledicit autem ineruditus apertius, & sæpius uel cum periculo suscepti litigatoris, frequenter etiam suo. Affert & ista res opinionem, quia libentissimè homines audiunt ea quæ dicere ipsi * noluissent. Illud quoq; alterum quod est in elocutione ipsa periculũ, minus uitat, conaturq; perdite: unde euenit nõnunquam, ut aliquid grande inueniat, qui semper quærit quod nimium est: uerùm & rarò euenit, & cætera uitia non pensat. Propter hoc quoq; interdum uidentur indocti copiam habere maiorẽ, quòd dicunt omnia: doctis est & electio, & modus. His accedit, quòd à cura docendi quod intenderint, recedunt. Itaq; illud quæstionum & argumentorum apud corruptos iudicia frigus, euitant: nihilq; aliud quàm quo uel prauis uoluptatibus aures assistentium permulceant, quærunt. Sententiæ quoq; ipsæ, quas solas petunt, magis eminent cum omnia circa illas sordida & abiecta sunt: ut lumina non inter umbras (quemadmodum Cicero dicit) sed planè in tenebris clariora sunt. Itaque ingeniosi uocentur ut libet, dum tamen constet, contumeliose sic laudari disertum. Nihilominus confitendum est etiam detrahere doctrinam aliquid, ut limam rudibus, & cotes hebetibus, & uino uetustatem: sed uitia detrahit: atque eo solo minus est quod literæ perpolierunt, quo melius. Verùm hi pronunciatione quoque famam dicendi fortius quærunt. Nam & clamant ubique, & omnia leuata (ut ipsi uocant) manu, emugiunt, multo discursu, anhelitu, iactatione, gestu, motu capitis furentes. Iam collidere manus, terræ pedẽ incutere, femur, pectus, frontem cædere, minè ad pullatum circulum facit: cum ille eruditus, ut in oratione multa summittere, uariare, disponere, ita etiam in pronunciando suum cuique eorum quæ dicet, colori, accommodare actum sciat: & siquid sit perpetua obseruatione dignũ, modestus & esse & uideri malit. At illi

* noluissent.

Pullatus circulus, populi pars uilior.

hanc uim appellant, quæ est potius uiolentia: cũ interim non actores modò aliquos inuenias, sed (quod est turpius) præceptores etiã, qui breuem dicendi exercitationẽ consecuti, omissa ratione, ut tulit impetus, passim tumultuẽtur: eosq; qui plus honoris literis tribuerunt, & ineptos, & ieiunos, & trepidos, & infirmos, ut quodq; uerbum contumeliosissimum occurrit, appellent. Verùm illis quidem gratulemur, sine labore, sine ratione, sine disciplina disertis: nos quãdò & præcipiendi munus etiam pridẽ deprecati sumus, & in foro quoq; dicendi, quia honestissimum finem putabamus, desinere dum desideraremur: inquirendo scribendoq; talia, consolemur ocium nostrum, quæ futura usui bonæ mentis iuuenibus arbitramur, nobis certè sunt uoluptati.

Quis modus sit in arte. CAP. XIII.

NEmo autẽ à me exigat id præceptorũ genus, quod est à plerisq; scriptoribus artiũ traditũ, ut quasi quasdã leges immutabili necessitate cõstrictas studiosis dicẽdi feram: utiq; proœmiũ, & id quale: proxima huic narratio: quæ lex deinde narrãdi: propositio post hãc, uel, ut quibusdã placuit, excursio: tũ certus ordo quæstionũ, cæteraq;: quæ uelut si aliter facere fas non sit, quidã tanquã iussi sequũtur. Erat enim Rhetorice res prorsus facilis ac parua, si uno & breui præscripto contineretur: sed mutantur pleraq; causis, tẽporibus, occasione, necessitate. Atq; ideo res in Oratore præcipua cõsilium est, quia uariè & ad rerũ momẽta conuertitur. Quid si enim præcipias imperatori, quoties aciẽ instruet, dirigat frõtem, cornua utrinq; promoueat, equites pro cornibus locet? Erit hæc quidem rectissima fortassẽ ratio, quoties licebit: sed mutabitur natura loci, si mons occurret, si flumen obstabit, si collibus, syluis, asperitate alia prohibebitur. Mutabit hostium genus, mutabit præsentis cõditio discriminis, nunc acie directa, nunc

cta, nũc cuneis, nũc auxilijs, nũc legione pugnabitur: nõnunquam terga etiã dedisse simulata fuga proderit. Ita proœmiũ necessariũ, an superuacuum: breue, an lõgius: ad iudicẽ omni sermone directo, an aliquando auerso per aliquã figurã, dicẽdũ sit: cõstricta an latius fusa narratio, cõtinua an diuisa, recta an ordine permutato, causse docebunt. Itemq; de quæstionũ ordine, cũ in eadem cõtrouersia aliud alij parti prius quæri frequẽter expediat. Neq; enim rogationibus plebis'ue scitis sancta sunt ista præcepta, sed hoc quicquid est, utilitas excogitauit. Non negabo autẽ sic utile esse plerunq;, alioqui nec scribere: uerùm si eadẽ illa nobis aliud suadebit utilitas, hanc relictis magistrorũ authoritatibus sequemur. Equidem id maximè præcipiam, ac repetens iterum iterumq; monebo, Res duas in omni actu spectet Orator, quid deceat, quid expediat. Expedit autem sæpe mutare ex illo constituto traditoq; ordine aliqua, & interim decet: ut in statuis atq; picturis uidemus uariari habitus, uultus, status. Nam recti quidem corporis uel minima gratia est. Nempe enim aduersa sit facies, & demissa brachia, & iũcti pedes, & à summis ad ima rigens opus: flexus ille, & ut sic dixerim, motus, dat *actũ quendã efficis. Ideo nec ad unum modũ formatæ manus, & in uultu nulle species. Cursum habẽt quædam & impetũ, sedẽt alia, uel incumbũt. nuda hæc, illa uelata sunt: quædam mista ex utroq;. Quid tam distortũ & elaboratũ, quàm est ille Discobolos Myronis? Si quis tamẽ ut parũ rectũ improbet opus, non'ne ab intellectu artis abfuerit, in qua uel præcipue laudabilis est illa ipsa nouitas, ac difficultas? Quam quidẽ gratiã & delectationẽ afferũt figuræ, quæq; in sensibus, quæq; in uerbis sunt. Mutant enim aliquid à recto, atq; hanc præ se uirtutem ferunt, quòd à consuetudine uulgari recesserunt. Habet in pictura speciem tota facies: Apelles

*aliàs, actura quendam & tactum.

Aeneidos. 5.

Plin. lib. 34. cap. 8.

Plin.lib.35.ca. 10.

tamen imaginẽ Antigoni látere tantùm altero oſtendit,ut amiſſi oculi deſormitas lateret.Quid nõ in oratione operienda ſunt quædã, ſiue oſtendi non debent,ſiue exprimi pro dignitate nõ poſſunt?ut fecit Timãthes,ut opinor, Cithnius,in ea tabula qua Coloten Teiũ uicit.Nam cũ in Iphigeniæ immolatione pinxiſſet triſtẽ Calchantem, triſtiorem Vlyſſem, addidiſſet Menelao quem ſummũ poterat ars efficere mœrorem:conſumptis affectibus,nõ reperiens quo dignè modo patris uultũ poſſet exprimere,uelauit eius caput, et ſuo cuique animo dedit æſtimandũ.Non'ne huic ſimile eſt illud Salluſtianũ,Nam de Carthagine tacere ſatius puto, quàm parũ dicere?Propter quæ mihi ſemper moris fuit,quammaxime ad ligare me ad præcepta quæ καθολικὰ uocãt,id eſt (ut dicamus quomodo poſſumus)uniuerſalia,uel perpetualia. Rarò enim reperitur hoc genus,ut nõ labefectari parte aliqua,aut ſubrui poſſit.Sed de his plenius ſuo quicq; loco tractabimus. Interim nolo ſe iuuenes ſatis inſtructos, ſiquẽ ex his qui breues plerunq; circũferuntur,artis libellum edidicerint,et uelut decretis Technicorũ tutos putent. Multo labore, aſſiduo ſtudio,uaria exercitatione, pluribus experimentis, altiſſima prudentia,præſentiſſimo conſilio conſtat ars dicẽdi. Sed adiuuatur his quoq;, ſi tamen rectam uiam,non unam orbitam monſtrent:à qua declinare qui crediderit nefas,patiatur neceſſe eſt illam per funes ingredientium tarditatem. Itaq; & ſtratum militari labore iter ſæpe deſerimus compendio ducti:& ſi rectum limitem rupti torrẽtibus pontes inciderint, circumire cogemur:& ſi tanua tenebitur incendio,per parietem exibimus. Latè fuſum opus eſt,& multiplex,et propè quotidie nouum, & de quo nunquam dicta erunt omnia. Quæ ſunt tamen tradita,quid ex his optimũ, & ſiquid mutari,adiici,detrahi melius uidebitur,dicere experiar.

Cic. in Orat. Plin.lib.35.ca. 10. & Valerius lib.8.cap. 12.

In Iugurtha.

Rheto

Rhetorices etymon,& totius operis diuiſio. CAP. XIIII.

RHetoricen in latinũ transferentes,tum Oratoriam,tum Oratricem nominauerunt. Quos equidem non fraudauerim debita laude, quòd copiam Romani ſermonis augere tentauerint. Sed non omnia nos ducentes ex græco ſequuntur, ſicut ne illos quidẽ, quoties ſuis utiq; uerbis ſignare noſtra uoluerũt.Et hæc interpretatio nõ nunus dura eſt, quàm illa* Plauti eſſentia atq; entia: ſed ne propria quidem. Nam oratoria ſic effertur,ut elocutoria:oratrix,ut elocutrix. Illa autem de qua loquimur Rhetorice,talis eſt, qualis eloquentia.nec dubiè apud Græcos quoq; duplicem intellectũ habet. Nanq; uno modo ſit appoſitiũ,ars Rhetorica,ut nauis piratica. altero nomen rei, qualis eſt philoſophia, amicitia. Nos ipſam nunc uolumus ſignificare ſubſtantiam,ut Grammatice literatura eſt,non literatrix,quemadmodũ oratrix:nec literatoria,quemadmodũ oratoria. Verũ in Rhetorice non ſic. Ne pugnemus igitur, cum præſertim plurimis alioqui græcis ſit utendũ.Nam certè & *Phyſicos,& Muſicos,et Geometras dicam:nec uim afferã his nominibus indecora in latinum ſermonẽ mutatione. Deniq; cum M. Tullius etiam ipſis librorum quos hac de re primũ ſcripſerat,titulis græco nomine utatur, profecto non eſt uerendũ ne temere uideamur Oratori maximo de nomine artis ſuæ credidiſſe. Igitur Rhetorice(iam enim ſine metu cauillationis utemur hac appellatione)ſic,ut opinor,optimè diuidetur,ut de arte, de artifice, de opere dicamus. Ars erit,quæ diſciplina percipi debet:ea eſt bene dicendi ſcientia. Artifex eſt,qui percepit hãc artem, id eſt Orator,cuius eſt ſumma bene dicere. Opus, quod efficitur ab artifice, id eſt bona oratio.Hæc omnia rurſus diducuntur in ſpecies.Sed illa ſequentia ſuo loco,nunc quæ de prima parte tractanda ſunt,ordiar.

*aliàs Flauii, ut & infrà li. 3.ca.6. de ſtatũ.& lib.8.c.3. de ornã.

*philoſophos,

Quid ſit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quid sit Rhetorice,& quis eius finis. CAP. XV.

ANte omnia, quid sit Rhetorice:quæ finitur quidem uarie,sed quæstionem habet duplicem. aut enim de qualitate ipsius rei, aut de cõprehensione uerborum dissensio est. Prima ac præcipua opinionum circa hoc differentia, quòd alij malos quoq; uiros posse Oratores dici putãt:alij (quorũ nos sententiæ accedimus)nomen hoc,artemq; de qua loquimur, bonis demum tribui uolunt. Eorum autẽ qui dicendi facultatem à maiore ac magis expetenda uitæ laude secernunt, quidam Rhetoricen uim tantum,quidam scientiam,sed non uirtutem,quidam usum,quidam artem quidẽ,sed à scientia & uirtute seiunctam,quidã etiam prauitatem quandã artis,id est κακοτεχνίαν nominauerunt. Hi ferè aut in persuadendo,aut in dicendo appositè ad persuadendũ,positũ orandi munus sunt arbitrati.Id enim fieri potest ab eo quoq;,qui uir bonus non sit. Est igitur frequentissimus finis Rhetorices,uis persuadendi. Quod ego uim appello,plerique potestatem, nonnulli facultatem uocant: quæ res ne quid afferat ambiguitatis, uim dico τὴν δύναμιν. Hæc opinio originem ab Isocrate(si tamen re uera ars quæ circumfertur, eius est) duxit. Qui cum longè sit à uoluntate infimantium Oratoris officia,finem artis temere cõprehendit,dicens esse Rhetoricen persuadendi opificem,id est πειθοῦς δημιουργόν. Neque enim mihi permiserim eadem uti declinatione, qua Ennius M.Cethegum Suadæ medullam uocat. Apud Platonẽ quoq; Gorgias in libro qui nomine eius inscriptus est,idem ferè dicit:sed hanc Plato illius opinionẽ uult accipi,nõ suam. Cicero pluribus locis scripsit, Oratoris officiũ esse,dicere appositè ad persuadendũ. In Rhetoricis etiã, quos sine dubio ipse non probat,finem facit persuadere.Verum & pecunia persuadet, & gratia, & authoritas dicentis, & dignitas,

Cice. in Bruto & Catone.

De Orat.1.

& postremò aspectus etiam ipse sine uoce, quo uel recordatio meritorum cuiusque, uel facies aliqua miserabilis, uel formæ pulchritudo sententiam dictat.Nam & M.Aquilium defendens Antonius,quum scissa ueste cicatrices quas is pro patria pectore aduerso suscepisset, ostendit, non orationis habuit fiduciam,sed oculis populi Romani uim attulit:quem illo aspectu maximè motum in hoc ut absolueret reum, creditum est.Sergium quidem Galbam miseratione sola, qua nõ suos modò liberos paruulos in concionem produxerat, sed Galli etiam Sulpitij filium suis ipse manibus circumtulerat, elapsum esse, cũ aliorũ monumentis, tum Catonis oratione testatum est.Et Phrynen nõ Hyperidis actione,quanquã admirabili,sed conspectu corporis,quod illa speciosissimũ alioqui, diducta nudauerat tunica,putãt periculo liberatã.Quæ si omnia persuadent, nõ est hic de quo locuti sumus, idoneus finis.Ideoq; diligẽtiores uisi sunt sibi, qui cum de Rhetorice idem sentirent,existimauerunt eam uim dicẽdo persuadendi. Quem finẽ Gorgias in eodẽ de quo suprà diximus libro,uelut coactus à Socrate ficit. à quo nõ dissentit Theodectes,siue ipsius id opus est quod de Rhetorice nomine eius inscribitur:siue,ut creditũ est,Aristotelis:in quo est,finẽ esse Rhetorices,ducere homines dicẽdo in id quod actor uelit.Sed ne hoc quidẽ satis est cõprehensum.persuadẽt enim dicendo,uel ducunt in id quod uolũt,alij quoq;,ut meretrices,adulatores, corruptores. At cõtrà non persuadet semper Orator:ut interim nõ sit proprius hic finis eius:interim sit cõmunis cum ijs qui ab Oratore procul absunt. Atqui nõ multũ ab hoc fine abest Apollodorus, dicens iudicialis orationis primũ & super omnia esse persuadere iudici, & sententiã eius ducere in id quod uelit.Nam & ipse Oratorẽ fortunæ subijcit: ut si nõ persuaserit,nomẽ suũ retinere nõ possit. Quidã recesserunt

Cicero 2. de Orat.& 7. in Verrem act. Vale. li.8.ti.1.

Athenæus 13. Dipnosoph.

Vide Valer. lib.8.cap.15.

Lib. 1 Rhetoric.

runt ab euentu, sicut Aristoteles, qui dicit, Rhetorice est uis inueniẽdi omnia in oratione persuasibilia. Qui finis & illud uitiũ de quo suprà diximus, habet: & insuper, quòd nihil nisi inuentionẽ complectitur, quæ sine elocutione non est oratio. Hermagoræ, qui finẽ eius esse ait persuasibiliter dicere, & alijs qui eandẽ sententiã nõ eisdẽ tamẽ uerbis explicant, ac finem esse demonstrãt dicere quæ oporteat omnia ad persuadendũ: satis responsum est cũ persuadere non tantũ Oratoris esse cõuicimus. Additæ sunt his alia uariè. Quidã enim circa res omnes, quidam circa ciuiles modò uersari Rhetoricen putauerũt: quorũ uerius utrum sit, in eo loco qui huius quæstionis proprius est, dicam. Omnia subiecisse Oratori uidetur Aristoteles, cũ dixit uim esse dicẽdi quid in quaque re posit esse persuasibile. Et Patrocles, qui nõ quidẽ adijcit in quaque re: sed nihil excipiendo, idem ostendit. Vim enim uocat inueniendi quod sit in oratione persuasibile. qui fines & ipsi solam complectuntur inuentionẽ. Quod uitiũ fugiens Theodorus, uim putat inueniendi & eloquẽdi cũ ornatu credibilia in omni oratione. Sed cũ eodẽ modo credibilia quo persuasibilia etiã non Orator inueniat: adijciendo, in omni oratione, magis quàm superiores cõcedit scelera quoq; persuadentibus, pulcherrimæ rei nomẽ. Gorgias apud Platonem, persuadendi se artificẽ in iudicijs & alijs cœtibus esse ait: de iustis quoq; & iniustis tractare: cui Socrates persuadendi, non docendi concedit facultatẽ. Qui uerò nõ omnia subijciebant Oratori, solicitius ac uerbosius, ut necesse erat, adhibuerunt discrimina: quorũ fuit Ariston Critolai Peripatetici discipulus, cuius hic finis est, scientia uidẽdi & agendi in quæstionibus ciuilibus per orationẽ popularis persuasionis. Hic scientiã, quia Peripateticus est, non, ut Stoici, uirtutis loco ponit: populariter autẽ cõprehendendo persuasionem, etiam contu

Cap. 21 huius lib. de materia Rhet.

Vide Ioach. Camerarium hic.

contumelioſus eſt aduerſus artẽ orandi, quã nihil putat doctis perſuaſuram. Illud de omnibus q circa ciuiles demũ quæſtiones Oratorẽ iudicant uerſari, dictũ ſit, Excludi ab his plurima Oratoris officia: illam certè Laudatiuã totam, quæ eſt Rhetorices pars tertia. Cautius Theodorus Gadareus, ut iam ad eos ueniamus qui artẽ quidẽ eſſe eam, ſed nõ uirtutẽ, putauerunt. Ita enim dicit (ut ipſis eorũ uerbis utar qui hoc ex Græco trãſtulerũt) Ars inuentrix & iudicatrix et enũciatrix decẽte ornatu ſecundũ menſionẽ eius quod in quoq; poteſt ſumi perſuaſibile in materia ciuili. Itemq; Cornelius Celſus, qui finẽ Rhetorices ait, dicere perſuaſibiliter in dubia & ciuili materia. Quibus ſunt nõ diſſimiles, qui ab alijs traduntur, qualis eſt ille, Vis dicendi & eloquendi de rebus ciuilibus ſubiectis ſibi, cũ quadã perſuaſione, & quodã corporis habitu, & eorũ quæ dicet, pronunciatione. Mille alia, ſed aut eadem, aut ex eiſdẽ cõpoſita: quibus item cum de materia Rhetorices dicendũ erit, reſpondebimus. Quidã eam neq; uim, neq; ſcientiã, neq; artem putauerunt: ſed Critolaus uſum dicendi: nam hoc τριβὴν ſignificat. Athenæus fallendi artẽ. Pleriq; autẽ dũ pauca ex Gorgia Platonis, à prioribus imperitè excerpta, legere contenti, neq; hoc totum, neq; alia eius uolumina euoluunt, in maximũ errorẽ inciderunt: creduntq; eum in hac eſſe opinione, ut Rhetoricen non artẽ, ſed peritiam quandã gratiæ ac uoluptatis exiſtimet: & alio loco, ciuilitatis particulæ ſimulacrũ, et quartã partẽ adulationis: quòd duas partes ciuilitatis corpori aſſignet, medicinã, & quã interpretantur exercitatricẽ: duas animo, legalẽ, atq; iuſtitiã. Adulationẽ autẽ medicinæ, uocet coquorũ artificiũ: & exercitatricis, mangonũ, qui colorẽ ſuco, & uerũ robur inani ſagina mentiantur: legalis, cauillatricẽ: iuſtitiæ, Rhetoricen. Quæ omnia ſunt quidẽ ſcripta in hoc libro, dictaq; à

Rhetorice ars non ἀστοχαστικὴ falsò ex Platone.

Socra

Plato in Gorgia.

Socrate, cuius persona uidetur Plato significare quid sentiat: sed alij sunt eius sermones ad coarguendos qui cõtrà disputant, compositi, quos ἐλεγκτικοὺς uocãt. alij ad præcipiendũ, qui λογικοὶ appellãtur. Socrates autẽ, seu Plato, eã quidẽ quæ tũ exercebatur Rhetoricẽ, talem putauit. nã & dicit his uerbis, τοῦτον τὸν λόγον, ὃν ὑμεῖς πολιτικὸν καλεῖτε. Nõ ueram autẽ & honestã intelligit. Itaq; disputatio illa cõtra Gorgiã ita clauditur, ἀνάγκη τὸν ῥητορικὸν δίκαιον εἶναι, τὸν δὲ δίκαιον βούλεσθαι δίκαια καὶ πράττειν. Ad qd' ille quidẽ conticescit. sed sermonẽ susçipit Polus iuuenili calore incõsideratior: cõtra quẽ illa de simulacro & adulatione dicũtur. Tum Callicles adhuc cõcitatior, qui tamẽ ad hãc perducitur clausulam, τὸν μέλλοντα ὀρθῶς ῥητορικὸν ἔσεσθαι, δίκαιον ἄρα δεῖ εἶναι καὶ ἐπιστήμονα τῶν δικαίων. ut appareat Platoni non Rhetoricen uideri malũ, sed eã ueram nisi iusto ac bono nõ cõtingere. Adhuc autẽ in Phædro manifestius facit hanc artẽ cõsummari citra iustitiæ quoq; scientiã nõ posse: cui opinioni nos quoq; accedimus. An aliter defensionẽ Socratis, & eorũ qui pro patria ceciderãt, laudem scripsisset? quæ certè sunt Oratoris opera. Sed in illud hominum genus, quod facultate dicẽdi malè utebatur, inuectus est. Nã & Socrates inhonestã sibi credidit orationẽ quã ei Lysias reo cõposuerat: & tũ maximè scribere litigatoribus, quæ illi pro se ipsi dicerẽt, erat moris: atq; ita iuri, quo nõ licebat pro altero agere, fraus adhibebatur. Doctores quoq; eius artis parum idonei Platoni uidebantur qui Rhetoricen à iustitia separarẽt, & ueris credibilia præferrẽt. nam id quoq; dicit in Phædro. Cõsensisse autẽ illis superioribus uideri potest etiam Cornelius Celsus, cuius hæc uerba sunt, Orator simile tantũ ueri petit. Deinde paulò pòst, Nõ enim bona cõscientia, sed victoria, litigãtis est præmiũ. Quæ si uera essent, pessimorum hominũ foret, hæc tam perniciosa nocẽtissimis moribus dare instrumẽta, & nequitiã præceptis adiuuare. Sed illi rationem opinionis suæ uiderint: Nos autẽ ingressi formare perfectũ Oratorẽ, quẽ in primis esse uirũ bonũ uolumus, ad eos qui de hoc opere melius sentiũt, reuertamur. Rhetoricẽ autẽ quidã eandẽ ciuilitatẽ esse iudicauerunt: Cicero scientiæ ciuilis partẽ uocat. Ciuilis autẽ scientia idẽ quod sapientia est. Quidã etiam philosophiæ, quorũ est Isocrates. Huic eius substantiæ maximè conuenit finitio, Rhetoricẽ esse bene dicẽdi scientiã. Nam & orationis omnes uirtutes semel cõplectitur, & protinus mores etiã Oratoris, cũ bene dicere nõ possit nisi uir bonus. Idẽ ualet Chrysippi finis ille ductus à Cleãthe, scientia rectè dicẽdi. Sunt plures eiusdẽ, sed ad alias quæstiones magis pertinent. Idem sentiret finis hoc modo comprehensus, Persuadere quod oporteat: nisi quòd artem ad exitum alligat. Bene Areus, Dicere secundum uirtutem orationis. Excludunt à Rhetorice malos & illi qui scientiam ciuilium officiorum eam putauerunt, si scientiam uirtutem iudicant: sed angustè intraq; ciuiles quæstiones coërcent. Albutius non obscurus professor atq; author scientiam bene dicendi esse consentit: sed exceptionibus peccat, adijciẽdo, circa ciuiles quæstiones, & credibiliter. quarũ iam utriq; respõsum est. Probabilis & illi uolũtatis, qui rectè sentire & dicere, Rhetorices finẽ putauerunt. Hi sunt ferè fines maximè illustres, & de quibus præcipuè disputatur. Nã omnes quidem persequi, nec attinet, nec possum: cum prauũ quoddã (ut arbitror) studium circa scriptores artiũ extiterit, nihil eisdem uerbis quæ prior aliquis occupasset, finiendi: quæ ambitio procul aberit à me. Dicã enim non utiq; quæ inuenero, sed quæ placebunt: sicut hoc, Rhetoricẽ esse bene dicẽdi scientiam: cum reperto quod est optimũ, qui quærit aliud, peius uelit. His approba-

Cic 1. de orat. Valer. libr. 6. ti. 4. & Laer.

tis, simul

tis, simul manifestum est illud quoq;, quem finē, uel quid summum & ultimum habeat Rhetorice, quod τέλος dicitur, ad quod omnis ars tendit. nam si est ipsa bene dicendi scientia, finis eius & summum est bene dicere.

An utilis sit Rhetorice. CAP. XVI.

Vt Picus Mirandula aduersus Hermolaum.

SEquitur quæstio, an utilis Rhetorice. Nā quidā uehementer in eā inuehi solēt: & quod sit indignissimū, in accusationē orationis utūtur orādi uiribus: Eloquētiā esse quæ pœnis eripiat scelestos, cuius fraude dānentur interim boni: eonsilia ducantur in peius: nec seditiones modò turbæq; populares, sed bella etiā * inexpiabilia excitētur: cuius denique tū maxime sit usus, cū pro falsis cōtra ueritatē ualet. Nā et Socrati obijciūt Comici, docere eū quomodo peiorē causam meliorem faciat: & cōtra Tisiā & Gorgiā similia dicit polliceri Plato. Et his adijciūt exēpla Græcorū Romanorūq;, & enumerāt qui pernicioſa nō singulis tantū, sed rebus etiā publicis usi eloquentia, turbauerint ciuitatū status, uel euerterint: eoq; & Lacedæmoniorū ciuitate expulsam: et Athenis quoq;, ubi actor mouere affectus uetabatur, uelut recisam orādi potestatem. Quo quidē modo nec duces erūt utiles, nec magistratus, nec medicina, nec ipsa denique sapiētia. Nā & dux Flamininus, & Gracchi Saturnini Glauciæ magistratus, & in mediciis uenena, & in ijs qui philosophorū nomine male utuntur, grauissima nōnunquā flagitia deprehēsa sunt. Cibos asperne mur, attulerūt sæpe ualetudinis causas. Nūquàm tecta subcamus, super habitātes aliquādo procumbūt. Nō fabricetur miles gladius, potest uti eodē ferro latro. Quis nescit ignes, aquas, sine quibus nulla sit uita, & (ne terrenis immorer) Solem Lunāq; præcipua siderū, aliquando etiā nocere? Nū igitur negabitur deformē Pyrrhi facē cæcus ille Appius dicēdi uiribus diremisse? Aut nō diuina M. Tullij eloquētia & cōtra

* inexpugnabilia

Aristophan. ἀφιλαίτ.

In Gorgia & Phædro.

Liui. dec. 3. lib. 2. & Cic. in Bruto.

Liui. lib. 13. & Flo.

leges

leges Agrarias populares fuit? & Catilinæ fregit audaciā? et supplicationes, qui maximus honor uictoribus bello ducibus datur, in toga meruit? Nō perterritos militū animos frequenter à metu reuocat Orator? & tot pugnādi pericula ineuntibus, laudē uita potiorē esse persuadet? Neq; uerò me Lacedæmonij atq; Athenienses magis mouerint, q̄ populus Romanus, apud quē summa semper Oratoribus dignitas fuit. Equidem nec urbiū cōditores reor aliter effecturos fuisse ut uaga illa multitudo coiret in populos, nisi docta uoce cōmota: nec legū repertores sine summa ui orādi cōsecutos, ut se ipsi homines ad seruitutē ueris adstringerēt. Quin ipsa uitæ præcepta, etiā si natura sunt honesta, plus tamē ad formādas mētes ualēt quoties pulchritudinē rerum claritas orationis illuminat. Quare etiā si in utrāq; partē ualent arma faciūdiæ, non tamē est æquū id haberi malum, quo bene uti licet. Verùm hæc apud eos fortasse quærantur, qui summā Rhetorices ad persuadēdi uim retulerūt. Si uerò est bene dicēdi scientia, quem nos finē sequimur, ut sit Orator in primis uir bonus: utilem certè eam esse cōfitendū est. Et hercle deus ille princeps parens rerū, fabricatorq; mundi, nullo magis hominē separauit à cæteris, quæ quidē mortalia essent, animalibus, quàm dicēdi facultate. Nam corpora quidē magnitudine, uiribus, firmitate, patientia, uelocitate præstantiora in illis mutis uidemus, eadem minus egere acquisitæ extrinsecus opis. Nam & ingredi citius, & pasci, & tranare aquas citra docentem natura ipsa sciunt. Et pleraq; contra frigus ex suo corpore uestiuntur, & arma his ingenita quædam, & ex obuio ferè uictus: circa quæ omnia multus hominibus labor est. Rationem igitur nobis præcipuam dedit, eiusq; nos socios esse cum dijs immortalibus uoluit. Sed ipsa ratio neq; tam nos iuuaret, neq; tam esset in nobis manifesta, nisi, quæ concepissemus mente,

Pli. lib. 7. c. 30.

L. tamē Crassus cēsor magistros dicēdi sustulit, Cic. 3. de ora. & Sueton. de claris rhetorib.

promere etiam loquēdo possemus: quod magis deesse cæteris animalibus, quàm intellectū & cogitationē quandā uidemus. Nam & moliri cubilia, & nidos texere, & educare fœtus, & excludere, quin etiā reponere in hyemē alimenta, opera quædā nobis inimitabilia, qualia sunt cerarū & mellis, efficere, nonnullius fortasse rationis est: sed quia carent sermone quæ id faciūt, muta atq; irrationabilia uocātur. Denique homines quibus negata uox est, quātulum adiuuat animus ille cælestis? Quare si nihil à Diis oratione melius accepimus, quid tam dignū cultu ac labore ducamus, aut in quo malimus præstare hominibus, quàm quo ipsi homines cæteris animalibus præstant? Eo quidem magis, quòd nulla in parte plenius labor gratiā refert. Id adeò manifestum erit, si cogitauerimus, unde, & quousq; iam prouecta sit orandi facultas, & adhuc augeri possit. Nam ut omittam, defendere amicos, regere cōsilijs senatū, populum, exercitum in quæ uelit ducere, quàm sit utile, cōueniatq; bono uiro: non'ne pulchrū uel hoc ipsum est, ex communi intellectu, uerbisq; quibus utantur omnes, tantum assequi laudis & gloriæ, ut non loqui & orare, sed quod Pericli contigit, fulgurare ac tonare uideare?

Cic. in Orato. ex Aristophane.

An Rhetorice sit ars. CAP. XVII.

Finis non erit si expatiari parte in hac, & indulgere uoluptati uelim. Transeamus igitur ad eam quæstionē quæ sequitur, an Rhetorice ars sit. Quod quidem adeò ex ijs qui præcepta dicendi tradiderunt, nemo dubitauit, ut etiam ipsis librorum titulis testatum sit scriptos eos de arte Rhetorica:

Rhetoric. 1. Cicero uerò etiam quæ Rhetorice uocetur, esse artificiosam eloquentiam dicat. Quod nō Oratores tantum uindicarūt, ut studijs aliquid suis præstitisse uideantur: sed cum his philosophi & Stoici & Peripatetici pleriq; consentiunt. Ac me dubitasse cōfiteor, an hanc partem quæstionis tractandam putarem.

tarem. nam quis est adeò non ab eruditione modò, sed à sensu remotus hominis, ut fabricandi quidem, & texendi, & è luto uasa ducendi artem putet, Rhetoricen autem, maximū ac pulcherrimum (ut suprà diximus) opus, in tam sublime fastigium existimet sine arte uenisse? Equidem illos qui contrà disputarunt, non tam id sensisse quod dicerēt, quàm exercere ingenia materiæ difficultate credo uoluisse, sicut Polycratem cum Busirim laudaret, & Clytemnestrā: quanquam is, quod his dissimile non esset, composuisse orationem quæ est habita contra Socratem, dicitur. Quidam naturalem esse Rhetoricen uolunt, & tamen adiuuari exercitatione non diffitētur: ut in libris Ciceronis de Oratore dicit Antonius obseruationem quandam esse, non artē. Quod non ideo, ut pro uero accipiamus, est positum, sed ut Antonij persona seruetur, qui dissimulator artis fuit. Hanc autem opinionem habuisse Lysias uidetur: cuius sententiæ talis defensio est, quòd indocti & barbari & serui pro se eum loquuntur, aliquid dicāt simile principio, narrent, probent, refutent, & (quod uim habeat epilogi) deprecentur. Deinde adijciunt illas uerborum cauillationes, Nihil quod ex arte fiat, ante artem fuisse: atqui dixisse homines pro se, & in alios, semper: doctores artis, serò tam & circa Tisiam & Coraca primum repertos. orationē igitur ante artem fuisse, eoq; artem non esse. Nos porrò quando cœperit huius rei doctrina, non laboramus: quanquàm apud Homerum, & præceptorem Phœnicē tum agendi tum etiam loquendi, & oratores plures, & omne in tribus ducibus orationis genus, & certamina quoq; proposita eloquentiæ inter iuuenes, inuenimus: quin in cælatura clypei Achillis & lites sunt, & actores. Illud admonere satis est, omnia quæ ars cōsummauerit, à natura initia duxisse: aut tollatur Medicina, quæ ex obseruatione salubrium atq; his contrariorum re-

Lib. 1.

Iliad. 9. Iliad. 5. Iliad. 18. Iliad. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

peria est, & ut quibusdã placet, tota cõstat experimẽtis. Nã & uulnus deligauit aliquis antequàm hæc ars esset: & febrẽ quiete & abstinẽtia, nõ quia rationẽ uidebat, sed quia id ualetudo ipsa coẽgerat, mitigauit. Nec fabrica sit ars: casas enim primi illi sine arte fecerũt. Nec Musica: cãtatur ac saltatur per omnes gentes aliquo modo. Ita si rhetorice uocari debet sermo quicũq; fuisse eã antequàm esset ars, cõfitebor. Si uerò nõ quisquis loquitur, orator est, et tum nõ tãquàm oratores loquebãtur: necesse est oratorẽ factũ arte, nec ante artẽ fuisse fateãtur. Quo illud quoq; excluditur quod dicũt, non esse artis id quod faciat qui nõ didicerit: dicere autẽ homines & qui nõ didicerũt. Ad cuius rei cõfirmationẽ afferunt Demadẽ remigẽ & Aeschinẽ hypocriten oratores fuisse. falsò. Nã neq; orator esse qui nõ didicit, potest: & hos serò potius quàm nunquàm didicisse quis dixerit: quãquàm Aeschines ab initio sit uersatus in literis, quas pater eius etiã docebat: Demadẽ neq; nõ didicisse certũ sit, & cõtinua dicẽdi exercitatio potuerit tantũ, quãtuscũq; postea fuit, fecisse. Nã id potẽtißimũ discẽdi genus est. Sed præstãtiorẽ, si didicisset, futurũ fuisse dicere licet. Neq; enim orationes scribere est ausus, ut eum multũ ualuisse in dicẽdo sciamus. Aristoteles, ut solet, quærẽdi gratia, quædam subtilitatis suæ argumenta excogitauit in Gryllo: sed idẽ & de arte Rhetorica treis libros scripsit, & in eorũ primo nõ artẽ solùm eam fatetur, sed ei particulã ciuilitatis, sicut Dialecticis, aßignat. Multa Critolaus contrà, multa Rhodius Athenodorus, Agnon quidẽ detraxit sibi inscriptione ipsa fidẽ, qua Rhetorices accusationẽ professus est. Nam de Epicuro, qui disciplinas omnes fugit, nihil miror. Hi cõplura dicũt sed ex paucis locis ducta. Itaq; potẽtißimis eorum breuiter occurrã, ne in infinitũ quæstio euadat. Prima his argumẽtatio ex materia est. Omnes enim artes aiunt habere

bere materiã, quod est uerũ: Rhetorices nullã esse propriã: quod esse falsum in sequẽtibus probabo. Altera est calũnia, nullã artẽ falsis assentiri opinionibus, quia cõstitui sine præceptione nõ poßit, quæ semper uera sit: Rhetoricen assentiri falsis: nõ esse igitur artẽ. Ego Rhetoricẽ nõnunquàm dicere falsa pro ueris cõfitebor, sed non ideo in falsa quoq; esse opinione concedã: quia lõgè diuersum est, ipsi quid uideri, & ut alij uideatur, efficere. nã & imperator falsis utitur sæpe: ut Hãnibal, cum inclusus à Fabio, sarmentis circa cornua boum deligatis, incensisq;, per noctẽ in aduersos mõtes agẽs armẽta, speciem hosti abeũtis exercitus dedit: sed illum fefellit, ipse quid uerũ esset, nõ ignorauit. Nec uero Theopõpus Lacedæmonius, cũ permutato cum uxore habitu è custodia ut mulier euasit, falsam de se opinionẽ habuit, sed custodibus præbuit. Itẽ Orator cũ falso utitur pro uero, scit esse falsum, eoq; se pro uero uti: nõ ergo falsam habet ipse opinionem, sed fallit aliũ. Nec Cicero cũ se tenebras offudisse Iudicibus in caussa Cluentij gloriatus ẽst, nihil ipse uidit. Et pictor cum ui artis suæ efficit ut quædã eminere in opere, quædã receßisse credamus, ipse ea plana esse nõ nescit. Aiunt etiam, omnes artes habere finem aliquem propositũ, ad quem tendant: hunc modò nullum esse in Rhetorice, modò non præstari eum qui promittatur. Mentiuntur. Nos enim esse finem iam ostendimus, & quis esset diximus. Præstabit hunc semper Orator, semper enim bene dicet. Firmum autem hoc quod opponitur, aduersus eos fortasse sit, qui persuadere finem putauerunt. Noster Orator, ars'que à nobis finita, non sunt posita in euentu. Tendit quidem ad uictoriam qui dicit: sed cum bene dixit, etiam si non uincat, id quod arte continetur, effecit. Nam & gubernator uult salua naue in portum peruenire: si tamen tempestate fuerit abreptus, non ideo minus erit

Liui lib. 3. tertiæ Decadis.

De Minyis hoc scribit in Melpomene Herodotus & Vale. li. 4. c. 6.

Eras. in Chiliad.

gubernator, dicetq; notũ illud, Dum clauũ rectũ teneam. Et medicus sanitatẽ ægri petit: si tamẽ aut ualetudinis ui, aut intemperãtia ægri, alio ue quo casu summa nõ cõtingit, dũ ipse omnia secundũ rationẽ fecerit, medicinæ fine non excidit. Ita oratori bene dixisse finis est. Nam est ars ea, ut post paulum
Cap. sc. clarius ostendemus, in actu posita, nõ in effectu. Ita falsum erit illud quoq; quod dicitur, Artes scire quando sint finem consecutæ, Rhetoricen nescire. Nam se quisq; bene dicere intelligit. Vti etiã uitijs Rhetoricen, quod ars nulla faciat, criminantur: quia & falsum dicat, & affectus moueat. Quorũ neutrũ est turpe, cum ex bona ratione proficiscitur: ideoq; nec uitium. Nam & mendacium dicere, etiam sapiẽti aliquãdo concessum est: & affectus, si aliter ad æquitatem perduci Iudex nõ poterit, necessariò mouebit Orator. Imperiti enim iudicant, & qui frequenter in hoc ipsum fallendi sunt, ne errent. Nam si mihi sapientes iudices dentur, sapientũ cõciones, atq; omne concilium, nihil inuidia ualeat, nihil gratia, nihil opinio præsumpta, falsiq; testes: perquàm sit exiguus eloquentiæ locus, qui propè in sola delectatione ponatur. Sin & audientium mobiles animi, & tot malis obnoxia ueritas: arte pugnandum est, & adhibenda quæ prosunt. Nec enim qui recta uia depulsus est, reduci ad eam nisi alio flexu potest. Plurima uerò ex eo contra Rhetoricen cauillatio est, quòd ex utraq; causæ parte dicatur. Inde hæc, Nullam esse artem sibi contrariam, Rhetoricẽ esse contrariam sibi. Nullam artẽ destruere quod effecerit: accidere hoc Rhetorices operi. Item, Aut dicenda eam docere, aut non dicenda: itaq; uel per hoc non esse artem, quòd non dicenda præcipiat: uel per hoc, quòd cum dicenda præceperit, etiam contraria his doceat. Quæ omnia apparet de ea Rhetorice dici, quæ sit à bono uiro atque ab ipsa uirtute seiuncta: alioqui ubi iniusta causa est, ibi

est, ibi Rhetorice nõ est: adeò ut uix ex admirabili quodam casu possit accidere ut ex utraq; parte Orator, id est uir bonus dicat. Tamen quoniã hoc quoq; in rerũ naturã cadit, ut duos sapientes aliquando iustæ causæ in diuersum trahant, quando etiã pugnaturos eos inter se, si ratio ita duxerit, credunt: respõdebo propositis: atq; in quidem, ut appareat hæc aduersus eos quoq; frustra excogitata, qui malis moribus nomen Oratoris indulgent. Nã Rhetorice non est cõtraria sibi. Causa enim cũ causa, nõ illa secũ ipsa cõponitur. Nec si pugnent inter se qui idẽ didicerũt, idcirco ars, quæ utriq; tradita est, nõ erit. Alioqui nec armorum, quia sæpe gladiatores sub eodẽ magistro eruditi, inter se cõponuntur. Nec gubernandi, quia naualibus prælijs gubernator est gubernatori aduersus. Nec imperatoria, quia Imperator cũ imperatore cõtendit. Item non euertit opus Rhetorice quod efficit. neq; enim positũ à se argumentũ soluit Orator, sed ne Rhetorice quidem: quia apud eos qui in persuadẽdo finẽ putant, aut si quis (ut dixi) casus, duos inter se bonos uiros cõposuerit, ueri simili a quærẽtur. Non autẽ siquid est altero credibilius, id ei contrariũ est, quod fuit credibile. Nã ut cãdido cãdidius, & dulci dulcius non est aduersum, ita nec probabili probabilius. Nec præcipit unquã non dicenda, nec dicendis cõtraria, sed quæ in quaq; causa dicẽda sunt. Non semper autẽ, etiãsi frequentissimè, tuenda ueritas erit, sed aliquãdo exigit cõmunis utilitas, ut etiã falsa defendãtur. Ponũtur hæ quoq; in secundo Ciceronis de Oratore libro contradictiones, Artẽ earũ rerũ esse quæ sciantur, Oratoris omnẽ actionẽ opinione nõ scientia contineri: quia & apud eos dicat qui nesciãt, & ipse dicat aliquãdo quod nesciat. Ex his alterũ, id est an sciat iudex de quo dicatur, nihil ad Oratoris artẽ: alteri respondendum, Ars earum rerũ est, quæ sciuntur. Rhetorice ars est bene di-

cendi, bene autem dicere scit Orator. Sed nescit an uerum sit quod dicit. Ne hi quidē qui ignē aut aquā, aut quatuor elementa aut corpora insecabilia esse, ex quibus res omnes initium duxerūt, tradunt: nec qui interualla siderū, & mensuras solis ac terræ colligunt: disciplinam tamen suam, artē uocant. Quòd si ratio efficit, ut hæc non opinari, sed propter uim probationū scire uideantur: eadē ratio idē præstare Oratori potest. Sed an causſa uera sit, nescit. Ne Medicus quidē an dolorem capitis habeat qui se pati dicet: curabit tamē tanquam id uerū sit, & erit ars medicina. Quid quòd Rhetorice nō utiq; propositū habet semper uera dicendi, sed semper uerisimilia: scit autē esse uerisimilia quæ dicit. Adiciūt his qui contrà sentiunt, quòd sæpe quæ in alijs litibus impugnarunt actores causſarū, eadē in alijs defendāt. Quod nū artis, sed hominis est uitiū. Hæc sunt præcipua quæ cōtra Rhetoricē dicantur: alia & minora, & tamen ex his fontibus deriuata. Cōfirmatur autē eam esse artem, breuiter. Nā siue (ut Cleanthes uoluit) ars est potestas * uiā ac ordinē efficiens: esse certè uiam atq; ordinē in bene dicēdo nemo dubitauerit, siue ille ab omnibus ferè probatus finis obseruatur, artē constare ex præceptionibus cōsentiētibus & coēxercitatis ad finem uitæ utilem, iam ostendimus nihil nō horū in Rhetorice inesse. Quid quòd & inspectione & exercitatione, ut artes cæteræ, constat? Nec potest ars nō esse, si ars est Dialectice, quod ferè cōstat: cū ab ea specie magis quàm genere differat. Sed nec illa omittēda sunt, qua in re alius se inartificialiter, alius artificialiter gerat, in ea esse artē: & in eo quod qui didicerit, melius faciat, quàm qui non didicerit, esse artē. Atqui non solùm doctus indoctū, sed etiā doctior doctū in Rhetorices opere superabit: neque essent eius aliter tam multa præcepta, tamq; magni qui docerent. Id quod cum omnibus confi

* In uetustis quibusdā codicibus & scripti & impressis legitur, potestas uia, id est, ordine efficiens.

fitendum est, tum nobis præcipuè, qui rationem dicendi à bono uiro non separamus.

Generalis artium diuisio, & ex quibus sit Rhetorica. CAP. XVIII.

CVm sint autem artiū aliæ positæ in inspectione, id est cognitione & æstimatione rerum, qualis est Astrologia, nullū exigēs actū, sed ipso rei cuius studium habet, intellectu cōtenta, quæ θεωρητικὴ uocatur: Aliæ in agendo, quarum in hoc finis est, & ipso actu perficitur, nihilq; post actū operis relinquit, quæ πρακτικὴ dicitur, qualis est saltatio: Aliæ in effectu, quæ operis quod oculis subijcitur, cōsummatione* finem accipiūt, quā ποιητικὴν appellamus, qualis est pictura: ferè iudicandū est Rhetoricen in actu consistere. Hoc enim quod est officij sui perficit. atq; ita ab omnibus dictū est. Mihi autē uidetur etiā ex illis cæteris artibus multū assumere. Nā & potest aliquādo ipsa res inspectione esse cōtēta. Erit enim Rhetorice in Oratore etiā tacente: & si desierit agere, uel proposito, uel aliquo casu impeditus, non magis desinet esse Orator, quàm Medicus, qui curandi fecerit finē. Nā est aliquis, ac nescio an maximis etiā, ex secretis studijs fructus, ac tum pura uoluptas literarū, cū ab actu, id est opera recesserunt, & contēplatione sui fruūtur. Sed effectiuæ quoq; aliquid simile scriptis orationibus, uel historijs (quod ipsum opus in parte oratoria merito ponimus) cōsequetur. Si tamen una ex tribus artibus habenda sit, quia maximus eius usus actu cōtinetur, atq; est in eo frequētissima, dicatur actiua, uel administratiua. Nam & hoc eiusdem rei nomen est.

* In scrip. codicib. legitur, cōsummationem, non finē accipiunt.

Vtra plus conferat eloquentiæ, ars, an natura. CAP. XIX.

SCio quæri etiā, naturáne plus ad eloquentiā conferat, an doctrina. Quod ad propositū quidē nostri operis nihil pertinet: nec enim consummatus Orator nisi ex utraq; fieri

potest

poteſt: plurimũ tamẽ referre arbitror, quam eſſe in hoc loco quæſtionem uelimus. Nam ſi parti utrilibet omnino alteram detrahas, natura etiam ſine doctrina multũ ualebit, doctrina nulla eſſe ſine natura poterit. Sin ex pari coëãt, in mediocribus quidem utriſq; maius adhuc naturæ credã eſſe momentũ, conſummatos autẽ plus doctrinæ debere quàm naturæ putabo: ſicut terræ nullam fertilitatem habẽti, nihil optimus agricola profuerit: è terra uberi utile aliquid etiam nullo colente naſcetur. At in ſolo fœcundo plus cultor quàm ipſa per ſe bonitas ſoli efficiet. Et ſi Praxiteles ſignum aliquod ex molari lapide conatus eſſet exculpere, Pariũ marmor mallẽ rude: at ſi illud idem artifex expoliſſet, plus in manibus fuiſſet, quàm in marmore. Deniq; natura materiæ, ars doctrinæ eſt. hæc fingit, illa fingitur. Nihil ars ſine materia: materiæ etiam ſine arte precium eſt. Ars ſumma, materia optima melior.

An uirtus ſit Rhetorice. CAP. XX.

ILla quæſtio eſt maior, an ex mediis artibus, quæ neq; laudari per ſe, neq; uituperari poſſunt, ſed utiles aut ſecus ſecundum mores utentiũ fiunt, habenda ſit Rhetorice: an ſit, ut cõpluribus etiam philoſophorũ placet, uirtus. Equidem illud quod in ſtudijs dicendi pleriq; exercuerunt & exercent, aut nullam artẽ, quæ ἀτεχνίαν nominatur, puto (multos enim uideo, ſine ratione, ſine literis, quà uel impudentia uel fames duxit, ruentes) aut malam quaſi artem, quam κακοτεχνίαν dicimus. Nam & fuiſſe multos, & eſſe nonnullos exiſtimo, qui facultatem dicendi ad hominũ perniciem conuerterunt. Ματαιοτεχνία quoque eſt quædam, id eſt ſuperuacua artis imitatio, quæ nihil ſanè nec boni nec mali habeat, ſed uanum laborem: qualis illius fuit qui grana ciceris ex ſpatio diſtante miſſa, in acum continuò & ſine fruſtratione inſerebat: quem cum ſpectaſſet Alexãder, donaſſe dicitur eiuſdem leguminis modio.

modio. Quod quidẽ præmiũ fuit illo opere digniſſimum. His ego cõparandos exiſtimo, qui in declamationibus, quas eſſe ueritati diſſimillimas uolunt, ætatem multo ſtudio ac labore conſumunt. Verùm hæc quã inſtituere conamur, & cuius imaginem animo concepimus, quæ bono uiro cõuenit, quæque eſt uera Rhetorice, uirtus erit. Quod philoſophi quidẽ multis & acutis concluſionibus colligunt: mihi uerò etiam planiore ac proprie noſtra probatione uidetur eſſe perſpicuum. Ab illis hæc dicuntur, Si conſonare ſibi in faciendis ac non faciendis, uirtutis eſt, quæ pars eius prudentia uocatur, eadẽ in dicẽdis ac nõ dicẽdis erit. Et ſi uirtutes ſunt, ad quas nobis etiam antè quàm doceremur, initia quædam ac ſemina ſunt conceſſa natura, ut ad iuſtitiam, cuius ruſticis quoque ac barbaris apparet aliqua imago: nos certè ſic eſſe ab initio formatos, ut poſſemus orare pro bonis, etiam ſi non perfectè, tamen ut ineſſent quædam (ut dixi) ſemina eius facultatis, manifeſtum eſt. Non eadem autem his natura artibus eſt, quæ à uirtute ſunt remotæ. Itaque cum duo ſint genera orationis, altera perpetua, quæ Rhetorice dicitur: altera conciſa, quæ Dialectice: quas quidem Zeno adeò coniunxit, ut hanc compreſſæ in pugnum manus, illam explicitæ diceret ſimilem, etiam diſputatrix uirtus erit: adeò de hac, quæ ſpecioſior atq; apertior eſt, nihil dubitabitur. Sed plenius hoc idem atq; apertius intueri ex ipſis operibus uolo. Nam quid Orator in laudando faciet, niſi honeſtorum ac turpium peritus? aut in ſuadendo, niſi utilitate propoſita & perſpecta? aut in iudicijs, ſi iuſtitiæ ſit ignarus? Quid? non fortitudinẽ poſtulat res eadẽ, cũ ſæpe contra turbulentas populi minas, ſæpe cum periculoſa potentiũ offenſa, nonnunquam, ut in iudicio Miloniano, inter circunfuſa militũ arma dicendũ ſit: ut ſi uirtus nõ eſt, ne perfecta quidem eſſe poſſit oratio

Vide Cic. de fin. in Orat. & in Parti.

Aristo. Politicorum 1. c. 2. Cic. 1. de Oratore.

oratio. Quòd si ea in quoq; animaliũ est uirtus, qua præstat cætera uel pleraq;, ut in leone impetus, in equo uelocitas: hominẽ porrò ratione atq; oratione excellere cæteris certum est: cur nõ tam in eloquẽtia quàm in ratione uirtutẽ eius esse credamus? Rectèq; hoc apud Ciceronẽ disserit Crassus. Est enim Eloquẽtia una quædã de summis uirtutibus. Et ipse Cicero in sua persona, cũ ad Brutũ in epistolis, tũ alijs etiã locis, uirtutẽ eã appellat. At proœmiũ aliquando & narrationẽ dicit malus homo, & argumenta, sic, ut nihil sit in his requirendũ. Nã & latro pugnabit acriter, uirtus tamen erit fortitudo: & tormẽta sine gemitu feret malus seruus, tolerantia tamẽ doloris laude sua nõ carebit. Multa fiũt eadẽ, sed aliter. Sufficiãt igitur hæc, quia de utilitate suprà tractauimus.

Quæ sit materia Rhetorices. CAP. XXI.

MAteriam Rhetorices quidã dixerũt esse orationẽ: quã sententiã ponit apud Platonẽ Gorgias. Quæ si ita accipitur, ut sermo quacunq; de re cõpositus, dicatur oratio: nõ materia, sed opus est: ut statuarij, statua, nã & oratio efficitur arte, sicut statua. Sin hac appellatione uerba ipsa significari putamus, nihil hæc sine rerũ substantia faciunt. Quidam argumenta persuasibilia: quæ & ipsa in parte sunt operis, & arte fiunt, & materia egẽt. Quidam ciuiles quæstiones: quorũ opinio non qualitate, sed modo errauit. Est enim hæc materia Rhetorices, sed non sola. Quidã, quia uirtus sit Rhetorice, materiã eius totã uitã uocant. Alij, quia nõ omniũ uirtutũ materia sit tota uita, sed pleræq; earũ uersentur in partibus, sicut iustitia, fortitudo, continentia, proprijs officijs & suo fine intelliguntur: Rhetoricen quoq; dicunt in una aliqua parte ponendã: eiq; locũ in Ethice negocialem assignãt, id est πραγματικόν. Ego (neq; id sine authoribus) materiã esse Rhetorices iudico, omnes res quæcunq; ei ad dicendum

subiectæ erunt. Nam Socrates apud Platonẽ dicere Gorgiæ uidetur, nõ in uerbis esse materiã, sed in rebus. Et in Phædro palàm non in iudicijs modò & cõcionibus, sed in rebus etiã priuatis ac domesticijs Rhetoricen esse demõstrat. Quo manifestiũ est hanc opinionem ipsius Platonis fuisse. Et Cicero quodã loco materiã Rhetorices uocat res quæ subiectæ sunt ei: sed certas demũ putat esse subiectas. Alio uerò, de omnibus rebus Oratori dicendũ arbitratur, his quidẽ uerbis, Quanquam uis Oratoris, profitiõq; ipsa bene dicẽdi, hoc suscipere ac polliceri uideatur, ut omni de re, quæcunq; sit proposita, ornatè ab eo copioscq; dicatur. Atq; adhuc alibi, Verum enim Oratori, quæ sunt in hominũ uita (quandoquidem in ea uersatur Orator, atq; ea est ei subiecta materia) omnia quæsita, audita, lecta, disputata, tractata, agitata esse debent. Hãc autem quã nos materiã uocamus, id est res subiectas, quidam modò infinitã, modò non propriã Rhetorices esse dixerunt: eamq; artẽ circumcurrentẽ uocauerũt, quòd in omni materia diceret. Cũ quibus mihi minima pugna est. Nã de omni materia dicere eã fatentur: propriã habere materiã, quia multiplicẽ habeat, negãt. Sed neq; infinita est, etiam si est multiplex: et aliæ quoq; artes minores habẽt multiplicẽ materiã, uelut Architectonicæ. Nanq; ea in omnibus quæ sunt ædificio utilia, uersatur. Et cælatura, quæ auro, argento, ære, ferro, opera efficit. Nam sculptura etiam lignũ, ebur, marmor, uitrũ, gẽmas, præter ea quæ suprà dixi, cõplectitur. Neq; protinus nõ est materia Rhetorices, si in eadẽ uersatur & alius. Nam si quærã quæ sit materia statuarij, dicetur æs. si quærã quæ sit excusoris, id est eius fabricæ quam Græci χαλκευτικὴν uocant, similiter æs esse respõdeant. Atqui plurimum statuis differunt uasa. Nec medicina ideo non erit ars, quia unctio & exercitatio cum palæstrica, ciborũ uerò qualitas etiam

In Gorgia.

1. de Orat.

3. de Orat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam cũ coquorũ ei sit arte cõmunis. Quod uerò de bono, utili, iusto disserere, philosophiæ officiũ esse dicũt, nõ obstat. Nam cũ philosophum dicũt, hoc accipi uolunt, uirũ bonum. Cur igitur Oratorem, quem à bono uiro non separo, in eadẽ materia uersari nurer? cũ præsertim primo libro iam ostenderim, philosophos omissam hanc ab Oratoribus partẽ occupasse, quæ Rhetorices propria semp fuisset, ut illi potius in nostra materia uersentur. Deniq; cũ sit Dialectices materia de rebus subiectis disputare, sit autẽ Dialectices oratio concisa, cur non eadem perpetuæ quoque materia uideatur? Solet à quibusdam & illud poni, Omnium igitur artium peritus erit Orator, si de omnibus ei dicendum est. Possem hic Ciceronis respõdere uerbis, apud quem hoc inuenio, Mea quidem sententia nemo esse poterit omni laude cumulatus Orator, nisi erit omnium rerum magnarum atque artium scientiam consecutus: sed mihi satis est, eius esse Oratorem rei de qua dicet, non insciũ. Neque enim omnes causas nouit, & debet posse de omnibus dicere. De quibus ergo dicet? de quibus didicit. Similiter de artibus quoque, de quibus dicendum erit, interim discet: & de quibus didicerit, dicet. Quid ergo? non aut faber de fabrica melius, aut de musice musicus? Si nesciat Orator quid sit de quo quæritur, plane melius. Nam & litigator rusticus illiteratusq; de caussa sua melius quàm Orator qui nescit quid in lite sit, dicet: sed accepta à musico, à fabro, sicut à litigatore, melius Orator quàm ipse qui docuerit. Verùm & faber cum de fabrica, & musicus cum de musica, siquid confirmationem desiderauerit, dicet: nõ erit quidem Orator, sed faciet illud quasi Orator: sicut cum uulnus imperitus deligabit, non erit medicus, sed faciet ut medicus. An huiusmodi res nec in laudem, nec in deliberationem, nec in iudicium ueniunt? Ergo cum de faciendo portu Hostiensi delibe

In proœmio 1. lib.

De Orat. 1.

deliberatum est, non debuit dicere sententiam Orator? Atqui opus erat ratione architectorum. Liuores & tumores in corpore, eruditatis an ueneni signa sint, non tractat Orator? At est id ex ratione Medicinæ. Circa mensuras & numeros non uersabitur? Dicamus has Geometriæ esse partes. Equidem omnia ferè posse credo casu aliquo uenire in officium Oratoris: quod si non accidet, non erunt ei subiecta. Ita sic quoque rectè diximus materiam Rhetorices esse omnes res ad dicendum ei subiectas: quod quidem probat etiam sermo communis. Nam cum aliquid de quo dicamus accepimus, positam nobis esse materiam frequenter etiam præfatione testamur. Gorgias quidem adeò Rhetori de omnibus putauit esse dicendum, ut se in auditorijs interrogari pateretur, qua quisque de re uellet. Hermagoras quoque dicendo materiam esse in caussa & in quæstionibus, omnes res subiectas erat complexus. Sed quæstiones si negat ad Rhetoricen pertinere, dissentit à nobis: si autem ad Rhetoricen pertinent, ab hoc quoq; adiuuamur. Nihil est enim quod non in caussam aut quæstionem cadat. Aristoteles tres faciendo partes orationis, Iudicialem, Deliberatiuam, Demonstratiuam, penè & ipse Oratori subiecit omnia. nihil enim non in hæc cadit. Quæsitum à paucissimis etiam de instrumento est. Instrumentũ uoco, sine quo formari materia, & in id quod uelimus effici opus non possit. Verùm hoc ego non artem credo egere, sed artificem. Neq; enim scientia desiderat instrumentum, quæ potest esse consummata etiam si nihil faciat: sed ille opifex, ut cælator cælum, & pictor penicilla. Itaq; hæc in eum locum quo de Oratore dicturi sumus, differamus.

Illum facere destinauerat Iul. Cæs. perfecit Claud. imper.

Cic. 1. & 3. de Orat. item de finibus.

In libro. 12.

*

Universidad de Deusto
Biblioteca

M. FAB. QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA LIBER TERTIVS.

*

De Scriptoribus artis Rhetoricæ. CAP. I.

QVONIAM in libro secundo quæsitum est quid esset Rhetorice, & quis finis eius: artem quoq; eam esse, & utilem, & uirtutẽ, ut uires nostræ tulerũt, ostendimus: materiamq; ei res omnes de quibus dicere oporteret, subiecimus: tam hinc, unde cœperit, quibus cõstet, quo quæq; in ea modo inueniẽda atq; tractanda sint, exequar: intra quem modũ pleriq; scriptores artiũ constiterũt, adeò ut Apollodorus cõtentus solis iudicialibus fuerit. Nec sum ignarus, hoc à me præcipuè quod hic liber inchoat opus, studiosos eius desiderasse, ut inquisitione opinionũ, quæ diuersissimæ fuerũt, lõgè difficillimum, ita nescio an minimè legẽtibus futurũ uoluptati: quippe quod propè nudã præceptorũ traditionẽ desideret. In cæteris enim admiscere tẽtauimus aliquid nitoris, non iactandi ingenij gratia (nanq; in id eligi materia poterat uberior) sed ut hoc ipso alliceremus magis iuuentutem ad cognitionẽ eorũ quæ necessaria studijs arbitramur, si ducti iucunditate aliqua lectionis, libẽtius discerẽt ea, quorum ne iciuna atq; arida traditio auerteret animos, & aures præsertim tam delicatas raderet, uerebamur. qua ratione se Lucretius dicit præcepta philosophiæ carmine esse complexum: nanq; hac, ut est notum, similitudine utitur:

Ac ueluti pueris absinthia tetra medentes
Cum dare conantur, prius oras pocula circum
Aspirant mellis dulci flauoq; liquore, & quæ sequuntur.

Lucr. lib. 1. item 4.

Sed

Sed nos ueremur ne parum hic liber mellis, & absinthij multum habere uideatur, sitq; salubrior studijs quàm dulcior. Quin etiam hoc timeo, ne ex eo minorem gratiã ineat, quòd pleraq; non inuenta per me, sed ab alijs tradita, continebit: habeat etiã quosdam qui contrà sentiant & aduersentur, propterea quòd plurimi authores quamuis eodem tenderent, diuersas tamẽ uias munierunt, atque in suam quisq; induxit sequentes. Illi autem probant qualecunque ingressi sunt iter: nec facilè ineulcatas pueris persuasiones mutaueris, quia nemo nõ didicisse mauult, quàm discere. Est autem, ut procedente libro patebit, infinita dissensio authorum, primò ad ea quæ rudia atque imperfecta adhuc erant, adijcientibus quod inuenissent scriptoribus: mox, ut aliquid sui uiderentur afferre, etiam recta mutantibus. Nam primus post eos quos poëtæ tradiderunt, mouisse aliqua circa Rhetoricen Empedocles dicitur. Artium autem scriptores antiquissimi, Corax & Tisias Siculi: quos insecutus est uir eiusdem insulæ Gorgias Leontinus, Empedoclis (ut traditur) discipulus. Is beneficio longissimæ ætatis (nam centum & nouem uixit annos) cum multis simul floruit: ideoq; & illorum, de quibus suprà dixi, fuit æmulus, & ultra Socratem usque durauit. Thrasymachus Chalcedonius cum hoc, & Prodicus Ceius, & Abderites Protagoras, à quo decem millibus denariorum didicisse artem quã edidit Euathlus dicitur: & Hippias Eleus, & quem Palamedem Plato appellat, Alcidamas Eleates. Antiphon quoque & orationem primus omnium scripsit, & nihilominus artem ipse composuit, & pro se dixisse optimè est creditus: etiam Polycrates, à quo scriptam in Socratem diximus orationem: & Theodorus Byzantius, ex ijs & ipse quos Plato appellat λογοθηρικοὺς. Horum primi communes locos tractasse dicũtur, Protagoras, Gorgias, Prodicus, & Thrasymachus. Cicero in Bruto negat ante Periclem scriptum

Vide Gellium lib. 5. cap. 10.

Lib. 2. cap. 17.

In Phædro, & Cicero in Orato.

quicquam quod ornatum oratorium habeat, eius aliqua ferri. Equidem non reperio quicquam tanta eloquentiæ fama dignũ: ideoq; minus miror esse qui nihil ab eo scriptum putent: hæc autem quæ feruntur, ab alijs esse composita. His succesſere multi, sed clarißimus Gorgiæ auditorum, Isocrates: quanquam de præceptore eius inter authores non conuenit. nos autem Aristoteli credimus. Hinc uelut diuersæ secari cœperunt uiæ. Nam & Isocratis præstantißimi discipuli fuerunt in omni studiorum genere, eoq; iam seniore (octauum enim & nonagesimum impleuit annum) pomeridianis scholis Aristoteles præcipere artem Oratoriam cœpit, noto quidem illo (ut traditur) uersu ex Philoctete frequenter usus,

Cicero 3. de Orat. & 1. Tuscul.

Αἰσχρὸν σιοπᾶν μᾶλλον ἢ Ἰσοκράτη λέγειν.
Turpe esse tacere, & Isocratem pati dicere.

Ars est utriusq; sed pluribus eam libris Aristoteles complexus est. Eodem tempore Theodectes fuit, de cuius opere suprà dictũ est. Theophrastus quoq; Aristotelis discipulus de Rhetorice diligẽter scripsit: atq; hinc uel studiosius philosophi quàm Rhetores, præcipueq; Stoicorum ac Peripateticorum principes. Fecit deinde uelut propriam Hermagoras uiam, quam plurimi sunt secuti: cui maximè par atq; æmulus uidetur Athenæus fuisse. Multa pòst Apollonius Molon, multa Areus, multa Cæcilius, & Halicarnasseus Dionysius. Præcipuè tamen in se conuerterunt studia Apollodorus Pergamenus, qui præceptor Apolloniæ Cæsaris Augusti fuit: & Theodorus Gadareus, qui se dici maluit Rhodium: quem studiosè audisse, cum in eam insulam secesſisset, dicitur Tyberius Cæsar. Hi diuersas opiniones tradiderunt, appellatiq; inde Apollodorei & Theodorei, ad morem certas in philosophia sectas sequendi. Sed Apollodori præcepta magis ex discipulis cognoscas: quorum diligẽtißimus in tradendo latinè fuit C. Valgius, græce Atticus. Nam ipsius sola

Lib. 2. cap. 15.

Vide Strabo. lib. 17.

sola uidetur ars edita ad Matium, quia cæteras missa ad Domitium epistola non agnoscit. Plura scripsit Theodorus, cuius auditorem Hermagoram sunt qui uiderint. Romanorum primus (quantum ego quidem sciam) condidit aliqua in hac materia M. Cato ille Censorius, pòst M. Antonius inchoauit. Nam hoc solum opus eius, atq; id ipsum imperfectum manet. Secuti minus celebres, quorum memoriam si quo loco res poscet, non omittam. Præcipuum uerò lumen sicut Eloquentiæ, ita præceptis quoq; eius dedit unicum apud nos specimẽ orandi, docendiq; oratorias artes, M. Tullius: pòst quem tacere modestißimum foret, nisi & Rhetoricos suos ipse adolescenti sibi elapsos diceret, & in Oratorijs hæc minora, quæ plerique desiderant, sciens omisisset. Scripsit de eadem materia non pauca Cornificius, aliqua Stertinius, nonnihil pater Gallio: accuratè uerò priores Gallione Celsus & Lenas, & ætatis nostræ Virginius, Plinius, Rutilius. Sunt & hodie clari eiusdem operis authores: qui si omnia complexi forent, consuluissent labori meo: sed parco nominibus uiuentium: ueniet eorum laudi suum tempus: ad posteros enim uirtus durabit, non perueniet inuidia. Non tamen pòst tot ac tantos authores pigebit meam quibusdam locis posuisse sententiam. Neq; enim me cuiusquam sectæ, uelut quadam superstitione imbutus, addixi: & electuris quæ uolent facienda copia fuit: sicut ipse plurium in unum confero inuenta, ubicunq; ingenio nõ erit locus, curæ testimonium meruisse contentus.

Cicero. 1. de Orat.

Quod initium Rhetorices. CAP. II.

NEc diu nos moretur quæstio, quæ Rhetorices origo sit. Nam cui dubium est, quin sermonem ab ipsa rerum natura geniti protinus homines acceperint? (quod certè principiũ est eius rei) huic studium & incremẽtum dederit utilitas, summam ratio & exercitatio? Nec uideo quare curam dicẽdi putẽt

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidam inde cœpisse, quòd ij qui in diserimen aliquod uocabãtur, accuratius loqui defendẽdi sui gratia instituerint. Hæc enim ut honestior caussa, ita non utiq; prior est: cum præsertim accusatio præcedat defensionem: nisi quis dicit etiam gladium fabricatam ab eo prius qui ferrũ in tutelam sui, quàm qui in perniciem alterius comparauit. Initium ergo dicendi dedit natura: initium artis, obseruatio. Homines enim sicut in medicina cum uiderent alia salubria, alia insalubria, ex obseruatione eorum effecerunt artem: ita cum in dicendo alia utilia, alia inutilia deprehenderent, notarunt ea ad imitandum uitandumq;, & quædam secundum rationem eorum adiecerunt ipsi quoq;: hæc cõfirmata sunt usu: tum quæ sciebat quisq;, docuit. Cicero quidem initium orandi conditoribus urbium ac legumlatoribus dedit: in quibus fuisse uim dicendi necesse est: cur tamen hanc primam originem putet, non uideo, cum sint adhuc quædam uagæ & sine urbibus ac sine legibus gentes, & tamẽ qui sunt in his nati, & legationibus fungantur, & accusent aliqua ac defendant, & denique alium alio melius loqui credant.

In prologo Rhetoricorũ ueterum.

Quinque esse partes Rhetoricæ. CAP. III.

OMnis autem orandi ratio, ut plurimi maximiq; authores tradiderunt, quinq; partibus constat, inuentione, dispositione, elocutione, memoria, pronunciatione siue actione: utroq; enim modo dicitur. Omnis uerò sermo, quo quidem uoluntas aliqua enunciatur, habeat necesse est & rem, & uerba. Ac si est breuis, & una conclusione finitus, nihil foræsse ultrà desideret: at oratio longior plura exigit. Non enim tantum refert, quid, & quo modo dicamus, sed etiam quo loco. opus ergo est dispositione. Sed neq; omnia quæ res postulat, dicere, neq; suo quæq; loco poterimus, nisi adiuuante memoria. quapropter ea quoque pars quarta erit. Verum hæc cũcta corrumpit ac propemodum perdit indecora uel uoce uel gestu pronunciatio.

Huic

Huic quoq; igitur tribuendus est necessariò quintus locus. Nec audiendi quidam, quorum est Albutius, qui treis modo primas esse partes uolunt, quia memoria atq; actio, natura, non arte contingant: quarum nos præcepta suo loco dabimus: licet Thrasymachus quoque idem de actione crediderit. His adiecerunt quidam sextam partem, ita ut inuentioni iudicium subnecterẽt, quia primum esset inuenire, deinde iudicare. Ego porro ne inuenisse quidem credo eum, qui non iudicauit. nec enim contraria, communia, stulta, inuenisse dicitur quisquam, sed non uitasse. Et Cicero quidem in Rhetoricis iudicium subiecit inuentioni: mihi autem adeò tribus primis partibus uidetur esse permistum, (nam neq; dispositio sine eo, neq; elocutio fuerit) ut pronunciationem quoq; uel plurimùm ex eo mutuari putẽ. Quod hoc audacius dixerim, quòd in Partitionibus oratorijs ad easdem de quibus suprà dictum est, quinq; peruenit partes. Nam cum dupliciter primum diuisisset, in inuentionem atq; elocutionem: res ac dispositionem inuentioni, uerba & pronunciationem elocutioni dedit: quintamq; constituit communem, ac uelut custodem omnium, memoriam. Idem in Oratore, quinq; rebus constare eloquentiam dicit: in quibus posteà scriptis certior eius sententia est. Non minus mihi cupidi nouitatis alicuius uidentur fuisse, qui adiecerunt ordinem, cum dispositionem dixissent: quasi aliud sit dispositio, quàm rerum ordine quamoptimo collocatio. Dion inuentionem modò & dispositionem tradidit, sed utranque duplicem, rerum, ac uerborum: ut sit elocutio inuentionis, pronunciatio dispositionis: his quinta pars memoria accedat. Theodoréi fere inuentionem duplicem, rerum, atq; elocutionis, deinde treis cæteras partes. Hermagoras, iudicium, partitionem, ordinem, quæq; elocutionis sunt, subijcit œconomiæ, quæ græcè appellata ex cura rerum domesticarum, & hic per abusionem posita,

nomine latino caret. Est & circa hoc quæstio, quòd memoriam in ordine partium quidam inuentioni, quidam dispositioni subiunxerũt: nobis quartus eius locus maximè placet. Non enim inuenta tantum tenere ut disponamus, nec disposita ut eloquamur, sed etiam uerbis formata memoriæ mãdare debemus. Hæc enim omnia quæcunq; in orationem collata sunt, continentur.

Fuerunt etiam in hac opinione non pauci, ut has non Rhetorices partes esse existimarent, sed opera Oratoris: eius enim esse inuenire, disponere, eloqui, &c. Quod si accipimus, nihil arti relinquemus. Nam bene dicere, est Oratoris: Rhetorice tamen est bene dicendi scientia: uel, ut alij putant, artificis est persuadere: uis autem persuadendi, artis. Ita inuenire quidem & disponere, Oratoris: inuentio autem & dispositio, Rhetorices propria uideri potest. In eo plures dissenserunt, utrum'ne hæ partes essent Rhetorices, an eiusdem opera, an (ut Athenæus credit) elementa, quæ uocant στοιχεῖα. Sed neq; elementa rectè quis dixerit: alioqui tantum initia erunt, ut mundi uel humor, uel ignis, uel materia, uel corpora insecabilia: nec operum rectè nomen accipient, quæ nõ ab alijs perficiuntur, sed aliud ipsa perficiunt. Partes igitur. Nam cum sit ex his Rhetorice, fieri non potest ut totum ex partibus constet, nisi sint partes totius, ex quibus constet. Videntur autem mihi qui hæc opera dixerunt, eo quoq; moti, quòd in alia rursus diuisione nollent in idẽ nomen incidere. Partes enim Rhetorices esse dicebant laudatiuam, deliberatiuam, iudicialem. Quæ si partes sunt, materiæ sunt potius quàm artis. Nanq; in his singulis Rhetorice tota est, quia & inuentionem, & dispositionem, & elocutionem, & memoriam, & pronunciationem quæcunque earum desiderat. Itaque quidam genera ea tria Rhetorices dicere maluerunt: optime autem ij, quos secutus est Cicero, qui genera caussarum.

Aristotel. ad Theodec. lib. 1. cap. 3.

Tria

Tria esse genera caussarum. CAP. III.

SEd tria an plura sint, ambigitur. Nec dubiè propè omnes utiq; summæ apud antiquos authoritatis scriptores Aristotelem secuti, qui nomine tantùm alio concionalem pro deliberatiua appellat, hac partitione contenti fuerunt. Verum & tum leuiter est tẽtatum, cum apud Græcos quosdam, tum apud Ciceronem in libris de Oratore, & nunc maximo temporum nostrorum authore propè impulsum, ut non modo plura hæc genera, sed etiam penè innumerabilia uideantur. Nam si laudandi ac uituperandi officium in parte tertia ponimus: in quo genere uersari uidebimur cũ querimur, cõsolamur, mitigamus, concitamus, terremus, confirmamus, præcipimus, obscurè dicta interpretamur, narramus, deprecamur, gratias agimus, gratulamur, obiurgamus, maledicimus, describimus, mandamus, renunciamus, optamus, opinamur, & plurima alia? ut mihi in illa uetere persuasione permanẽti, uelut petẽda sit uenia: quærendumq;, quo moti priores, rẽ tam late fusam, tã breuiter adstrinxerint. Quos qui errasse putant, hoc secutos arbitrantur, quòd in his ferè uersari tum Oratores uidebãt. Nã & laudes ac uituperationes scribebãtur, et ἀδιτραφίας dicere erat moris, & plurimũ in cõsilijs ac iudicijs insumebatur operæ, ut scriptores artiũ pro solis cõprehenderint frequentißima. Qui uerò defendunt, tria faciunt genera auditoriũ: unũ quod ad delectationẽ cõueniat, alterũ quod consiliũ accipiat, tertiũ quod de causßis iudicet. Mihi cuncta rimanti, talis quædã ratio succurrit, quòd omne Oratoris officiũ aut in iudicijs est, aut extra iudicia. Eorum de quibus iudicio quæritur, manifestũ genus est: ea quæ ad iudicem non ueniunt, aut præteritũ habent tempus, aut futurum. Præterita laudamus aut uituperamus, de futuris deliberamus. Item omnia de quibus dicendum est, aut certa sint necesse est, aut dubia. Certa, ut cuique est animus, laudat aut culpat: ex

Plinių intelligere uidetur.

Vide Aristo. rhe. 1. cap. 3.

dubijs partim nobis ipsis ad electionem sunt libera, de his deliberatur: partim aliorum sententiæ commissa, de his lite contenditur. Anaximenes iudicialem & concionalem generales partes esse uoluit, septem autem species, hortandi, dehortandi: laudandi, uituperandi: accusandi, defendendi, exquirendi, quod ἐξεταστικὸν dicunt: quarũ duæ primæ deliberatiui, duæ sequentes demonstratiui, tres ultimæ iudicialis generis sunt partes. Protagoram transeo, qui interrogandi, respondendi, mãdandi, precandi, quod ὀνομαστὸν dixit, partes solas putat. Plato in Sophista, iudiciali et concionali tertiam adiecit προσομιλητικὸν, quam sanè permittamus nobis dicere sermocinatricem: quæ à forensi ratione disiungitur, & est accõmodata priuatis disputationibus: cuius uis eadẽ profecto est, quæ dialecticæ. Isocrates in omni genere inesse laudẽ ac uituperationẽ existimauit. Nobis et tutissimũ est authores plures sequi, et ita uidetur ratio dicturæ. Est igitur, ut dixi, unũ genus quo laus ac uituperatio cõtinetur, sed est appellatiũ à parte meliore laudatiuũ. idẽ alij demõstratiuum uocant, utrunq; nomen ex Græco creditur fluxisse. Nam & ἐγκωμιαστικὸν & ἐπιδεικτικὸν dicunt. Sed mihi ἐπιδεικτικὸν non tam demonstrationis uim habere, quàm ostentationis uidetur, & multum ab illo ἐγκωμιαστικῷ differre. nam ut continet laudatiuum in se genus, ita non intra hoc solum consistit. An quisquam negauerit Panegyricos ἐπιδεικτικοὺς esse? Atqui formam suadendi habent, & plerunque de utilitatibus Græciæ loquuntur: ut causarum quidem genera tria sint, sed ea tum in negotijs, tum in ostentatione posita. Nisi forte non ex Græco mutantes demonstratiuum uocant, uerùm id sequũtur, quòd laus ac uituperatio quale sit quidque demonstrat. Alterum est deliberatiuum. Tertium, iudiciale. Cæteræ species in hæc tria incidunt genera: nec inuenitur ex his ulla, in qua non laudare aut uituperare, suadere aut dissuadere, intendere quid uel

In dialogo de ente.

uel depellere debeamus. Illa quoq; sunt communia, conciliare, narrare, docere, augere, minuere, concitandis componendis ue affectibus animos audientium fingere. Ne his quidem accesserim, qui laudatiuam materiam honestorũ, deliberatiuam utilium, iudicialem iustorum quæstione contineri putant, celeri magis ac rotunda usi distributione, quàm uera. Stant enim quodammodo mutuis auxilijs omnia. Nam & in laude iustitia utilitasq; tractantur, & in consilijs honestas: & rarò iudicialem inueneris caussam, in cuius non parte aliqua, eorum quid quæ suprà diximus, reperiatur.

Quibus contineatur omnis ratio dicendi. CAP. V.

OMnis autem oratio cõstat aut ex his quæ significãtur, aut ex his quæ significant, id est, rebus, & uerbis. Facultas orandi consummatur natura, arte, exercitatione: cui quartam partem adijciunt quidam imitationis, quam nos arti subijcimus. Cic. in Bruto.

Tria sunt itẽ quæ præstare debet Orator, ut doceat, moueat, delectet. Hæc enim clarior diuisio, quàm eorum qui totum opus in res & in affectus partiuntur. Non semper autem omnia in eam quæ tractabitur materiam cadent. Erunt enim quædã remotæ ab affectibus: qui ut non ubique habent locum, ita quocunque irruperint, plurimum ualent. Præstantissimis authoribus placet, alia in Rhetorica esse quæ probationem desiderent, alia quæ non desiderent: cum quibus ipse consentio. Quidam uerò, ut Celsus, de nulla re dicturum Oratorem, nisi de qua quæratur, existimant: cui cum maxima pars scriptorum repugnat, tum etiam ipsa partitio: nisi forte laudare quæ constet esse honesta, & uituperare quæ ex confesso sint turpia, nõ est Oratoris officium. Illud iam omnes fatentur, esse quæstiones aut in scripto, aut in non scripto. In scripto sunt de iure, in non scripto de re. Illud legale, hoc rationale genus: Hermagoras atque eum secuti uocant νομικὸν, & λογικόν. Idem senti

sentiunt qui omnem quæstionem ponunt in rebus, & in uerbis.

Item conuenit quæstiones esse aut infinitas, aut finitas. Infinitæ sunt, quæ remotis personis & temporibus & locis, cæterisq; similibus, in utranque partem tractantur: quod Græci θεσιν dicunt, Cicero propositum, alij quæstiones uniuersales ciuiles, alij quæstiones philosopho conuenientes, Athenæus partem caussæ appellat. Hoc genus Cicero scientia & actione distinguit: ut sit scientiæ, an prouidentia mundus regatur: actionis, an accedendum ad Remp. administrandam. Prius, trium generum, an sit, quid sit, quale sit. omnia enim hæc ignorari possunt. Sequens, duorum, quo modo adipiscamur, quo modo utamur. Finitæ autem sunt ex cõplexu rerum, personarũ, temporũ, cæterorumq;. hæ ὑποθεσεις à Græcis dicuntur, caussæ à nostris. In his omnis quæstio uidetur circa res personasq; consistere. Amplior est semper infinita. inde enim finita descendit. Quod ut exẽplo pateat, infinita est, An uxor ducenda: finita, an Catoni ducenda: ideoq; esse suasoria potest. Sed etiã remotæ à personis proprijs, ad aliquid referri solent. Est enim simplex, an Respublica administranda: refertur ad aliquid, an in tyrannide administrãda. Sed hic quoque subest uelut latens persona. tyrannus enim geminat quæstionem, subestq; & temporis & qualitatis tacita uis: nondũ tamen hoc proprie dixeris caussam. Hæ autẽ quas infinitas uoco, et generales appellãtur. quod si est uerũ, finitæ speciales erũt. In omni autẽ speciali utiq; inest generalis, ut quæ sit prior. Ac nescio an in causßis quoq; quicquid in quæstionẽ uenit qualitatis, generale sit. Milo Cladiũ occidit: iure occidit, insidiatorem. nonne hoc quæritur, an sit ius insidiatorem occidendi? Quid in coniecturis? nõ illa generalia, an causßa sceleris odiũ? cupiditas? an tormentis credendũ? testibus, an argumentis maior fides habenda? Nam finitione quidem comprehendi nihil nõ in uniuersum

In Topicis.

sum certum erit. Quidam putant etiam eas posse theseis aliquando nominari, quæ personis causis'que contineantur, aliter tantummodo positas: ut causßa sit, cum Orestes accusatur. Thesis, an Orestes rectè sit absolutus. cuius generis est, an Cato rectè Martiam Hortensio tradiderit. Hi thesin à causßa sic distinguunt, ut illa sit spectatiuæ partis, hæc actiuæ. Illic enim ueritatis tantum gratia disputari, hic negotium agi. Quanquam inutiles quidam Oratori putant uniuersales quæstiones, quia nihil prosit quòd constet ducendã esse uxorem, uel administrandam Rempublicam, si quis uel ætate uel ualetudine impediatur. Sed non omnibus eiusmodi quæstionibus sic occurri potest, ut illis, Sit'ne uirtus finis, Regatur'ne prouidẽtia mundus. Quinetiam in ijs quæ ad personam referuntur, ut non est satis generalem tractasse quæstionem, ita perueniri ad speciẽ nisi illa prius excussa non potest. Nam quo modo an sibi uxor ducenda sit, deliberabit Cato, nisi constiterit uxores esse ducendas? Et quo modo an ducere Martiam debeat quæretur, nisi Catoni ducenda uxor est? Sunt tamen inscripti nomine Hermagoræ libri, qui confirment illam opinionem, siue falsus est titulus, siue alius hic Hermagoras fuit. Nam eiusdem esse quo modo possunt, qui de hac arte mirabiliter multa composuit, cum, sicut ex Ciceronis quoq; Rhetorico primo manifestum est, materiam Rhetorices in theseis & causßas diuiserit? Quod reprehendit Cicero: ac thesin nihil ad Oratorem pertinere contendit, totumq; hoc genus quæstionis ad philosophos refert. Sed me liberauit* reprehendendi uerecundia, & quòd ipse hos libros improbat, & quòd in Oratore, atque ijs quos de Oratore scripsit libris, & Topicis, præcipit, ut à proprijs personis atq; temporibus auocemus controuersiam, quia latius dicere liceat de genere quàm de specie, & quod in uniuerso probatum sit, in parte probatũ esse necesse sit. Status autem in hoc omne genus materiæ ijdem

*respõdendi

Lib. 3.

qui

qui in cauſſas cadunt. Ad hoc adijcitur, alias eſſe quæſtiones in rebus ipſis, alias quæ ad aliud referantur. Illud, an uxor ducenda: hoc, an ſeni ducenda. Illud, an ſortis: hoc, an ſortior, & ſimilia. Cauſſam finit Apollodorus, ut interpretatione Valgij diſcipuli eius utar, ita, Cauſſa eſt negotium omnibus ſuis partibus ſpectans ad quæſtionem: aut, Cauſſa eſt negotium, cuius finis eſt controuerſia. Ipſum deinde negotium ſic finit, Negotium eſt congregatio perſonarum, locorum, temporum, cauſſarum, modorũ, caſuum, factorum, inſtrumentorũ, ſermonum, ſcriptorum, & non ſcriptorum. Cauſſam nunc intelligimus ὑπόθεσιν, negotium πρᾶγμα. Sed ipſam cauſſam quidam ſimiliter finierunt ut Apollodorus negotium. Iſocrates cauſſam eſſe ait quæſtionem finitam ciuilem, aut rem controuerſam in perſonarum finitarum complexu. Cicero his uerbis, Cauſſa certis perſonis, locis, temporibus, actionibus, negotijs cernitur, aut in omnibus, aut in pleriſq; eorum.

In Topicis.

Quid ſit ſtatus: unde ducatur: reus an actor eum faciat: quot & qui ſint. CAP. VI.

ERgo cum omnis cauſſa cõtineatur aliquo ſtatu, prius quàm dicere aggredior quo modo genus quodque cauſſæ ſit tractandum, id quod commune eſt omnibus, quid ſit ſtatus, & unde ducatur, & quot & qui ſint, intuendum puto: quanquam id nonnulli ad iudiciales tantum pertinere materias putauerunt. Quorum inſcitiam, cum omnia tria genera fuero executus, res ipſa deprehendet. Quod nos ſtatum, id quidam conſtitutionem uocant, alij quæſtionem, alij quod ex quæſtione appareat. Theodorus generale caput, id eſt, κεφάλαιον γενικώτατον, ad quod referantur omnia. Quorum diuerſa appellatio, uis eadem eſt: nec intereſt diſcentiũ, quibus quicque nominibus appelletur, dum res ipſa manifeſta ſit. Statũ Græci στάσιν uocant: quod nomẽ nõ primum ab Hermagora traditũ putant, ſed

ſed alij ab Naucrate Iſocratis diſcipulo, alij à Zopyro Clazomenio: quanquam uidetur Aeſchines quoq; in oratione contra Cteſiphõtem uti hoc uerbo, cũ à iudicibus petit ne Demoſthenem permittant euagari, ſed eum dicere de ipſo cauſſæ ſtatu cogant. Quæ appellatio dicitur ducta uel ex eo quòd ibi ſit primus cauſſæ congreſſus, uel quòd in hoc cauſſa conſiſtat. Et nominis quidem hæc origo. Nunc quid ſit. Statum quidam dixerunt primam cauſſarum conflictionem: quos recte ſenſiſſe, parum elocutos puto. Non eſt enim ſtatus prima conflictio, Feciſti, non feci: ſed quod ex prima conflictione naſcitur, id eſt genus quæſtionis: Feciſti, non feci, an fecerit. Hoc feciſti, non hoc feci, quid fecerit. quia ex his apparet illud coniectura, hoc finitione quærendum, atque in eo pars utraque inſiſtit: erit quæſtio coniecturalis, uel finitiua ſtatus. Quid ſi enim dicat quis, Sonus eſt duorum inter ſe corporum conflictio? Erret, ut opinor: non enim ſonus eſt conflictio, ſed ex cõflictione. Et hoc leuius. intelligitur enim utcunq; dictum. Inde uerò ingens malè interpretantibus innatus eſt error, qui quia primam conflictionem legerant, credidere ſtatum ſemper ex prima quæſtione ducendũ: quod eſt uitioſiſſimũ. Nam quæſtio nulla non habet utique ſtatum. conſtat enim ex intentione, & depulſione: ſed aliæ ſunt propriæ cauſſarum de quibus ferenda ſententia eſt: aliæ adductæ extrinſecus, aliquid tamen ad ſummam cauſſæ conferentes, uelut auxilia quædam: quo fit ut in controuerſia una plures quæſtiones eſſe dicãtur. Harum porro plerunque leuiſſima quæque primo loco ſungitur. Nanque & illud frequens eſt, ut ea quibus minus confidimus, cum tractata ſunt, omittamus: interim ſponte noſtra uelut donantes, interim ad ea quæ ſunt potentiora, gradum ex his feciſſe contenti. Simplex autem cauſſa etiamſi uariè defenditur, non poteſt habere plus uno de quo pronuncietur: atque inde

erit

erit ſtatus cauſſæ, quod & Orator præcipuè ſibi obtinendum, & iudex ſpectandũ maximè intelligit. in hoc enim cauſſa conſiſtet. Cæterùm quæſtionũ poſſunt eſſe diuerſi. Quod ut breuiſſimo pateat exemplo, cũ dicit reus, Etiam ſi feci, rectè feci: qualitatis utitur ſtatu. cum dicit, Non feci, coniecturam mouet. Semper autẽ firmius eſt non feciſſe: ideoq; in eo ſtatũ eſſe iudicabo, quod dicerem ſi mihi plus quàm unũ dicere non liceret. Rectè igitur eſt appellata cauſſarũ prima cõflictio, nõ quæſtionũ. Nã & pro Rabirio Poſthumo Cicero prima parte orationis in hoc intendit, ut actionem cõpetere in equitem Romanũ neget: ſecunda, nullam ad eum pecuniam peruenisſe cõfirmat. ſtatum tamen in eo dicam fuiſſe, quod eſt potentius. Nec in cauſſa Milonis circa primas quæſtiones, quæ ſunt ante procemium poſitæ, iudicabo conflixiſſe cauſſam: ſed ubi totis uiribus inſidiator Clodius, ideoq; iure interfectus, oſtenditur. Et hoc eſt quod ante omnia conſtituere in animo ſuo debeat Orator, etiam ſi pro cauſſa plura dicturus eſt, quid maximè liquere iudici uelit. Quod tamen ut primum cogitandum, ita non utique primum dicendũ erit. Alij ſtatum crediderunt primam eius cum quo ageretur, deprecationem. Quam ſententiam his uerbis Cicero
In Topicis. complectitur, In quo primùm inſiſtit quaſi ad repugnandum congreſſa defenſio. Vnde rurſus alia quæſtio, an eum ſemper is faciat qui reſpondet. Cui rei præcipuè repugnat Cornelius Celſus, dicens non à depulſione ſumi, ſed ab eo qui propoſitionem ſuam confirmet: ut ſi hominem occiſum reus negat, ſtatus ab accuſatore naſcatur, quia is uelit probare. ſi iure occiſum reus dicit, translata probationis neceſſitate, idem à reo fiat, & ſit eius intentio. Cui non accedo equidem. nam eſt uero propius quod contrà dicitur, nullam eſſe litem, ſi is cum quo agitur, nihil reſpondeat: ideoq; fieri ſtatum à reſpondente. Mea tamen ſententia uarium id eſt, & accidit pro conditione cauſſarum:

ſarum: quia & uideri poteſt propoſitio aliquando ſtatum facere, ut in coniecturalibus cauſſis. utitur enim coniectura magis qui agit. Quo moti quidam, eundem à reo inficialem eſſe dixerunt: & in ſyllogiſmo tota ratiocinatio ab eo eſt qui intendit. Sed quia uidetur illis quoq; neceſſitatem hos ſtatus exequendi facere qui negat, (is enim ſi dicat, Non feci, coget aduerſarium coniectura uti: & ſi dicat, Non habet legem, ſyllogiſmo) concedamus ex depulſione naſci ſtatum. Nihilo minus enim res eò reuertetur, ut modò is qui agit, modò is cum quo agitur, ſtatum faciat. Sit enim accuſatoris intentio, Hominem occidiſti: ſi neget reus, faciet ſtatum qui negat. Quod ſi confitetur, ſed iure à ſe adulterum dicit occiſum (nempe legem eſſe certum eſt quæ permittat) niſi aliquid accuſator reſpondeat, nulla lis eſt. Non fuit (inquit) adulter. Ergo depulſio incipit eſſe actoris: ille ſtatum faciet. Ita erit quidem ſtatus ex prima depulſione, ſed ea fiet ab accuſatore, non à reo. Quid quòd eadem quæſtio poteſt eundem uel accuſatorem facere, uel reum? Qui artem ludicram exercuerit, in quatuordecim primis ordinibus ne ſedeat. qui ſe Prætori in hortis oſtenderat, neque erat productus, ſedit in quatuordecim ordinibus. Nempe intentio eſt, Artem ludicram exercuiſti. depulſio, Non exercui artem ludicram. quæſtio, quid ſit artem ludicram exercere. Si accuſabitur theatrali lege, depulſio erit rei. ſi excitatus fuerit de ſpectaculis, & aget iniuriarum: depulſio erit accuſatoris. Frequentius tamen illud accidet, quod eſt à pluribus traditum. Effugerunt has quæſtiones qui dixerunt ſtatum eſſe id quod apparet ex intentione & depulſione: ut, feciſti, non feci: aut, rectè feci. Viderimus tamen utrum id ſit ſtatus, an in eo ſtatus. Hermagoras ſtatum uocat, per quem ſubiecta res intelligatur, & ad quem probationes etiam partium referuntur. Noſtra opinio ſemper hæc fuit, quum eſſent frequenter in cauſſa diuerſi

In ſyllogiſmo, id eſt, ita tu ratiocinatiuo, qui refertur inter legales.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæstionum status, in eo credere statum esse, quod esset in ea potentissimū, & in quo maximè res uerteretur. Id siquis generalem quæstionem, uel caput generale dicere malit, cum hoc mihi non erit pugna: non magis quàm si aliud adhuc, quo idem intelligatur, eius rei nomen inuenerit: quanquam tota uolumina in hanc disputationem impendisse multos sciam. nobis statum dici placet. Sed cum in alijs omnibus inter scriptores summa dissensio est, tum in hoc præcipuè uidetur mihi studium quoq; diuersa tradendi fuisse: adeò nec qui sit numerus, nec quæ nomina, nec qui generales quiue speciales sint status, conuenit.

Lib. Categoriarum.

Ac primùm Aristoteles elementa decem constituit, circa quæ uersari uideatur omnis quæstio. Οὐσίαν, quam Flauius *essentiam uocat: neq; sanè aliud est eius nomen latinum: sed ea quæritur an sit. Qualitatem, cuius apertus intellectus est. Quantitatem, quæ dupliciter à posterioribus diuisa est, quàm magnū, & quàm multum sit. Ad aliquid, unde ductæ translatio & comparatio. Posse hæc, ubi, & quando: deinde facere, pati: habere, quod est quasi armatum esse, & uestitum esse. Nouissimè κεῖσθαι, quod est compositum esse quodammodo, ut *sedere, stare, iacere. Sed ex his omnibus prima quatuor ad status pertinere, cætera ad quosdam locos argumentorum uidentur. Alij nouem elementa posuerunt. Personam, qua de animo, corpore, extrà positis, quæratur: quod pertinere ad coniecturæ & qualitatis instrumenta uideo. Tempus, quod χρόνον uocant, ex quo quæstio, An is quem dam addicta est mater peperit, seruus sit natus. Locum, unde controuersia uidetur, An fas fuerit Tyrannum in templo occidere: an exulauerit qui domi latuit. Tempus iterum, quod καιρὸν appellant. Hanc autem uideri uolunt speciem illius temporis, ut æstatem, uel hyemem. Huic subijcitur ille in pestilentia comessator. Actum, id est, πρᾶξιν: quod eo referant, sciens commiserit, an insciens:

*plautus.

*caleficere, stare, iacere.

necessitate

necessitate, an casu, & talia. Numerum, qui cadit in speciem quantitatis, An Thrasybulo triginta præmia debeantur, qui tot tyrannos sustulerit. Causam, cui plurimæ subiacent lites, quoties factum non negatur, sed quia iusta ratione sit factum, defenditur. Τρόπον, cum id quod alio modo fieri licet, alio dicitur factum: hinc est adulteri loris cæsus, uel fame necatus. Occasionem factorum, quod est apertius, quàm ut uel interpretandum, uel exemplo sit demonstrandum: tamē ἀφορμὰς ἔργων uocant. Hi quoq; nullam quæstionē extra hæc putant. Quidam detrahunt duas partes, numerum, & occasionem: & pro illo quem dixi actu, subijciunt res, id est, πράγματα. Quæ ne præterisse uiderer, satis habui attingere. Cæterū his nec status satis ostendi, nec omnes contineri locos credo: quod apparebit diligentius legentibus quæ de utraq; re dicam. Erunt enim plura multo, quam quæ his elementis comprehenduntur. Apud plures authores legi, placuisse quibusdam, unum omnino statum esse coniecturalem. Sed quibus placuerit, neq; illi tradiderunt, neq; ego usquam reperire potui. Rationē tamen hanc secuti dicuntur, quòd res omnis signis colligeretur: quo modo licet qualitatis quoq; solum statum faciant: quia ubique qualis sit cuiusque rei natura, quæri potest. Sed utrocunq; modo sequetur summa confusio. Neque interest unum quis statum faciat, an nullum, si omnes causæ sint conditionis eiusdem. Coniectura dicta est à coniectu, id est, directione quadam rationis ad ueritatem: unde etiam somniorum atque omnium interpretes coniectores uocantur. Appellatum tamen est hoc genus uariè, sicut in sequentibus apparebit. Fuerunt qui duos status facerent: Archidemus coniecturalem, & finitiuum, exclusa qualitate, quia sic de ea quæri existimabat, quid esset iniquum, quid iniustum, quid dicto audientem non esse: quod nocat, de eodem & alio. Huic diuersa sententia eorum

Vide Iustinū.

fuit, qui duos quidem ſtatus eſſe uoluerunt, ſed unum inficialem, alterum iuridicialem. Inficialis, quem nos dicimus coniecturalem, cui ab inficiando nomen alij in totum dederunt, alij in partem, quia accuſatorem coniectura, reum inficiatione uti putauerunt. Iuridicialis eſt qui ἀντιλογικὸς græcè dicitur. Sed quemadmodum ab Archidemo qualitas excluſa eſt, ſic ab his repudiata finitio. nam ſubijciunt eam iuridicialt: quærendumq; arbitrantur, iuſtum'ne ſit ſacrilegium appellari quod obijciatur, uel furtum, uel amentiam. Qua in opinione Pamphilus fuit: ſed qualitatem in plura partitus eſt: plurimi deinceps, mutatis tantum nominibus, in rem de qua non conſtet, & in rem de qua conſtet. Nam eſt uerum, nec aliter fieri poteſt, quàm ut aut certum ſit factum eſſe quid, aut non ſit. Si non eſt certum, coniectura ſit: ſi certum eſt, reliqui ſtatus. Nam idem dicit Apollodorus, quum quæſtionem aut in rebus extrà poſitis, quibus coniectura explicatur, aut in noſtris opinionibus exiſtimat poſitam: quorum illud πραγματικὸν, hoc περὶ ἐννοίας uocat. Idem, qui ἄτοπον & πρόληψιν dicunt, quo dubium & præſumptum ſignificatur: de quo liquet. Idē Theodorus, qui de eo an ſit, & de accidentibus ei quod eſſe conſtat, id eſt, περὶ ὑπάρξεως καὶ συμβεβηκότων exiſtimat quæri. Nam in his omnibus prius genus coniecturam habet, ſequens reliqua. Sed hæc reliqua Apollodorus duo uult eſſe, qualitatem, & de nomine, id eſt finitiuam: Theodorus, quid, quale, quantū, ad aliquid. Sunt & qui de eodem, & de alio, modò qualitatem eſſe, modò finitionem uelint. In duo & Poſidonius diuidit, uocem, et res. In uoce quæri putat an ſignificet quid, quàm multa, quo modo: in rebus coniecturā, quod κατ' αἴσθησιν uocat: & qualitatem: & finitionem, cui nomen dat κατ' ἔννοιαν: & ad aliquid. Vnde & illa diuiſio eſt, alia eſſe ſcripta, alia inſcripta. Celſus Cornelius duos & ipſe fecit ſtatus generales, an ſit, quale ſit. Priori

ſit. Priori ſubiecit finitionē, quia æquè quæratur an ſit ſacrilegus qui nihil ſe ſuſtuliſſe de templo dicit, & qui priuatā pecuniam confitetur ſuſtuliſſe. Qualitatem, in rem & ſcriptum diuidit. Scripto, quatuor partes legales, excluſa trāslatione: quantitatem & mentis quæſtionem, coniecturæ ſubiecit. Eſt etiam alia in duos diuidendi ſtatus ratio, quæ docet aut de ſubſtantia controuerſiam eſſe, aut de qualitate: ipſam porro qualitatē aut in ſummo genere conſiſtere, aut in ſuccedentibus. De ſubſtantia eſt coniectura. Quæſtio enim tractatur rei, an facta ſit, an fiat, an futura ſit. Interdum etiam mentis: idq; melius, quàm quod ijs placuit qui ſtatum eundem facti nominauerunt, tanquā de præterito tantum, & tantum de facto quæreretur. Pars qualitatis quæ eſt de ſummo genere, rarò in iudiciū uenit: quale eſt, id'ne ſit honeſtum, quod uulgo laudatur. Succedentium autem aliæ de communi appellatione, ut, ſit'ne ſacrilegus, qui pecuniam priuatam ex templo furatus eſt. Aut de re denominata, ubi & factum eſſe certum eſt, nec dubitatur quid ſit quod factum eſt. Cui ſubiacent omnes de honeſtis, iuſtis, utilibus, quæſtiones. His etiā cæteri ſtatus contineri dicuntur, quia & quantitas modò ad coniecturam referatur, ut, maior'ne Sol quàm terra: modò ad qualitatem, quanta pœna quempiam, quanto'ue præmio ſit affici iuſtum: & translatio uerſetur circa qualitatem, & definitio pars ſit translationis. quin & contrariæ leges, & ratiocinatiuus ſtatus, id eſt, ſyllogiſmus, & plerunque ſcripti & uoluntatis, æquo nitantur: niſi quòd hic tertius aliquando coniecturam accipit, quid ſenſerit legis conſtitutor: ambiguitatem uerò ſemper coniectura explicari neceſſe ſit: quia cum ſit manifeſtum uerborum intellectum eſſe duplicem, de ſola quæritur uoluntate. A plurimis tres ſunt facti generales ſtatus, quibus & Cicero in Oratore utitur, & omnia quæ aut in controuerſiam aut in contentionem ueniant, contineri putat, Libro 2.

Sit'ne, quid sit, quale sit: quorum nomina apertiora sunt quàm
Ibidem ut dicenda sint. Idem Patrocles sentit. Tres fecit & M. Antonius, his quidem uerbis, Paucæ res sunt, quibus ex rebus omnes orationes nascuntur, factum non factum, ius iniuria, bonũ malum. Sed quoniam quod iure dicimur fecisse, non hũc solum intellectum habet, ut lege, sed illum quoq;, ut iuste fecisse uideamur: secuti Antonium apertius uoluerunt eosdem status distinguere. Itaq; dixerunt coniecturalem, legalem, iuridicialem: qui & Virginio placent. Horum deinde fecerunt species, ita ut legali subiicerent finitionem, & alios qui ex scripto dicuntur: legum contrariarum, quæ ἀντινομίαι dicitur: & scripti, & sententiæ uel uoluntatis, id est, περὶ ἐντὸς καὶ διάνοιαν: & μετάληψιν, quam nos uarie translatiuam, transsumptiuam, transpositiuam uocamus: συλλογισμὸν, quem accipimus ratiocinatiuum, uel collectiuum: ambiguitatis, quæ ἀμφιβολία nominatur: quos posui, quia & ipsi à pleriscq; status appellantur. quibusdam legales potius quæstiones eas dici placuit. Quatuor fecit Athenæus: προτρεπτικὸν φάσιν, uel παραινετικὴν, id est, exhortatiuum, qui suasoriæ est proprius. σωμβολικὸν, qua coniecturã significari, magis ex his quæ sequuntur, quàm ex ipso nomine apparet, ὑπαλλακτικὸν. ea finitio est. mutatione enim nominis constat. Iuridicialem, eadem appellatione Græca, qua cæteri, usus. Nam est (ut dixi) multa in nominibus differẽtia. Sunt qui ὑπαλλακτικὸν translationem esse existiment, secuti hanc mutationis significationem. Fecerunt alij totidem status, sed alios, an sit, quid sit, quale sit, quantũ sit: ut Cæcilius & Theon. Aristoteles in Rhetoricis etiam sic omne opus diuidit, in ueritatem, & petenda ac fugienda, quod est suasoriæ: & eodem atq; alio partiendo ad hoc peruenit, ut, an sit, quid, quale, quantum, & quàm multum sit, quærendum putet. Quodam tamen loco finitionis quoq; uim intelligit, quo dicit quædam sic defendi, Sust

di, Sustuli, sed non furtum feci: Percussi, sed non iniuriam feci. Posuerat & Cicero in libris Rhetoricis, facti, nominis, generis, actionis: ut in facto coniectura, in nomine finitio, in genere qualitas, in actione ius intelligeretur. Iuri subiecerat translationem. Verum hic legales quoq; quæstiones alio loco tractat ut species actionis. Fuerunt qui facerent quinq;, coniecturã, finitionem, qualitatem, quantitatẽ, ad aliquid. Theodorus quoq; (ut dixi) ijsdem generalibus capitibus utitur, an sit, quid sit, quale sit, quantum sit, ad aliquid. Hoc ultimum maxime in cõparatiuo genere uersari putat: quoniam melius ac peius, maius & minus, nisi alio relata non intelliguntur. Sed in illas quoque translatiuas, ut suprà significaui, quæstiones incidunt, an huic ius agendi sit, uel facere aliquid conueniat, an contra hunc, an hoc tempore, an sic. Omnia enim ista referri ad aliquid necesse est. Alij sex status putant: coniecturam, quam γένεσιν uocãt: & qualitatem: & proprietatem, id est, ἰδιότητα, quo uerbo finitio ostenditur: & quantitatem, quam ἀξίαν dicunt: & comparationem: & translationem, cuius ab hoc nouum nomen inuentum est * μετάστασις, nonum inquam in statu, alioqui ab Hermagora inter species iuridiciales usitatum. Alijs septem esse placuit: à quibus nec translatio, nec quantitas, nec comparatio recepta est: sed in horum trium locum subditæ quatuor legales, adiectæq; tribus illis rationalibus. Alij peruenerunt usque ad octo, translatione ad septem superiores adiecta. A quibusdam deinde diuisa ratio est, ut status rationales appellarent, quæstiones (quemadmodum suprà dixi) legales. In illis de re, in his de scripto quæreretur. Quidam in diuersum hos status esse, illas quæstiones maluerunt. Sed alij rationales tres putauerunt, an sit, quid sit, quale sit: Hermagoras solus quatuor, coniecturam, proprietatem, translationem, qualitatem, quem per accidentia, id est, κατὰ συμβεβηκός τι uocat, hac interpreta-

* μετάληψιν.

tione, an illi accidat uiro bono esse, uel malo. Hanc ita diuidit, de appetendis & fugiendis, quæ est pars deliberatiua. De persona, ea ostenditur laudatiua. Negocialem, quam πραγματικὴν uocat, in qua de rebus ipsis quæritur remoto personarum complexu, ut, fit'ne liber qui est in assertione: an diuitiæ superbiam pariant: an iustum sit quid, an bonũ sit. Iuridicialem, in qua ferè eadem, sed certis destinatisq; personis quærantur: an ille iustè hoc fecerit uel bene. Nec me fallit, in primo Ciceronis Rhetorico aliam esse *loci negocialis interpretationem, cum ita scriptum sit, Negocialis est, in qua quid iuris ex ciuili more & æquitate sit, consideratur: cui diligẽtiæ præesse apud nos Iurisconsulti existimantur. Sed quod ipsius de his libris iudicium fuerit, suprà dixi. Sunt enim uelut regestæ in hos commentarios quas adolescens deduxerat scholæ: & siqua est in his culpa, tradentis est: siue eum mouit, quòd Hermagoras prima in hoc loco posuit exempla ex quæstionibus iuris, siue quòd Græci πραγματικὸς uocãt iuris interpretes. Sed Cicero quidem his pulcherrimos illos de Oratore substituit, ideoq; culpari tanquam falsa præcipiat, non potest. Nos ad Hermagoram. Translationem hic primus omnium tradidit, quãquam semina eius quædam citra nomen ipsum apud Aristotelem reperiuntur. Legales autem quæstiones has fecit, scripti & uoluntatis, (quam ipse uocat κατὰ ῥητὸν, καὶ ὑπεξαίρεσιν, id est, dictum, & exceptionẽ: quorum prius ei cum omnibus cõmune est exceptionis, nomen minus usitatum) ratiocinatiuum, ambiguitatis, legum contrariarum. Albutius eadem diuisione usus, detrahit translationem, subijciens eam iuridiciali. In legalibus quoq; quæstionibus nullum putat esse qui dicatur ratiocinatiuus. Scio plura inuenturos adhuc qui legere antiquos studiosius uolent: sed ne hæc quoque excesserint modum, uereor. Ipse me paulùm in alia quàm prius habuerim opinione nunc esse confiteor. Et fortasse

*Vocem loci, quidã tollũt. Li. 1. de inuẽt.

Rheto. 3.

fortasse tutissimum erat famæ modò studenti, nihil ex eo mutare, quod multis annis non sensissem modò, uerumetiam approbassem. Sed non sustineo esse conscius mihi dissimulanti, in eo præsertim opere, quod ad bonorum iuuenum aliquam utilitatem componimus, in ulla parte iudicij mei. Nam & Hippocrates clarus arte medicinæ, uidetur honestissimè fecisse, qui quosdam errores suos, ne posteri errarent, confessus est. Et M. Tullius nõ dubitauit aliquos iam editos libros alijs posteà scriptis ipse damnare, sicut Catulum atq; Lucullum, & hos ipsos, de quibus modò sum locutus, artis Rhetoricæ. Etenim superuacuus foret in studijs longior labor, si nihil liceret melius inuenire præteritis. Neq; tamen quicquam ex his quæ tum præcepi, superuacuũ fuit: ad easdem enim particulas hæc quoq; quæ nunc præcipiam, reuertentur. Ita ne nunem didicisse pœniteat. Colligere tantum eadem, ac disponere paulo significantius conor. Omnibus autem satisfactum uolo, non me hæc serius demonstrare alijs, quàm mihi ipse persuaserim. Secundum plurimos authores seruabam treis rationales status, coniecturam, qualitatem, finitionem: unum legalem. Hi mihi status generales erant. Legalem in quinq; species partiebar, scripti & uoluntatis, legum contrariarum, collectiuum, ambiguitatis, translationis: nunc quartum ex generalibus intelligo posse remoueri. Sufficit enim prima diuisio, qua diximus alios rationales, alios legales esse. ita non erit status, sed quæstionum genus: alioqui & rationalis status esset. Ex his etiam quos speciales uocabam, remoui translationem: frequenter quidem, sicut omnes qui me secuti sunt, meminisse possunt, testatus, & in ipsis etiam illis sermonibus me nolente uulgatis, hoc tamen complexus, uix in ulla controuersia translationis statum posse reperiri, ut non & alius in eadem rectè dici uideretur: ideoq; à quibusdam eum exclusum. Neque ignoro multa transferri, cum in omnibus fe-

Lib. epist. ad Atticum. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rè cauſsis in quibus cecidiſſe quis formula dicitur, hæ ſint quæſtiones, an hunc, an eum hoc, an hac lege, an apud hunc, an hoc tempore liceat agere, & ſiqua ſunt talia: ſed perſonæ, tempora, actiones, cæteráque propter aliquam cauſſam transferuntur. ita non eſt in translatione quæſtio, ſed in eo propter quod transferuntur. Non debes apud Prætorem petere fideicommiſſum, ſed apud conſules: maior enim prætoria cognitione ſumma eſt. quæritur an maior ſumma ſit: facti controuerſia eſt. Non licet tibi agere mecum: cognitor enim fieri non potuiſti. iudicatio eſt, an potuerit. Non debuiſti interdicere, ſed petere: an rectè interdictum ſit, ambigitur. Quæ omnia ſuccedunt legitimis quæſtionibus. An non præſcriptiones, etiam in quibus maximè uidetur manifeſta translatio, eaſdem omnes ſpecies habent, quas eæ leges quibus agitur ut aut de nomine, aut ſcripto et ſententia uel ratiocinatione quæratur, deinde ſtatus ex quæſtione oriatur: translatio non habeat quæſtionem de qua contendit Orator, ſed propter quam contendit? Hoc apertius: Occidiſti hominem, non occidi: quæſtio, an occiderit: ſtatus, coniectura. Non eſt tale, Habeo ius actionis, non habes: ut ſit quæſtio, an habeat, & inde ſtatus. Accipiat enim actionem, nè ere, ad euentum pertinet, non ad cauſſam: & ad id quod pronunciat Iudex, non id propter quod pronunciat. Hoc illi ſimile eſt, Puniendus es, non ſum: uidebit Iudex an puniendus ſit: ſed non hic erit quæſtio, nec hic ſtatus. Vbi ergo? Puniendus es, hominem occidiſti: non occidi: an occiderit. Honorandus ſum, non es: non ſtatum habet? Non, ut puto. Honorandus ſum, quia tyrannum occidi: non occidiſti: quæſtio, & ſtatus. Similiter, non rectè agis, rectè ago: non habet ſtatum. Vbi eſt ergo? non rectè agis, ignominioſus. quæritur an ignominioſus ſit, aut an agere ignominioſo liceat: & quæſtio eſt, & ſtatus. Ergo translatiuum genus cauſſæ eſt, ut comparatiuum, &

mutuæ

mutuæ accuſationis. At enim ſimile eſt illi, habeo ius, non habes: occidiſti, rectè occidi. Non nego: ſed nec res hæc ſtatum facit. non enim ſunt hæ præpoſitiones, alioqui cauſſa non explicabitur, ſed cum ſuis rationibus: Scelus commiſit Horatius, ſororem enim occidit: non commiſit, debuit enim occidere eam, quæ hoſtis morte mœrebat. quæſtio, an hæc iuſta cauſſa. ita qualitas. Ac ſimiliter in translatione, non habes ius abdicandi, quia ignominioſo non eſt actio. habeo ius, quia abdicatio actio non eſt. quæritur quid ſit actio. finiemus. non licet abdicare: ſyllogiſmus. Item cætera per omnes et rationales & legales ſtatus. Nec ignoro fuiſſe quoſdam qui translationem in rationali quoq; genere ponerent, hoc modo, Hominem occidi iuſſus ab Imperatore. dona templi cogenti tyranno dedi. deſerui, tempeſtatibus, fluminibus, ualetudine impeditus: id eſt, nõ per me ſtetit, ſed per illa. A' quibus etiã liberius diſſentio. Non enim actio transfertur, ſed cauſſa facti: quod accidit penè in omni defenſione. Deinde is qui tali utitur patrocinio, non recedit à forma qualitatis. dicit enim ſe culpa uacare. ut magis qualitatis duplex ratio facienda ſit, altera, qua & factum defenditur: altera, qua tantum reus. Credendum eſt igitur iis, quorum authoritatẽ ſecutus eſt Cicero, tria eſſe quæ in omni diſputatione quærantur, an ſit, quid ſit, quale ſit: quod ipſa nobis etiam natura præſcribit. nam primum oportet ſubeſſe aliquid de quo ambigitur: quod quid ſit, & quale ſit, certè non poteſt æſtimari, niſi prius eſſe conſtiterit: ideoq; ea prima quæſtio. ſed non ſtatum quod eſſe manifeſtum eſt, etiam quid ſit apparet. Hoc quoque conſtituto, nouiſſima qualitas ſupereſt: nec his exploratis aliud eſt ultra. His infinitæ quæſtiones, his finitæ continentur. Horum aliqua in demonſtratiua, deliberatiua, iudiciali materia utiq; tractãtur. Hæc rurſus iudiciales cauſſas & rationali parte & legali cõtinet. Nec enim ulla iuris diſceptatio, niſi finitione, qua Liu. dec. 1. li. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne, qualitate, coniectura potest explicari. Sed instituentibus rudes, non erit inutilis latius primò fusa ratio, etsi nõ statim rectissima linea tensa, facilior tamen & apertior uia. Discant igitur ante omnia quadripertitam in omnibus causis esse rationem, quam primam intueri debeat qui acturus est. Nam ut à defensore potissimum incipiam, longè fortissima tuendi se ratio est, si quod obijcitur, negari potest. Proxima, si non id quod obijcitur, factum esse dicitur. Tertia honestissima, qua rectè factũ defenditur. Quibus si deficiamur, ultima quidem, sed iam sola supereſt salus, aliquo iuris adiutorio elabendi ex crimine quod neq; negari neq; defendi potest, ut nõ uideatur iure actio intendi. Hinc illæ quæstiones siue actionis, siue translationis. Sunt enim quædam non laudabilia natura, sed iure concessa, ut in XII. tabulis, debitoris corpus inter creditores diuidi licuit: quam legem mos publicus repudiauit. Et aliquid æquum, sed prohibitum iure: ut libertas testamentorum. Accusatori nihilo plura intuenda sunt, quàm ut probet factum esse, hoc esse factum, non rectè factum, iure se intendere. Ita circa species eadem lis omnis uersabitur, translatis tantum aliquando partibus: ut in causis in quibus de præmio agitur, rectè factum petitor probat. Hæc quatuor uelut proposita formæq; actionis, quæ tum generales status uocabam, in duo (ut ostendi) genera discedunt, rationale, & legale. Rationale simplicius est, quia ipsius tantũ naturæ contemplatione constat. Itaq; in eo satis est ostendisse coniecturam, finitionem, qualitatem. Legaliũ plures sint species necesse est, propterea quòd multæ sunt leges, & uarias habent formas. Alia est cuius uerbis nitimur, alia cuius uoluntate: alias nobis, cum ipsi nullam habemus, adiungimus: alias inter se comparamus: alias in diuersum interpretamur. Sic nascuntur hæc uelut simulacra ex illis tribus, interim simplicia, interim & mixta, propriam tamen faciem ostendentia: ut scripti &

pti & uoluntatis, quæ sine dubio aut qualitate aut coniectura continentur: & syllogismus, qui est maximè qualitatis: & leges contrariæ, quæ ijsdem quibus scriptũ & uoluntas, constant: & ἀμφιβολία, quæ semper coniectura explicatur. Finitio quoque utriq; generi, quodq; rerũ, quodq; scripti contemplatione constat, communis est. Hæc omnia etiam si in illos tres status ueniunt, tamen quia (ut dixi) habent aliquid uelut proprium, uidentur demonstranda discentibus: & permittendum ea dicere uel status legales, uel quæstiones, uel capita quædam minora: dum sciant, nihil ne in his quidẽ præter tria quæ prædiximus, quæri. At quantum, & quàm multũ, & ad aliquid, & (ut nonnulli putauerunt) comparatiuus, non eandem rationem habent. Sum enim hæc non ad uarietatem iuris, sed ad solam rationem referenda: ideoq; semper in parte aut coniecturæ aut qualitatis ponenda sunt, ut qua mente, & quo tempore, & quo loco. Sed de singulis dicemus quæstionibus, cum tractare præcepta Diuisionis cœperimus. Hoc inter omnes conuenit, in causis simplicibus singulos status esse causarum: quæstionum autem, quæ uelut subiacentes, ad illud quo iudicium continetur, referuntur, sæpe in unam cadere plures posse. Etiam credo aliquando dubitari, quo statu sit utendum cum aduersus unam intentionem plura opponuntur: & sicut in colore dicitur narrationis, cum esse optimum, quem actor optimè tueatur: ita hic quoque posse dici, cum statum esse faciendum, in quo tuendo plurimum adhibere uirium possit Orator. Idcoq; pro Milone, aliud Ciceroni agenti placuit, aliud Bruto cum exercitationis gratia componeret orationem: cum ille iure tanquam insidiatorem occisum, & tamen non Milonis consilio, dixerit: hic etiam gloriatus sit occiso malo ciue. In coniunctis uerò posse duos uel tres inueniri, uel diuersos: ut siquis aliud se non fecisse, aliud rectè fecisse defendat: uel generis eiusdem, ut siquis duo crimina uel

Bruti oratio pro Milone.

omnia

omnia neget. Quod accidit etiam si de una re quæratur aliquid, sed eam plures petant, uel eodem iure, ut proximitatis: uel diuerso, ut cum hic testamento, ille proximitate nitatur. Quoties autem aliud alij petitori opponitur, dißimiles esse status necesse est: ut in illa controuersia. Testamenta legibus facta, rata sint. Intestatorum parentum liberi hæredes sint. Abdicatus, ne quid de bonis patris capiat. Nothus ante legitimum natus, legitimus filius sit: post legitimum natus, tantum ciuis. In adoptionem dare liceat. In adoptionem dato redire in familiam liceat, si pater naturalis sine liberis decesserit. Qui ex duobus legitimis alterum in adoptionem dederat, alterum abdicauerat, sustulit nothum: instituto hærede abdicato decesßit. Omnes tres de bonis contendunt. Νόθον, qui non sit legitimus, Græci uocant: Latinum rei nomen, ut Cato quoque in oratione quadam testatus est, nō habemus, ideoq; utimur peregrino. Sed ad propositum. Hæredi scripto opponitur lex, Abdicatus ne quid de bonis patris capiat: fit status scripti & uoluntatis, an ullo modo capere posßit, an ex uoluntate patris, an hæres scriptus. Notho duplex fit quæstio, quòd post legitimos natus sit, & quòd non sit ante legitimum natus. Prior syllogismum habet, an pro non natis sint habendi, qui à familia sunt alienati. Altera scripti & uoluntatis. Non enim esse hunc natum ante legitimum conuenit: sed uoluntate legis se tuebitur, quam dicet talem fuisse, ut legitimus esset nothus tum natus, cum alius legitimus in domo non esset. Scriptum quoque legis excludet, dicens, non utique si postea legitimus natus non sit, notho nocere: uteturq; hoc argumento, finge solum natum nothum, cuius conditionis erit? tantum ciuis? atqui non erit post legitimū natus. filius? atqui non erit ante legitimos natus. quare si uerbis legis stari non potest, uoluntate standum est. Nec quenquam turbet, quòd ex una lege duo status fiant. duplex est, ita uim duarum habet. Redire in famil

familiam uolenti, dicitur ab altero. Primum, ut tibi redire liceat, hæres sum. Idem status, qui in petitione abdicati. quæretur enim an posßit esse hæres abdicatus. Adiscitur communiter à duobus, redire tibi in familiam non licet: non enim pater sine liberis decesßit. Sed in hoc propria quisque eorum quæstione nitetur. Alter enim dicet abdicatum quoque inter liberos esse: & argumentum ducet ex ipsa qua repellitur lege. Superuacuum enim fuisse prohiberi patris bonis abdicatum, si esset numero alienorum: nunc quia filij iure futurus fuerit intestati hæres, oppositam esse legem, quæ tamen non id efficiat ne filius sit, sed ne hæres sit. Status finitiuus, quid sit filius. Rursus nothus eisdem colligit argumentis, non sine liberis patrem decesßisse, quibus in petitione usus est ut probaret esse se filium: nisi forte & hic finitionem mouet, an liberi sint etiam non legitimi. Cadent igitur in unam controuersiam uel specialiter duo legitimi status, scripti & uoluntatis, & syllogismus, & præterea finitio: uel tres illi, qui natura soli sunt, coniectura in scripto & uoluntate, qualitas in syllogismo, & quæ per se est aperta finitio.

Caussa quoque, & iudicatio & continens est in omni genere caussarum. Nihil enim dicitur cui non insit ratio, & quò iudicium referatur, & quod rem maximè cōtineat. Sed quia magis hæc uariātur in litibus, et ferè traditæ sunt ab ijs qui de iudicialibus causßis aliqua cōposuerunt, in illam partē differantur. Nunc quia in tria genera caussas diuisi, ordinem sequar.

Cap. huius lib. II.

De demonstratiuo, quod constat laude & uituperatione. CAP. VII.

AC potißimū incipiam ab ea quæ cōstat laude ac uituperatione. Quod genus uidetur Aristotcles, aq; eum secutus Theophrastus, à parte negotiali, hoc est πραγματικῆς remouisse, totāq; ad solos auditores relegasse: & id eius nominis, quod ab ostentatione ducitur, proprium est. Sed mos Romanus etiam negotijs

negotijs hoc manus inseruit. Nam & funebres laudationes pendent frequenter ex publico aliquo officio, atq; ex senatusconsulto magistratibus sæpe mandantur: & laudare testem, uel contrà, pertinet ad momentum iudiciorum: & ipsis etiam reis dare laudatores licet: & editi in competitores, in L. Pisonem, in Clodium & Curionem libri, uituperationem cõtinent, & tamen in Senatu loco sunt habiti sententiæ. Neq; inficias eo, quasdam esse ex hoc genere materias ad solam compositas ostentationem, ut laudes deorum, uirorumq; quos priora tempora tulerunt. Quo soluitur quæstio suprà tractata, manifestumq; est errare eos qui nunquam Oratorem dicturum nisi de re dubia putauerunt. An laudes Capitolini Iouis, perpetua sacri certaminis materia, uel dubiæ sunt, uel non oratorio genere tractantur? Vt desiderat autem laus quæ negotijs adhibetur, probationem: sic etiam illa quæ ostentationi componitur, habet interim aliquam speciem probationis: ut qui Romulum Martis filium, educatumq; à lupa dicat, in argumentum cælestis ortus utatur his, quòd abiectus in profluentem, non potuerit extingui: quòd omnia sic egerit, ut genitum præside bellorum deo, incredibile non esset: quòd ipsum quoq; cælo receptum temporis eius homines non dubitauerint. Quædam uerò etiam in defensionis speciem cadent: ut si in laude Herculis, permutatum cum Regina Lydiæ habitum, & imperata (ut traditur) pensa Orator excuset. Sed proprium laudis est, res amplificare, & ornare. Quæ materia præcipuè quidem in deos & homines cadit: est tamen & aliorum animalium, & carentium anima. Verum in Deis generaliter primùm maiestatem ipsius eorum naturæ uenerabimur: deinde propriam uim cuiusque, & inuenta, quæ utile aliquid hominibus attulerint. Vis ostenditur, ut in Ioue, regendorum omnium: in Marte, belli: in Neptuno, maris. Inuenta, ut artium, in Minerua: Mercurio, literarum: medici

medicinæ, Apolline: Cerere, frugum: Libero, uini. Tum siqua ab his acta uetustas tradidit, commemorãda. Addunt etiam dijs honorem parentes, ut siquis sit filius Iouis. Addit antiquitas, ut ijs qui sunt ex Chao. Progenies quoq;, ut Apollo ac Diana Latoniæ. Laudandum in quibusdam, quòd geniti immortales: in quibusdam, quòd immortalitatem uirtute sunt consecuti: quod pietas principis nostri, præsentium quoq; temporum decus fecit. Magis est uaria laus hominũ. Nam primùm diuiditur in tempora, quodq; ante eos fuit, quoq; ipsi uixerunt. In ijs autem qui fato sunt functi, etiam quod est insecutum. Ante hominem, patria, ac parentes, maioresq; erunt. quorum duplex tractatus est. aut enim respondisse nobilitati, pulchrum erit: aut humilius genus illustrasse factis. Illa quoque interim ex eo quod ante ipsum fuit tempore trahentur, quæ responsis uel augurijs futuram claritatem promiserint: ut eum qui ex Thetide natus esset, maiorem patre suo futurum cecinisse dicuntur oracula. Ipsius uero laus hominis, ex animo, & corpore, & extrà positis peti debet. Et corporis quidem fortunatorumq; cum leuior, tum non uno modo tractanda est. Nam & pulchritudinem interim roburq; prosequimur honore uerborum, ut Homerus in Agamemnone atq; Achille. Interim confert admirationi multum etiam infirmitas, ut cum idem Tydea paruum, sed bellatorem dicit fuisse. Fortuna uero cum dignitatem affert, ut in regibus principibusq; (nanq; est hæc materia ostendendæ uirtutis uberior) tum quo minores opes fuerunt, eo maiorem beneficijs gloriam parit. Sed omnia quæ extra nos bona sunt, quæq; hominibus fortè obtigerunt, non ideo laudantur, quòd habuerit quis ea, sed quòd his honestè sit usus. Nam diuitiæ, & potentia, & gratia, cum plurimum uirium dent in utranq; partem, certissimum faciunt morum experimẽtum. aut enim meliores propter hæc, aut peiores fumus. Animi semper uera laus: sed non

Domitianum intelligit.

Achillem intelligit ex Ouidij Metam.

Iliad. 2.

Iliad. 5.

Cicero in partit.

una per hoc opus uia ducitur. Nanq; aliâs ætatis gradus, gestarumq; rerum ordinem sequi speciosius fuit: ut in primis annis laudaretur indoles, tum disciplinæ, post hoc operum, id est, factorum dictorumq; contextus, aliás in species uirtutum dividere laudem, fortitudinis, iustitiæ, continentiæ, cæterarumq;, ac singulis assignare quæ secundum quanq; earum gesta erunt. Vtra sit autem harum uia utilior, cum materia deliberabimus: dum sciamus gratiora esse audientibus, quæ solus quis, aut primus, aut certè cum paucis fecisse dicetur: siquid præterea supra spem aut expectationem, præcipuè quod aliena potius causa, quàm sua. Tempus quod finem hominis insequitur, non semper tractare contingit: non solum quòd uiuentes aliquando laudamus, sed quòd rara hæc occasio est, ut referri possint diuini honores, & decreta, ut publicè statuæ constitutæ. Inter quæ numerauerim ingeniorum monumenta, quæ seculis probarentur. Nam quidam, sicut Menander, iustiora posterorum quàm suæ ætatis iudicia sunt consecuti. Afferunt laudem liberi parentibus, urbes conditoribus, leges latoribus, artes inuentoribus, necnon instituta quoq; authoribus, ut à Numa traditum

Liuius. 1. & 2. deos colere, & à Publicola fasces populo summittere. Qui omnis etiam in uituperatione ordo constabit, tantum in diuersum. Nam & turpitudo generis opprobrio multis fuit: & quosdam claritas ipsa notiores circa uitia, & inuisos magis fecit: & in quibusdam, ut in Paride traditum est, prædicta pernicies: & corporis ac fortunæ* quibusdam mala contemptum, ut

Iliad. 6. *formæ Iliad. 2. Thersitæ: at uerò quibusdam bona uitijs corrupta, odium attulerunt, ut Nireæ imbellem, * Phœnicum impudicum, à poëtis accepimus. Et animi totidem uitia, quot uirtutes sunt: nec minus quàm in laudibus, duplici ratione tractantur. Et post mortem

*Cliſtenem

Liui. dec. 1. lib. 4. & lib. 6. adiecta quibusdam ignominia est: ut Melio, cuius domus solo æquata: Marcoq; Manlio, cuius prænomen è familia in posterum

sterum exemptum est. Et parentes malorum odimus. Et est conditoribus urbium infame, contraxisse aliquam perniciosam cæteris gentem, qualis est primus Iudaicæ superstitionis author, & Gracchorum leges inuisæ: & siquod est exemplum deforme posteris traditum, quale libidinis uir Perses in muliere Samia instituere ausus dicitur primus. Sed in uiuentibus quoq; iudicia hominum uelut argumenta sunt morum, & bonos aut ignominia ueram esse laudem uel uituperationem probat. Interesse tamen Aristoteles putat ubi quidque laudetur, aut uituperetur. Nam plurimum refert qui sint audientium mores, quæ publicè recepta persuasio: ut illa maximè quæ probant, esse in eo qui laudabitur, credant: aut in eo contra quem dicemus, ea quæ oderint. Ita non dubium erit iudicium, quod orationem præcesserit. Ipsorum etiam iudicum permiscenda laus semper. nam id benevolos facit. quoties autem fieri poterit, cum materiæ utilitate iungenda. Minus Lacedæmone studia literarum, quàm Athenis, honoris merebuntur: plus patientia, fortitudo. Rapto uiuere quibusdam honestum, alijs cura legum. Frugalitas apud * Sybaritas fortitan odio foret, ueteribus Romanis summum luxuria crimen. Eadem in singulis differentia. Maxime fauet iudex, qui sibi dicentem * assentiri putat. * Idem præcepit illud quoque, quod mox Cornelius Celsus propè supra modum inuasit: quia sit quædam utrtutibus ac uitijs uicinitas, utendum proxima deriuatione uerborum, ut pro temerario fortem, pro prodigo liberalem, pro auaro parcum uocemus: quæ eadem etiam cõtrà ualent. Quod quidem Orator, id est, uir bonus, nunquam faciet, nisi fortè communi utilitate ducatur. Laudantur autem urbes similiter atque homines. Nam pro parente est conditor: & multum authoritatis affert uetustas, ut ijs qui terra dicũtur orti: & uirtutes ac uitia circa res gestas: eademq; in singulis. Illa propria,

Vide Cælium lib. 10. cap. 18.

Lib. 1. Rhetor. ad Theodec.

Xenophõ de ſtatut. Laced.

*Vide Politi. ca. 15. Miſcel. & Eraſ. i prouerb. Sybaritica menſa.

*aſſentari.

*Ariſtote. 1. Rhetor. ad Theodectem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ ex loci positione ac munitione sunt. Ciues illis, ut hominibus liberi, decori. Est laus & operum, in quibus honor, utilitas. pulchritudo, author spectari solet. Honor, ut in templis: utilitas, ut in muris: pulchritudo uel author utrobiq;. Est & locorum, qualis Siciliæ apud Ciceronem. in quibus simuliter speciē & utilitatem intuemur: speciem, maritimis, planis, amœnis: utilitatem, salubribus fertilibus. Erit etiam dictorum factorumq; laus generalis. Erit & rerum omnis modi. Nam & somni & mortis scriptæ laudes, & quorundam à medicis ciborum. Itaq; ut non consensi hoc laudatiuum genus circa solam uersari honesti quæstionem, sic qualitate maximè contineri puto: quanquam omnes tres status cadere in hoc opus possint, hisq; usum C. Cæsarem in ultuperando Catone, notauerit Cicero. Totum autem habet aliquid simile suasorijs: quia plerunq; eadem illic suaderi, hic laudari solent.

Act. 4. in Ver.

In Topicis.

De suasoria seu Deliberatiua, & Prosopopœia. CAP. VIII.

DEliberatiuas quoq; miror à quibusdam sola utilitate finitas. Ac siquid in his unum sequi oporteret, potior fuisset apud me Ciceronis sententia, qui hoc materiæ genus dignitate maximè cōtineri putat. Nec dubito quin hi qui sunt in illa priore sententia, secundum opinionem pulcherrimam, ne utile quidem, nisi quod honestum esset, existimarint. Et est hæc ratio uerissima, si consilium contingat semper bonorum atq; sapientum. Verum apud imperitos, apud quos frequenter dicenda sententia est, populumq; præcipuè, qui ex pluribus constat indoctis, discernenda sunt hæc, & secundum communes magis intellectus loquendum. Sunt enim multi qui etiam quæ credunt honesta, non tamen satis cadē utilia quoq; existiment: quæ turpia esse dubitare non possunt, utilitatis specie ducti probent: ut fœdus Numantinum, iugumq; Caudinum. Ne qualitatis quidem statu, in quo & honestorum & utilium quæstio est, complecti

De fœdere Numantino Cic. lib. 3. of. & Plutar. in vita Tib. & C.

plecti eas satis est. Nam frequenter in his etiam coniecturæ locus est: nonnunquam tractatur aliqua finitio: aliquando etiam legales possunt incidere tractatus, in priuata maximè consilia, siquando ambigitur an liceat. De coniectura paulò post pluribus: interim, est ne finitio apud Demosthenem, det Halonnesum Philippus, an reddat? apud Ciceronem in Philippicis, quid sit tumultus? Quid? non illa similis iudicialium quæstio, de statua Seruij Sulpitij, an ijs demum ponenda sit, qui in legatione ferro sunt interempti? Ergo pars deliberatiua (quæ eadem suasoria dicitur) de tempore futuro consulens, quærit etiam de præterito: officijs constat duobus, suadendi, ac dissuadendi. Proœmio, quale est in iudicialibus, non ubique eget, quia conciliatus est ei quisque, quem consulit. Initium tamen quodcunq; debet habere aliquam proœmij speciem. nec enim abruptè, nec unde libuit, incipiendum: quia est aliquid in omni materia naturaliter primum. In Senatu, & utique in concionibus, eadem ratio quæ apud iudices, acquirendæ sibi plerunq; eorum apud quos dicendum sit, beneuolentiæ. Nec mirum, eum etiam in Panegyricis petatur audientium fauor, ubi emolumentum non in utilitate aliqua, sed in sola laude consistit. Aristoteles quidem, nec sine causſa, putat & à nostra, et ab eius qui dissentiet, persona, duci frequenter in consilijs exordium, quasi mutuantibus hoc nobis à iudiciali genere: nonnunquam etiam ut minor res maior ue uideatur. In demonstratiuis uerò proœmia esse maximè libera existimat. Nam & longè à materia duci, ut in Helenes laude Isocrates fecerit: & ex aliqua rei uicinia, ut idem in Panegyrico cōqueritur plus honoris corporū quàm animorum uirtutibus dari: & Gorgias in Olympico laudans eos qui primi tales instituerunt conuentus. Quos secutus uidelicet Crispus Sallustius, in bello Iugurthino & Catilinario nihil ad historiam pertinentibus principijs orsus est. Sed nunc ad

Graec. De iugo Caudino Liu. dec. 1. lib. 1.

In Olinth.

Philip. 8.

Philip. 9.

Rhetor. 3.

Suaſoriam, in qua etiam quum proœmio utemur, breuiore tamen & uelut quodam capite tantum & initio debebimus eſſe contenti. Narrationem uerò nunquam exiget priuata deliberatio, eius duntaxat rei, de qua dicenda ſententia eſt: quia nemo ignorat id de quo conſulit. Extrinſecus poſſunt pertinentia ad deliberationem multa narrari. In concionibus ſæpe eſt etiã illa quæ ordinem rei docet, neceſſaria, *affectus, ut quæ maxime, implenda. Nam & concitanda & lenienda frequenter eſt ira, & ad metum, cupiditatem, odium, conciliationem, impellendi animi. Nonnunquam etiam mouenda miſeratio eſt, ſiue ut auxilium obſeſſis feratur, ſuadere oportebit, ſiue ſociæ ciuitatis euerſionem deflebimus. Valet autem in conſilijs authoritas plurimum. Nam & prudentiſſimus eſſe haberiq; & optimus is debet, qui ſententiæ ſuæ de utilibus atq; honeſtis credere omnes uelit. In iudicijs enim uulgò fas habetur indulgere aliquid ſtudio ſuo: Conſilia nemo eſt qui neget ſecundum mores dari. Græcorum quidem plurimi omne hoc officium concionale eſſe iudicauerunt, & in ſola Reipublicæ adminiſtratione poſuerunt. Quin & Cicero in hac maximè parte uerſatur. Ideoq; ſuaſuris de pace, bello, copijs, operibus, uectigalibus, hæc duo præcipue nota eſſe uoluit, iures ciuitatis, & mores: ut ex natura cum ipſarum rerum, tum audientium, ratio ſuadendi duceretur. Nobis maior in re uidetur uarietas. nam & conſulentium & conſiliorum plurima ſunt genera. Quare in ſuadendo & diſſuadendo tria primùm ſpectanda erunt, Quid ſit de quo deliberetur, Qui ſint qui deliberent, Qui ſit qui ſuadeat. Rem de qua deliberatur, aut certum eſt poſſe fieri, aut incertum. Si incertum, hæc erit quæſtio ſola, aut potentiſſima. Sæpe enim accidet ut prius dicamus, ne ſi poſſit quidem fieri, eſſe faciendum: deinde fieri non poſſe. Cum autem de hoc quæritur, coniectura eſt, an Iſthmos intercidi, an ſiccari palu

*In ſcriptis codicibus legitur, affectᵘ, ut quæ maxime, poſtulanda. Impreſſi ferè habẽt, ad (ſine &) affectus, ut quæq; maxime poſtulabit.

Ariſtotel. 1. Rhetorie.

2. de Orat.

Sueto. in Cæſare.

palus Pontina, an portus fieri Hoſtiæ poſſit, an Alexãder terras ultra Oceanum ſit inuenturus. Sed in ijs quoque quæ conſtabit poſſe fieri, coniectura aliquando erit: ut ſi quæratur an utique futurum ſit ut Carthaginem ſuperent Romani, ut redeat Hannibal, ſi Scipio exercitum in Africam tranſtulerit. Vt ſeruent fidem Samnites, ſi Romani arma depoſuerint.

Vide Iuſtinũ.

Liuius Decad. 3. lib. 8.

Quædam & fieri poſſe, & futura eſſe credibile eſt: ſed aut alio tempore, aut alio loco, aut alio modo. Vbi coniecturæ non erit locus, alia ſunt intuenda, Et primum, aut propter ipſam rem de qua ſententiæ rogantur, conſulebitur: aut propter alias interuenientes extrinſecus cauſſas. Propter ipſam deliberant Patres conſcripti, an ſtipendium militi conſtituant. Liuius Decad. 1. lib. 4. Hæc materia ſimplex erit. Accedunt cauſſæ aut faciendi, ut deliberant P. C. an Fabios dedant Gallis bellum minantibus. Aut non faciendi, ut deliberat C. Cæſar an perſeueret in Germaniam ire, cum milites paſſim teſtamenta facerent. Hæ ſuaſoriæ duplices ſunt. Nam & illic cauſſa deliberandi eſt, quòd bellum Galli minuentur: eſſe tamen quæſtio poteſt, dicendi'ne fuerint etiam citra hanc denunciationem, qui contra fas, cum Legati nuſi eſſent, prælium inierint, regem'que ad quem mandata acceperant, trucidarint. Et hic nihil Cæſar ſine dubio deliberet, niſi propter hanc multitum perturbationem: eſt tamen locus quærendi, an citra hunc quoque caſum penetrandum in Germaniam fuerit. Semper autem de eo prius loquemur, de quo deliberari etiam detractis ſequentibus poſſet. Partes ſuadendi quidam putauerunt honeſtum, utile, neceſſarium. Ego non inuenio huic tertiæ locum. Quantalibet enim uis ingruat, aliquid foreſſe pati neceſſe ſit, nihil facere: de faciendo autem deliberatur. Quòd ſi hanc uocant neceſſitatem, in quam homines grauiorum metu coguntur, utilitatis erit quæſtio:

Liuius Decad. 1. lib. 5. Comment. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vt Cassinenses Dec. 3. li. 3.

ut si obsessi, & impares, & aqua eiboq; defecti, de faciendo ad hostem deditione deliberent, & dicatur, necesse est: nempe sequitur ut hoc subijciatur, alioqui pereundum est, ita propter id ipsum non est necesse, quia perire potius licet. deniq; non fecerunt Saguntini, nec in rate Opitergina circunuenti. Igitur in his quoq; causis aut de sola utilitate ambigetur, aut quæstio inter utile atq; honestum consistet. Atenim si quis liberos procreare uolet, necesse habeat uxorem ducere, quis dubitat? sed ei qui pater uult fieri, liqueat necesse est uxorem esse ducendam. Itaque mihi ne consilium quidem uidetur, ubi necessitas est: non magis quàm ubi constat quid fieri non posse. Omnis enim deliberatio de dubijs est. Melius igitur, qui tertiã partem dixerunt δυνατὸν, quod nostri possibile nominant: quæ ut dura uideatur appellatio, tamen sola est. Quas partes non omnes in omnem cadere Suasoriam, manifestius est quàm ut docendum sit. Tamen apud plerosq; earum numerus augetur, à quibus ponuntur ut partes, quæ species sunt partium. Nam fas, iustum, pium, æquum, mansuetum quoq; (sic enim sunt interpretati τὸ ὅσιον) & si qua adhuc adijcere quis eiusdem generis uelit, subijci possint honestati. An sit autem facile, magnum, iucundum, sine periculo, ad quæstionem pertinet utilitatis: qui loci oriuntur ex contradictione, Est quidem utile, sed difficile, paruum, iniucundum, periculosum. Tamen quibusdam uidetur esse nonnunquam de iucunditate sola consultatio, ut si de ædificando theatro, instituendis ludis, deliberetur. Sed neminem adeò solutum luxu puto, ut nihil caussa suadendi sequatur præter uoluptatem. Præcedat enim semper aliquid necesse est, ut in ludis honor deorum, in theatro non inutilis laborum remissio, deformis & incommoda turbæ, si id non sit, conflictatio: & nihilominus eadem illa religio, cum theatrum ueluti quoddam illius sacri templum uocabimus. Sæpe uerò & utilit

Deca. 1. lib. 1. Florus in epit. lib. ex.

Aristot. 1. Ethic. & Rhetoric. 1.

Possibile.

Aristotel. 1. Rhetoric. ad Alexandrum.

utilitatem despiciẽdam esse dicimus ut honesta faciamus: ut eum illis Opiterginis damus consilium, ne se hostibus dedant, quanquam perituri sint nisi fecerint. Et utilia honestis præferimus: ut cum suademus ut bello Punico serui armentur. Sed tamen neque hic plane concedendum est esse id inhonestum: liberos enim natura omnes, & eisdem constare elementis, & fortasse antiquis etiam nobilibus ortos, dici potest: & illic ubi manifestum periculum est, opponenda alia: ut crudelius etiam perituros affirmemus si se dediderint, siue hostis non seruauerit fidem, siue Cæsar uicerit, quod esse uero simillius. Hæc autem, quæ tantum inter se pugnant, pierunque nominibus decti solent. Nam & utilitas ipsa expugnatur ab ijs qui dicunt non solùm potiora esse honesta quàm utilia, sed ne utilia quidem esse quæ non sint honesta: & contrà quod nos honestum, illi uanum, ambitiosum, stolidum, uerbis quàm re probabilius uocant. Nec tantùm inutilibus comparantur utilia, sed inter se quoque ipsa: ut ex duobus eligamus, in altero quid sit magis, in altero quid sit minus. Crescit hoc adhuc. Nam interim triplices etiam suasoriæ incidunt: ut cum Pompeius deliberauit, Parthos, an Aphricam, an Aegyptum peteret. Ita non tantùm utrum sit melius, sed quid sit optimum, quæritur. Itemq; contrà. Nec unquam incidet in hoc genere materiæ dubitatio rei quæ undique secundum nos sit. Nam ubi contradictioni locus non est, quæ potest esse caussa dubitandi? Ita ferè omnis Suasoria nihil est aliud quàm comparatio. Videndumq;, quid consecuturi simus, & per quid: ut æstimari possit, plus in eo quod petimus, sit commodi: an uerò in eo per quod petimus, incommodi. Est utilitatis & in tempore quæstio, Expedit, sed non nunc. Et in loco, Non hic. Et in persona, Non nobis, non contra hos. Et in genere agendi, Non sic. Et in modo, Non in tantum.

Florus in epitome lib. ex. Liui. Dec. 3. lib. 4.

Plutar. in Pompeio.

Sed personam sæpius decoris gratia intuemur, quæ & in

nobis, & in ijs qui deliberant, spectanda est. Itaque quamuis exempla plurimum in consilijs possint, quia facillime ad consentiendum homines ducuntur experimentis: refert tamen quorum authoritas, & quibus adhibeatur. Diuersi sunt enim deliberantium animi, duplex conditio. Nam consultant aut plures, aut singuli: sed in utrisque differentia: quia & in pluribus multum interest Senatus sit, an populus: Romani, an Fidenates: Græci, an Barbari. & in singulis, Catoni petendos honores suadeamus, an C. Mario. de ratione belli Scipio prior, an Fabius deliberet. Proinde intuenda, sexus, dignitas, ætas. Sed mores præcipuè discrimen dabunt. Et honesta quidem honestis suadere facillimum est: si uerò apud turpes recta obtinere conabimur, ne uideamur exprobrare diuersam uitæ sectam, cauendum est. Et animus deliberantis, non ipsa honesti natura, quam ille non respicit, permouendus: sed laude, uulgi opinione, & si parum proficiet hæc uanitas, secutura ex his utilitate: aliquanto uerò magis obijciendo aliquos, si diuersa fecerint, metus. Nam præter id quòd his leuissimi cuiusque animus facillimè terretur, nescio an etiam natura aliter apud plurimos plus ualeat malorum timor, quàm spes bonorum: sicut facilior eisdem turpium quàm honestorum intellectus est. Aliquando bonis quoque suadentur parum decora, dantur parum bonis consilia: in quibus ipsorum qui consulunt, spectatur utilitas. Nec me fallit quæ statim cogitatio subire possit legentem: Hoc ergo præcipis? & hoc fas putas? Poterat me liberare M. Cicero, qui ita scribit ad Brutum, Propositis plurimis quæ honestè suaderi Cæsari possent, sim'ne bonus uir si hæc suadeam? Mimmè. Suasoris enim finis est utilitas eius cui quisq; suadet. At recta sunt: quis negat? sed non est semper rectis in suadendo locus. Sed quia est altior quæstio, nec tantum ad Suasorias pertinet, destinatus est mihi hic locus duodecimo (qui summus

summus futurus est) libro. Nec ego quicquam fieri turpiter uelim, uerum interim hæc uel ad scholarum exercitationes pertinere credantur. nam & iniquorum ratio noscenda est, ut melius æqua tueamur. Interim si quis bono inhonesta suadebit, meminerit non suadere tanquam inhonesta, ut quidam declamatores Sextum Pompeium ad piraticam, propter hoc ipsum quòd turpis & crudelis sit, impellunt: sed dandus illis deformibus color, idq; etiam apud malos. Nec enim est quisquam cum malus, ut malus uideri uelit. Sic Catilina apud Sallustium loquitur, ut rem sceleratissimam non malitia, sed indignatione uideatur audere. Sic Atreus apud Varium, Cap. 2.

Iam fero (inquit) infandissima, iam facere cogor. Quanto magis eis quibus cura famæ fuit, conseruandus est hic uel ambitus? Quare & cum Ciceroni dabimus consilium ut Antonium roget, uel etiam ut Philippicas (ita uitam pollicente eo) exurat, non cupiditatem lucis allegabimus (hæc enim si ualet in animo eius, tacentibus quoque nobis ualet) sed ut se Reipublicæ seruet, hortabimur. Hac illi opus est occasione, ne eum talium precum pudeat. Et Cæsari Cæsari suadentes regnum, affirmabimus stare iam Rempublicam nisi uno regente non posse. Nam qui de re nefaria deliberat, id solum quærit, quomodo quàm minimum peccare uideatur. Multum refert etiam quæ sit persona suadentis: quia anteacta uita, si illustris fuit, aut clarius genus, aut ætas, aut fortuna, affert expectationem. Prouidendum est, ne quæ dicuntur, ab eo qui dicit, dissentiant. At his contraria summissiorem quendam modum postulant. Nam quæ in alijs libertas est, in alijs licentia uocatur. Et quibusdam sufficit authoritas, quosdam ratio ipsa ægrè tuetur. Ideoque longè mihi difficillimæ uidentur Prosopopœiæ, in quibus ad reliquum Suasoriæ laborem accedit etiam personæ difficultas. Nanque idem illud aliter Cæsar, aliter Cicero, aliter Cato suadere

dere debebit. Vtilissima uerò hæc exercitatio, uel quòd duplicis est operis, uel quòd Poëtis quoque, aut Historiarum futuris scriptoribus plurimum conferre uerim & Oratoribus necessaria. Nam sunt multæ à Græcis Latinisq; compositæ orationes quibus alij uterentur, ad quorum conditionem uitamq; apta nda quæ dicebantur fuerunt. An eodem modo cogitauit, aut eandem personam induit Cicero cum scriberet Cn. Pompeio, & cum C. Appio, cæteris'ue: ac non unuscuiusque eorum fortunam, dignitatem, res gestas intuitus, omnium quibus uocem dabat, etiam imaginem expressit: ut melius quidem, sed tamen ipsi dicere uiderentur. Neque enim minus uitiosa est oratio si ab homine, quàm si à re cui accommodari debuit, dissidet: ideoq; Lysias optimè uidetur in ijs quæ scribebat indoctis, seruasse ueritatis fidem. Enimuero præcipuè declamatoribus considerandum est, quid cuique personæ conueniat: qui paucissimas controuersias ita dicunt ut aduocati: plerunque filij, patres, diuites, senes, asperi, lenes, auari, denique superstitiosi, timidi, derisores fiunt: ut uix comœdiarum actoribus plurè habitus in pronunciando concipiendi sint, quàm his in dicendo. Quæ omnia uideri possunt prosopopœiæ, quas ego suasorijs subieci, quia nullo alio ab his quam persona distant. Quanquam hæc aliquando etiam in controuersias ducitur, quæ ex historijs componitæ, certius agentium nominibus continentur. Neq; ignoro plerunque exercitationis gratia poni & poëticas & historicas, ut Priami uerba apud Achillem, aut Syllæ dictaturam deponentis in concione. Sed hæc in partes cedunt trium generum in quæ causas diuisimus. Nam & rogare, indicare, rationem reddere, & alia de quibus supra dictum est, uarie, atque ut res uult, in materia iudiciali, deliberatiua, demonstratiua subijcere solemus. Frequentissimè uerò in his utimur fictis personarum quas ipsi substituamus, oratione, ut apud Ciceronem pro Cælio,

Iliad. 24
Vide Plutar. in Syllâ.

lio, Clodiam & cæcus Appius, & Clodius frater, ille in castigationem, hic in rationem amorum compositus alloquitur.

Solent in scholis fingi materiæ ad deliberandum simliores controuersijs, ex utroque genere commistæ: ut cum apud C. Cæsarem consultatio de pœna Theodoti ponitur. Cõstat enim accusatione & defensione causse, quod est iudicialium proprium. Permista autem est & utilitatis ratio, an pro Cæsare fuerit occidi Pompeium: an timendum à Rege bellum si Theodotus sit occisus: an id minimè opportunum hoc tempore, & periculosum, & certè longum sit futurum. Quæritur & de honesto, deceat'ne Cæsarem ultio Pompeij: an sit uerendum ne peiorem faciat suarum partium caussam, si Pompeium indignum morte fateatur. Quod genus accidere etiam ueritati potest. Non simplex autem circa Suasorias error in plerisque declamatoribus fuit, qui dicendi genus in his diuersum, atque in totum illi iudiciali contrarium esse existimarunt. Nam & principia abrupta, & concitatum semper orationem, & in uerbis effusiorem (ut ipsi uocant) cultum affectauerunt, & earum breuiores utique commentarios quàm* iudicialis materiæ facere elaborarunt. Ego porrò ut proœmio uideo non utique opus esse Suasorijs, propter quas dixi supra causas, ita cur initio furioso sit exclamandum, non intelligo: cum proposita consultatione rogatus sententiam, si modò est sanus, non quiritet, sed quammaximè potest ciuili & humano ingressu, mereri assensum deliberantis uelit. Cur autem torrens, & utique æqualiter concitata sit in ea dicentis oratio, cum uel præcipuè moderationem rationemq; consilia desiderent? Neque ego negauerim sæpius subsidere in cõtrouersijs impetum dicendi proœmio, narratione, argumentis: quem si detrahas, id ferè supererit quo Suasoriæ cõstant: uerũ id quoq; æqualius erit, nõ tumultuosius atq; turbidius. Verborum autem magnificentia nõ ualidius est affectan

*legalis

Quiritare, deos hominesque inclamare.

affectanda Suasorias declamantibus, sed contingit magis. Nam & personæ ferè magnæ fingentibus placent, Regum, Principum, Populi, Senatus, & res ampliores. ita cũ uerba rebus aptentur, ipso materiæ nitore clarescunt. Alia ueris consilijs ratio est: ideoq; Theophrastus quammaximè remotũ ab omni affectatione in deliberatiuo genere uoluit esse sermonem, secutus in hoc authoritatem præceptoris sui, quanquam dissentire ab eo non timidè solet. Nanq; Aristoteles idoneam maximè ad scribendum demonstratiuam, proximamq; ab ea iudicialem putauit: uidelicet quoniam prior illa tota esset ostentationis, hæc secunda egeret artis, uel ad fallendum, si ita poposcisset utilitas: consilia fide prudentiaq; constarent. Quibus in demonstratiua consentio. Nam & omnes alij scriptores idem tradiderunt. In iudicijs autem consilijsq; secundũ conditionem ipsius quæ tractabitur rei, accommodãdam dicendi credo rationem. Nam & Philippicas Demosthenis eisdem quibus habitas in iudicijs orationes, adeo emunere uirtutibus. Et Ciceronis sententiæ & conciones, non minus clarum quàm est in accusationibus ac defensionibus, eloquentiæ lumen ostẽdunt. Dicit tamen idem de Suasoria, hoc modo, Tota autem oratio, simplex & grauis, & sententijs debet ornatior esse quàm uerbis. Vsum exemplorum nulli materiæ magis cõuenire merito ferè omnes consentiunt, cum plerunq; uideantur respondere fidura præteritis, habeaturq; experimentum uelut quoddam rationis testimonium. Breuitas quoq; aut copia non genere materiæ, sed modo constant. Nam ut in consilijs plerunq; simplicior quæstio est, ita sæpe in causis minor. Quæ omnia uera esse setiet, si quis non orationes modò, sed historias etiam (nanq; in his conciones atque sententiæ plerunque suadendi ac dissuadendi funguntur officio) legere maluerit, quàm in commentarijs Rhetorum consenescere. Inuenict enim nec in consilijs abrupta initia, & concitatius sæpe in iudicijs

In partitio.

iudicijs dictum, & uerba aptata rebus in utroq; genere, & breuiores aliquanto caussarum orationes quàm sententiarum. Ne illa quidem in his uitia deprehendet, quibus quidam declamatores laborant, quòd & contrà sentientibus inhumanè conuiciantur, & ita plerunq; dicunt, tanquam ab ijs qui deliberant, utiq; dissentiant: ideoq; obiurgãtibus similiores sunt, quàm suadentibus. Hæc adolescentes sibi scripta sciant, ne aliter quàm dicturi sint, exerceri uelint, & in desuescendis morentur. Cæterùm cum aduocari cœperint in consilia amicorum, dicere sententiam in Senatu, suadere siquid consulet Princeps, quod præceptis fortasse non credunt, usu docebuntur.

De partibus caussarum iudicialium. CAP. IX.

NVnc de iudiciali genere, quod est præcipuè multiplex, sed officijs constat duobus, intentionis, ac depulsionis. cuius partes, ut plurimis authoribus placuit, quinq; sunt, proœmiũ, narratio, probatio, refutatio, peroratio. His adiecerunt quidam partitionem, propositionem, excessum: quarum priores duæ probationi succedunt. Nam proponere quidem quæ sis probaturus, necesse est: sed & cõcludere. Cur igitur si illa pars caussæ est, nõ & hæc sit? Partitio uerò dispositionis est species, ipsa dispositio pars Rhetorices, & per omnes materias totũq; earũ corpus æqualiter fusa, sicut inuẽtio, & elocutio. Ideoq; eam nõ orationis totius partem unam esse credendum est, sed quæstionum etiam singularum. Quæ nanq; est quæstio, in qua nõ promittere poßit Orator quid primo, quid secundo, quid tertio sit loco dicturus? quod est proprium partitionis. Quàm ergo ridiculum est, quæstionem quidem speciem esse probationis: partitionem autem, quæ sit species quæstionis, partem totius orationis uocari? Egreßio uerò, uel (quod usitatius esse cœpit) excessus, siue est extra caussam, non potest esse pars caussæ: siue est in caussa, adiutorium uel ornamentum partium est earum ex

quibus

quibus egreditur. Nam si quicquid in causſa est, pars causſæ uocabitur: cur non argumentum, similitudo, locus communis, affectus, exempla, partes uocentur? Tamen nec ijs assentior qui detrahunt refutationem, tanquam probationi subiectam, ut Aristoteles. hæc enim est quæ constituat, illa quæ destruat. Hoc quoq; idem aliquatenus nouat, quòd procemio non narrationem subiungit, sed propositionem. Verùm id facit, quia propositio genus, narratio species uidetur: & hac non semper, illa uerò semper & ubique credit opus esse. Verùm ex his quas constitui partibus, non ut quidque primum dicendum, ita primum cogitandum est: sed ante omnia intueri oportet, quod sit genus causſæ: quid in ea quæratur: quæ prosint, quæ noceant: deinde quid confirmandum sit, ac refellendum: tum quomodo narrandum. Expositio enim probationum est præparatio: nec esse utilis potest, nisi prius constiterit quid debeat de probatione promittere. Postremo intuendum quemadmodum iudex sit conciliandus. Neque enim nisi totis causſæ partibus diligenter inspectis, scire possumus qualem nobis facere animum cognoscentis expediat, seuerum an mitem, concitatum an remissum, aduersum gratiæ, an obnoxium. Neque ideo tamen eos probauerim, qui scribendum quoque procemium nouissime putant. Nam ut conferri materiam omnem oportet, & quid quoque loco sit opus, constare debet antequam dicere aut scribere ordiamur: ita incipiendum ab ijs quæ prima sunt. Nam nec pingere quisquam aut fingere cœpit à pedibus: nec denique ars ulla consummatur ibi, unde ordiendum est. Quid fiet alioqui, si spatium componendi orationem stylo, non fuerit? nónne nos hæc inuersa consuetudo deceperit? Inspiciendа igitur materia est quo præcipimus ordine, scribenda quo dicimus.

De gene

De generibus iudicialium controuersiarum. CAP. X.

CEterùm causſa omnis, in qua pars altera agentis est, altera recusantis: aut unius rei cõtrouersia consistat, aut plurium. Illa simplex dicitur, hæc coniuncta. Vna controuersia est per se fieri, per se adulterij. Plures aut eiusdem generis, ut in pecunijs repetundis: aut diuersi, ut si quis sacrilegij simul & homicidij accusetur. Quod nunc in publicis iudicijs non accidit, quoniã Prætor certa lege sortitur: Principum autem & Senatus cognitionibus frequẽs est, & Populi fuit. Priuata quoq; iudicia sæpe unum iudicem habere multis & diuersis formulis solent: nec aliæ species erunt, etiam si unus à duobus duntaxat eandem rẽ, atq; ex eadem causſa petet, aut duo ab uno, aut plures à pluribus. quod accidere in hæreditarijs litibus interim scimus: quia quãuis in multis personis, causſa tamen una est, nisi si conditio personarũ quæstiones uariauerit. Diuersam his tertium genus, quod dicitur comparatiuum, cuius rei tractatus in parte causſæ frequens est: ut cum apud Centumuiros post alia quæritur & hoc, uter dignior hæreditate sit. Rarum est autem ut in foro iudicia propter id solum constituantur, sicut diuinationes, quæ fiunt de accusatore constituendo: & nonnunquam inter delatores, uter præmium meruerit. Adiecerunt quidam numero mutuam accusationem, quæ ἀντικατηγορία uocatur: alijs uidelicet succedere hanc quoq; comparatiuo generi existimantibus: cui similis erit petitionum inuicem diuersarum: quod accidit uel frequentissime. Id si & ipsum uocari debet ἀντικατηγορία (nam proprio caret nomine) duo erunt genera eius: alterum, quo litigatores idem crimen inuicem intentant: alterũ, quo aliud atq; aliud. Cui & petitionũ conditio par est. Cum apparuerit genus causſæ, tum intuebimur, negetur ne factum quod intenditur, an defendatur, an alio nomine appelletur, an à genere actionis repellatur: unde sunt status.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quid sit quæstio, ratio, iudicatio, continens, & quatenus necessaria. CAP. XI.

His inuentis, intuēdum deinceps Hermagoræ uidetur, quid sit quæstio, ratio, iudicatio, continēs, id est, στοιχεῖον, uel ut alij uocant, firmamentum. Quæstio latius intelligitur omnis de qua in utranq; partem uel in plures dici credibiliter potest. In iudiciali autem materia dupliciter accipiēda est: Altero modo, quo dicimus multas quæstiones habere controuersiam, quo etiam minores omnes complectimur: Altero, quo significamus summam illam in qua causa uertitur. de hac nunc loquor, ex qua nascitur status, an factum sit, quid factum sit, an rectè factū sit. Has Hermagoras & Apollodorus & alij plurimi scriptores proprie quæstiones uocāt: Theodorus (ut dixi) capita generalia: sicut illæ minores, aut ex illis pendentes, specialia. Nā & quæstionem ex quæstione nasci, & speciē in species diuidi cōuenit. Hanc igitur quæstionem ueluti principalem uocant ζήτημα. Ratio autem est, qua id quod factum esse constat, defenditur. Et cur non utamur eodem, quo sunt usi ferè omnes, exemplo? Oreſtes matrem occidit. hoc cōstat. dicit se iustè fecisse. status erit qualitatis. quæstio, an iustè fecerit. ratio, quòd Clytemnestra mariti suiī patrem Orestis occidit, hoc αἴτιον dicitur. κρινόμενον autem iudicatio, an oportuerit uel nocentē matrem à filio occidi. Quidam diuiserunt αἴτιον & αἰτίαν, ut esset altera, propter quā iudicium cōstitutū est, ut occisa Clytemnestra: altera, qua factū defenditur, ut occisus Agamemnō. Sed tanta est circa uerba dissensio, ut alij αἰτίαν causſam iudicij, αἴτιον autē facti uocent: alij eadem in contrarium uertant. Latinorum quidam hæc initium & rationem uocauerunt: quidam utrūq; eodem nomine appellant. Causſa quoq; ex causſa, id est, αἴτιον ἐξ αἰτίας nasci uidetur: quale est, Occidit Agamemnonem Clytemnestra, quia ille filiam communem immolauerat, & captiuam

uam pellicem adducebat. Iidem putant & sub una quæstione plures esse rationes: ut si Oreſtes & alteram afferat matris necatæ causſam, quòd responsis sit impulsus. Quot autem causſas faciendi, totidem iudicationes. Nam & hæc erit iudicatio, an responsis parēre debuerit. Sed & una causſa plures habere quæstiones & iudicationes (ut ego arbitror) potest: ut in eo qui eum adulteram deprehensam occidisset, adulterum, qui tum effugerat, postea in foro occidit. Causſa enim est una, adulter fuit: quæstiones & iudicationes, an illo tempore, an illo loco licuerit occidere. Sed sicut cum sint plures quæstiones, omnes q; suos status habeant, causſæ tamen status unus sit, ad quem referuntur omnia: ita iudicatio maxime propria, de qua pronunciatur. Στοιχεῖον autem (quod, ut dixi, continens alij, firmamentum alij putant, Cicero firmißimam argumentationem defensoris, & *appositißimam ad iudicationem) quibusdam id uidetur esse, post quod nihil quæritur: quibusdam id quod ad iudicationem firmißimum affertur. Causſa facti non in omnes controuersias cadit. Nam quæ fuerit causſa faciendi, ubi factum negatur? At ubi causſa tractatur, negant eodem loco esse iudicationem, quo quæstionem. Idq; & in Rhetoricis Cicero & in Partitionibus dicit. Nam in coniectura est quæstio ex illo, factum, non factum, an factū sit. Ibi ergo iudicatio, ubi quæstio: quia in eadem re prima quæstio, & extrema disceptatio. At in qualitate, Matrem Oreſtes occidit, rectè, non rectè: an rectè occiderit, quæstio, nec status iudicatio. Quando ergo? Illa patrē meum occiderat. Sed non ideo tu matrem debuisti occidere. an debuerit, hic iudicatio. Firmamentum autem uerbis ipsius ponam, Si uelit Oreſtes dicere eiusmodi animum matris suæ in patrem suum, in seipsum ac sorores, in regnum, in famam generis ac familiæ, ut meritò ab ea pœnas liberi sui potißimum petere debuerint. Vtuntur alij & talibus exemplis, Qui

Rheto. 1. *aptißimam

bona paterna consumpserit, ne concionetur. in opera publica consumpsit. quæstio, an quisquis consumpserit, prohibẽdus sit: iudicatio, an qui sic. Vel ut in caussa militis* Mariani quũ C. Lusium Tribunum uim sibi inferentem interfecit, quæstio, an iure fecerit. ratio, quòd is uim afferebat. iudicatio, an indemnatũ, an Tribunũ à milite occidi oportuerit. Alterius etiam status quæstionẽ, alterius iudicationẽ putant. Quæstio qualitatis, an rectè Clodium Milo occiderit. Iudicatio cõiecturalis, an Clodius insidias fecerit. Ponũt & illud, sæpe causssam in aliquã rem dimitti, quæ nõ sit propria quæstionis, & de ea iudicari. A quibus multum dissentio. Nam & illa quæstio, an omnes qui paterna bona consumpserint, cõcione sint prohibẽdi, habeat oportet suã iudicationem. Ergo non alia quæstio, alia iudicatio erit. sed plures quæstiones, et plures iudicationes. Quidnõ in causssa Milonis ipsa coniectura refertur ad qualitatẽ? Nam si est insidiatus Clodius, sequitur ut rectè sit occisus. Cum uerò in aliquã rem missa causssa est, & recessum à quæstione quæ erat cõstituta: hic quæstio, ubi iudicatio est. Paulum in his sceũ etiam Cicero dissentit. Nam in Rhetoricis (quẽadmodum suprà dixi) Hermagorã est secutus: in Topicis, ex statu effectã cõtentionẽ κρινόμενον existimat. Idq; Trebatio, qui iuris erat consultus, alludens, qua de re agitur appellat: quibus id cõtineatur, cõtinentia, quasi firmamenta defensionis: quibus sublatis defensio nulla sit. At in Partitionibus Oratorijs, firmamentum, quod opponitur defensioni: quia continens quod primum sit, ab accusatore dicatur: ratio, à reo: ex rationis & firmamenti quæstione, disceptatio sit iudicationum. Verius igitur & breuius, qui statum & continẽs & iudicationem idem esse uoluerunt: continens autem id esse, quo sublato lis esse nõ possit. Hi mihi uidentur utrãq; causssam complexi, & quòd Orestes matrem, & quòd Clytemnestra Agamemnonem occiderit. Iidem iudicationem & statum consentire

*Arunci. Plutarchus in Mario, & Valer. lib. 6. tit. 1. de pudicitia.

tire semper existimarunt. Nec enim aliud eorum rationi conueniens fuisset. Verùm hæc affectata subtilitas, circa nomina rerum ambitiose laboret, à nobis in hoc assumpta solum, ne parum diligenter inquisisse de opere quod aggressi sumus, uideremur: simplicius autem instituenti, non est necesse per tam minutas rerum particulas rationem docendi concidere: quo uitio multi quidem laborarunt, præcipuè tamen Hermagoras, uir alioqui subtilis, & in plurimis admirandus, tantùm diligentiæ nimium solicitæ, ut ipsa eius reprehensio laude aliqua non indigna sit. Hæc autem breuior, & uel ideo lucidior multo uia, neq; discentem per ambages fatigabit, nec corpus orationis in parua momenta diducendo consumet. Nam qui uiderit quid sit quod in controuersiam ueniat, quid in eo, & per quæ uelit efficere pars diuersa, quid nostra, quod in primis est intuendũ: nihil eorum ignorare, de quibus suprà diximus, poterit. Nec est ferè quisquam, modò non stultus, atq; ab omni prorsus usu dicendi remotus, quin sciat & quid litẽ faciat, (quod ab illis causssa uel continens dicitur) & quæ sit inter litigantes quæstio, & de quo iudicari oporteat: quæ omnia idem sunt. Nam & de eo quæstio est, quod in controuersiam uenit: & de eo iudicatur, de quo quæstio est. Sed non perpetuò intendimus in hæc animum, & cupiditate laudis utcunq; acquirendæ, uel dicendi uoluptate euagamur, quando uberior semper extra causssam materia est, quia in controuersia pauca sunt, extra omnia: & hic dicitur de ijs quæ accepimus, illic de quibus uolumus. Nec tam hoc præcipiendum est, ut quæstionem, continens, iudicationem inueniamus, (nam id quidem facile est) quàm ut intueamur semper, aut certè si digressi fuerimus, saltem respiciamus, ne plausum affectantibus, arma excidant. Theodori schola (ut dixi) omnia refert ad capita. His plura intelliguntur: Vno modo summa quæstio, item ut status: Altero cæteræ quæ ad summam referuntur:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tertio, propositio cum affirmatione: ut dicimus, Caput rei est apud Menãdrum, κεφάλαιόν ἐστιν. In uniuersum autem quicquid probandum est, erit caput, sed id maius, aut minus. Et quoniam quæ de his erant à scriptoribus artium tradita, uerbosius etiã quàm necesse erat exposuimus: præterea quæ partes essent iudicialium causarum, suprà dictum est: proximus liber proœmia, id est, exordia concipiet.

M. FAB. QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA LIBER QVARTVS.

PROOEMIVM.

PERFECTO, Marcelle Victori, operis tibi dedicati tertio libro, & iam quarta ferè laboris parte trãsacta, nouæ insuper mihi diligẽtiæ caussa, & altior solicitudo, quale iudiciũ hominũ emererer, accessit. Adhuc enim uelut studia inter nos cõferebamus: & si parũ nostra institutio probaretur à cæteris, contẽti fore domestico usu uidebamur, ut tui meiq; filij formare disciplinã satis putaremus. Cum uerò mihi Domitianus Augustus sororis suæ nepotum delegauerit curam, non satis honorem iudiciorum cælestium intelligam, nisi ex hoc quoq; oneris magnitudinem metiar. Quis enim mihi aut mores excolendi sit modus, ut eos non immeritò probauerit sanctissimus censor? aut studia, ne fefellisse in his uidear Principem ut in omnibus, ita in eloquentia quoq; eminentissimum? Quod si nemo miratur Poëtas maximos sæpe fecisse, ut nõ solum initijs operum suorum Musas inuocarent, sed prouecti quoq; longius, cum ad aliquem grauiorem uenissent locum, repeterent

repeterent uota, & uelut noua precatione uterentur: mihi quoq; profectò poterit ignosci si quod initio quũ primùm hanc materiam inchoaui, non fecerim, nũc omnes in auxilium Deos, ipsumq; in primis, quo neq; præsentius aliud, neq; studijs magis propitium numen est, inuocem: ut quantum nobis expectationis adiecit, tantum ingenij adspiret, dexteráq; ac uolens adsit, & me qualem esse credidit, faciat. Cuius mihi religionis nõ hæc sola ratio, quæ maxima est, sed alia, qua sic procedit ipsum opus, ut maiora præteritis, ac magis ardua sint quæ ingredior. Sequitur enim ut iudicialium caussarum, quæ sunt maximè uariæ ac multiplices, ordo explicetur: quod proœmij sit officium: quæ ratio narrandi: quæ probationum sit fides, seu proposita confirmamus, seu contradicta dissoluimus: quanta uis in perorando, seu reficienda breui repetitione rerum memoria est iudicis, siue affectus (quod est longè potentissimum) commouendi. De quibus partibus singulis quidam seorsum scribere maluerunt, uelut onus totius corporis ueriti, & sic quoq; complureis de unaquaque earum libros ediderunt: quas ego omnes ausus contexere, propè infinitum mihi laborem prospicio, & ipsa cogitatione suscepti muneris fatigor. Sed durandum est, quia cœpimus: & si uiribus deficiemur, animo tamen perseuerandum.

Proponit quæ deinceps tractanda sint: li. 4. 5. & 6.

De Exordio. CAP. I.

QVod principiũ latine uel exordiũ dicitur, maiore quadã ratione Græci uidẽtur πρooίμιον nominasse: quia à nostris initiũ modò significatur, illi satis clare partẽ hãc esse ante ingressum rei de qua dicendũ sit, ostendũt. Nam siue propterea quòd οἶμος cantus est, & citharœdi pauca illa quæ antequã legitimum * certamen inchoẽnt, emerendi fauoris gratia canunt, proœmium * cognominauerunt: oratores quoq; ea quæ prius quàm caussam exordiãtur, ad cõciliandos sibi iudicum animos

* carmen
* uocauerunt.

præleguntur, eadem appellatione signarunt: siue quòd οἶμος ijdem Græci uiam appellant, id quod ante ingressum rei ponitur, sic uocare est institutum: certè procœmium est, quod apud iudicē prius quàm causſam cognouerit, prosit. Vtiosq; in scholis facimus, quòd exordio semper sic utimur, quasi causſam iudex iam nouerit. Cuius rei licentia ex hoc est, quòd ante declamationem illa uelut imago litis exponitur. Sed in foro quoque contingere istud principiorum genus secundis actionibus potest: primis quidem raro unquam, nisi forte apud eum cui res aliunde tam nota sit, dicimus. Causſa principij nulla est alia, quàm ut auditorem, quò sit nobis in cæteris partibus accommodatior, præparemus. Id fieri tribus maxime rebus, inter authores plurimos constat, si beneuolum, attentum, docilem fecerimus: non quia ista non per totam actionem sint custodienda, sed quia initijs præcipuè necessaria, per quæ in animum iudicis, ut procedere ultrà possimus, admittimur. Beneuolentiam aut à personis aut à causſis duci accepimus: sed personarum non est (ut plerisq; crediderunt) triplex ratio, ex litigatore, & aduersario, & iudice. Nam exordium duci nonnunquam etiam ab actore causſæ solet. Quanquam enim pauciora de seipso dicit, & parcius, plurimum tamen ad omnia momenti est in hoc positum, si uir bonus creditur. Sic enim continget, ut non studium aduocati uidcatur afferre, sed penè testis fidem. Quare in primis existimetur uenisse ad agendum ductus officio uel cognationis, uel amicitiæ, maximeq;, si fieri poterit, Reipublicæ, aut alicuius certè non mediocris exempli. Quod sine dubio multo magis ipsis litigatoribus faciendum est, ut ad agendum magna atque honesta ratione aut etiam necessitate accessisse uideantur. Sed ut præcipua in hoc dicentis authoritas, si omnis in subeundo negocio suspicio sordium aut odiorum aut ambitionis abfuerit: ita quædam in his quoque commendatio

datio tacita, si nos infirmos & impares ingenijs contrà agentium dixerimus, qualia sunt pleraque Messalæ procœmia. Est enim naturalis fauor pro laborantibus: & iudex religiosus libentissime patronū audit quem iustitiæ suæ minimè timet. Inde illa ueterum circa occultandam eloquētiam simulatio, multum ab hac nostrorū temporum iactatione diuersa. Virandū etiam, ne contumelioſi, maligni, superbi, maledici in quenquam hominem ordinem'ue uidcamur, præcipueq; eorū qui lædi nisi auersa iudicum uoluntate non possunt. Nam in iudicem ne quid dicatur, non modò palàm, sed quod omnino intelligi possit, stultum erat monere, nisi fieret. *Etiam partis aduersæ patronus dabit exordio materiam: interim cum honore, si eloquentiam eius ac gratiam nos timere fingendo, ut ea supecta sint iudici, fecerimus: interim per contumeliam, sed hoc perquàm rarò, ut Asinius pro Vrbiniæ hæredibus Labienum aduersarij patronū inter argumenta malæ causſæ posuit. Negat hæc esse procœmia Cornelus Celsus, quia sint extra litem. Sed ego cum authoritate summorum oratorum magis ducor, tum pertinere ad causſam puto, quicquid ad dicentem pertinet: cum sit naturale, ut iudices ijs quos libentius audiunt, facilius etiam credāt. *Etenim

Ipsius autem litigatoris persona tractanda uariè est. Nam tum dignitas eius allegatur, tum commendatur infirmitas: nonnunquam contingit relatio meritorum: de quibus uerecundius dicendum erit sua quàm aliena laudanti. Multum agit sexus, ætas, conditio, in fœminis, senibus, pupillis, liberos, parentes, coniuges allegantibus. Nam sola rectum quoq; iudicem inclinat miseratio. Degustanda tamen hæc procœmio, non consumenda.

Aduersarij uerò persona propè iisdem omnibus sed è contrario ductis impugnari solet. Nam & potentes sequitur inuidia, & humiles abiectosq; contemptio, & turpes ac nocentes odium: quæ tria sunt ad alienandos iudicum animos potentissima.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ma. Neque hæc dicere satis est, quod datur etiam imperitis: pleraque augenda aut minuenda, ut expediet. Hoc enim Oratoris est, illud causſæ. Iudicem conciliabimus nobis non tantùm laudando eum (quod & fieri cum modo debet, & est tamen parti utriq; cõmune) sed si laudem eius ad utilitatem nostræ causſæ connexerimus, ut allegemus pro honestis dignitatem illi suam, pro humilibus iustitiam, pro infelicibus misericordiam, pro læsis seueritatẽ, & similiter cætera. Mores quoq; (si fieri potest) iudicis uelim nosse. Nam prout asperi, leues, iucundi, graues, duri, remissi erunt, aut assumere in causſam naturas eorũ quà eompetent, aut mitigare quà repugnabunt, oportebit. Accidit autẽ interim hoc quoq;, ut aut nobis inimicus, aut aduersario sit amicus, qui iudicat: quæ res utriq; parti tractanda est, ac nescio an ei magis, in quam uidetur propensior. Est enim nonnunquam prauus hic ambitus, aduersus amicos, aut pro his quibuscum simultates gerant, pronunciandi, faciendiq;, iniustè ne fecisse uideantur. Fuerunt etiam quidam rerum suarum iudices. Nam & in libris obseruationum à Septimio editis, affuisse Ciceronem tali causſæ inuenio: & ego pro Regina Berenice apud eam ipsam dixi. Similis hic quoq; superioribus ratio est. Aduersarius enim fiduciam partis suæ iactat, patronus timet cognoscentis uerecundiam. Præterea detrahenda uel confirmanda opinio siquam præcipuè domo uidebitur iudex attulisse. Metus etiam nonnunquam est amouendus: ut Cicero pro Milone, ne arma Pompeij contra se dispositа putaret, laborauit. Nonnun-
Act. 2. quam adhibendus, ut idem in Verrem facit: sed adhibendi modus alter ille frequens est & fauorabilis, ne malè sentiat populus Romanus, ne iudicia transferantur. alter autem asper & rarus, quo minatur corruptis accusationẽ. & id quidem in concilio ampliore utcunq; tutius. nam & mali inhibentur, & boni gaudent. Apud singulos uerò nunquam suaserim, nisi defecerint

rint omnia. Quod si necessitas exigit, non erit iam ex arte oratoria: non magis quam appellare, etiam si id quoque sæpe utile est: aut antequam pronunciet, rem facere. Nam & minari & deferre etiam non Orator potest. Si causſa conciliandi nobis iudicis materiam dabit, ex hac potißimum aliqua in usum principij, quæ maxime fauorabilia uidebuntur, decerpi oportebit. quo in loco Virginius fallitur, qui Theodoro placere tradit, ut ex singulis quæstionibus singuli sensus in proœmium conferantur. Nam ille non hoc dicit, sed ad potentißimas quæstiones iudicem præparandum. In quo uitij nihil erat, nisi in uniuersum id præciperet: quod nec omnis actio patitur, nec omnis causſa desiderat. Nam protinus à petitore primo loco, dum ignota iudici lis est, quo modo ex quæstionibus ducemus sententias? nimirum res erunt indicandæ prius. Demus aliquas (nam id exigit ratio nonnunquam) etiam'ne potentißimas omnes, id est totam causſam: sic erit in proœmio peracta narratio. Quid uerò si (ut frequenter accidit) paulo est durior causſa? non beneuolentia iudicis petenda ex alijs partibus erit, sed non antè conciliato eius animo nuda quæstionum cõmittetur asperitas? Quæ si rectè semper initio dicendi tractarẽtur, nihil proœmio opus esset. Aliqua ergo nonnunquam, quæ erunt ad conciliandã nobis iudicem potentißima, non inutiliter interim ex quæstionibus in exordio locabuntur. Quæ sint porrò in causſis fauorabilia, enumerare non est necesse, quoniam & manifesta erunt cognita cuiusq; controuersiæ conditione, & omnia colligi in tanta litium uarietate non possunt. Vt autem hæc inuenire & augere, ita quod lædit, aut omnino repellere, aut certè minuere, ex causſa est. Miseratio quoq; aliquando ex eadem uenit, siue quid passi sumus graue, siue passuri. Nec enim sum in hac opinione, qua quidam, ut eo distare proœmium ab epilogo credam, quòd in hoc præterita, in illo futura dicantur: sed quòd in ingressu parciùs

cius & modestius prætentanda est iudicis misericordia: in epilogo uerò liceat totos affundere affectus, & fictam orationem induere personis, & defunctos excitare, & pignora eorũ producere: quæ minus exordijs sunt usitata. Sed hæc quæ suprà dixi, non mouere tantùm, uerùm ex diuerso amoliri quoq; proœmio opus est. Vt autem nostrũ miserabilem, si uincamur, exitum: ita aduersariorum superbum, si uicerint, utile est credi.

Sed ex ijs quoq; quæ non sunt personarum nec caussarum, uerùm adiuncta personis & caussis, duci proœmia solent. Personis applicantur non pignora modo, de quibus suprà dixi, sed propinquitates, amicitiæ, interim regiones etiam, ciuitatesq;, & si quid aliud eius quem defendimus casu lædi potest. Ad caussam extrà pertinet tempus, unde principium pro Cælio. Locus, unde pro Deiotaro. Habitus, unde pro Milone. Opinio,
Acti. 1. unde in Verrem. Deinceps, ne omnia enumerentur, fama iudiciorum, expectatio uulgi. nihil enim horũ in caussa est, ad caussam tamen pertinet. Adijcit Theophrastus ab* actione principium, quale uidetur esse Demosthenis pro Ctesiphonte, ut sibi dicere suo potius arbitrio liceat rogantis, quàm eo modo quem accusator actione præscripserat. Viduciæ ipsa solet opinione arrogantiæ laborare. Faciunt fauorem & illa penè cõmunia, non tamen omittenda uel ideo, ne occupentur, optare, abominari, rogare, solicitum agere: quia plerunq; attentum quoq; iudicem facit si res agi uidetur noua, magna, atrox, pertinens ad exemplum: præcipuè tamẽ si iudex aut sua uice aut Reipublicæ commouetur: cuius animus spe, metu, admonitione, precibus, uanitate denique, si id profuturum credemus, agitandus est. Sunt & illa excitandis ad audiendum non inutilia, si nos neque diu moraturos, neque extra caussam dicturos existiment. Docilem sine dubio & hæc ipsa præstat attentio: sed & illud, si breuiter & dilucidè summam rei de qua cognoscere debeat, indicauerimus:

*oratione

mus: quod Homerus atque Vergilius operum suorum principijs faciunt. Nam istius rei modus est, ut propositioni similior sit, quàm expositioni: nec quomodo quicque sit actum, sed de quibus dicturus sit Orator ostendat. Nec uideo quod huius rei possit apud Oratores reperiri melius exemplum, quàm Ciceronis pro A. Cluentio, Animaduerti iudices omnẽ accusatoris orationem in duas diuisam esse partes: quarum altera mihi niti & magnopere confidere uidebatur inuidia tam inueterati iudicij Iuniani: altera tantummodo consuetudinis caussa timidè & diffidenter attingere rationem ueneficij criminum, qua de re lege est hæc quæstio constituta. Id tamen totum respondenti facilius est, quàm proponenti: quia hic admonendus iudex, illic docendus est. Nec me quanquam magni authores in hoc duxerint, ut non semper facere attentum ac docilem iudicem uelim: non quia nesciam id quod ab illis dicitur, esse pro mala caussa, qualis ea sit, non intelligi: uerùm quia istud non negligentia iudicis contingit, sed errore. Dixit enim aduersarius, & fortasse persuasit: nobis opus est eius diuersa opinione: quæ mutari non potest, nisi illum fecerimus ad ea quæ dicemus, docilem & attentum. Quid ergo? Imminuenda quædam, & eleuanda, & quasi contemnenda esse consentio, ad remittendam intentionem iudicis, quam aduersario præstat: ut fecit pro Ligario Cicero. Quid enim agebat aliud ironia illa, quàm ut Cæsar minus se in rem tanquam non nouam intenderet? Quid pro Cælio, quàm ut res expectatione minor uideretur? Verùm ex ijs quæ proposui, aliud in alio genere caussæ desiderari palàm est.

Genera porro caussarum plurimi quinque fecerunt, honestum, humile, dubium uel anceps, admirabile, obscurum: id est, ἔνδοξον, ἄδοξον, ἀμφίδοξον, παράδοξον, δυσπαρακολούθητον. Sunt quibus rectè uideatur adijci turpe, quod alij humili, alij admirabili subijciunt. Admirabile autem uocant, quod est

præter

Universidad de Deusto
Biblioteca

præter opinionem hominum constitutum. In ancipiti maximè beneuolum iudicem, in obscuro docilem, in humili attentum parare debemus. Nam honestum quidem ad conciliationem satis per se ualet: in admirabili & turpi, remedijs opus est. Et eò quidam exordium in duas diuidunt partes, principium, & insinuationem: ut sit in principijs recta beneuolentiæ & attentionis postulatio: quæ quia esse in turpi caussæ genere non possit, insinuatio surrepat animis, maximè ubi frons caussæ non satis honesta est, uel quia res sit improba, uel quia hominibus parum probetur: aut si facie quoque ipsa premitur, uel inuidia consistentis ex diuerso patroni, aut patris, uel miserabilis senis, cæci, infantis. Et quidem quibus aduersus hæc modis sit medendum, uerbosius tradunt, materiasq; ipsi sibi fingunt, & ad morem actionum prosequuntur: sed hæ cum oriantur ex caussis quarum species consequi omnes non possumus, nisi generaliter comprehendantur, in infinitum sunt extrahendæ. Quare singulis consilium ex propria ratione nascetur. Illud in uniuersum præceptum sit, ut ab ijs quæ lædunt, ad ea quæ prosunt, refugiamus. Si caussa laborabimus, persona subueniat: si persona, caussa: si nihil quod nos adiuuet, erit, quæramus quid aduersarium lædat. Nam ut optabile est, plus fauoris mereri: sic proximum, odij minus. In ijs quæ negari non poterunt, elaborandum ut aut minora quàm dictum est, aut alia mente facta, aut nihil ad præsentem quæstionem pertinere, aut emendari posse pœnitentia, aut satis iam punita uideantur. Ideoq; agere aduocato quàm litigatori facilius: quia & laudat sine arrogantiæ crimine, & aliquando utiliter etiam reprehendere potest. Nam se quoq; moueri interim finget, ut pro Rabirio Posthumo Cicero, dum aditum sibi ad aures faciat, & authoritatem induat uera sentientis, quò magis credatur uel defendenti eadem, uel neganti. Ideoq; hoc primum intuemur, litigatoris an aduoca-

aduocati persona sit utendum, quoties utrunque fieri potest. Nam id in schola liberum est, in foro rarum, ut sit idoneus rei suæ quisque defensor. Declamaturus autem maximè positas in affectibus caussas proprijs personis debet induere. Hi sunt enim qui mandari non possunt: nec eadem ui perferuntur alieni animi, qua sui, motus. His etiam de caussis insinuatione uidetur opus esse, si aduersarij actio iudicum animos occupauerit, uel si dicendum apud fatigatos est: quorũ alterum promittẽdo nostras probationes, & aduersas eludendo, uitabimus: alterum & spe breuitatis, & ijs quibus attentum fieri iudicem docuimus. Et urbanitas opportuna reficit animos, & undecunque petita iudicis uoluptas leuat tædium. Non inutilis etiam est ratio occupandi quæ uidentur obstare: ut Cicero dicit scire se murari quosdam, quòd is qui per tot annos defenderit multos, læserit neminem, ad accusandum Verrem descenderit. deinde Act. 1.
ostendit hanc ipsam sociorum defensionem. quod schema προλη-ψις dicitur. Id cum sit utile aliquando, nunc à Declamatoribus quibusdam pene semper assumitur, qui fas non putant nisi à contrario incipere. Negant Apollodorum secuti, treis esse (de quibus diximus) præparandi iudicis partes: sed multas species enumerant, ut ex moribus iudicis, ex opinionibus ad caussam extrà pertinentibus, ex opinione de ipsa caussa, quæ sunt propè infinitæ: tum ijs, ex quibus omnes cõtrouersiæ constant, personis, factis, dictis, caussis, temporibus, locis, occasionibus cæteris. Quas ueras esse fateor, sed in hæc tria genera recidere. Nam si iudicem beneuolum, attentum, docilem habeo, quid amplius debeam optare, non reperio: cum metus ipse, qui maximè uidetur esse extra hæc, & attentum iudicem faciat, & ab aduerso fauore deterreat. Verum quoniam non est satis demonstrare discentibus quæ sint in ratione procemij, sed dicendum etiam quomodo perfici facillimè possint: hoc adijcio, ut dicturus intuea-

intueatur,quid,apud quem,pro quo,contra quem, quo tempore,quo loco,quo rerum statu,qua uulgi fama dicendum sit:quid iudicem sentire credibile sit antequam incipiamus:tum quid aut desideremus, aut deprecemur: ipsa illum natura eò ducet, ut sciat quid primum dicendum sit. At nunc omne quod cœperint, proœmium putant, & ut quicque successerit, utique si aliqua sententia blãdiatur,exordium. Multa autem sine dubio ex alijs partibus sunt, aut alijs partibus caussæ communia: nihil tamen in quaque melius dicitur, quàm quod æquè bene dici alibi non possit. Multum gratiæ exordio est quod ab actione diuersæ partis materiam trahit,hoc ipso, quòd non compositum domi, sed ibi atque è re natum, & facilitate famam ingenij auget, & facie simplicis sumptiq; è proximo sermonis fidem quoque acquirit: adeò ut etiam si reliqua scripta atque elaborata sint,tamen plerunq; uideatur tota extemporalis oratio, cuius initium nihil præparatum habuisse manifestum est. Frequentissimè uerò proœmium decebit & sententiarum & compositionis & uocis & uultus modestia: adeò ut in genere caussæ etiam indubitabili, fiducia se ipsa nimium exercere non debeat. Odit enim iudex ferè litigantis securitatem: cumq; ius suum intelligat, tacitus reuerentiam postulat. Nec minus diligenter, ne suspecti simus ulla parte,uitandum: propter quod minimè ostentari debet in principijs cura, quia uidetur ars omnis dicentis contra iudicem adhiberi. Sed ipsum istud euitare,summæ artis est. Nam id sine dubio ab omnibus, & quidem optimè præceptum est, uerùm aliquatenus temporum cõditione mutatur: quia quibusdam in iudicijs,maximeq; capitalibus, ut apud Centumuiros, ipsi iudices exigunt solicitas & accuratas actiones: contemniq; se,nisi in dicendo etiam diligentia appareat,credunt: nec doceri tantum sed etiam delectari uolunt. Et est difficilis huius rei moderatio: quæ tamen ita temperari potest,ut uideamur accuratè, non

non callidè dicere. Illud ex præceptis ueteribus manet, ne quod insolens uerbum, ne audacius translatum, ne aut ab obsoleta uetustate, aut à poëtica licentia sumptum, in principio deprehendatur. Nondum enim recepti sumus, & custodit nos recès audientium intentio. magis conciliatis animis, & iam calentibus, hæc libertas feretur, maximeq; cum in locos fuerimus ingressi,quorum naturalis ubertas licentiam uerbi notari circunfuso nitore non patitur. Nec argumentis autem, nec locis, nec narrationi similis esse in proœmio debet oratio,neq; tamen deducta semper, atq; circumlata, sed sæpe simplici atq; illaboratæ similis, nec uerbis ultuq; nimia promittès. Dissimulata enim, & ut Græci dicunt, ἀνεπίφατος actio, melius sæpe surrepit. Sed hæc prout formari animos iudicum expediet. Turbari memoria, uel continuandi uerba facultate destitui, nusquam turpius: cum uitiosum proœmium possit uideri cicatricosa facies: & pessimus certè gubernator, qui nauem, dum portum egreditur,impegit. Modus autem principij,pro caussa. Nam breuius simplices,longius perplexæ suspectæq; & infames desiderant. Ridendi uerò, qui uelut leges proœmijs omnibus dederunt, ut intra quatuor sensus terminarentur. Nec minus euitanda est immodica eius longitudo, ne in caput excreuisse uideatur, & quo præparare debet, fatiget. Sermonem à persona iudicis auersum, quæ ἀποστροφὴ dicitur, quidam in totum à proœmio summouent, nonnulla quidem in hanc persuasionem ratione ducti. Nam prorsus esse hoc magis secundũ naturam confitendum est, ut eos alloquamur potissimum,quos conciliare nobis studemus. Interim tamen & est * hic proœmio necessarius sensus aliquis: & is acrior sit atq; uehementior ad personam directus alterius. Quod si accidat, quo iure, aut qua tanta superstitione prohibemur dare per hanc figuram sententiæ uires? Nec enim istud scriptores artium,quia

* hoc proœmium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non liceat, sed quia non putent utile, uetant. Ita si uincet utilitas, propter eandem causſam facere debebimus, propter quam uetamur. Et Demoſthenes autem ad Aeſchinem orationē in proœmio conuertit, & Marcus Tullius cum pro alijs quibuſdam, ad quos ei uſum eſt, tum pro Ligario ad Tuberonē. Nam erat multo futura languidior ſi eſſet aliter figurata. quod facilius cognoſcet ſi quis illam totam partem uehementiſſimam, cuius hæc forma eſt, Habes igitur Tubero, quod eſt accuſatori maximè optandum, &c. conuertat ad iudicem: tum enim uere auerſa uideatur oratio, & langueſcat uis omnis dicentibus nobis, Habet igitur Tubero, quod eſt accuſatori maximè optandum. Illo enim modo preſſit atq; inſtituit, hoc tantum indicaſſet. Quod idem in Demoſthene, ſi flexum illi mutauerīs, accidet. Quid? non Salluſtius directo ad Ciceronem, in quem ipſum dicebat, uſus eſt principio, & quidem protinus? Grauiter & iniquo animo maledicta tua paterer Marce Tulli, ſicut & Cicero fecerat in Catilinam, Quouſq; tandem abutēre patientia noſtra? Ac ne quis Apoſtrophē nuretur, idem Cicero pro Scauro ambitus reo, quæ cauſſa eſt in commentarijs (nam bis eundem defendit) Proſopopœia loquentis pro reo utitur: pro Rabirio uerò Poſthumo, eodemq; Scauro reo Repetundarum, etiam exemplis: pro Cluentio (ut modò oſtendi) partitione. Non tamen hæc, quia poſſunt bene aliquando fieri, paſſim facienda ſunt, ſed quoties præceptum uicerit ratio: quo modo & ſimilitudine, dum breui, & trāslatione, atq; alijs tropis (quæ omnia cauti illi ac diligentes prohibent) utemur interim: niſi ſicut diuina illa pro Ligario ironia, de qua paulò antè dixeram, diſplicet. Alia exordiorum uitia uerius tradiderunt. Quod in plures cauſſas accommodari poteſt, uulgare dicitur. Id minus fauorabile, aliquando tamen non inutiliter aſſumimus: magnis ſæpe Oratoribus non euitatum. Quo & aduerſarius uti poteſt, commune

commune appellatur. Quod aduerſarius in ſuam utilitatem deflectere poteſt, commutabile. Quod cauſſæ non cohæret, ſeparatum. Quod aliunde trahitur, translatum. Præterea quod longum, quod contra præcepta eſt. Quorum pleraq; non principij modò ſunt uitia, ſed totius orationis. Hæc de Proœmio, quoties erit eius uſus. Non ſemper autem eſt. Nam & ſuperuacuum aliquando eſt, ut ſi ſit præparatus ſatis etiam ſine hoc iudex, aut ſi res præparatione non egeat. Ariſtoteles quidem Rheto. 3. in totum id neceſſarium apud bonos iudices negat: aliquando tamen uti nec ſi uelimus, eo licet, cum iudex occupatus, cum anguſta ſunt tempora, cum maior poteſtas ab ipſa re cogit incipere. Contraq; eſt interim proœmij uis etiam non in exordio. Nam iudices & in narratione nonnunquam, & in argumentis, ut attendant, & ut faueant, rogamus: quo Prodicus uelut dormitantes eos excitari putabat: quale eſt Ciceronis, Tum C. Varenus, is qui à familia Ancharia occiſus eſt: Hoc, quæſo, Iudices, diligenter attendite. Vtiq; ſi multiplex cauſſa eſt, ſua quibuſq; partibus danda præfatio eſt: ut, Audite nunc reliqua. &, Tranſeo nunc illuc. Sed in ipſis etiam probationibus multa ſinguntur proœmij uice, ut facit Cicero pro Cluentio, dicturus contra Cenſores: pro Muræna, cum Seruio ſe excuſat. Verùm id frequentius eſt, quàm ut exemplis confirmandum ſit. Quoties autem Proœmio fuerimus uſi, tum ſiue ad expoſitionem tranſibimus, ſiue protinus ad probationem, id debebit in principio poſtremum eſſe, cui commodiſſimè iungi initium ſequentium poterit. Illa uerò frigida & puerilis eſt in ſcholis affectatio, ut ipſe tranſitus efficiat aliquam utique ſententiam, & huius uelut præſtigiæ plauſum petat: ut Ouidius laſciuire in Metamorphoſi ſolet, quem tamen excuſare neceſſitas poteſt, res diuerſiſſimas in ſpeciem unius corporis colligentem. Oratori uerò quid eſt neceſſe ſurripere

hanc transgressionem, & iudicem fallere, qui ut ordini rerum animum intendat, etiam commonendus est? Peribit enim prima pars expositionis, si iudex narrari nondum sciet. Quapropter ut non abrupte cadere in narrationem, ita non obscurè transcendere, est optimũ. Si uerò longior sequetur ac perplexa magis expositio, ad eam ipsam præparandus erit iudex: ut Cicero
Pro Cluent. sæpius, sed hoc præcipuè loco fecit, Paulo longius exordium rei demonstrandæ repetam, quod quæso iudices ne molestè patiamini. principijs enim cognitis, multo facilius extrema intelligetis. Hæc ferè sunt mihi de exordio comperta.

De Narratione. CAP. II.

MAximè naturale est, & fieri frequentissimè solet, ac debet, ut præparato per hæc quæ suprà dicta sunt, iudice, res de qua pronunciaturus est, indicetur. Ea est narratio. In qua sciens transcurram subtiles nimium diuisiones quorũdam plura eius genera facientium. Non enim solam uolunt esse illam negocij de quo apud iudices quæritur, expositionem, sed Personæ: ut, Marcus Acilius Palicanus, humili loco Picens, loquax
Pro Cluent. magis quàm facundus. In Verrè act. 3. Loci, ut, Oppidum est in Hellesponto Lampsacum, Iudices. Temporis, ut

Vere nouo, gelidus canis cum montibus humor Liquitur.

Caussarum, quibus historici frequentissimè utuntur, cũ exponũt unde bellũ, seditio, pestilentia. Præter hæc, alias perfectas, alias imperfectas uocant: quod quis ignorat? Adijciũt expositionem & præteritorum esse temporum, quæ est frequentissima: &
Pro Sexto præsentiũ, qualis est Ciceronis de discursu amicorum, Chrysogonus postquam est nominatus. & futurorum, quæ solis dari Rosc. Amer. uaticinantibus potest. Nam προκατάστασις non est habẽda narratio. Sed nos potioribus uacemus. Pieriq; semper narrandum putauerunt: quod falsum esse pluribus coarguitur. Sunt enim ante omnia quædam tam breues caussæ, ut propositionẽ potius

potius habeant quàm narrationem. Id accidit aliquando utriq; parti, cum uel nulla expositio est, uel de re cõstat, de iure quæritur: ut apud Centumuiros, filius an frater debeat esse intestato hæres: pubertas, annis, an habitu corporis æstimetur. Aut Vide tit. quimo. tute. fini. in Institut.
cum est quidem narrationi locus, sed antè aut iudici nota sunt omnia, aut priore loco rectè exposita. Accidit aliquando alteri, & sæpius * actori, uel quia satis est proponere, uel quia sic magis expedit. Satis est dixisse, Certam creditam pecuniam peto ex stipulatione, legatum peto ex testamento. Diuersæ partis expositio est, cur ea non debeantur. Et satis est actori, & magis expedit sic indicare, Dico ab Horatio sororem suam inter- Liu. lib. i. decad. 1.
fectam. Nanque & propositione iudex crimen omne cognoscit, & ordo & causa facti pro aduersario magis est. Reus contrà tunc narrationem subtrahit, cum id quod obijcitur, nec negari nec excusari potest, sed in sola iuris quæstione consistit: ut in eo qui cum pecuniam priuatam ex æde sacra surripuerit, sacrilegij reus est, confessio uerecundior, quàm expositio, Non negamus pecuniam de templo esse sublatam, calumniatur tamen accusator actione sacrilegij, cum priuata fuerit, non sacra: uos autem de hoc cognoscitis, an sacrilegium sit admissum. Sed ut has aliquando non narrandi caussas puto, sic ab illis dissentio, qui non esse narrationem existiment, cum reus, quod obijcitur, tantum negat. In qua est opinione Cornelius Celsus, qui cõditionis huius esse arbitratur pleraſq; cædis caussas, & omnes ambitus ac repetundarum. Non enim putat esse narrationem, nisi quæ summam criminis de quo iudicium est, continet: ac deinde fatetur ipse pro Rabirio Posthumo narrasse Ciceronem: atqui ille & negauit peruenisse ad Rabirium pecuniam, quæ de re erat quæstio constituta: & in hac narratione nihil de crimine exposuit. Ego autem, magnos alioqui secutus authores, duas esse in iudicijs narrationum species existimo: alterã ipsius

Universidad de Deusto Biblioteca

caussæ, alteram rerũ ad caussam pertinentium expositionẽ. Nõ occidi hominem, nulla narratio est: conuenit: sed erit aliqua, & interim etiam longa, circa argumẽta eius criminis, de anteacta uita, de caußis propter quas innocens in periculum deducatur, alijsq;, quibus incredibile id quod obijcitur, fiat. Nec enim accusator hoc tantum dicit, occidisti, sed quibus id probet, narrat: ut in tragœdijs, cum Teucer Vlyssem reum facit Aiacis occisi, dicens inuentum eum in solitudine iuxta exanime corpus inimici cum gladio cruento: non id modò Vlysses respondet, non esse à se id facinus admissum, sed sibi nullas cum Aiace inimicitias fuisse: de laude inter ipsos certatum deinde subiungit quomodo in eam solitudinẽ uenerit, iacentẽ exanimẽ sit cõspicatus, gladium è uulnere extraxerit. his subtexitur argumẽtatio. Sed ne illud quidem sine narratione est, dicẽte accusatore, Fuisti in eo loco, in quo tuus inimicus occisus est: non fui. dicendum enim ubi fuerit. Quare ambitus quoq; caussæ & repetundarum, hoc etiam plures eiusmodi narrationes habere poterunt, quo plura crimina. In quibus ipsa quidem neganda sunt, sed argumentis expositione contraria resistendum, interdum singulis, interdũ uniuersis. An reus ambitus malè narrabit quos parẽtes habuerit, quemadmodum ipse uixerit, quibus meritis fretus ad petitionem descenderit? Aut qui repetundarum insimulabitur, num & anteactam uitam, & quibus caußis uel prouinciam uniuersam, uel accusatorem aut testem offenderit, non utiliter exponet? Quæ si narratio nõ est, ne illa quidem Ciceronis pro Cluentio prima, cuius est initium, A. Cluentius Habitus. Nihil enim hic de ueneficio, sed de caußis quibus ei mater inimica sit, dicit.

Illæ quoq; sunt pertinentes ad caussam, sed non ipsius caussæ
Actio .7. narrationes, uel exempli gratia, ut in Verrem de L. Domitio, qui pastorem quòd is aprum quem ipsi muneri obtulerat, exceptum esse à se uenabulo confessus esset, in crucem sustulit. Vel

excut

excutiendi alicuius extrinsecus criminis: ut pro Rabirio Posthumo, Nam ut uentum Alexandriam est, Iudices, hæc una ratio à rege proposita Posthumo est seruandæ pecuniæ, si curationem & quasi dispensationem regiam suscepisset. Vel augendi, ut describitur itèr Verris. Ficta interim narratio intro- Actio.3.
duci solet, uel ad cõcitandos iudices, ut pro Roscio cõtra Chrysogonum, cuius paulò antè habui mentionem. Vel ad soluendos aliqua urbanitate, ut pro Cluentio contra fratres Cepasios. Interdum per digreßionem decoris gratia, qualis rursus in Ver- Actio.6.
rem de Proserpina, In his quondam locis mater filiam quæsisse dicitur. Quæ omnia eò pertinent, ut appareat non utiq; non narrare eum qui negat, sed illud ipsum narrare quod negat.

Ne hoc quidem simpliciter accipiendum, quod est à me positum, superuacuam esse narrationem rei quam iudex nouerit. Quod sic intelligi uolo, si nõ modò factum quid sit, sciet: sed ita factum etiam, ut nobis expedit, opinabitur. Neq; enim narratio in hoc reperta est, ut tantum cognoscat iudex, sed aliquanto magis ut consentiat. Quare etiam si non erit docendus, sed aliquo modo afficiẽdus, narrabimus cum præparatione quadam, Scire quidem eum in summa quid actum sit, tamen rationem quoque facti cuiusq; cognoscere ne grauetur. Interim propter aliquem in consilium adhibitum nos repetere illa simulemus: interim ut rei quæ ex aduerso proponatur, iniquitatem omnes etiam circunstantes intelligant. In quo genere plurimis figuris erit uariãda expositio ad effugiendum tædium nota audientis: sicut, Meministi. &, Fortasse superuacuũ fuerit hic commorari. Sed quid ego diutius, cum tu optimè noris? Illud quale sit, tu scias. & his similia. Alioqui si apud iudicem cui nota caussa est, narratio semper uidetur superuacua, potest uideri non semper esse etiam ipsa actio necessaria. Alterum est de quo frequentius quæritur, an sit utique narratio prooemio subijcienda.

Quod qui opinantur, nō possunt uideri nulla ratione ducti. Nā cum procemiū idcirco cōparatum sit, ut iudex ad rem accipiēdam fiat cōciliatior, docilior, & intētior, & probatio nisi caussa prius cognita nō possit adhiberi, protinus notitia rerū instruendus uidetur. Sed hoc quoq; interim mutat conditio caussarū: nisi fortè Marcus Tullius in oratione pulcherrima quam pro Milone scriptā reliquit, male distulisse narrationē uidetur tribus præpositis quæstionibus: aut profuisset exponere quomodo insidias Milonī feciſſet Clodius, si reum qui à se hominem occisum fateretur, defendi omnino fas nō fuisset: aut si iam præiudicio Senatus dānatus esset Milo: aut si Cn. Pōpeius, qui propter aliquā gratiam iudicium militibus armatis clauserat, tanquam aduersus existimaretur. Ergo hæ quoq; quæstiones uim procemij obtinebunt, cum omnes iudicem præparauerint. Sed aliter pro L. Muræna postea quoq; narrauit, cū obiecta diluit. Quod fiet utiliter, quoties crimen non repellendum tantum, sed etiam transferendum erit, ut prius his defensis uelut inuitum sit aliud culpandi narratio: ut in armorum ratione antiquior cauendi quam ictum inferendi cura est. Erunt quædam causſæ (neq; id raro) crimini quidem de quo cognitio est, faciles diluendo, sed multis anteactæ uitæ flagitijs & grauibus criminibus oneratæ: quæ prius amolienda sunt, ut propitius iudex defensionem ipsius negocij, cuius ppria quæstio est, audiat: ut si defendendus est M. Cælius, non ne optime patronus occurrat prius conuicijs luxuriæ, petulantiæ, impudicitiæ, quàm ueneficij, in quibus solis omnis Ciceronis uersatur oratio: deinde tum narret de bonis paulatim, totumque dein explicet causſam, quæ est ipsius actione defensa? Sed nos ducit scholarum consuetudo, in quibus certa quædam ponuntur, quæ themata dicimus, præter quæ nihil est diluendum. Ideoque narratio procemio semper subiungitur. Inde libertas declamatoribus, ut etiam

etiam secundo partis suæ loco narrare uideantur. Nam quum pro petitore dicunt: & expositione, tanquam prius agant, uti solent: & contradictione, tanquam respondeant: id quod fit non recte. Nam cum sit declamatio forensium actionum meditatio, cur non utrunq; protinus locum exerceat? Cuius rationis ignari, ex more cui assueuerunt, nihil in foro putant esse mutandū. Sed in scholasticis quoq; nonnunquam euenit ut pro narratione sit propositio. Nam quid exponet quæ zelotypum malæ tractationis accusat? aut qui Cynicum apud Censores reum de moribus facit, cum totum crimen uno uerbo in qualibet actionis parte posito satis indicetur? Sed hæc hactenus. Nunc quæ sit narrandi ratio, subiungam. Narratio est rei factæ aut nō factæ utilis ad persuadendum expositio. Vel (ut Apollodorus finit) oratio docens auditorem quid in controuersia sit. Eam plerique scriptores, maximè qui sunt ab Isocrate, uolunt esse lucidam, breuē, uerisimilem. Nec enim refert an pro lucida perspicuam, pro uerisimili probabilem credibilemue dicamus. Eadem nobis placet diuisio: quanquam & Aristoteles ab Isocrate parte in una dissenserit, præceptum breuitatis irridens, tanquam necesse sit longam aut breuem esse expositionem, nec liceat ire per medium. Theodorei quoque solam relinquunt ultimam partem, quia nec breuiter utique nec dilucidè semper sit utile exponere. Quo diligentius distinguenda sunt singula, ut quid quoque loco prosit, ostendam. Narratio est aut tota pro nobis, aut tota pro aduersario, aut mista ex utrisque. Si erit tota pro nobis, contenti simus ijs tribus partibus, per quas efficitur quò iudex facilius intelligat, meminerit, credat. Nec quisquam reprehensione dignū putet, quòd proposuerim eam quæ sit tota pro nobis, debere esse uerisimilem, cum uera sit. Sunt enim plurima uera quidem, sed parum credibilia, sicut falsa quoq; frequenter uerisimilia. Quare non minus laborandū est Rhetoric. 3.

ut iudex quæ uera dicimus, quàm quæ fingimus, credat. Sunt quidem hæ, quas suprà retuli, uirtutes, aliarum quoq; partium. Nam & per totam actionem uitanda est obscuritas, & modus ubiq; custodiendus, & credibilia esse oportet omnia quæ dicuntur. Maximeq; hæc in ea parte custodiēda sunt, quæ prima iudicem docet: in qua si acciderit ut aut non intelligat, aut non meminerit, aut non credat, frustra in reliquis laborabimus.

Erit autem aperta narratio atq; dilucida, si fuerit primū exposita uerbis propriis & significantibus, & non sordidis quidem, non tamen exquisitis, & ab usu remotis: tum distincta rebus, personis, temporibus, locis, causis, ipsa etiam pronunciatione in hoc accommodata, ut iudex quæ dicuntur, quàm facillimè accipiat. Quæ quidem uirtus negligitur à plurimis, qui ad clamorem dispositæ uel etiam fortè circunfusæ multitudinis compositi, non ferunt illud intentionis silentium: nec sibi diserti uidentur, nisi omnia tumultu ac uociferatione concusserint: rem indicare, sermonis quotidiani, & in quencunq; etiam indoctiorum cadentis, existimant: cum interim quod tanquam facile contemnunt, nescias præstare minus uelint, an possint. Neque enim aliud in eloquentia cuncta experti difficilius reperient, quàm id quod se dicturos fuisse omnes putant, postquam audierunt: quia non bona iudicant esse illa, sed uera. Tum autem optimè dicit Orator, cum uidetur uera dicere. At nunc uelut compum nacti expositionis, hic potissimum & uocem flectunt, & ceruicem reponunt, & brachium in latus iactant, totoq; & rerum & uerborum & compositionis genere lasciuiunt: deinde (id quod sit monstro simile) placet actio, causa non intelligitur. Verum hæc omittamus, ne minus gratiæ præcipiendo rectè, quàm offensæ reprehendendo prauè, mereamur. Breuis erit narratio ante omnia, si inde cœperimus rem exponere, unde ad iudicem pertinet: deinde, si nihil extra causam dixerimus: tū etiam si reci

si recidérimus omnia, quibus sublatis nec cognitioni quicquam, nec utilitati detrahatur. Solet enim esse quædam partium breuitas, quæ longam tamen efficit summam. In portum ueni, nauim prospexi, quanti uecheret interrogaui, de pretio conueni, conscendi, sublatæ sunt ancoræ, soluimus oram, proiecti sumus. Nihil horum dici celerius potest, sed sufficit dicere, è portu nauigaui. Et quoties exitus rei satis ostendit priora, debemus hoc esse contenti, quo reliqua intelliguntur. Quare cū dicere liceat, Est mihi filius iuuenis: omnia illa superuacua, Cupidus ego liberorum, uxorem duxi, natum sustuli, filium educaui, in adolescentiam perduxi. Ideoq; Græcorum aliqui aliud circunciſam expositionem, id est, συντομεῖαν, aliud brenem putauerunt: quòd illa superuacuis careret, hæc posset aliquid ex necessarijs desiderare. Nos autem breuitatem in hoc ponimus, non ut minus, sed ne plus dicatur quàm oporteat. Nam iterationes quidem, & ταυτολογίας & περισσολογίας, quas in narratione uitandas quidam scriptores artium tradiderunt, transeo. Sunt enim hæc uitia non tantum breuitatis gratia refugienda. Non minus autem cauenda erit, quæ nimium corripientes omnia sequitur, obscuritas: satiusq; est aliquid narrationi superesse, quàm deesse. Nam superuacua cum tædio dicuntur, necessaria cum periculo subtrahuntur. Quare uitanda etiam illa Sallustiana (quanquam in ipso uirtutis locum obtinet) breuitas, & abruptum sermonis genus: quod ociosum fortasse lectorem minus fallit, audientem transuolat, nec dum repetatur expectat: cum præsertim lector non ferè sit nisi eruditus, iudicem rura plerunque in decurias mittant, de eo pronunciaturū, quod intellexerit: ut fortasse ubiq; in narratione tamen utiq; præcipuè, media hæc tenenda sit uia dicendi quantum opus est, quantum satis est. Quantum opus est autem, non ita solum accipi uolo, quantum ad iudicandum sufficit: quia nō inornata debet esse breuitas, alioqui sit indocta.

nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

nam & fallit uoluptas, & minus longa quæ delectant uidẽtur: ut amœnum ac molle iter etiamsi est spatij amplioris, minus fa-
*aridumque tigat, quàm durum * arduumq; compendium. Nec enim mihi unquam tanta fuerit cura breuitatis, ut non ea quæ credibilem faciunt expositionẽ, inseri uelim. Simplex enim, & undiq; præcisa, non tam narratio uocari potest, quàm confusio. Sunt porro multæ conditione ipsa rei longæ narrationes, quibus extrema (ut præcepi) prooemij parte ad intentionem præparandus est iudex: deinde curandum, ut omni arte uel ex spatio eius detrahamus aliquid, uel ex tædio. Vt minus longa sit efficiemus, quæ poterimus differendo, non tamen sine mentione eorũ quæ differemus. Quas causas occidendi habuerit, quos assumpserit conscios, quemadmodum disposuerit insidias, probationis loco dicam. Quædã uerò ex ordine prætermittenda, quale est apud
Pro Cecinna. Ciceronem, Moritur Fulcinius: multa enim quæ sunt in re, quia
Partitio. remota sunt à caussa, prætermittam. At partitio tædium leuat. Dicam quæ acta sint ante ipsum rei contractum, dicam quæ in re ipsa, dicam quæ postea. Ita tres potius modicæ narrationes uidebuntur, quàm una longa. Interim expediet expositiones breui interfatione distinguere. Audistis quæ antè acta sunt, accipite nunc quæ insequuntur. Reficietur enim iudex priorum fine, & se uelut ad nouum rursus initium præparabit. Si tamen adhibitis his quoq; artibus in longum exierit ordo rerum, erit non inutilis in extrema parte commonitio: quod Cicero etiam in breui narratione facit. Adhuc, Cæsar, Q. Ligarius omni culpa caret, domo est egressus non modò nullum ad bellum, sed ne ad minimam quidem belli suspicionem, & cætera. Credibilis autem erit narratio ante omnia, si prius cõsiderimus nostrum animum, ne quid naturæ dicamus aduersum: deinde si caussas ac rationes facilis præposuerimus, non omnibus, sed de quibus quæritur. Si personas conuenientes ijs quæ facta credi uolemus:

constit

constituerimus: ut furti rem, cupidum: adulterij, libidinosum: homicidij, temerarium. Vel contrà, si defendemus. Præterea loca, tempora, & similia. Est autem quidam etiam ductus rei credibilis, qualis in Comœdijs, & in Mimis. Aliqua enim naturaliter sequuntur & cohærent, ut si bene priora narrauerit, iudex ipse, quod postea sis narraturus, expectet. Ne illud quidem fuerit inutile, semina quædam probationum spargere: uerùm sic, ut narrationem esse meminerimus, non probationem. Nonnunquam etiam argumento aliquo confirmabimus quod proposuerimus, sed simplici & breui: ut in ueneficijs. Sanus bibit, statim concidit, luor ac tumor confestim est insecutus. Hoc faciunt & illæ præparationes, cum reus dicitur robustus, armatus, solicitus, contra infirmos, inermes, securos. Omnia denique quæ probatione tractaturi sumus, personam, caussam, locum, tempus, instrumentum, occasionem, narratione delibabimus. Aliquando si destituti fuerimus his, etiam fatebimur uix esse credibile, sed uerum, & hoc maius habendum scelus: nescire nos quomodo factum sit, aut quare: mirari, sed probaturos. Optimæ uerò præparationes erunt, quæ latuerint, ut à Cicerone sunt quidem utilissime prædicta omnia per quæ Miloni Clodius, non Clodio Milo insidiatus esse uideatur: plurimum tamen facit illa callidissima simplicitatis imitatio: Milo autem cum in Senatu fuisset eo die quoad Senatus est dimissus, domum uenit: calceos & uestimenta mutauit: paulisper dum se uxor, ut fit, comparat, commoratus est. Quàm nihil præparatò, nihil festinatò fecisse uidetur Milo! Quod non solum rebus ipsis uir eloquentissimus, quibus moras & lentum profectionis ordinem ducit, sed uerbis etiam uulgaribus & quotidianis, & arte occulta consecutus est: quæ si aliter dicta essent, strepitu ipsum iudicem, deinde patronum excitassent. Frigida uidentur ista pleriq;: sed hoc ipsum manifestum est

quomodo

quomodo iudicem fefellerit, quòd uix à lectore deprehenditur. Hæc sunt quæ credibilem faciunt expositionem. Nam ne cõtraria aut sibi repugnantia in narratione dicamus, sicut præcipiendum est, is reliqua frustra docetur: etiamsi quidam scriptores artiũ hoc quoq; tanquam occultum, & à se prudenter erutum, tradunt. His tribus narrandi uirtutibus adijciunt quidam magnificentiam, quam μεγαλοπρέπειαν uocant, quæ neque in omnes causas cadit (nam quid in plerisq; iudicijs priuatis de re certa credita, locato & conducto, interdictis, habere loci potest supra modum se tollẽs oratio?) nec semper est utilis, ut uel proximo exemplo Milonianо patet. Et meminerimus multas esse causas, in quibus confitendum, excusandum, summittendum sit quod exponimus: quibus omnibus aliena est illa magnificentiæ uirtus. Quare non magis proprium narrationis est magnificè dicere, quàm nuferabiliter, inuidiosè, grauiter, dulciter, urbanè: quæ cũ suo quæq; loco sint laudabilia, non sunt huic parti propriè assignata, & uelut dedita. Illa quoq; ut narrationi apta, ita cæteris partibus communis est uirtus, quam Theodectes huic uni proriè dedit. non enim magnificam modò uult esse, uerum etiam iucundam expositionem. Sunt qui adijciant his euidentiam, quæ ἐνάργεια græcè uocatur. Neq; ego quenquam deceperim, ut dissimulem Ciceroni quoq; plures partes placere. In Topicis. In Partitio. Nã præterquam planam, & breuẽ, & credibilem, uult esse euidentem, moratam cum dignitate. Sed in oratione morata debẽt esse omnia cum dignitate quæ poterunt. Euidentia in narratione, quantum ego intelligo, est quidem magna uirtus, cum quid ueri non dicendum, sed quodãmodo etiam ostendendũ est: sed subijci perspicuitati potest: quam quidam etiam cõtrariam interim putauerunt, quia in quibusdã causis obscurãda ueritas est, quod est ridiculũ. Nam qui obscurare uult, narrat falsa pro ueris: in quo debet laborare ut uideantur quàm euidentissima. Sed quatinus etiam

etiam forte quadam peruenimus ad difficilius narrationum genus, iam de his loquamur in quibus res contra nos erit: quo loco nonnulli præterciundam narrationem putauerunt. Et sanè nihil est facilius, nisi prorsus totam causam omnino non agere. Sed si aliqua iusta ratione huiusmodi susceperis litẽ: cuius artis est, malam esse causam silẽtio cõfiteri? Nisi fortè tam hebes futurus est iudex, ut secũdum id pronunciet, quod sciet narrare te noluisse. Neq; inficiar eo, in narratione ut aliqua neganda, aliqua adijcienda, aliqua mutanda, sic aliqua etiã tacẽda: sed tacẽda quæ tacere oportebit & liberũ erit. Quod fit nonnunquàm brevitatis quoq; gratia, quale illud est, Respõdit quod ei usum est. Distinguamus igitur genera causarũ. Nanq; in quibus non de culpa quæritur, sed de actione: etiam si erũt contra nos themata, cõfiteri nobis licebit: Pecuniam de tẽplo sustulit, sed priuatã: nõ ideo sacrilegus est. Virginẽ rapuit, non tamẽ optio patri dabitur. Ingenuũ stuprauit, & stupratus se suspendit: nõ tamen ideo stuprator capite ut causa mortis punietur: sed decem millia, quæ pœna stupratori constituta est, dabit. Verum in his quoq; confessionibus est aliquid quod ex inuidia quam expositio aduersarij fecit, detrahi possit, cum etiam serui nostri de peccatis suis mollius loquantur. Quædam enim quasi non narrantes mitigabimus: Non quidem (ut aduersarius dicit) consil: ũ furti in templum attulit, nec diu captauit eius rei tempus: sed occasione & absentia custodũ corruptus, & pecunia, quæ nimiumquam in animis hominum potest, uictus est. Sed quid refert? peccauit, & fur est. nihil attinet id defendere, cuius pœnã non recusamus. Interdum quasi damnemus ipsi: Vis te dicã uino impulsum? errore lapsum? nocte deceptum? uera sunt ista fortasse, tu tamen ingenuum stuprasti: solue decem millia. Nõnunquam propositione præparari potest causa, & deinde exponi. Contraria sunt omnia tribus filijs, qui in mortem patris

coniur

Universidad de Deusto
Biblioteca

coniurarant. sortiti nocte singuli per ordinem cum ferro cubiculum intrarunt patre dormiente. cum occidere eum nemo potuisset, excitato omnia indicarunt. Si tamen pater, qui diuisit patrimonium, & reos parricidij defendit, sic agat, Quod contra legem sufficit, parricidium obijcitur iuuenibus quorum pater uiuit, atq; etiam liberis suis adest. ordinem rei narrare quidem nihil necesse est, cum ad legem nihil pertineat: sed si confessionem culpæ meæ exigitis, ego fui pater durus, & patrimonij, quod iam melius ab his administrari poterat, tenax custos. Deinde subijcitur, stimulatos ab ijs quorum indulgentiores parentes erant: semper tamen eum habuisse animum, qui sit euentu deprehensus, ut occidere patrem non possent. Nec enim iureiurando opus fuisse, si alioqui hoc mentis habuissent: nec sorte, nisi quòd se quisq; eximi uoluerit. Omnia hæc qualiacunq; placidioribus animis accipientur, illa breui primæ propositionis defensione mollita. At cum quæritur an factum sit, uel quale factum sit, licet omnia contra nos sint, quomodo tamen euitare expositionem salua causæ ratione possumus? Narrauit accusator, nec ita, ut quæ essent acta tantum indicaret: sed adiecit inuidiam, rem uerbis exasperauit, accesserunt probationes, peroratio incendit, & iræ plenos reliquit. Expectat naturaliter iudex quid narretur à nobis. Si nihil exponimus, illa esse, quæ aduersarius dixit, & talia qualia dixit, credat necesse est. Quid ergo? eadem exponemus? Si de qualitate agetur, cuius tum demum quæstio est, cum de re constat, eadem, sed non eodem modo: alias causas, aliam rationem dabo. uerbis eleuare quædam licebit: luxuria, hilaritatis: auaritia, parsimoniæ: negligentia, simplicitatis nomine lenietur. Vultu denique, uoce, habitu, uel fauoris aliquid, uel miserationis merebor. Solet nonnunquam mouere lacrymas ipsa confessio. Atq; ego libenter interrogẽ, sint'ne illi defensuri quæ non narrauerint, neć ne? Nam si neq;

si neq; defenderint, neq; narrauerint, tota causa prodetur. At si defensuri sunt, proponere certè plerunq; id quod confirmaturi sumus, oportet. Cur ergo non exponamus quod & dilui potest? Vt hoc cõtingat, utiq; indicandum est. Aut quid inter probationẽ et narrationẽ interest, nisi quòd narratio est probationis cõtinua propositio, rursus probatio narrationi congruens confirmatio? Videamus ergo num expositio hæc longior demum esse debeat, & paulo uerbosior præparatione, & quibusdã argumẽtis (argumẽtis dico, nõ argumentatione, cui tamẽ plurimum confert frequẽs affirmatio) efficturos nos quod dicimus: nõ posse uim rerum ostendi prima expositione: expectent, & opiniones suas differãt, & bene sperẽt. Deniq; narrandum est utiq;, quicquid aliter quàm aduersarius exposuit, narrari potest: aut eò etiã procœmia sunt in his causis superuacua: quæ quid magis agunt, quàm ut cognitioni rerũ accommodatiorem iudicem faciant? Atqui cõstat nusquã eorum esse maiorem usum, quàm ubi animus iudicis ab aliqua contra nos insita opinione flectẽdus est. Coniecturales autẽ causæ, in quibus de facto quæritur, non tam sæpe rei de qua iudicium est, quàm eorum per quæ res colligẽda est, expositionem habent. Quæ cum accusator suspiciosè narret, reus leuare suspicionem debeat: aliter ab hoc atq; ab illo ad iudicem perferri oportet. Atenim quædam argumenta turba ualent, diducta leuiora sunt. Id quidem non eò pertinet, ut quæratur an narrandum sed quomodo narrandum sit. Nam & congerere plura expositione quid prohibet, si id utile est causæ? & promittere sed & diuidere narrationem, & probationem subiungere partibus, atq; ita transire ad sequẽtia? Nam ne ijs quidem accedo, qui semper eo putant ordine, quo quid actum sit, esse narrandum: sed eo modo quo expedit. Quod fieri plurimis figuris licet. Nam & aliquando excidisse simulamus, cum quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

utiliore loco reducimus: & interim nos reducturos reliquum ordinem testamur, quia sic futura sit caussa lucidior. Interim re exposita. subiungimus caussas quæ antecesserunt. Nec enim est una lex defensionis, certumq; præscriptum: pro re, pro tempore, intuenda quæ prosint: atq; ut erit uulnus, ita uel curandum protinus: uel si curatio differri potest, interim deligandū. Nec sæpius narrare duxerim nefas, quod Cicero pro Cluentio fecit: estq; nō cōcessum modò, sed aliquādo etiam necessarium, ut in causßis repetūdarum, omnibusq; quæ simplices nō sunt. Amentis est enim superstitione præceptorum contra rationē caussæ trahi. Narrationem ideo ante probationes ponere est institutum, ne iudex, qua de re quæratur, ignoret. Cur igitur si singula probāda aut refellenda erūt, nō singula etiam narrētur? Me certè, quātacunq; nostris experimentis habēda est fides, fecisse hoc in foro, quoties ipsa desiderabat utilitas, probantibus & eruditis, & ijs qui iudicabāt. scio: & (quod non arrogāter dixerim, quia sunt plurimi quibus'cū egi, qui me refellere posßint si mētiar) ferè ponēdæ à me caussæ officium exigebatur. Neq; ideo tamē nō sæpius facere oportebit ut rerū ordinem sequamur. Quædam uerò etiam turpiter conuertūtur: ut si peperisse narres, deinde cōcepisse: apertum testamētum, deinde signatum: in quibus si id quod posterius est dixeris, de priore tacere optimum est. Sunt quædam & falsæ expositiones, quarum in foro duplex est genus. Alterum, quod instrumentis adiuuatur: ut Publius Clodius fiducia testium, qua nocte incestum Romæ commiserat, Interamnæ se fuisse dicebat. Alterum, quod est tuēdum dicentis ingenio. Id interim ad solam uerecundiam pertinet, unde etiam nubi uidetur dici Color: interim ad quæstionem. Sed utrumcunq; erit, prima sit curarum, ut id quod fingimus, fieri posßit: deinde, ut & personæ & loco & tempori cōgruat, et credibilem rationē & ordinē habeat:

habeat: si continget etiam, ueræ alicui rei cohæreat: aut argumento quod sit in caussa, confirmetur. Nam quæ tota extra rē petita sunt, mentiendi licentiam produnt. Curādum præcipuè (quod fingētibus frequenter accidit) nequa inter se pugnent. Quædam enim partibus blandiuntur, sed in summam nō consentiunt. Præterea, ne ijs quæ uera esse constabit, aduersa sint. In schola etiam, ne color extra themata quæratur. Vtrobique autem Orator meminisse debebit actione tota quid finxerit, quoniam solet excidere quæ falsa sunt: uerumq; est illud quod uulgo dicitur, Mendacem memorem esse oportere. Sciamus autem, si de nostro facto quæratur, unum nobis aliquid esse dicendum: si de alieno, mittere in plurimas suspiciones licere. Est tamen quibusdam scholasticis controuersijs, in quibus ponitur aliquem non respondere quæ interrogatur, libertas omnia enumerandi quæ responderi potuissent. Fingenda uerò memunerimus ea quæ non cadent in testem. Sunt autem quæ nostro dicuntur animo, cuius ipsi tantum conscij sumus. Item quod à defunctis: nec hoc enim est qui neget. Itemq; ab eo cui idem expediet: is enim non negabit. Ab aduersario quoque: quia non est habiturus in negando fidem. Somniorum & superstitionum colores ipsa iam facilitate authoritatem perdiderunt. Non est autem satis in narratione uti coloribus, nisi per totam actionem consentiant: cum præsertim quorundam probatio sola sit in asseuerationē & perseuerantia: ut ille parasitus qui ter abdicatum à diuite iuuenem. & absolutum, tanquam suum filium asserit, habebit quidem colorem, quo dicat & paupertatem sibi caussam exponendi fuisse: & ideo à se parasiti personam esse susceptam, quia in illa domo filium haberet: & ideo illum innocentem ter abdicatum, quia filius abdicantis non esset. Nisi tamen omnibus uerbis & amorem patrium, atq; hunc quidem ardentißimum ostenderit,

& odium diuitis,& metum pro iuuene,quem periculose mã-
surum in illa domo,in qua tam inuisus sit,sciat:suspicione sub-
iecti petitoris nõ carebit. Euenit aliquãdo in scholasticis cõ-
trouersijs,quod in foro an possit accidere,dubito, ut codẽ co-
lore utraq; pars utatur, deinde cum prose quisq; defendat:ut
in illa controuersia:Vxor marito dixit appellatã se de stupro
à priuigno,& sibi cõstitutum tempus,& locum:eadem cõtrà
filius detulit de nouerca,edito tantum alio tẽpore,ac loco:pa-
ter in eo quem uxor prædixerat,filium inuenit: in eo quẽ fi-
lius,uxorem:illam repudiauit:qua tacẽte,filium abdicat. Nihil
dici potest pro iuuene,quod nõ idem sit pro nouerca. Ponen-
*etiam tur*tamen omnia cõmunia,deinde ex personarum comparatione,& iudicij ordine,& silentio repudiatæ, argumẽta du-
centur. Ne illud quidem ignorare oportet,quædam esse quæ
colorem nõ recipiãt,sed tamẽ defendẽda sint:qualis est ille di-
es,qui statuam pauperis inimici flagellis cecidit,reus est in-
iuriarum. Nam factum eius modestum esse nemo dixerit:for-
tasse ut sit tutum, obtinebit. Quòd si pars expositionis pro
nobis,pars cõtra nos erit, miscẽda sit, an separãda narratio,
cum ipsa causæ cõditione deliberãdum est. Nam si plura sunt
quæ nocẽt,quæ prosunt obruẽtur. Vtraq; tũc diuidere optimum
erit,& ijs quæ partem nostram adiuuabũt, expositis & con
firmatis , aduersus reliqua uti remedijs de quibus suprà dictũ
est. Si plura proderũt, etiam cõiungere licebit:ut quæ obstant
in medio,uelut auxilijs nostris posita,minus habeãt uirũ:quæ
tamẽ nõ erũt nuda ponẽda,sed ut & nostra aliqua argumen-
tatione firmemus,et diuersa cur credibilia nõ sint,adijciamus:
quia nisi distinxerimus,uerendum est ne bona nostra permi-
stis malis inquinẽtur. Illa quoq; de narratione præcipi solẽt,
nequa ex ea fiat excursio, ne auertatur à iudice sermo, ne a-
lienæ personæ uocem demus,ne argumẽt emur:adijciunt qui-
dam

dam etiam,ne utamur affectibus. Quorum pleraq; sunt fre-
quẽtissime custodiẽda:nimmo nũquam,nisi ratio coẽgerit, mu-
tanda:ut sit expositio perspicua & breuis. Nihil quidem tam
raro poterit habere rationem,quàm excursio: nec unquã de-
bebit esse nisi breuis,& talis,ut ui quadam uideamur affectus
uelut recto itinere depulsi: qualis est Ciceronis circa nuptias Pro Cluent.
Sassiæ,O mulieris scelus incredibile, & præter hãc unam in
omni uita inauditum.O libidinem effrenatam, & indomitam.
O audaciam singularem,non timuisse,si nunus um deorũ,ho-
minumq; famam, at illam ipsam noctem, facesq; illas nuptia-
les: nõ limẽ cubiculi,nõ cubile filiæ, non parietes denique ipsos
superiorum testes nuptiarum!Sermo auersus à iudice, & bre
uius indicat interim, & coarguit magis. Qua de re idẽ quod
de procœmio dixerã,sentio,sicut de prosopopœia quoq; : qua
tamẽ nõ Seruius modò Sulpitius utitur pro Asidia,Somnone
te lãguidum,an graui lethargo putẽ oppressum!sed M.quoq;
Tullius circa nauarchos. Nam ea quoq; rei expositio est, Vt In Verrem
adeas,tantum dabis,& reliqua. Quid? pro Cluentio, Staleni act.7.
Bulbiq; colloquium,non'ne ad*credulitatẽ plurimum & fidẽ *celeritatem
confert? Quæ ne feciss̃e sine obseruantia quadam uideatur,
quanquam hoc in illo credibile non est, in Partitionibus præ-
cipit, ut habeat narratio suauitatem, admirationes, expecta-
tiones,exitus inopinatos, colloquia personarum, omnes affe-
ctus. Argumentabimur in narratione,ut dixi,nunquam:ar-
gumentum ponemus aliquando:quod facit pro Ligario Cice-
ro,cum dicit sic eum prouinciæ præfuisse, ut illi pacẽ esse ex-
pediret. Inseremus expositioni & breuẽ cum res poscet de-
fensionem,& rationem factorum. Nec enim narrandum est
tanquam testi,sed tanquam patrono. Rei ordo per se talis est,
Quintus Ligarius legatus in Africam cum C. Considio pro-
fectus est,Quid ergo Marcus Tullius? Quintus igitur,inquit,

Ligarius, cum esset adhuc nulla belli suspicio, legatus in Africam cum C. Considio profectus est. Alibi, Non modo nullum ad bellum, sed ne ad minimā quidem suspicionem belli. Et cum esset indicaturo satis, Quintus Ligarius nullo se implicari negocio passus est, adiecit, Domum spectans, & ad suos redire cupiēs. Ita quod exponebat, & ratione fecit credibile, & affectus quoq; implevit. Quo magis miror eos qui nō putant in narratione esse utēdum affectibus. Qui si hoc dicunt, non diu, nec ut in epilogo, mecum sentiūt. Effugiēdæ sunt enim moræ. Cæterum cur ego iudicem nolim, cum eum doceo, etiam moueri? Cur quod in summa parte sum actionis petiturus, non in primo statim rerum ingressu, si fieri potest, cōsequar, cū præsertim etiam in probationibus faciliore sim animo eius abusurus, occupato uel ira, uel miseratione? An nō Marcus Tullius circa uerbera ciuis Romani omnes breuissime mouet affectus, non solum conditione ipsius, loco iniuriæ, genere uerberū, sed animi quoq; commendatione? Summum enim uirum ostendit, qui cum uirgis cæderetur, non ingemuerit, non rogauerit, sed tantum ciuem se Romanum esse, cum inuidia cædentis, & fiducia iuris clamauerit. Quid? Philodami casum non'ne cum per totam expositionem incēdit inuidia, tum in supplicio ipso lacrymis implevit, cum flentes nō tam narraret quàm ostenderet, patrem de morte filij, filiū de patris? Quid ulli epilog possunt habere miserabile magis? Serū est enim aduocare ij rebus affectū in peroratione, quas securus narraueris. Assuit illis iudex, tamq; eas sine motu mētis accipit, quibus cōmotus nouis non est: & difficile est mutare habitum animi semel constitutum. Ego uerò (neq; enim dissimulabo iudicium meum quanquam id quod sum dicturus, exemplis magis quàm præceptis ullis continetur) narrationē, ut si ullam partem orationis, omni qua potest grana & uenere exornandam puto. Et

Affectus in narratione.

Actio. 7. in Verrem.

Act. 3.

plurim

plurimum refert, quæ sit natura eius rei quam exponimus. In paruis ergo, quales sunt ferè priuatæ, sit ille pressus & uelut applicitus rei cultus: in uerbis summa diligentia, quæ in locis impetu feruntur, & circumiectæ orationis copia latēt: hic expressa, & ut uult Zeno, sensu tincta esse debebunt: compositio dissimulata quidem, sed tamen quamiucundissima: figuræ non illæ poēticæ, & contra rationē loquendi authoritate ueterum receptæ. Nam debet esse quāpurissimus sermo, & qui uarietate tædium effugiat, & mutationibus animum leuet: ne in eundem casum, simulem compositionem, pares elocutionū tractus incidamus. Caret enim cæteris lenocinijs expositio, & nisi commendetur hac uenustate, iacebit necesse est. Nec in ulla parte intentior est iudex: coq; nihil rectè dictum perit. Præterea, nescio quomodo etiam credit facilius quæ audienti iucunda sunt, & uoluptate ad fidem ducitur. Vbi uerò maiores erit, & atrocia inuidiose, & tristia miserabiliter dicere licebit: non ut consumantur affectus, sed ut tamen uelut primis lineis designentur: ut planè qualis futura sit imago rei, statim appareat. Ne sententia quidem uelut fatigatum intētione stomachum iudicis reficere dissuaserim, maximè quidem breui interiecta, qualis est illa, Fecerunt serui Milonis, quod suos quisq; seruos in re tali facere uoluisset. Interim paulo liberiore, qualis est illa, Nubit genero socrus, nullis auspicijs, nullis authoribus, funestis omnibus omnium. Quod cum sit factum ijs quoq; temporibus, quibus omnis ad utilitatem potius quàm ad ostentationem componebatur oratio, & erant adhuc severiora iudicia: quanto nunc faciendum magis, cum in ipsa capitis aut fortunarum pericula irrupit uoluptas? Cui hominum desiderio quantum dari debeat, alio loco dicam. Interim aliquid indulgendum esse confiteor. Multum confert adiecta ueris credibilis rerum imago, quæ uelut in rem præsentem

*fidem

Pro Milone.

Pro Cluētio.

Universidad de Deusto Biblioteca

Hypotyposis. sentem perducere audientes uidetur: qualis est illa M. Cælij in Antonium descriptio, Nanq; ipsum offendũt temulẽto sopore profligatum, totis præcordijs stertẽtem, ructuosos spiritus geminare præclarasq; cõtubernales ab omnibus spõdis trãsuersas incubare, & reliquas circũiacere paßim: quæ tamẽ exanimatæ terrore, hostium aduẽtu percepto excitare Antonium conabãtur: nomẽ inclamabãt: frustra ceruicibus tollebãt: blandius alia ad aurem inuocabat, uehemẽtius etiam nõnulla feriebat. Quarum cum omnium uocem tactumq; noscitaret, proximæ cuiusq; collum amplexu petebat: neq; dormire excitatus, neq; uigilare ebrius poterat: sed semisomno sopore inter manus Centurionũ cõcubinarumq; iactabatur. Nihil his neq; credibilius fingi, neq; uehementius exprobrari, neq; manifestius ostendi potest. Ne illud quidẽ præteribo, quãtam afferat fidem expositioni, narrantis authoritas: quam mereri debemus ante omnia quidem uita, sed & ipso genere orationis. quod quo fuerit grauius, sanctius, hoc plus habeat necesse est in affirmando quoq; ponderis. Effugienda igitur in hac præcipuè parte omnis calliditatis suspicio: (neq; enim se usquam custodit magis iudex) nihil uideatur fictũ, nihil solicitũ. omnia potius à caussa quàm ab Oratore profecta credãtur. Sed hoc pati non possumus, & perire artem putamus, nisi appareat: cum desinat ars esse, si apparet. Pendemus ex laude, atq; hanc laboris nostri ducimus summã. Ita quæ circunstantibus ostentare uolumus, iudicibus prodimus. Est & quædam repetita narratio, quæ ἀνδιδιήγησις dicitur, sanè res declamatoria magis quàm forẽsis, ideo reperta, ut quia narratio breuis esse debet, fusius & ornatius res posset exponi: quod fit uel inuidiæ gratia, uel miserationis. Id rarò faciendum iudico, neque sic unquã, ut totus ordo repetatur. licet enim per partes idẽ consequi. Cæterum qui uti ἀνδιδιηγήσει uolet, narrationis rẽ loco

Authoritas dicentis.

Ars non ostentanda.

Repetita narratio.

stringat

stringat, & contentus indicare quid factũ sit, quo sit modo factum, plenius se loco suo expositurum esse promittat. Initium narrationis quidã utiq; faciendum à persona putant: eamq;, si nostra sit, ornandã: si aliena, infamãdam statim. Hoc sanè frequentißimũ est, quia personæ sunt inter quas litigatur. Sed hæ quoq; interim cum suis accidentibus ponendæ, cum id profuturum est: ut, A. Cluentius Habitus fuit pater huiusce, Iudices, homo non solùm municipij Larinatis, ex quo erat, sed etiã regionis illius & uicinitatis, uirtute, existimatione, nobilitate facilè princeps. Interim sine his: ut, Q. Ligarius cũ esset. Frequenter uerò & à re: sicut pro Tullio Cicero, Fundũ habet in agro Tigurino M. Tullius paternũ. Demosthenes pro Ctesiphonte, τὸ γὰρ φωκαϊκοῦ συστάντος πολέμου. De fine narrationis cũ his contentio est, qui perduci expositionem uolunt eò unde quæstio oritur. His rebus ita gestis, P. Dolabella prætor interdixit, ut est consuetudo, de ui hominibus armatis, sine ulla exceptione: tantùm, ut unde deiecisset, restitueret, restituisse se dixit. sponsio facta est. hac de sponsione uobis iudicãdũ est. Id à petitore semper fieri potest, à defensore nõ semper.

Narrationis initium.

Pro Cluentio.

Pro Ligario.

Narrationis finis.

Pro Cecinna.

De Egreßione. CAP. III.

ORdine ipso narrationem sequitur cõfirmatio. Probanda sunt enim quæ propter hoc exposuimus. Sed priusquam ingrediar hanc partem, pauca mihi de quorundam opinione dicenda sunt. Plerisq; moris est, prolato rerũ ordine protinus utiq; in aliquem lætum ac plausibilem locũ quãmaximè possint fauorabiliter excurrere. Quod quidem natum ab ostentatione declamatoria, tam in forum uenit, postquam agere caussas non ad utilitatem litigatorum, sed ad patronorum iactationem repertum est: ne si pressæ illi (qualis sæpius desideratur) narrationis gracilitati coniuncta argumentorum pugnacitas fuerit, dilatis diutius dicendi uoluptatibus oratio

 refrigescat.

refrigescat. In quo uitium illud est, quòd sine discrimine causarum atq; utilitatis, hoc, tanquam semper expediat, aut etiam necesse sit, faciunt: eò quòd desumptas ex his partibus, quarum alius erat locus, sententias, in hanc congerunt, ut plurima aut iterum dicenda sint, aut quia alieno loco dicta sunt, dici suo non possint. Ego autem confiteor hoc expatiandi genus non modò narrationi quidem, sed etiam quæstionibus uel uniuersis, uel interim singulis opportunè posse subiungi, cum res postulat, aut certè permittit: atq; eo uel maximè illustrari ornariq; orationem, sed si cohæret & sequitur, non si per uim euncatur, & quæ natura iuncta erant, distrahit. Nihil enim tam est consequens, quàm narrationi probatio: nisi si excursus ille, uel quasi finis narrationis, uel quasi initium probationis est. Erit ergo illi nonnũquam locus: ut si expositio circa finem atrox fuerit, prosequamur eam uelut erumpente protinus indignatione. Quod tamen ita fieri oportebit, si res dubitationem non habebit: alioqui prius est, quod obijcias, uerum efficere, quàm magnum: quia criminis inuidia pro reo est priusquam probatur. Difficillima est enim grauissimi cuiusq; sceleris fides. Idem fieri non inutiliter potest, ut si merita in aduersarium aliqua exposueris, ingratum inueharis: aut si uarietatem criminum narratione demonstraueris, quantum ab ea periculum intentetur, ostendas. Verùm hæc breuiter omnia. Iudex enim ordine audito festinat ad probationem & quam primum certus esse sententiæ cupit. Prætereà cauendum est ne ipsa *expositio uanescat, auersis in aliud animis, & inanimora fastidiatis. Sed ut non semper est necessaria post narrationem illa procursio, ita frequenter utilis ante quæstionem præparatio, utiq; si prima specie minus erit fauorabilis, si legem asperam timebimus, aut pœnarias actiones inferemus. Est hic locus uelut sequentis exordij, ad conciliandum probationibus

*positio

nibus nostris iudicem. Quod liberius hic & uehementius fieri potest, quia iudici nota iam causa est. His igitur uelut fimẽtis, siquid erit asperum, præmolliemus, quò facilius aures iudicum, quæ post dicturi erimus, admittant, ne ius nostrum oderint. Nihil enim facilè persuadetur inuitis. Quo loco tamẽ iudicis quoq; noscenda natura est, iuri magis an æquo sit appositus: Proinde enim magis aut minus erit hoc necessarium. Cæterùm res eadem & post quæstionem perorationis uice fungitur. Hanc partem παρέκβασιν Græci uocant, Latini egressum, uel egressionem. Sed hæ sunt plures, ut dixi, quæ per totam causam uarios habẽt excursus: ut laus hominum locorumq;, ut descriptio regionum, expositio quarundam rerum non solùm gestarum, sed etiam fabulosarum. Quo ex genere est in orationibus cõtra Verrem compositis Siciliæ laus, Proserpinæ raptus, pro L. Cornelio popularis illa uirtutum Cn. Pompeij commemoratio: in quam ille diuinus Orator, uelut nomine ipso ducis cursus dicendi teneretur, abrupto quem inchoauerat sermone, diuertit * actutum. Παρέκβασις est (ut mea quidẽ fert opinio) alienæ rei, sed ad utilitatem causæ pertinentis, extra ordinem excurrens tractatio. Quapropter nõ uideo cur hunc ei potissimum locum assignent, qui rerum ordinem sequitur: non magis quam illud, cur hoc ita demũ proprium putent, si aliquid in digressu sit exponendũ cum tot modis à recto itinere declinet oratio. Nã quicquid dicitur præter illas quinq; quas fecimus partes, egressio est, indignatio, miseratio, inuidia, conuicium, excusatio, conciliatio, maledictorum refutatio. Similia his, quæ non sunt in quæstione, omnis amplificatio, minutio, omne affectus genus: atque ea maximè iucundam & ornatam faciunt orationem, de luxuria, de auaritia, de religione, de officijs: quæ cum sunt argumentis subiecta similium rerum, quia cohærent, egredi non uidentur. Sed plurima sunt

Quæ res per egressionem tractentur.

Act. 4. & 5.

*Actamen παρεκ.

Quid egressio, & quàm late pateat.

Universidad de Deusto Biblioteca

sunt quæ rebus nihil secum cohærentibus inseruntur, quibus iudex reficitur, admonetur, placatur, rogatur, laudatur. Innumerabilia sunt hæc, quorum alia sic præparata asserimus: quædam ex occasione uel necessitate dicimus, siquid nobis agentibus noui accidit, interpellatio, interuentus alicuius tumultus. Vnde Ciceroni quoque in proœmio cum diceret pro Milone, digredi fuit necesse, ut ipsa oratiuncula qua usus est, patet. Poterit autem paulo longius exire, qui præparat aliquid ante quæstionem, & qui finitæ probationi uelut commendationem adijcit. At qui ex media erumpit, citò ad id redire debet, unde diuertit.

Cic. pro Milone alia usus oratione, quàm quæ hodie extat.

De Propositione. CAP. IIII.

SVnt qui narrationi propositionem subiungant tanquam partem iudicialis materiæ: cui opinioni respondimus. Mihi autem propositio uidetur omnis, confirmationis initium: quod non modò in ostendenda quæstione principali, sed nonnunquam etiam in singulis argumentis poni solet, maximeq; in his quæ ἐπιχειρήματα uocantur. Sed nũc de priore loquimur. Ea non semper necessaria est. Aliquando enim sine propositione quoq; aliqua satis manifestum est quid in quæstione uersetur: utiq; si narratio ibi finem habet, ubi initium quæstio: adeo ut aliquando subiungatur expositioni, quæ solet in argumentis esse summa collectio: Hæc sicut exposui, ita gesta sunt, iudices: insidiator superatus, ui uicta uis, uel potius oppressa uirtute audacia est. Sed nonnũquam ualde utilis est, præcipuè ubi res defendi non potest, de iure quæritur: ut pro eo qui pecuniam priuatam de templo sustulit, sacrilegij agitur. De sacrilegio cognoscitis, ut iudex intelligat id unum esse officij sui, quærere an id quod obijcitur, sacrilegiũ sit. Item in caussis obscuris, aut multiplicibus. Nec semper propter hoc solum, ut sit caussa lucidior, sed aliquando etiã ut magis moueat. Mouet autem*

Lib. 3. cap. 9.

Pro Milone.

*al. fine. al. nomine.

autem, si protinus subtexãtur aliqua quæ prosint. Lex apertè scripta est, ut peregrinus qui murum ascenderit, morte mulctetur. peregrinum te esse certum est: quin ascẽderis murum, non quæritur: quid superest, nisi ut te puniri oporteat? Hæc enim propositio confessionem aduersarij premit, & quodãmodo iudicandi moram tollit: nec indicat quæstionẽ, sed adiuuat. Sunt autem propositiones & simplices, & duplices uel multiplices. Quod accidit nõ uno modo. Nã & plura crimina iungũtur: ut cũ Socrates accusatus est quòd corrumperet iuuentutẽ, & nouas superstitiones introduceret. Et singula ex pluribus colligũtur: ut cũ legatio malè gesta obijcitur Aeschini, quòd mentitus sit, quòd nihil ex mandatis fecerit, quòd moratus sit, quòd munera acceperit. Recusatio quoq; plures interim propositiones habet: ut contra petitionem pecuniæ, Malè petis: procuratori enim tibi esse non licuit: sed neq; illi cuius nomine litigas, habere procuratorẽ: sed neq; es hæres eius à quo accepisse mutuã dicor: nec ipsi debui. Multiplicari hæc in quantũlibet possunt, sed rem ostendisse satis est. Hæ si ponantur singulæ subiectis probationibus, plures sunt propositiones: si cõiungantur, in partitionẽ cadunt. Est & nuda propositio, qualis ferè in cõiecturalibus: Cædis ago, furtũ obijcio. Est ratione subiecta: ut, Maiestatẽ minuit Caius Cornelius: nã codicẽ tribunus plebis ipse pro cõcione legit. Præter hæc utimur propositione aut nostra, ut, Adulteriũ obijcio. aut aduersarij, ut, Adulterij mecũ agitur. aut cõmuni, ut, Inter me & aduersariũ quæstio est, uter sit intestato propior. Nonnunquam diuersas quoq; iungimus, Ego hoc dico, aduersarius hoc. Habet interim uim propositionis etiã si per se non est propositio: ut cum exposito rerũ ordine subijcimus, De his cognoscitis. ut sit hæc cõmonitio iudicis, quò se ad quæstionẽ acrius intẽdat, & quodã uelut iactu excitatus finẽ esse narrationis, & initium probatio

probationis intelligat: & nobis confirmationē ingrediētibus, ipse quoque nouum quodammodo audiendi sumat exordium.

De Partitione. CAP. V.

PArtitio est nostrarum aut aduersarij propositionū, aut utrarunq; ordine collata enumeratio. Hac quidam utendum semper putant, quòd ea & fiat caussa lucidior, & iudex intentior ac docilior, si scierit & de quo dicimus, & de quo dicturi postea sumus. Rursus quidam periculosum id Oratori arbitrantur, duabus ex caussis, quòd nonnunquam & excidere soleant quæ promisimus, & siqua in partiendo præterijmus, occurrere. Quod quidē nemini accidet, nisi qui planè uel nullo fuerit ingenio, uel ad agendum nihil cogitati præmeditatiq; detulerit. Alioqui quæ tam manifesta & lucida est ratio, quàm rectæ partitionis? Sequitur enim naturā ducem, adeò ut memoriæ id maximū sit auxilium, uia dicendi non decedere. Quapropter ne illos quidem probauerim, qui partitionē uetant ultra treis propositiones extēdere. Quæ sine dubio si nimium sit multiplex, fugiet memoriam iudicis, & turbabit intentionē. Hoc tamen numero uelut lege non est alligāda, cum possit caussa plures desiderare. Alia sunt magis propter quæ partitione non semper sit utendum. Primum, quia pleraque gratiora sunt, si inuenta subitò, nec domo allata, sed inter dicēdum ex re ipsa nata uideantur. Vnde illa non iniucunda schemata, Penè excidit mihi: &, Fugerat me: &, Rectè admones. Propositis enim probationibus, omnis in reliquū gratia nouitatis præcerpitur. Interim uerò etiam fallendus est iudex, & uarijs artibus subeundus: ut aliud agi, quàm quod petimus, putet. Nam est nonnunquam dura propositio, quam iudex si prouidet, non aliter reformidat, quàm qui ferrum medici prius quàm curetur, aspexit. At si re non antè proposita, securū, ac nulla denunciatione in se conuersum, intrarit oratio, efficiet quod

quod promittenti non crederetur. Interim refugienda nō modò distinctio quæstionum est, sed omnino tractatio: affectibus perturbandus, & ab intētione auferendus auditor. Non enim solùm Oratoris est docere, sed plus eloquentia circa mouendū ualet. Cui rei contraria est maximè tenuis illa & scrupulosè in parteis sectæ diuisionis diligentia eo tēpore, quo cognoscēti iudiciū conamur auferre. Quid quòd interim quæ per se leuia sunt & infirma, turba ualēt? Ideoq; cōgerēda sunt potius, & uelut eruptione pugnandū: quod tamen rarum esse debet, & ex necessitate demū, cum hoc ipsum quod dissimile rationi est, coēgerit ratio. Præter hæc in omni partitiōe est utiq; aliquid potentissimum, quod cum audiuit iudex, cætera tanquam superuacua grauari solet. Itaq; si plura uel obijciēda sunt, uel diluenda, & utilis & iucunda partitio est: ut quid quaq; de re dicturi sumus, ordine appareat. At si unū crimen uarie defendemus, superuacuae: ut si ita partiamur, Dicam non talem esse hunc quem tueor, ut in eo credibile uideri possit homicidium: dicam occidendi caussam huic non fuisse: dicam hunc eo tempore quo homo occisus est, trans mare fuisse. Omnia quæ antequam id quod ultimum est, exequeris, inania uideri necesse est. Festinat enim iudex ad id quod potentissimum est, & uelut obligatum promisso patronum, si est patientior, tacitus appellat: si uel occupatus, uel in aliqua potestate, uel etiam sic moribus compositus, cum conuicio efflagitat. Itaq; non defuerunt qui Ciceronis illā pro Cluentio partitionē improbarēt, qua se dicturū esse promisit primùm, neminem maioribus criminibus, grauioribus testibus in iudicium uocatū, quàm Oppianicum: deinde, præiudicia esse facta ab ijs ipsis iudicibus, à quibus condemnatus sit: postremò, iudicium pecunia tentatum nō à Cluētio, sed contra Cluentiū: quia si probari posset quod est tertiū, nihil necesse fuerit dicere priora. Rursus nemo tam

erit

erit aut iniustus, aut stultus, quin eum fateatur optimè pro Murænа esse partiũ. Intelligo iudices treis totius accusatiõis partes fuisse, & earũ unam in reprehensione uitæ, alteram in contentione dignitatis, tertiam in criminibus ambitus esse uersatam. Nam sic & ostendit lucidissimè causſam, & nihil fecit altero superuacuum. De illo quoq; genere defensionis pleriq; dubitant: Si occidi, rectè feci: sed non occidi. quo enim prius pertinere, si sequens firmum sit? hæc inuicẽ obstare, & utroq; utentibus, in neutro haberi fidem. Quod sanè in parte uerum est, & illo sequenti (si modò indubitabile sit) solo utendum. At si quid in eo quod est fortius, timebimus, utraq; probatione nitemur. Alius enim alio moueri solet: & qui factum putauit, iustum credere potest: qui tanquam iusto non mouebitur, factum fortasse non credet. Vt certa manus uno telo posſit esse contenta, incertæ plura spargenda sunt, ut sit & fortunæ locus. Egregiè uerò Cicero pro Milone insidiatorem primò Clodium ostendit: tum addit ex abundanti, etiam si id non fuisset, talem tamen ciuem cum summa uirtute interfectoris & gloria necari potuisse. Neq; illum tamen ordinem, de quo prius dixi, damnauerim: quia quædam etiamsi ipsa sunt dura, in id tamen ualent, ut ea molliant quæ sequuntur. Nec omnino sine ratione est quod uulgò dicitur, Iniquum petendum, ut æquum feras. Quod tamen nemo sic accipiat, ut omnia credat audenda. Rectè enim Græci præcipiunt, non tentanda quæ effici omnino non possunt. Sed quoties hac, de qua loquor, duplici defensione utemur, id laborandum est, ut in illam partem sequentem fides ex priore ducatur. Potest enim uideri qui tutò etiam confessurus fuit, mentiendi causſam in negando non habere. Et illud utique faciendum est, ut quoties suspicabimur à iudice aliam probationem desiderari, quàm de qua loquimur, promittamus nos plenè & statim de eo satis esse fa

cturos: præcipueq; si de pudore agitur. Frequẽter autẽ accidit, ut causſa parum uerecũda iure tuta sit: de quo ne inuiti iudices audiãt, & auersi, frequẽtius sunt admonẽdi secuturã defensionem probitatis ac dignitatis: expectẽt paulùm, & agi ordine sinãt. Quædam interim nos & inuitis litigatoribus simulandum est dicere: quod Cicero pro Cluẽtio facit circa iudiciariam legem. Nonnunquam quasi interpellemur ab his, subsistere. Sæpe auertẽda ad ipsos oratio. Hortandi, ut sinant nos uti nostro consilio, ita surrepetur animo iudicis, & dum sperat probationẽ pudoris, asperioribus illis minus repugnabit. Quæ cum receperit, etiam uerecundiæ defensioni facilior erit. Sic utraq; res inuicem iuuabit, eritq; iudex circa ius nostrum spe modestiæ attentior, circa modestiam iuris probatione procliuior. Sed ut nõ semper necessaria, aut etiam superuacua partitio est, ita opportunè adhibita plurimum orationi lucis & gratiæ cõfert. Neq; enim id solum efficit, ut clariora fiant quæ dicũtur, rebus uelut ex turba extractis, & in conspectu iudicum positis: sed reficit quoq; audiẽtem certo singularum partium fine: nõ aliter quàm faciẽtibus iter, multum detrahunt fatigationis, notata inscriptis lapidibus spatia. Nam & exhausti laboris nosse mẽsuram uoluptati est, & hortatur ad reliqua fortius exequẽda, scire quantũ supersit. Nihil enim longum uideri necesse est, in quo quid ultimum sit, certum est. Nec immeritò multũ ex diligẽtia partiẽdi tulit laudis Quintus Hortensius: cuius tamen diuisionem in digitos diductam, nonnunquam Cicero leuiter eludit. Nam est certus eius modus, & euitanda maximè concisa nimium & uelut articulosa partitio. Nam & authoritati plurimum detrahunt multa illa non membra, sed frusta: & huius gloriæ cupidi, quò subtilius & copiosius diuisisse uideantur, & superuacua assumunt, & quæ natura singularia sunt, secant: nec tam plura faciũt, quàm

Pro Quintio, & in Diuin. in Q. Cęciliũ.

Universidad de Deusto Biblioteca

minora: deinde cum fecerunt mille particulas, in eandem incidunt obscuritatem, contra quam partitio inuenta est. Diuisa & simplex propositio quoties utiliter adhiberi potest, primùm esse debet aperta atq; lucida, (nā quid sit turpius, quàm id esse obscurum ipsum, quod in eum solum adhibetur usum, ne sint cætera obscura?) tum breuis, nec ullo superuacuo onerata uerbo. Non enim de quo dicamus, sed de quo dicturi simus, ostendimus. Obtinēdum etiam, nequid in ea desit, nequid supersit. Superest autē sic ferè, cum aut in species partimur, quod in genera partiri sit satis: aut genere posito subijcitur species: ut, Dicam de uirtute, iustitia, continentia: cùm iustitia atq; continentia uirtutis sint species. Partitio prima est, quid sit de quo cōueniat, quid de quo ambigatur. In eo quod conuenit, quid aduersarius fateatur, quid nos. In eo de quo ambigitur, quæ dicturi simus, quæ nostræ propositiones, quæ partis aduersæ. Turpißimum uerò est, non eo ordine exequi, quo quidque proposueris.

M. FAB. QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA LIBER QVINTVS.

PROOEMIVM.

FVERVNT, & clari quidem authores, quibus solū uideretur Oratoris officiū, docere. Nāq; & affectus duplici ratione excludendos putabant: primùm, quia uitium esset omnis animi perturbatio: deinde quia iudicē a ueritate depelli misericordia, uel ira, similibusq;, non oporteret: & uoluptatem audientium petere, cum uincendi tantùm gratia

gratia diceretur, non modò agenti superuacuum, sed uix etiā uiro dignū arbitrabātur. Plures uerò, qui nec ab illis sine dubio partibus rationem orandi summouerent, hoc tamen proprium atq; præcipuū crederēt opus, sua confirmare, & quæ ex aduerso proponerentur, refutare. Vtrūcunq; est (nec enim hoc loco meam interpono sententiam) hic erit liber illorum opinione maximè necessarius, quo toto hæc sola tractantur: quibus sanè & ea quæ de iudicialibus caußis iam dicta sunt, seruiunt. Nam neq; prooemij, neq; narrationis est alius usus, quàm ut iudicem præparēt: & status nosse, atq; ea de quibus suprà scripsimus, intueri, superuacuum foret, nisi ad hāc peruenirenus. Deniq; ex quinq; quas iudicialis materiæ fecimus partibus, quæcunq; alia potest aliquando necessaria caussæ non esse: lis nulla est cui probatione opus non sit. Eius præcèpta sic optimè diuisuri uidemur, ut prius in commune quæ ad omnes quæstiones pertinēt, ostendamus: deinde quæ in quoq; caussæ genere propria sunt, exequamur.

De Probationum diuisione. CAP. I.

AC prima quidem illa partitio ab Aristotele tradita, consensum ferè omnium meruit, alias esse probationes quas extra dicendi rationem acciperet Orator: alias quas ex caussa traheret ipse, & quodammodo gigneret. Ideoq; illas ἀτέχνους, id est, inartificiales: has ἐντέχνους, id est, artificiales uocauerunt. Ex illo priore genere sunt præiudicia, rumores, tormenta, tabulæ, iusiurandum, testes: in quibus pars maxima contentionum forensium consistit. Sed ut ipsa per se carēt arte, ita summis eloquentiæ uiribus & * alleuanda sunt plerunque, & refellenda. Quare mihi uidentur magnopere damnandi, qui totum hoc genus à præceptis remouerunt. Nec tamen in animo est, omnia quæ aut pro his aut cōtrà dici solent, complecti. Non enim communes locos tradere destinamus,

Rheto. 1.

*eleuanda

quod esset operis infiniti, sed uiam quãdam atq; rationẽ. Quibus demonstratis, nõ modò in exequẽdo suas quisq; uires debet adhibere, sed etiam inueniendo similia, ut quæq; conditio litium poscet. Neq; enim de omnibus causis dicere quisquam potest, saltem præteritis, ut taceam de futuris.

De Præiudicijs. CAP. II.

IAm præiudiciorũ uis omnis tribus in generibus uersatur: Rebus, quæ aliquãdo ex paribus causis sunt iudicatæ, quæ exempla rectius dicũtur: ut de reiectis patrum testamẽtis, uel contra filios cõfirmatis: iudicijs, ad ipsam causam pertinentibus, unde etiam nomẽ ductum est, qualia in Oppianicum facta dicũtur, & à Senatu aduersus Milonẽ: Aut cum de eadẽ causa pronũciatum est, ut in reis deportatis, & assertione secunda, & partibus Cẽtumuiraliũ, quæ in duas hastas diuisæ sunt.

Vide Valer. li. 7. ca. 7. & 8.

Pro Cluent.

Pro Milo.

Confirmãtur præcipuè duobus: authoritate eorũ qui pronunciauerũt, & similitudine rerum de quibus quæritur. Refelluntur autem rarò per cõtumeliam iudicum, nisi fortè manifesta in his culpa erit. Vult enim cognoscẽtium quisq; firmã esse alterius sentẽtiam: & ipse pronũciaturus nõ libẽter exemplum quod in se fortasse recidat, facit. Confugiendum ergo est in duobus superioribus, si res feret, ad aliquam dissimilitudinẽ causæ. Vix autẽ ulla est per omnia alteri similis. Si id nõ continget, ac eadem causa erit: aut actorum incusanda negligentia, aut de infirmitate personarum querẽdum, cõtra quas erit iudicatum: aut de gratia quæ testes corruperit, aut de inuidia, aut de ignorãtia: aut inueniendum quod causæ postea accesserit. Quorum si nihil erit, licet tamẽ dicere multas iudiciorũ causas ad iniquè pronũciandum ualere: ideoq; damnatũ Rutilium, absolutos Clodium atq; Catilinã. Rogandi etiam iudices, ut rem potius intueantur ipsam, quàm iurisurando alieno suum donẽt. Aduersus cõsulta autem senatus, & decreta principum

De Rutilij dãnatione uide Florum lib. 3.

cipum uel magistratuũ, remedium nullum est, nisi aut inuenta quantulacunq; causæ differentia, aut aliqua uel eorundem uel eiusdem potestatis hominũ posterior constitutio, quæ sit priori contraria: quæ si deerunt, lis non erit.

De Rumore & Fama. CAP. III.

FAmam atq; rumores pars altera consensum ciuitatis, & uelut publicum testimonium uocat: altera sermonem sine ullo certo authore dispersum, cui malignitas initium dederit, incrementum credulitas: quod nulli non etiam innocentissimo possit accidere fraude inimicorum falsa uulgantium. Exempla utrinq; non deerunt.

Cicero in Topicis.

De Tormentis. CAP. IIII.

SIcut in tormentis quoq;, qui est locus frequentissimus, cum pars altera, quæstionem uera fatendi necessitatem uocet, altera sæpe etiam causam falsa dicendi, quòd aliys patiẽtia facile mendacium faciat, alijs infirmitas necessarium. Quid attinet de his plura? Plenæ sunt orationes ueterum ac nouorum. Quædam tamen in hac parte erunt propria cuiusq; litis. Nã siue de habenda quæstione agetur, plurimum intererit, quis, & quem postulet aut offerat, & in quem, & ex qua causa: siue iam erit habita, quis ei præfuerit, quis & quo modo sit tortus, an credibilia dixerit, an inter se constantia: perseuerauerit in eo quod cœperat, an aliquid dolore mutarit: prima parte quæstionis, an procedente cruciatu. Quæ utrinq; tam infinita sunt, quàm ipsa rerum uarietas.

Vide Aristot. in Rheto. ad Alexand. Cicero in parti. & Valer. lib. 8. cap. 4.

De Tabulis. CAP. V.

COntra tabulas quoq; sæpe dictum sæpe dicendum est, cũ eas non solium refelli, sed etiam accusari, sciamus esse usitatum. Cum sit autem in his aut scelus signatorum, aut ignorantia: tutius ac facilius id quod secundo loco diximus, tractatur, quòd pauciores rei fiunt. Sed hoc ipsum argumenta ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

causſa trahit, ſi fortè aut incredibile eſt id actum eſſe quod tabulæ continent: aut (ut frequentius euenit) alijs probationibus æquè inartificialibus ſoluitur: ſi aut is in quem ſignatum eſt, aut aliquis ſignator dicitur abfuiſſe, uel prius eſſe defunctus: ſi tempora non congruunt: ſi uel antecedentia uel inſequentia tabulis repugnant. Inſpectio ipſa ſæpe etiam falſum deprehendit.

De Iureiurando. CAP. VI.

*non reſpuũt

IVſiurãdum litigatores aut offerũt ſuum, aut nõ recipiunt oblatum: aut ab aduerſario exigunt, aut recuſant cum ab ipſis exigatur. Offerre ſuum ſine illa conditione, ut uel aduerſarius iuret, ferè improbum eſt. Qui tamen id faciet, aut uita ſe tuebitur, ut eum nõ ſit credibile peieraturum: aut ipſa ui religionis: in qua plus fidei conſequetur ſi id egerit, ut non cupide ad hoc deſcendere, ſed ne hoc quidem recuſare uideatur: aut ſi cauſſa modò patietur litis, propter quam deuoturus ſe ipſe non fuerit: aut ſi præter alia cauſſæ inſtrumenta adijcit ex abundanti hanc quoq; conſcientiæ ſuæ fiduciam. Qui non recipiet conditionem, à multis contemni iuriſiurandi metum dicet: cum etiam philoſophi quidam ſint reperti, qui deos habere curam rerum humanarum negarent: eum uerò qui nullo offerente iurare ſit paratus, & ipſum uelle de cauſſa ſua pronunciare: & quàm id quod offert, leue ac facile credat, oſtendere. At is qui defert, agere modeſtè uidetur, cum litis aduerſarium iudicem faciat, & eum cuius cognitio eſt, onere liberet, qui profectò alieno iureiurando ſtari quàm ſuo malit. Quo difficilior recuſatio eſt, niſi fortè res eſt ea, quam credibile ſit notam ipſi non eſſe. Quæ excuſatio ſi deerit, hoc unum relinquetur, ut inuidiã ſibi queri ab aduerſario dicat, atq; id agi, ut in cauſſa in qua uincere non poſſit, queri poſſit. Itaq; hominem quidem malum occupaturum hanc conditionem

Cic. de natura Deorum 1.

nem fuiſſe, ſe autem probare malle quæ affirmet, quàm dubiũ cuiquam relinquere an peierarit. Sed nobis adoleſcentibus ſenores in agendo facti præcipere ſolebant, ne unquam iuſiurandum deferremus: ſicut neq; optio iudicis aduerſario eſſet permittenda: nec ex aduocatis partis aduerſæ iudex eligendus. Nam ſi dicere contraria turpe aduocato uideretur, certè turpius habendum, facere quod nocet.

De Teſtibus. CAP. VII.

MAximus tamen patronis circa teſtimonia ſudor eſt. Ea dicũtur aut per tabulas, aut à præſentibus. Simplicior contra tabulas pugna. Nã & minus obſtitiſſe uidetur pudor inter paucos ſignatores, & pro diffidentia premitur abſentia. Si reprehẽſionẽ non capit ipſa perſona, infamare ſignatores licet. Tacita præterea quadã ſignificatione refragatur his omnibus, quòd nemo per tabulas dat teſtimonium niſi ſua uoluntate: quo ipſo nõ eſſe amicum ei ſe contra quẽ dicit, fatetur. Neq; tamen protinus ceſſerit Orator, quo minus & amicus pro amico, & inimicus cõtra inimicum poſſit uerum (ſi integra ſit ei fides) dicere. Sed latè locus uterq; tractatur. Cum præſentibus uerò ingens dimicatio eſt, ideoq; uelut duplici contra eos proq; his acie confligitur, actionum, & interrogationum. In actionibus primum generaliter pro teſtibus, atq; in teſtes dici ſolet. Eſt hic cõmunis locus, cũ pars altera nullã firmiorẽ probationẽ eſſe cõtendit, quàm quæ ſit hominũ ſciẽtia nixa: altera ad detrahendam illis fidẽ, omnia per quæ fieri ſoleãt falſa teſtimonia, enumerat. Sequẽs ratio eſt, cum ſpecialiter quidem, ſed tamẽ multos pariter inuadere patroni ſolẽt. Nam & gentium ſimul uniuerſarum eleuata teſtimonia ab Oratoribus ſcimus, & tota genera teſtimoniorum: ut de auditionibus: non enim ipſos eſſe teſtes, ſed iniuratorum afferre uoces. ut in cauſſis repetundarum, qui ſe reo numeraſſe

Cicero pro Flacco.

pecuniae iurãt, litigatorum nõ testium habẽdos loco. Interim aduersus singulos dirigitur actio: quod insectationis genus & permistum defensioni legimus in orationibus plurimis, & seperatim editũ, sicut in Vatiniũ testem. Totũ igitur excutiamus locũ, quandò uniuersam institutionẽ aggressi sumus. Sufficiebant alioquã libri duo à Domitio Afro in hãc rem compositi, quẽ adolescentulus senẽ coluisse non lecta mihi tantùm ea, sed pleraq; ex ipso sint cognita. Is uerissimè praecepit, primũ esse in hac parte officium Oratoris, ut totã caussam familiariter norit: quod sine dubio ad omnia pertinet. Id quomodo contingat, explicabimus, quũ ad destinatũ huic parti locum uenerimus. Ea res suggeret materiã interrogationi, & uelut tela ad manum subministrabit. Eadem docebit, ad quae iudicis animus actione sit praeparandus. Debet enim uel fieri uel detrahi testibus fides oratione perpetua: quia sic quisq; dictis mouetur, ut est ad credendũ uel nõ credendũ antè formatus. Et quoniã duo genera sunt testiũ, aut uoluntariorũ, aut eorum quibus iudex in publicis iudicijs lege denunciare solet: quorum altero utraq; pars utitur, alterũ accusatoribus tantùm cõcessum est: seperemus officiũ dantis testes, & refellentis. Qui uoluntariũ producit, scire quid is dicturus sit, potest: ideoq; faciliorem uidetur in rogando habere rationem. Sed haec quoq; pars acumen & uigilantiam poscit: prouidendumq;, ne timidus, ne inconstans, ne imprudens testis sit. Turbantur enim, & à patronis diuersae partis inducuntur in laqueum: & plus deprehensi nocent, quàm firmi & interriti profiterentur. Multum igitur domi antè uersandi: ac uarijs percontationibus, qualem haberi ab aduersario possint, explorandi sunt. Sic fit ut aut constent sibi, aut siquid titubauerint, opportuna rursus eius à quo producti sunt, interrogatione, uelut in gradum reponantur. In his quoque adhuc qui constiterint sibi, uitandae sit

Cicero pro Cecinna.

dae sunt insidiae. nam frequenter subijci ab aduersario solent, & omnia profuturа polliciti, diuersa respondent, & authoritatem habent non arguentium illa, sed confitentium. Explorandum igitur quas caussas laedẽdi aduersarium afferant: nec id sat est, inimicos fuisse, sed an desierint, an per hoc ipsum reconciliari uelint: ne corrupti sint: ne poenitentia propositum mutauerint. Quod cum in ijs quoq;, qui ea quae dicturi uidentur, re uera sciunt, necessarium est praecauere: tum multo magis in ijs qui se dicturos quae falsa sunt, pollicentur. Nam & frequentior corũ poenitentia est, & promissum suspectius: & si perseuerauerint, reprehensio facilior. Eorũ uerò quibus denunciatur, pars testium est quae rẽũ laedere uelit, pars quae nolit. Idq; interim scit accusator, interim nescit. fingamus in praesentia scire. in utroq; enim genere summis artibus interrogãtis opus est. Nam si habet testem cupidum laedendi, cauere debet hoc ipsum, ne cupiditas eius appareat: nec statim de eo quod in iudiciũ uenit, rogare, sed aliquo circuitu ad id peruenire, ut illi quod maximè dicere uoluit, uideatur expressum. Nec nimium instare interrogationi, ne omnia respondẽdo testis fidem suam minuat: sed in tantum euocare eum, quantum sumere ex uno satis sit. At in eo qui uerũ inuitus dicturus est, prima felicitas interrogantis est extorquere quod is noluerit. Hoc non alio modo fieri potest, quã lõgius interrogatione repetita. Respõdebit enim quae nocere caussae nõ arbitrabitur: ex pluribus deinde quae cõfessus erit, cò perducetur, ut quod dicere non uult, negare non possit. Nam ut in oratione sparsa plerunq; colligimus argumenta, quae per se nihil rerum aggrauare uideantur, congregatione deinde eorũ factum conuincimus: ita huiusmodi testis multa de anteactis, multa de insecutis, loco, tempore, persona, caeteris, est interrogãdus, ut in aliquod responsum incidat, post quod illi uel fateri quae uolumus

necesse sit, uel ijs quæ iam dixerit, repugnare. Id si non contingit, reliquum erit ut eum nolle dicere manifestũ sit: protrahendusq;, ut in aliquo quod uel extra causſam sit, deprehẽdatur. Tenendus etiam diutius, ut omnia, ac plura quàm res desiderat, pro reo dicendo, ſuſpectus iudici fiat: quo nõ nunus nocebit, quàm ſi uera in reũ dixiſſet. At ſi (quod ſecundo loco diximus) neſciet actor quid propoſiti teſtis attulerit: paulatim, & (ut dicitur) pedetentim interrogando experietur animum eius, & ad id reſpõſum quod eliciendũ erit, per gradus ducet. Sed quia nonnunquam ſunt hæ quoq; teſtium artes, ut primò ad uoluntatem reſpondeãt, quò maiore fide diuerſa poſtea dicant: eſt Oratoris, ſuſpectum teſtem dum prodeſt, dimittere. Patronorum in parte expeditior, in parte difficilior interrogatio eſt. Difficilior hoc, quòd rarò unquam poſſunt ante iudicium ſcire quid teſtis dicturus ſit. Expeditior, quòd cum interrogandus eſt, ſciunt quid dixerit. Itaq; in eo quod incertum eſt, cura & inquiſitione opus eſt, quis reum premat, quas & quibus ex cauſsis inimicitias habeat: eaq; in oratione prædicẽda atq; amolienda ſunt, ſiue odio conflatos teſtes, ſiue inuidia, ſiue gratia, ſiue pecunia uideri uolumus. Et ſi deficietur numero pars diuerſa, paucitatem: ſi abundabit, conſpirationẽ: ſi humiles producet, utilitatem: ſi potentes, gratiã oportebit inceſſere. Plus tamen proderit cauſſas propter quas reum lædant, exponere: quæ ſunt uariæ, & pro conditione cuiuſq; litis aut litigatoris. Nam contra illa quæ ſuprà diximus, ſimili ratione reſpõderi locis cõmunibus ſolet, quia & in paucis atq; humilibus accuſator ſimplicitate gloriari poteſt, quòd nemunẽ præter eos* qui poſſunt ſcire, quæſierit: & multos atq; honeſtos cõmendare aliquanto eſt facilius. Verum interim & ſingulos ut exornare, ita deſtruere contingit, aut recitatis in actione, aut teſtibus nominatis. Quod ijs temporibus, quibus teſtis nõ niſi

Hæc facit Ci. pro Flac.

*quos putarit

niſi poſt finitas actiones rogabatur, & facilius & frequẽtius fiut. Quid autem in quenq; teſtium dicendum ſit, ſumi niſi ex ipſorum perſonis non poteſt. Reliquæ interrogandi ſunt partes. Qua in re primũ eſt, noſſe teſtẽ. nam timidus terreri, ſtultus decipi, iracundus concitari, ambitioſus inflari poteſt: prudens uerò & conſtans, uel tanquam inimicus & peruicax dimittendus ſtatim, uel non interrogatione, ſed breui interlocutione patroni refutandus eſt: aut aliquo, ſi continget urbanè dicto refrigerandus: aut ſiquid in eius uitam dici poterit, infamia criminum deſtruendus. Probos quoſdam & uerecundos non aſperè inceſſere profuit. nam ſæpe qui aduerſus inſectantem pugnaſſent, modeſtia mitigantur. Omnis autẽ interrogatio, aut in cauſſa eſt, aut extra cauſſam. In cauſſa, ſicut accuſatori præcepimus, patronus quoq; altius, & unde nihil ſuſpecti ſit, repetita percontatione, priora ſequentibus applicando, ſæpe eò perducit homines, ut inuitis quod profit extorqueat. Eius rei ſine dubio nec diſciplina ulla in ſcholis, nec exercitatio traditur: & naturali magis acumine, aut uſu contingit hæc uirtus. Si quod tamen exemplum ad imitationẽ demonſtrandũ ſit, ſolum eſt quod ex dialogis Socraticorũ, maximeq; Platonis, duci poteſt: in quibus adeo ſcitæ ſunt interrogationes, ut eũ pleriſq; bene reſpondeatur, res tamen ad id quod uolũt efficere, perueniat. Illud fortuna interim præſtat, ut aliquid quod inter ſe parum conſentiat, à teſte dicatur: interim (quod ſæpius euenit) ut teſtis teſti diuerſa dicat. Acuta autem interrogatio, ad hoc quod caſu fieri ſolet, etiam ratione perducet. Extra cauſſam quoque multa quæ proſint, rogari ſolent, de uita teſtium aliorum, de ſua quiſque, ſi turpitudo, ſi humilitas, ſi amicitia accuſatoris, ſi inimicitiæ cum reo: in quibus aut dicant aliquid quod profit, aut in mendacio uel cupiditate, lædendi deprehendantur. Sed in primis interrogatio dedet eſſe circun

cunſpecta, quia multa contra patronos uenuſtè teſtis ſæpe reſpondet, eiq; præcipuè uulgò fauetur. Tum uerbis quammaximè ex medio ſumptis: ut qui rogatur (is autem eſt ſæpius & imperitus) intelligat, aut ne intelligere ſe neget, quòd interrogantis non leue frigus eſt. Illæ uerò peßimæ artes, teſtem ſubornatum in ſubſellia aduerſarij mittere, ut inde excitatus plus noceat, uel dicendo contra reum, cum quo ſederit: uel cum adiuuiſſe teſtimonio uidebitur, faciendo ex induſtria multa immodeſtè atq; intemperanter, per quæ non à ſe tantum dictis detrahat fidem, ſed cæteris quoq; qui profuerant, *vtilitatem. auferat* authoritatem. Quorum mentionem habui, non ut fierent, ſed ut uitarentur. Sæpe inter ſe collidi ſolent, inde teſtatio, hinc teſtes, locus utrinq;. Hæc enim ſe pars iureiurãdo, illa conſenſu ſignantium tuetur. Sæpe inter teſtes & argumenta quæſitum eſt. Inde ſcientiam in teſtibus & religionem, ingenia eſſe in argumentis dicitur: hinc teſtem gratia, metu, pecunia, ira, odio, amicitia, ambitu fieri, argumenta ex natura duci: in his iudicem ſibi, in illis alij credere. Cõmunia hæc pluribus cauſsis, multumq; iactata ſunt, ſemperq; iactabuntur. Ali quando utrinq; ſunt teſtes, & quæſtio ſequitur ex ipſis, utri meliores uiri. ex cauſsis, utri magis credibilia dixerint. ex litigatoribus, utri gratia magis ualuerint. His adijcere ſiquis uolet ea quæ diuina teſtimonia uocantur, ex reſponſis, oraculis, omnibus, duplicem ſciat eorum eſſe tractatum: generalem alterum, in quo inter Stoicos & Epicuri ſectam ſecutos pugna perpetua eſt, regatur ne prouidentia mundus: ſpecialem alterum, contra parteis diuinationis, ut quæq; in quæſtionem cadit. Aliter enim oraculorum, aliter aruſpicum, augurum, coniectorum, & mathematicorum fides cõfirmari, aut refelli poteſt, cum ſit rerum earum ratio diuerſa. Circa eiuſmodi quoq; inſtrumenta firmanda, uel deſtruenda, multum habet operis

operis oratio, ſiquæ ſint uoces per uinum, ſomnum, dementiam emiſſæ, uel exceptæ paruulorum indicia, quos pars altera nihil fingere, altera nihil iudicare dictura eſt. Nec tantum præſtari hoc genus poteſt, ſed etiam ubi non eſt, deſiderari ſolet: Pecuniam dediſti, quis numerauit? ubi? unde? Venenum arguis, ubi emiſti? à quo? quanti? per quem dedi? quo conſcio? Quæ ferè omnia pro Cluentio Cicero in crimine ueneficij excutit. Hæc de inartificialibus quambreuißimè potui. Val.li.1.ca.

De Probatione artificiali. CAP. VIII.

PArs altera probationũ, quæ eſt tota in arte, cõſtatq; rebus ad faciendam fidem appoſitis, plerumq; aut omnino negligitur, aut leuißimè attingitur ab ijs qui argumenta uelut horrida & confragoſa uitantes, amœnioribus locis deſident: neq; aliter quàm ij qui traduntur à Pœtis guſtu cuiuſdã apud Lotophagos graminis, & Sirenum cantu deleniti, uoluptatẽ ſaluti prætuliſſe, dum laudis falſam imaginem ſequuntur, ipſa, propter quam dicitur, uictoria cedunt. Atqui cætera quæ cõtinuo magis orationis tractu decurrunt, in auxiliũ atq; ornamentum argumentorum comparantur, neruiſq; illis quibus cauſſa continetur, adijciũt ſuperinducti corporis ſpeciem: ut ſi fortè quid factũ ira uel metu uel cupiditate dicatur, latius quæ cuiuſq; affectus natura ſit, proſequamur. Iiſdem laudamus, incuſamus, augemus, minuimus, deſcribimus, deterremus, querimur, conſolamur, hortamur. Sed horum eſſe opera in rebus aut certis, aut de quibus tanquam certis loquimur, poteſt. Nec abnuerim eſſe aliquid in delectatione, multũ uerò in commouendis affectibus: ſed hæc ipſa plus ualent cũ ſe didiciſſe iudex putat: quod cõſequi niſi argumẽtatione, aliaq; omni fide rerũ non poſſumus. Quorũ priuſquam partior ſpecies, indicandum reor, eſſe quædam in omni probationũ genere cõmunia. Nam nec ulla quæſtio eſt quæ non ſit aut in re, aut in perſona: nec Odyſſ.10. Odyſſ.12.

eſſe

esse argumẽtorum loci possunt, nisi in ijs quæ rebus aut personis accidunt: eaq; aut per se inspici solent, aut ad aliud referri. nec ulla confirmatio, nisi aut ex antecedentibus, aut ex consequentibus, aut ex pugnantibus: & hæc necesse est aut ex præterito tempore, aut ex coniuncto, aut ex sequenti petere. Nec ulla res probari nisi ex alia potest: eaq; sit oportet aut maior, aut par, aut minor. Argumenta uerò reperiuntur aut in quæstionibus, quæ etiam separatæ à complexu rerum personarumq; spectari per se possint: aut in ipsa caussa, cum inuenitur aliquid in ea nõ ex communi ratione ductum, sed eius iudicij de quo cognoscitur, proprium. Probationum præterea omnium aliæ sunt necessariæ, aliæ credibiles, aliæ non repugnantes. Adhuc, omnium probationum quadruplex ratio est, ut uel quia aliquid est, aliud non sit: ut, dies est, nox non est. uel quia est aliquid, & aliud sit: ut, Sol est super terram, dies est. uel quia aliquid non est, aliud sit: ut, nox non est, dies est. uel quia aliquid non est, nec aliud sit; ut, non est rationale, nec homo est. His in uniuersum prædictis partes subijciam.

De Signis, CAP. IX.

OMnis igitur probatio artificialis constat aut signis, aut argumentis, aut exemplis. Nec ignoro plerisq; uideri signa partem argumentorũ: quæ mihi separandi ratio hæc fuit prima, quòd sunt penè ex illis inartificialibus. Cruenta enim uestis, & clamor, & liuor, & talia, sunt instrumenta, qualia tabulæ, rumores, testes: nec inueniuntur ab Oratore, sed ad eum cum ipsa caussa deferuntur. Altera, quòd signa siue indubitata sint, non sunt argumenta: quia ubi illa sunt, quæstio non est: argumento autẽ nisi in re controuersa locus esse nõ potest. siue dubia, non sunt argumenta, sed ipsa argumentis egent. Diuiduntur autem in has primas duas species, quòd eorũ alia sunt (ut dixi) quæ necessaria sunt, quæ Græci uocãt τεκμήρια: alia

alia non necessaria, quæ σημεῖα. Priora illa sunt, quæ aliter habere se nõ possunt: quæ mihi uix pertinere ad præcepta artis uidentur. Nam ubi est signum insolubile, ibi ne lis quidẽ est. Id autem accidit, cũ quid aut necesse est fieri, factum'ue esse, aut certè omnino non potest fieri, uel esse factũ: quo in caussis posito, lis non est nisi facti. Hoc genus per omnia tempora perpendi solet. Nam & coisse eam cũ uiro, quæ peperit, quod est præteriti: & fluctus esse, cum magna uis uenti in mare incubuit, quod coniuncti: & eũ mori, cuius cor est uulneratũ quod futuri, necesse est. Nec fieri potest ut ibi sit messis, ubi satũ non est: ut quis Romæ sit, cum est Athenis: ut sit ferro uulneratus, quẽ sine cicatrice est. Sed quædã & retrorsus idem ualent, ut uiuere hominem, qui spirat: & spirare, qui uiuit. Quædam in contrariũ non recurrunt. Nec enim quia mouetur qui ingreditur, ideireo etiam ingreditur qui mouetur. Quare potest & coisse eũ uiro, quæ non peperit: & non esse uentus in mari, cũ esset fluctus: nec utiq; cor eius uulneratũ esse, qui perit: ac similiter satũ fuisse potest, ubi non fuit messis: fuisse Romæ, qui fuit Athenis: nec fuisse ferro uulneratum, qui habet cicatricẽ. Alia sunt signa non necessaria, quæ ἐνάρετα Græci uocãt: quæ etiamsi ad tollendã dubitationẽ sola nõ sufficiunt, tamẽ adiuncta cæteris, plurimum ualent. Signũ uocant (ut dixi) σημεῖον, quanquã id quidã indicium, quidã uestigium nominauerũt, per quod alia res intelligitur, ut per sanguinẽ cædes. At quia sanguis uel ex hostia respersisse uestẽ potest, uel è naribus profluxisse: nõ utiq; qui uestẽ cruẽtã habuerit, homicidiũ fecerit. Sed ut per se nõ sufficit, ita cæteris adiũctũ testimonij loco ducitur, si inimicus, si minatus antè, si codẽ loco fuit: quibus signũ eum accessit, efficit ut quæ suspecta erãt, certa uideãtur. Alioqui sũt quædã signa utriq; parti cõmunia, ut liuores, tumores. Nam uideri possũt & ueneficij, & cruditatis. Et uulnus in pectore, sua

Vide censurã Agricolæ de hoc loco lib. 1. cap. 22.

sua manu, & aliena perisse dicentibus in quo est. Hæc perinde firma habentur, atq; extrinsecus adiuuantur. Eorum autem quæ signa sunt quidem, sed non necessaria, genus Hermagoras putat, nō esse uirginem Atalantam, quia cum iuuenibus per syluas uagetur. Quod si receperimus, uereor ne omnia quæ ex facto ducuntur, signa faciamus. Eadem tamen ratione, qua signa, tractantur. Nec mihi uidentur Areopagitæ cum damnauerunt puerum colurnicū oculos eruentem, aliud iudicasse, quàm id signū esse perniciosissimæ mentis, multisq; malo futuræ, si adoleuisset. Vnde Spurij Melij, Marciq; Manlij

Liu. li. ab vrb. cond. 4. & 5. *popularitas, signum affectati regni est existimatū. Sed uereor ne longè nimiū nos ducat hæc uia. Nam si est signū adulteræ, lauari cum uiris, erit & cōuiuere cum adolescentibus, deinde etiam familiariter alicuius amicitia uti: ut fortasse corpus uultum, fractum incessum, uestem muliebrem dixerit mollis & parum uiri signa, sicui (cum signū id propriè sit, quod ex eo de quo quæritur, natum sub oculos uenit) ut sanguis è cæde, ita illa ex impudicitia fluere uideantur. Ea quoq; quæ quia plerunq; obseruata sunt, uulgo signa creduntur, ut prognostica,*

Georg. I. *– Vento rubet aurea Phœbe:*

Et cornix plena pluuiam uocat improba uoce:

si causas ex qualitate cæli trahunt, sanè ita appellentur. Nam si uento rubet Luna, signum uenti est rubor. Et si, ut idem

Ibidem. *Poëta colligit, densatus & laxatus aër facit ut sit inde ille auium concentus, idem sentiemus. Sunt autem signa etiam parua magnorum, ut uel hæc ipsa cornix. Nam maiora minorum esse nemo miratur.*

De Argumentis. CAP. X.

NVnc de argumentis. Hoc enim nomine complectimur omnia quæ græci ἐνθυμήματα, ἴδιόν τι χειρήματα, ἀποδείξεις uocant: quanquā apud illos est aliqua horū nominū differentia,

*rentia, etiā si uis eodē fere tendit. Nam enthymema (quod nos cōmentum sane aut cōmentationem interpretemur, quia aliter nō possumus, Græco melius usuri) unum intellectū habet, quo omnia mētis cōcepta significat, sed nunc de eo non loquimur: alterum, quo sententiam cum ratione: tertium, quo certā quandam argumēti conclusionē, uel ex consequētibus, uel ex repugnātibus: quanquam de hoc parum conuenit. Sunt enim qui illud prius epicherema dicant: pluresq; inuentas in ea opinione, ut id demum quo pugna constat, enthymema accipi uelint. Et ideo illud Cornificius contrariū appellat: hunc alij rhetoricum syllogismum, alij imperfectum syllogismum uocauerunt, quia nec distinctis, nec totidem partibus concluderetur: quod sane non utiq; ab Oratore desideratur. Epicherema Valgius aggressionem uocat, * Celsus autem iudicat non nostram administrationem, sed ipsam rem quam aggredimur, id est, argumentum quo aliquid probaturi sumus, etiam si nōdum uerbis explanatū, iam tamen mente conceptum, epicherema dici. Aliis uidetur non destinata, uel inchoata, sed perfecta oratio hoc nomen accipere ultima specie. Ideoq; propria eius appellatio, & maximè in usu posita, est, qua significatur certa quædam sententiæ cōprehensio, quæ ex tribus partibus constat. Quidam epicherema rationem appellarunt, Cicero melius ratiocinationem: quanquam & ille nomen hoc duxisse magis a syllogismo uidetur. Nam & statū syllogisticū, ratiocinatiuum appellat, exemplisq; utitur philosophorū. Et quoniam est quædam inter syllogismum & epicherema uicinitas, potest uideri hoc nomine rectè abusus. Ἀπόδειξις est euidens probatio, ideoq; apud Geometras γραμμικὴ ἀπόδειξις dicitur. Hāc & ab epicheremate differre Cæcilius putat solo genere cōclusionis, & esse apodixin imperfectū epicherema, eadem caussa qua diximus enthymema à syllogismo distare.*

Nam

rentia, etiā si uis eodē fere tendit. Nam enthymema (quod nos cōmentum sane aut cōmentationem interpretemur, quia aliter nō possumus, Græco melius usuri) unum intellectū habet, quo omnia mētis cōcepta significat, sed nunc de eo non loquimur: alterum, quo sententiam cum ratione: tertium, quo certā quandam argumēti conclusionē, uel ex consequētibus, uel ex repugnātibus: quanquam de hoc parum conuenit. Sunt enim qui illud prius epicherema dicant: pluresq; inuentas in ea opinione, ut id demum quo pugna constat, enthymema accipi uelint. Et ideo illud Cornificius contrariū appellat: hunc alij rhetoricum syllogismum, alij imperfectum syllogismum uocauerunt, quia nec distinctis, nec totidem partibus concluderetur: quod sane non utiq; ab Oratore desideratur. Lib. 4. ad Herennium.

*Epicherema Valgius aggressionem uocat, * Celsus autem iudicat non nostram administrationem, sed ipsam rem quam aggredimur, id est, argumentum quo aliquid probaturi sumus, etiam si nōdum uerbis explanatū, iam tamen mente conceptum, epicherema dici.* *al. Verrius. al. Veriùs autem iudico.

Alijs uidetur non destinata, uel inchoata, sed perfecta oratio hoc nomen accipere ultima specie. Ideoq; propria eius appellatio, & maximè in usu posita, est, qua significatur certa quædam sententiæ cōprehensio, quæ ex tribus partibus constat. Quidam epicherema rationem appellarunt, Cicero melius ratiocinationem: quanquam & ille nomen hoc duxisse magis a syllogismo uidetur. Nam & statū syllogisticū, ratiocinatiuum appellat, exemplisq; utitur philosophorū. Et quoniam est quædam inter syllogismum & epicherema uicinitas, potest uideri hoc nomine rectè abusus. Ἀπόδειξις est euidens probatio, ideoq; apud Geometras γραμμικὴ ἀπόδειξις dicitur. Hāc & ab epicheremate differre Cæcilius putat solo genere cōclusionis, & esse apodixin imperfectū epicherema, eadem caussa qua diximus enthymema à syllogismo distare. In Rhetor. & alibi.

*enthymema. Nam & * epicherema ſyllogiſmi pars eſt. Quidã ineſſe epicherematí apodixin patãt, & eſſe partẽ eius confirmantem. Vtrũq; autẽ quãquam diuerſi authores, eodem modo finiunt, ut ſit ratio per ea quæ certa ſunt, fidẽ dubijs afferẽs. quæ natura eſt omniũ argumẽtorum. neq; enim certa incertis declarãtur. Hæc omnia generaliter πίστεις appellãt: quod etſi propria interpretatione dicere fidem poſſumus, apertius tamen probationem interpretabimur. Sed argumẽtum quoq; plura ſignificat. Nam & fabulæ ad actus ſcenarum compoſitæ, argumẽta dicũtur: & orationum Ciceronis uelut thema ipſe exponens Pedianus, Argumẽtum, inquit, tale eſt. & ipſe Cicero ad Brutum ita ſcribit, Veritus fortaſſe ne nos in Catonẽ noſtrum transferamus illinc mali quid, etſi argumẽtum ſimile non erat. Quo apparet omnem ad ſcribendum deſtinatam materiam ita appellari. nec mirũ, cum id inter opifices quoq;
Acne. 7. cir. fi. uulgatum ſit: unde Virgilio Argumentũ ingens: uulgoq; paulo numeroſius opus dicitur argumentoſum. Sed nunc de eo dicendum argumento eſt, quod probationem, indicium, fidem, aggreſſionem, eiuſdem rei nomina, Celſus facit, parum diſtincte, ut arbitror. Nam probatio & fides efficitur nõ tantum per hæc quæ ſunt rationis, ſed etiam per inartificialia. Signum autem, quod ille indicium uocat, ab argumentis tam ſeparaui. Ergo cum ſit argumentum, ratio probationem præſtans, qua colligitur aliud per aliud, & quæ quod eſt dubium, per id quod dubium non eſt, confirmat: neceſſe eſt eſſe aliquid in cauſſa quod probatione non egeat. Alioqui nihil erit quo probemus, niſi fuerit quod aut ſit uerum, aut uideatur, ex quo dubijs fides fiat. Pro certis autem habemus primum quæ ſenſibus percipiuntur, ut quæ uidemus, audimus: qualia ſunt ſigna. Deinde ea in quæ communi opinione conſenſum eſt, Deos eſſe, præſtandam pietatem parentibus. Præterea quæ legibus

legibus cauta ſunt, quæ perſuaſione etiam ſi non omnium hominum, eius tamen ciuitatis aut gẽtis in qua res agitur, in mores recepta ſunt: ut pleraq; in iure nõ legibus ſed moribus cõſtant. Siquid inter utrãq; partem conuenit, ſiquid probatũ eſt: deniq; cuicunq; aduerſarius nõ cõtradicit. Sic enim fiet argumentum, Cum prouidentia mundus regatur, adminiſtranda eſt Reſpub. ut adminiſtranda Reſpublica ſit, ſi liquebit mundum prouidentia regi. Debet etiã notã eſſe rectè argumẽta tractaturo, uis & natura omnium rerum, & quid quæq; earum plerunq; efficiat. hinc enim ſunt quæ ἐνάστα dicuntur.

Credibilium autem genera ſunt tria. Vnum firmiſſimum, quod ferè accidit, ut liberos à parentibus amari. Alterum uelut propenſius, Eum qui rectè ualeat, in craſtinum peruenturum. Tertium tantùm non repugnans, In domo furtum factum ab eo qui domi fuit. Idq; Ariſtoteles in ſecũdo de arte Rhetorica libro diligentiſſimè eſt executus quid cuiq; rei, & quid cuiq; homini ſolcat accidere: & quas res, quosq; homines, quibus rebus aut hominibus uel conciliẽſſet uel alienaſſet ipſa Natura: ut diuitias qui ſequatur, aut ambitum, aut ſuperſtitionem: quid boni probent, quid mali petant, quid milites, quid ruſtici: quo quæque modo res uitari uel appeti ſoleat. Verùm hoc exequi nutto. Non enim longum tantum, ſed etiam impoſſibile, ac potius infinitum eſt: præterea poſitum in communi omnium intellectu. Siquis tamen deſiderauerit, à quo peteret, oſtendi. Omnia autem credibilia, in quibus pars maxima conſiſtit argumentationis, ex huiuſmodi fontibus fluunt, An credibile ſit à filio patrem occiſum, inceſtum cum filia commiſſum: & contrà ueneficium in nouerca, adulterium in luxurioſo. Illa quoque, An ſcelus palàm factum, an falſum dixerit propter exiguam ſummam. quia ſuos quiſque horum uelut mores habet, plerunque Horat. in arte poet.

tamẽ,nõ ſemper:alioqui indubitata eſſent,nõ argumẽta. Excutiamus nũc argumentorũ locos:quanquã quibuſdã ij quoq; de quibus ſuprà dixi,uidẽtur. Locos appello,nõ ut uulgo nũc intelliguntur,in luxuriam,& adulterium,& ſimilia:ſed ſedes argumentorum,in quibus latent,ex quibus ſunt petẽda. Nam ut in terra non omne generantur omnia, nec auem aut feram reperias,ubi quæq; naſci aut morari ſoleat,ignarus:& piſciũ quoq; genera alia plantis gaudent,alia ſaxoſis,regionibus etiã littoribusq; diſcreta ſunt, nec Helopem noſtro mari,aut Scarum ducas:ita nõ omne argumentum undiq; uenit:ideoq; non paſſim quærẽdum eſt. Multus alioqui error eſt: & exhauſto labore,quod non ratione ſcrutabimur,non poterimus inuenire niſi caſu. At ſi ſcierimus ubi quicq; naſcatur,eum ad locum uenitũ erit,facilè quod in eo eſt,peruidebimus. In primis igitur argumenta ſæpe à perſona ducenda ſunt: eum ſit,ut dixi, diuiſio ut omnia in hæc duo partiamur,res,atq; perſonas: ut cauſſa,tempus,locus,occaſio,inſtrumentum,modus,& cætera,rerum ſint accidentia. Perſonis autem non quicquid accidit,exequendum mihi eſt, ut pleriq; fecerunt, ſed unde argumenta ſumi poſſunt. Ea porrò ſunt,Genus:nam ſimiles parentibus ac maioribus ſuis filij plerunq; creduntur: & nonnunquam ad honeſtè turpiterq; uiuendum inde cauſſæ fluũt. Natio:nam & gentibus proprij mores ſunt: nec idem in Barbaro,Romano,Græco,probabile eſt. Patria:quia ſimiliter etiam ciuitatum leges,inſtituta, opiniones habent differentiam. Sexus:ut latrocinium facilius in uiro,ueneficium in fœmina credas. Aetas:quia aliud alijs annis magis conuenit. Educatio & diſciplina:quoniam refert à quibus,& quo quiſq; modo ſit inſtitutus. Habitus corporis: ductur enim frequenter in argumentum ſpecies libidinis, robur petulantiæ. his contraria in diuerſum. Fortuna:nec enim idẽ credibile eſt in diuite,ac pauperẽ:

pere:propinquis amicis clientibus abũdante, & his omnibus deſtituto. Conditionis etiam diſtantia eſt.nam clarus an obſcurus,magiſtratus an priuatus,pater an filius,ciuis an peregrinus,liber an ſeruus,maritus an cælebs, parens liberorum an orbus ſit,plurimum diſtat. Animi natura:etenim auaritia,iracundia, miſericordia, crudelitas, ſeueritas, aliaq; his ſimilia afferũt fidem frequẽter,aut detrahũt:ſicut uictus,luxurioſus, an frugi,an ſordidus,quæritur. Studia quoq;:nam ruſticus, fõrenſis,negociator,mules,nauigator,medicus, aliud aq; aliud efficiũt. Intuendum & quid affectet quiſq;,locuples uideri an diſertus, iuſtus an potens. Spectantur ante acta dictaq;. Ex præteritis enim æſtimari ſolent præſentia. His adijcium quidam cõmotionem.hãc accipi uolunt tẽporarium animi motũ, ſicut irã, pauorẽ. Cõſilia autẽ, & præſentis & præteriti & futuri temporis:quæ mihi,etiam ſi perſonis accidunt,referẽda tamen ad illam partem argumẽtorum uidentur,quã ex cauſſis ducimus:ſicut habitus quidã animi, quo tractatur amicus, inimicus. Ponunt in perſona nomen, quod quidem ei accidere neceſſe eſt, ſed in argumentũ rarò cadit:niſi eum aut ex cauſſa datum eſt,ut ſapiens,magnus,planus:aut & ipſum aliquius cogitationis attulit cauſſam, ut Lentulo coniurationis, quòd libris Sibyllinis Aruſpicumq; reſponſis dominatio dari tribus Cornelijs dicebatur,ſeq; eum tertium eſſe credebat poſt Syllam Cinnamq;, quia & ipſe Cornelius erat. Nam & illud apud Euripidem,frigidum ſanè,quòd nomen Polyneis ut argumentum morum frater inceſſit. Iocorum tamen ex eo frequens materia,qua Cicero in Verrem non ſemel uſus eſt. Hæc ferè circa perſonas ſunt,aut his ſimilia. Nec enim complecti omnia uel hac in parte, uel in cæteris poſſumus, contenti rationem plura quæſituris oſtendere. Nunc ad res tranſeo, in quibus maximè ſunt perſonis iuncta quæ agimus, ideoq; In Phœniſſis

prima tractanda. In omnibus porro quæ fiunt, quæritur aut quare, aut ubi, aut quando, aut quomodo, aut per quæ facta sunt. Ducuntur igitur argumenta ex causis factorum, uel futurorũ: quorum materiam, quam ὕλην alij, ἀνάκαμψιν alij nominauerũt, in duo genera, sed quaternas utriusq; diuidũt species. Nam ferè uersatur ratio faciẽdi circa bonorũ adeptionẽ, incremẽtum, conseruationem, usum: aut *malorum euitationẽ, liberationem, imminutionẽ, cõuersionem. nãq; & hæc in deliberãdo plurimum ualent. Sed has causas habent rectæ: prauæ contrà ex falsis opinionibus ueniunt. Nam est his initium ex ijs quæ creduntur bona aut mala: inde errores existunt, & pessimi affectus: in quibus sunt ira, odium, inuidia, cupiditas, spes, ambitus, audacia, metus, cæteraq; generis eiusdem. Accedunt aliquando fortuita, cbrietas, ignorantia. Quæ interim ad ueniam ualent, interim ad probationem criminis: ut siquis dum alij insidiatur, alium dicatur interemisse. Caussæ porro non ad cõuincendum modò quod obijcitur, sed ad defendendũ quoq; excuti solent, cũ quis se rectè fecisse, id est, honesta caussa contendit. qua de re latius in tertio libro dictum est. Fictiones ex causis interim pendent. An tyrannicida, qui tyrannum à quo deprehensus in adulterio fuerat, occidit. An sacrilegus, qui ut hostes urbe expelleret, arma templo affixa detraxit. Ducũtur argumenta & ex loco. Spectatur enim ad fidem probationis, montanus an planus, maritimus an mediterraneus, constitus an incultus, frequens an desertus, propinquus an remotus, opportunus cõsilijs, an aduersus. quam partem uidemus uehementissimè pro Milone tractasse Ciceronem. Et hæc quidem ac similia ad coniecturam frequentius pertinent: sed interim ad ius quoquè, priuatus an publicus, sacer an prophanus, noster an alienus: ut in persona, magistratus, pater, peregrinus. Hinc enim quæstiones oriuntur:

*in scrip. codicib. legitur dum taxat, aut malorum euitationem, & imminutionem. nunq; & hæc &c.

Cap. 6.

tur: Priuatam pecuniam sustulisti, uerùm quia de templo, non furtum, sed sacrilegium est. Occidisti adulterũ, quod lex permittit: sed quia in lupanari, cædes est. Iniuriam fecisti, sed quia magistratui, maiestatis actio est. Vel contrà, Licuit, quia pater eram, quia magistratus. Sed circa facti controuersiam argumenta præstant circa iuris lites materiam quæstionum. Ad qualitatem quoq; frequenter pertinet locus. Neq; enim ubiq; idem aut licet, aut decorum est. Quinetiam in qua quicq; ciuitate quæratur, interest. Moribus enim & legibus distant. Ad commendationẽ quoq; & inuidiam ualet. Nam & Aiax apud Ouidium, Ante rates, inquit, agimus caussam, & mecum confertur Vlysses. Et Miloni inter cætera obiectũ est, quòd Clodius in monumẽtis ab eo maiorũ suorũ esset occisus. Ad suadendi momẽta idem ualet, sicut tempus, cuius tractatũ subiungam. Eius autẽ (ut alio loco iam dixi) duplex significatio est. Generaliter enim et specialiter accipitur. Prius illud est, Nũc, Olim, Sub Alexandro, Cum apud Ilion pugnatum est. deniq; præteritum, instans, futurum. Hoc sequens habet & constitutæ diserimina, æstate, hyeme, noctu, interdiu: & fortuita, in pestilentia, in bello, in conuiuio. Latinorum quidam satis significari putauerunt, si illud generale, hoc speciale uocarẽt. Quorum utrorunq; ratio & in consilijs quidem, & in illo demonstratiuo genere uersatur: sed in iudicijs frequẽtissima est. Nam & iuris quæstiones facit, & qualitatem distinguit, & ad cõiecturam plurimum confert: ut cum interim probationes inexpugnabiles afferat, quales sunt si dicatur (ut suprà posui) signator, qui ante diem tabularũ decesserit: aut cõmisisse aliquid uel cum infans esset, uel cum omnino natus non esset. Præterid, quòd omnia facilè argumenta aut ex ijs quæ ante rem facta sunt, aut ex coniunctis rei, aut insequentibus ducuntur. Ex antecedentibus, Mortem minatus es, noctu existi,

Meta. 13.

A tempore.

Suprà fo. 146.

Cap. de tabulis.

proficiscentem antecessisti. Caussæ quoq; factorum, præteriti sunt temporis. Sed tempus subtilius quidam quàm necesse erat diuiserunt, ut esset iunctū, sonus auditus est: adhærentis, clamor sublatus est: insequentis illa, latuisti, profugisti, liuores & tumores apparuerūt. Iisdem temporū gradibus defensor utetur ad detrabendam ei quod obijcitur, fidem. In his omnis factorum dictorumq; ratiō uersatur, sed dupliciter. Nam fiūt quædam, quia aliud posteà futurum est: quædam, quia aliud antea factum est: ut cum obijcitur reo lenocinij speciosæ marito, quòd adulterij damnatam quandam emerit: aut parricidij reo luxurioso, quòd dixerit patri, Non amplius me oburgabis. Nam & ille non quia emit, leno est: sed quia leno erat, emit. Nec hic quia sic erat locutus, occidit: sed quia erat occisurus, sic locutus est. Casus autem, qui & ipse præstat argumentis locum, sine dubio est ex insequentibus: sed quadam proprietate distinguitur: ut si dicam, Melior dux Scipio quàm Annibal: uicit Annibalem. Bonus gubernator: nunquam fecit naufragium. Bonus agricola: magnos sustulit fructus. Et contrà, Sumptuosus fuit, patrimonium exhausit, turpiter uixit. uel omnibus inuisus est. Intuendæ sunt, præcipueq; in coniecturis, & facultates. Credibilius est enim occisos à pluribus paucioribus, à firmioribus imbecilliores, à uigilantibus dormentes, à præparatis inopinantes. Quorū contraria in diuersum ualent. Hæc & in deliberando intuemur, & in iudicijs ad duas res solemus referre, an uoluerit quis, an potuerit. nā & uoluntatē spes facit. Hinc illa apud Ciceronē coniectura, Insidiatus est Clodius Miloni, nō Milo Clodio: ille cū seruis robustis, hic cū mulierū comitatu: ille in equo, hic in rheda: ille expeditus, hic penula irretitus. Facultatū autem licet instrumentū contingere. Sunt enim in parte facultatis & copiæ. Sed ex instrumēto aliquādo etiā signa nascūtur, ut spiculū in corpore inuēitū.

A casu.

A facultate, quæ in coniecturis præcipuè intuenda est.

Ab instrumento.

His

His adijcitur modus, quem τρόπον dicūt, quo quæritur quemadmodum quid sit factū: id quod tum ad qualitatem scriptiōq; pertinet: ut si negemus adulterū ueneno licuisse occidere, sed ferro oportuisse. tum ad coniecturam quoq;: ut si dicam bona mente factū, ideoq; palàm: mala, ideoq; ex insidijs, nocte, in solitudine. In rebus autem omnibus de quarum ui aut natura quæritur, quasq; etiam citra cōplexum personarum, cæterorumq; ex quibus sit caussa, per se intueri possumus, tria sine dubio rursus spectanda sunt, an sit, quid sit, quale sit. Sed quia sunt quidam loci argumentorum his omnibus cōmunes, diuidi hæc tria genera non possunt: ideoq; locis potius, ut quoq; incurrent, subijcienda sunt. Ducunt igitur argumēta ex finitione, seu fine: nam utroq; modo traditur. Eius duplex ratio est. Aut enim simpliciter quæritur, sitne hoc uirtus. aut antecedente finitione, quid sit uirtus. Id aut uniuersum uerbis complectimur, ut, Rhetorice est bene dicendi scientia. aut per partes, ut, Rhetorice est rectè inueniendi, & disponendi, & eloquendi cum firma memoria, & cum dignitate actionis, scientia. Præterea finimus aut ut, sicut superiora: aut ἐτυμολογίᾳ, ut assiduum ab ære dādo, & locupletem à locorum, pecuniosum à pecorum copia. Finitioni subiecta maximè uidentur genus, species, differens, proprium. Ex his omnibus argumenta ducuntur. Genus ad probandam speciem minimum ualet, plurimum ad refellendam. Itaq; non quia est arbor, platanus est: at quod non est arbor, utique platanus non est. Nec quod non est uirtus, utiq; nō potest esse iustitia. Itaq; à genere peruenīēdum est ad ultimam speciem: ut, homo est animal, non est satis, id enim genus est: mortale, etiam si est species, cum alijs tamen communis finitio: rationale, nihil supererit ad demonstrandū quod uelis. Contrà species firmam probationem habet generis, infirmam refutationem. Nam quod iustitia est, utiq; uirtus

A modo.

An sit, quid sit, quale sit.

Ex finitione.

Cicero in Topicis.

Genus.

Species.

est:quod non est iustitia,potest esse uirtus,si est fortitudo,constantia,continentia. Nunquã itaq; tolletur à specie genus, nisi ut omnes species quæ sunt generi subiectæ,remoueantur : hoc modo,Quod neq; immortale est,neq; mortale,animal non est. His adijciunt propria,& differentia.Proprijs cõfirmatur finitio,differentibus soluitur. Proprium autẽ est aut quod soli accidit,ut homini sermo,risus:aut quod utiq; accidit, sed nõ soli, ut igni calefacere.Et sunt eiusdem rei plura propria,ut ipsius ignis lucere,calere.Itaq; quodcunq; proprium deerit, soluet finitionẽ:non utiq; quodcunq; erit, confirmabit:Sæpissime autẽ quid sit proprium cuiusque, quæritur:ut si per ἐτυμολογίαν dicatur, Tyrannicidæ proprium est tyrannum occidere, negemus.non enim si traditum sibi eum carnifex occiderit, tyrannicida uocetur:nec si imprudẽs, uel inuitus. Quod autem proprium non erit,differens erit:ut aliud est seruũ esse, aliud seruire:qualis esse in addictis quæstio solet.Qui seruus est,si manumittatur,fit libertinus,non idẽ addictus:& plura,de quibus alio loco.Illud quoq; differens uocant , cùm genere in species ducto,species ipsa discernitur. Animal,genus : mortale,species:terrenũ uel bipes,differens. Nondũ enim proprium est,sed iam differt à marino uel quadrupede. Quod nõ tam ad argumentũ pertinet,quàm ad diligentẽ finitionis cõprehensionem. Cicero genus & speciem,quã eandem formã uocat,à finitione diducit,& ijs quæ ad aliquid sunt subijcit: ut si is cui argentũ omne legatum est,petat signatũ quoq;,utatur genere:at si quis cum legatũ sit ei quæ uiro materfamilias esset, neget deberi ei quæ in manum non conuenerit, specie:quoniã duæ formæ sint matrimoniorum. Diuisione autem adiuuari finitionem docet, eamq; differre à partitione:quòd hæc sit totius in partes , illa generis in formas.Partes incertas esse, ut quibus constet Respublica : formas certas,ut quot sint species Rerumpublicarũ, quas

Proprium.

Differens.

quas tres accipimus , quæ populi, quæ paucorum, quæ unius potestate regerentur. Et ille quidem non his exemplis utitur, quia scribens ad Trebatiũ,ex iure ea ducere maluit:ego apertiora posui. Propria uerò ad coniecturæ quoq; pertinẽt partem:ut quia propriũ est boni, rectè facere : tracũdi uerbis excandescãt. At contrà quædã in quibusdã utiq; non sunt,& ratio quamuis ex diuerso,eadem est.Diuisio & ad probandum simili uia ualet,& ad refellendum. Probanti interim satis est unum habere,hoc modo,Vt sit ciuis,aut natus sit oportet,aut factus. Neganti,utrunq; tollendũ est , nec natus nec factus est. Fit hoc & multiplex , idq; est argumentorũ genus ex remotione,quo modò efficitur totũ falsum, modò id quod relinquitur,uerũ. Totum falsum est hoc modo,Pecuniam te credidisse dicis;aut habuisti ipse, aut ab aliquo accepisti , aut inueniſti, aut surripuisti.Si neq; domi habuisti, neq; ab aliquo accepisti, & cætera,non credidisti.Reliquum fit uerum sic,Hic seruus, quem tibi uẽdicas,aut uerna tuus est,aut emptus,aut donatus, aut testamento relictus,aut ex hoste captus,aut alienus , deinde remotis prioribus,supererit alienus.Periculosum, & cum cura intuendum genus:quia si in proponẽdo unum quodlibet omiserimus , cum risu quoque tota res soluitur. Tutius quod Cicero pro Cecinna facit,cũ interrogat,Si hæc actio non sit, quæ sit? Simul enim remouẽtur omnia.Vel cũ duo ponẽtur inter se contraria,quorũ tenuisse utrũlibet sufficiat:quale Ciceronis est,Vnũ quidẽ certè,nemo erit tam iniquus Cluẽtio, qui mihi non concedat,si cõstet corruptũ illud esse iudicium, aut ab Habito,aut ab Oppianico esse corruptum. si doceo non ab Habito,tunc ab Oppianico.si ostendo ab Oppianico , purgo Habitum.Fit etiam ex duobus, quorũ necessaria est alterutrũ eligendi aduersario potestas : efficiturq; , ut utrum elegerit, noceat. Facit hoc Cicero pro Oppio , Vtrum cum Cottam

appe

appetiſſet, aut cum ipſe ſeſe conaretur occidere, telũ ei è manibus ereptum eſt? Et pro Varreno, Optio uobis datur, utrum uelitis caſu illo itinere Varenum uſum eſſe, an huius perſuaſu & inductu. Deinde utraq; facit accuſatori contraria. Interim duo ita proponuntur, ut utrunlibet electum, idem efficiat: quale eſt, Philoſophandum eſt, etiam ſi non eſt philoſophandum. Et illud uulgatum, Quò ſchema, ſi intelligitur? quò ſi non intelligitur? Et, Mentietur in tormẽtis, qui dolorem pati poteſt: mẽtietur, qui non poteſt. Vt ſunt autem tria tempora, ita ordo rerum tribus momentis conſertus eſt. habent enim omnia initium, incrementum, ſummam: ut iurgiũ, deinde cædes. Eſt ergo hic quoque argumentorum locus inuicem probantium. Nam & ex initijs ſumma colligitur: quale eſt, Non poſſum togam prætextam ſperare, cum exordium pullum uideam. & cõtrà, Non dominationis cauſſa Syllam arma ſumpſiſſe, argumentũ eſt dictatura depoſita. Similiter & ex incremento in utranq; partem ducitur ratio, cum in coniectura, tum etiam in tractatu æquitatis, an ad initium ſumma referenda ſit: id eſt an ei cædes imputanda ſit, à quo iurgium cœpit. Eſt argumẽtorum locus ex ſimilibus, Si continentia uirtus, utiq; & abſtinentia. Si fidẽ debet tutor, & procurator. Hoc eſt ex eo genere, quod παραγωγὴν græci uocãt, Cicero inductionem. Ex diſſimilibus, Non ſi lætitia bonũ, & uoluptas. Non quod mulieri, idem pupillo. Ex contrarijs, Frugalitas bonum, luxuria enim malum. Si malorum cauſſa bellum eſt, erit emendatio pax. Si ueniam meretur qui imprudens nocuit, non meretur præmiũ qui imprudens profuit. Ex pugnantibus, Qui eſt ſapiens, ſtultus non eſt. Ex conſequentibus, ſine admunẽtis, Si eſt bonum iuſtitia, rectè iudicandũ. Si malum perfidia, non eſt fallendum. Idem retro. Nec ſunt his diſſimilia, ideoq; huic loco ſubijcienda, cũ & ipſa naturaliter congruant: Quod quis non habuit, nõ perdidit.

Pediamus in diuinationem Cice. & Gell. lib. 5. cap. 15.

dit. Quẽ quis amat, ſciens non lædit. Quem quis hæredẽ ſuum eſſe uoluit, charum habuit, habet, habebit. Sed cum ſint indubitata, uim habent penè ſignorum immutabilium. Sed hæc cõſequentia dico ἀκόλουθα eſt enim conſequens ſapientiæ bonitas. Alla ſequentia ἐπαγόμενα. quæ poſtea facta ſunt, aut futura. Nec ſum de nominibus anxius. uocet enim ut uoluerit quiſque, dum uis rerum ipſa manifeſta ſit, appareatq;, hoc temporis, illud eſſe naturæ. Itaq; non dubito hæc quoq; conſequẽtia, quamuis ex prioribus dent argumentum ad ea quæ ſequũtur. Quorum quidam duas ſpecies eſſe uoluerunt: actionis, ut pro Oppio, Quos educere inuitos in prouinciam non potuit, eos inuitos retinere qui potuit? Temporis, in Verrẽ, Si finẽ prætoris edicto afferunt Calẽdæ Ianuarij, cur nõ initiũ quoq; edicti naſcatur à Calendis Ianuarijs? Quod utrunq; exemplum tale eſt, ut idem in diuerſum, ſi retroagas, ualeat. Conſequens enim eſt, eos qui inuiti duci non potuerint, inuitos nõ potuiſſe retineri. Illa quoq; quæ ex rebus mutuam confirmationem præſtantibus ducuntur, quæ proprij generis uideri quidam uolũt, & uocant ἐκ τῶν πρὸς ἄλλα, Cicero è rebus ſub eandẽ rationẽ uenientibus, fortiter conſequentibus iunxerim: Si portorium Rhodijs locare honeſtum eſt, & Hermacreonti conducere. &, Quod diſcere honeſtũ, & docere. Vnde illa non hac ratione dicta, ſed efficiẽs idem Domitij Afri ſententia eſt pulchra, Ego accuſaui, uos damnaſtis. Eſt inuicem conſequens & quod ex diuerſis idẽ oſtendit: ut qui mundum naſci dicit, per hoc ipſum & deficere ſignificet, quia deficit omne quod naſcitur. Simillima eſt his argumentatio qua colligi ſolent ex ijs quæ faciunt, ea quæ efficiũtur, aut contrà: quod genus à cauſſis uocãt. Hæc interim neceſſariò fiunt, interim plerunq;, ſed non neceſſariò. Nã corpus in lumine utiq; umbra facit, & umbra ubicunq; eſt, ibi eſſe corpus oſtẽdit. Alia ſunt, ut dixi, non neceſſaria,

Act. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ceſſaria, uel utrinq; uel ex altera parte. Sol colorat: non utiq; qui eſt coloratus, à ſole eſt. Iter puluerulẽtũ facit: ſed nec omne iter puluerẽ mouet: nec quiſquis eſt pulucrulentus, ex itinere eſt. Quæ utiq; fiũt, talia ſunt. Si ſapiẽtia bonũ uirũ facit, bonus uir eſt utiq; ſapiẽs. Ideoq; boni eſt honeſtè facere: mali, turpiter: & qui honeſtè faciũt, boni: qui turpiter, mali rectè iudicãtur. Ad hoc, exercitatio plerunq; robuſtũ corpus facit: ſed non quiſquis eſt robuſtus, exercitatus: nec quiſquis exercitatus, robuſtus eſt. Nec qa fortitudo præſtat ne mortẽ timeamus, quiſquis mortẽ nõ timuerit, uir fortis erit exiſtimãdus. Nec ſi capitis dolorẽ facit, inutilis hominibus Sol eſt. Et hæc ad hortatiũ maximè genus pertinẽt. Virtus facit laudẽ. ſequenda igitur: at uoluptas infamiã, fugiẽda igitur. Rectè autẽ monemur,

Ennius in Medea. cauſſas nõ utiq; ab ultimo eſſe repetẽdas: ut Medea, Vtinã ne in nemore Pelio... Quaſi uerò id eã fecerit miſerã aut nocẽtẽ, q; illic ceciderit Abiegna ad terrã trabes. Et Philocteta Paridi, Si*imperaſſes tibi, ego nũc nõ eſſẽ miſer. Quo modo peruenire quò libet, retro cauſſas legẽtibus licet. His illud adijcere ridiculũ putarẽ, n'ſi eo Cicero uteretur, quod cõiugatũ uocãt: ut, Eos qui rẽ iuſtã faciãt, iuſtè facere. quod certè non eget pbatione. Quod cõpaſcuũ eſt, cõpaſcere licere. Quidã hæc quæ uel ex cauſsis uel ex efficientibus diximus, alieno nomine uocãt ἐκβάσεις, id eſt, exitus. Nã nec hic aliud tractatur, q̃ quid ex quoq; eueniat. Appoſita uel cõparatiua dicũtur, quæ maiora ex maioribus, maiora ex minoribus, paria ex paribus cõfirmãtur. Cõiectura ex maiore, Si quis ſacrilegiũ facit, faciet et furtũ. Ex minore, Qui facilè ac palàm mẽtitur, peierabit. Ex pari, Qui ob rẽ iudicãdã pecuniã accepit, & ob dicẽdũ falſum teſtimoniũ accipiet. Iuris cõfirmatio eſt eiuſmodi, Ex maiore, Si adulterũ occidere licet, & loris cædere. Ex minore, Si furem nocturnum occidere licet, quid latronem? Ex pari, Quæ pœna aduerſus interfectorẽ patris iuſta eſt, cadẽ

Accius. * Si par tibi eſſet, non ego nũc eſſem mi.

Vide Rodolphum li. 1. ca. 10.

aduerſus matris. Quorũ omniũ tractatus uerſatur in ſyllogiſmis. Illa magis finitionibus aut qualitatibus proſunt, Si robur corporibus bonũ nõ eſt, minus ſanitas. Si furtũ ſcelus, magis ſacrilegiũ. Si abſtinẽtia uirtus, & cõtinẽtia. Si mũdus prouidẽtia regitur, adminiſtrãda eſt Reſp. Si domus ædificari ſine ratione nõ poteſt, qd agẽdũ in naualiũ cura, & armoriũ? Ac mihi quidẽ ſufficeret hoc genus, ſed in ſpecies ſcatur. Nã & ex pluribus ad unũ, & ex uno ad plura (unde eſt, Quod ſemel, & ſæpius) & ex parte ad totũ, & ex genere ad ſpeciem, & ex eo quod cõtinet, ad id quod cõtinetur, & ex difficilioribus ad faciliora, & ex lõgè poſitis ad propiora, & ad omnia quæ cõtra hæc ſunt, eadẽ ratione argumẽta ducũtur. Sũt enim et hæc maiora & minora, aut certè uim ſimilẽ obtinẽt: quæ ſi perſequamur, nullus erit ea cõcidendi modus. Infinita eſt enim rerũ cõparatio, iucũdiora, grauiora, magis neceſſaria, honeſtiora, utiliora. Sed mittamus plura, ne in eã ipsã quã uito loquacitatẽ incidã. Exemplorũ quoq; ad hæc infinitus eſt numerus, ſed pauciſſima attingã. Ex maiore, pro Cecinna, Quod exercitus armatos mouet, id aduocationẽ togatorũ nõ uidebitur mouiſſe? Ex faciliore, in Clodiũ & Curionẽ, Ac uide an facilè fieri tu potueris, cũ is factus nõ ſit, cui tu cõceſiſti. Ex difficiliore, Vide quæſo Tubero, ut qui de meo facto nõ dubitẽ de Ligarij audeã confiteri. Et ibi, An ſperandi Ligario cauſſa non ſit, cũ mihi apud te locus ſit etiã pro altero deprecandi? Ex minore, pro Cecinna, Ita'ne uerò ſcire eſſe armatos ſat eſt ut uim factam probes, in manus eorum incidere non eſt ſatis? Ergo ut breuiter contraham ſummam, ducuntur argumenta à perſonis, cauſsis, locis, tempore (cuius tres partes diximus, præcedens, coniunctum, inſequens) facultatibus (quibus inſtrumentum ſubiecimus) modo (id eſt ut quicque ſit factum) finitione, genere, ſpecie, differentibus, proprijs, remotione, diuiſione,

initio

initio, incrementis, summa, similibus, dissimilibus, pugnantibus, consequentibus efficientibus, effectis, euentis, iugatis, comparatione, quæ in plureis diducitur species. Illud adijciendum uidetur, duci argumenta non à confessis tantùm, sed etiam à fictione, quod Græci κατ' ὑπόθεσιν uocant. Et quidem ex omnibus issdē locis quibus superiora, quia totidē species esse possunt fictæ, quot uerę. Nam fingere hoc loco est proponere aliquid, quod si uerū sit, aut soluat quæstionē, aut adiuuet: deinde id de quo queritur, facere illi simile. Id quò facilius accipiāt iuuenes nondū scholam egressi, primò familiaribus magisq; usitatis exemplis ostendā: Lex est, Qui parentes non aluerit, uinciatur. Non alit quis, & uincula nihilominus recusat. Vtitur fictione, si mules, si infans sit, si Reip. caussa absit. Et illa contra optionē fortium, si tyrannidem petat, si templorū euersionem. Plurimumq; ea res uirium habet cōtra scriptū. Vtitur his Cicero pro Cecinna, Vnde tu, aut familia, aut procurator tuus. Si me uillicus tuus solus deiecisset: non familia deiecisset, ut opinor. Sed aliquis de familia. Si uerò ne habeas quidem seruū præter eum qui me deiecerit, & alia in eodem libro plurima. Verum eadem fictio ualet & ad qualitates, Si Catilina cum suo concilio nefariorū hominum, quos secum eduxit, hac de re posset iudicare, cōdemnaret L. Murænam. Et ad amplificationē, Si hoc tibi inter cœnā in illis immanibus poculis tuis accidisset. Sic &, Si Respub. uocē haberet. Has sedes accepimus probationū in uniuersum: quas neq; generatim tradere satis est, cum ex qualibet earum innumerabilis argumentorum copia oriatur: neq; per singulas species excqui patitur natura rerum: quod qui sunt facere conati, duo pariter subierunt incōmoda, ut & nimium dicerent, nec tamē totum. Vnde plurimi cum in hos inexplicabiles laqueos inciderunt, omnē etiam quē ex ingenio suo potuerant habere conatum,

Cic. pro Muræna.

Philip. 2.

natum, uelut adstricti certis legū uinculis perdiderūt: & magistrum respicientes, naturam ducē sequi desierūt. Nam ut per se nō sufficit scire omnes probationes aut à personis aut à rebus peti, quia utrūq; in plura diuiditur: ita ex antecedentibus & iunctis & insequētibus trahēda esse argumēta qui acceperit, protinus in hoc sit instructus, ut quid in quaq; caussa dicēdū sit, ex his sciat: præsertim cū plurimæ probationes in ipso caussarum complexu reperiātur, ita ut sint eum alia lite nulla cōmunes, cæq; sint et potētissimæ, & minimè obuiæ, quia cōmunibus ex præceptis propria inueniēda sunt. Hoc genus argumētorum sanè dicamus ex circūstantia, quia περίστασιν dicere aliter nō possumus: uel ex ijs quæ cuiusq; caussæ propria sunt: ut in illo adultero sacerdote, qui lege qua unius seruandi potestatem habebat, se ipse seruare uoluit, proprium est controuersiæ dicere, Nō unum nocētem seruabis, quia te dimisso adulteram occidere nō licebit. Hoc enim argumentum lex facit, quæ prohibet adulterā sine adultero occidi. Et illa, in qua lex est, ut argētarij dimidium ex eo quod debebāt, soluerent, creditum suum totum exigerent. Argentarius ab argentario solidum petit. Proprium ex materia est argumentum creditoris, idcirco adiectum esse in lege, ut argentarius totum exigeret. Aduersus alios enim non opus fuisse lege: cum omnes præterquam ab argentarijs totū exigendi ius haberēt. Cum multa autem nouantur in omni genere materiæ, tum præcipuè in ijs quæstionibus quæ scripto constant, quia uocum est in singulis ambiguitas frequens, adhuc in coniunctis magis. Et hæc ipsa plurium legum aliorum'ue scriptorum uel congruentium uel repugnantium complexu uarientur necesse est: cum res rei, aut ius iuris quasi signum est: Non debui tibi pecuniam, nunquam me appellasti. Vsuram non accepisti, ultro à me mutuatus es. Lex est, Qui patri proditionis reo non

 assuerit,

affuerit, exhæres sit. Negat, nisi si pater absolutus sit. Quid signi? Lex altera, Proditionis damnatus, eũ aduocato exulet. Cicero pro Cluentio P. Popilium & Tib. Guttam dicit nõ iudicij corrupti, sed ambitus esse dãnatos. Quid signi? quòd accusatores eorũ, qui erãt ipsi ambitus damnati, e lege sint post hanc uictoriam restituti. Nec minus in hoc curæ debet adhiberi, quid proponẽdum, quàm quomodo sit quod proposueris, probãdum. Hic omnino uis inuẽtionis si non maior, certè prior. Nam ut tela superuacua sunt nescieti quid petat: sic argumẽta, nisi præuideris cui rei adhibenda sint. Hoc est quod comprehẽdi arte nõ possit. Ideoq; cum plures eadem didicerint, generibus quidẽ argumẽtorum similibus utẽtur: alius tamen alio plura, quibus uratur, inueniet. Sit exẽpli gratia proposita cõtrouersia, quæ minimè cõmunes cum alijs quæstiones habet: Cum Thebas euertisset Alexãder, inuenit tabulas quibus centum talenta mutua Thessalis dedisse Thebanos continebatur. Has, quia erat usus cõmilitio Thessalorũ, donauit his ultro. postea restituti à Cassandro Thebani reposciũt Thessalos. Apud Amphictyonas agitur. Cẽtum talenta & credidisse eos cõstat, et nõ recepisse. Lis omnis ex eo quòd Alexãder ea Thessalis donasse dicitur, pendet. Constat illud quoq;, nõ esse his ab Alexandro pecuniam datam. Quæritur ergo, an perinde sit quod datum est, ac si pecuniam dederit. Quid proderunt argumentorũ loci, nisi hæc prius uidero, nihil eum egisse donando, non potuisse donare, non donasse? Et prima quidem actio facilis ac fauorabilis, repetentium iure, quod ui sit ablatũ: sed hinc aspera & uehemens quæstio exoritur de iure belli, dicentibus Thessalis hoc regna, populos, fines gentium atq; urbium contineri. Inueniendum cõtrà est quo distet hæc caussa à cæteris quæ in potestatem uictoris uenirent: nec circa probationem res hæret, sed circa propositionem. Dicamus in pri

in primis in eo quod in iudiciũ deduci potest, nihil ualere ius belli: nec armis erepta, nisi armis posse retineri. Itaq; ubi illa ualeant, nõ esse iudicẽ: ubi iudex sit, illa nihil ualere. Hoc inuestigandum est, ut adhiberi possit argumentũ. Ideo captiuos, si in patriam suam redierint, liberos esse, quia bello parta, non nisi eadem ui possideãtur. Propriũ est & illud caussæ, quòd Amphictyones iudicent: ut alia apud Centumuiros, alia apud priuatum iudicem in ijsdem quæstionibus ratio sit. Tum secundo gradu non potuisse donari à uictore ius, quia id demũ sit eius, quod ipse teneat: ius, quod sit incorporale, apprehendi manu non posse. Hoc reperire difficilius, quàm cum inueneris, argumentis adiuuare: ut alia sit conditio hæredis, alia uictoris: quia ad illum ius, ad hunc res transeat. Proprium deinde materiæ, ius publici crediti transire ad uictorẽ non potuisse, quia quod populus crediderit, omnibus debeatur: & quandiu quilibet unus superfuerit, esse eum totius summæ creditorẽ: Thebanos autem non omnes in Alexãdri manu fuisse. Hoc nõ extrinsecus probatur, quæ uis est argumẽti, sed ipsum per se ualet. Tertij loci pars prior magis uulgaris, non in tabulis esse ius: itaq; multis argumentis defendi potest. Mens quoq; Alexandri duci debet in dubiũ, honorarit eos, an deceperit. Illud iam rursus materiæ proprium, & uelut nouæ controuersiæ, quòd restitutione recepisse ius, etiam siquod amiserint, Thebani uidentur. Hic & quid Cassander uelit, quæritur: sed uel potentissima apud Amphictyonas æqui tractatio est. Hæc non ideireo dico, quòd inutilem horum locorum, ex quibus argumenta ducuntur, cognitionem putem, alioqui nec tradidissem: sed ne siqui cognouerint ista, si cætera negligant, perfectos se protinus atque consummatos putent: & nisi in cæteris quæ mox præcipienda sunt, elaborauerint, mutam quandam scientiam consecutos intelligant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nec enim artibus editis factum est ut argumẽta inueniremus: sed dicta sunt omnia antequam præciperẽtur: mox ea scriptores obseruata & collecta ediderunt. Cuius rei probatio est, quòd exemplis eorũ ueteribus utuntur, & ab Oratoribus illa repetunt: ipsi nullum nouum, & quod dictum non sit, inueniunt. Artifices ergo illi, qui dixerunt: sed habenda ijs quoque gratia est, per quos labor nobis detractus est. Nam quæ priores beneficio ingenij singula inuenerunt, nobis & nõ sunt requirenda, & nota omnia. Sed non magis hoc sat est, quàm palæstram didicisse, nisi corpus exercitatione, continentia, cibis, ante omnia natura iuuetur: sicut contrà ne illa quidẽ satis sine arte profuerint. Illud quoq; studiosi eloquẽtiæ cogitẽt, neq; omnibus in causis ea quæ demonstrauimus, cuncta posse reperiri: neq; cum proposita fuerit materia dicendi, scrutanda singula, & uelut ostiatim pulsanda, ut sciant an ad probandum id quod intẽdimus, fortè respondeãt: nisi cum discunt, & adhuc usu carent. Infinitum enim faciet ipsa res dicendi tarditatẽ, si semper necesse sit ut tentantes unumquodq; eorũ, quod sit aptum atq; conueniens, experiendo noscamus: nescio an etiam impedimento futura sint, nisi & animi quædam ingenita natura, et studio exercitata uelocitas, rectà nos ad ea quæ conueniunt causæ, ferant. Nam ut cantus uocis plurimum iuuat sociata neruorum concordia, si tamen tardior manus, nisi inspectis dimensisq; singulis quibus quæq; uox fidibus iungẽda sit, dubitet, potius fuerit esse contentũ eo quod simplex canendi natura tulerit: ita huiusmodi præceptis debet quidem aptata esse & citharæ modo intenta ratio doctrinæ: sed hoc exercitatione multa consequendum, ut quemadmodum illorũ artificum, etiam si aliò spectent, manus tamen ipsa consuetudine ad graues, acutos, mediosq; horum sonos fertur: sic Oratoris cogitationem nihil moretur hæc uarietas argumẽtorum & copia,

μικρὸν παίδων ἀνάγκαι.

& copia, sed quasi offerat se, & occurrat: & ut literæ syllabæq; scribentium cogitationẽ non exigunt, sic rationes sponte quadam sequantur.

De Exemplis. CAP. XI.

TErtiam genus ex ijs quæ extrinsecus adducũtur in causam, græci uocãt παράδειγμα, quo nomine & generaliter usi sunt in omni simiuũ appositione, & specialiter in ijs quæ rerũ gestarũ authoritate nituntur. Nostri ferè similitudinẽ uocare maluerũt, quòd ab illis παραβολὴ ducitur: hoc alterũ, exemplum: quanquam & hoc, simile est: & illud, exemplum. Nos quò facilius propositum explicemus, utrunq; παράδειγμα esse credamus, & ipsi appellemus exẽplum. Nec uereor ne uidear repugnare Ciceroni, qui collationẽ separat ab exẽplo. Nam idem omnem argumentationem diuidit in duas partes, inductionẽ, & rationem, ut pleriq; Græcorum in παραδείγματα & ἐνθυμήματα: dixeruntq; παράδειγμα ῥητορικὸν ἐπαγωγήν. Nam illa quæ plurimum Socrates est usus, hãc habuit uiam, ut cum plura interrogasset quæ fateri aduersario necesse esset, nouissimè id de quo quærebatur, inferret, cui simile cõcessisset. Id est, inductio. Hoc in* oratione fieri nõ potest: sed quod illic interrogatur, hic ferè sumitur. Sit igitur illa interrogatio talis, Quod est pomum generosissimum? non ne quod optimũ? cõcederetur. Quid equus? qui generosissimus? non ne qui optimus? & plura in eundẽ modũ. Deinde, cuius rei gratia rogatũ est, quid homo? non ne is generosissimus, qui optimus? fatẽdũ erit. Hoc in testiũ interrogatione ualet plurimũ, in oratione perpetua dissimile est. etenim sibi ipse respõdet Orator. Quod pomum generosissimum? puto quod optimũ: & equus, qui uelocissimus: ita hominum, non qui claritate nascendi, sed qui uirtute maximè excellet. Omnia igitur ex hoc genere sumpta necesse est aut similia esse, aut dissimilia,

De inuent. 1.

*ratiocinatione.

Dissimilitudo. milia, aut cõtraria. Similitudo assumitur interim & ad orationis ornatũ, sed illa cum res exiget: nunc ea quæ ad probationem pertinent, exequar. Potentissimum autẽ est inter ea quæ sunt huius generis, quod proprie uocamus exemplum, id est, rei gestæ, aut ut gestæ, utilis ad* persuadẽdum id quod intenderis, cõmemoratio. Intuendum igitur, totũ simule sit, an ex parte: ut aut omnia ex eo sumamus, aut quæ utilia erunt. Simile est, Iure occisus est Saturninus, sicut Gracchi. Dissimile, Brutus occidit liberos proditionem molientes, Manlius uirtutem filij morte multauit. Contrariũ, Marcellus ornamẽta Syracusanis hostibus restituit, Verres eadẽ socijs abstulit. Et probandorum & culpãdorum ex his cõfirmatio eosdem gradus habet. Etiam in ijs quæ futura dicemus, utilis similium admonitio est: ut siquis dicẽs Dionysium idcirco petere custodes salutis suæ, ut eorum adiutus armis tyrannidem occupet: hoc referat exẽplum, eadem ratione Pisistratũ ad dominationẽ peruenisse. Sed ut sunt exẽpla interim tota similia, ut hoc proximũ: sic interim ex maioribus ad minora, ex minoribus ad maiora ducuntur. Si propter matrimonia uiolata urbes euersæ sunt, quid fieri adultero par est? Tibicines cum ab urbe discessissent, publicè reuocati sunt: quanto magis principes ciuitatis uiri, & bene de Republica meriti, cũ inuidiæ cesserint, ab exilio reducendi? Ad exhortationẽ uerò præcipuè ualent imparia. Admirabilior in fœmina quàm in uiro uirtus. Quare si ad fortiter faciendum accẽdatur aliquis, nõ tantum afferent momenti Horatius & Torquatus, quãtum illa mulier cuius manu Pyrrhus est interfectus: & ad moriẽdum nõ tam Cato & Scipio, quàm Lucretia: quod ipsum est ex minoribus ad maiora. Singula igitur horũ generũ ex Cicerone (nam unde potius?) exempla ponamus. Simile est hoc pro Muræna, Etenim mihi ipsi accidit, ut cum duobus patricijs, altero improbissimo atq;

*suadendum

In Verrem act. 3.

Valer. li. 2. tit. de instit. antiq.

atq; audacissimo, altero modestissimo atq; optimo uiro peterem: superaui tamen dignitate Catilinam, gratia Galbã. Maius nunoris, pro Milone, Negant intueri lucem esse fas ei qui à se hominẽ occisum esse fateatur. In qua tandem urbe hoc homines stultissimi disputant? nempe in ea, quæ primum iudicium de capite uidit M. Horatij fortissimi uiri, qui nondum libera ciuitate, tamen populi Romani comitijs liberatus est, cum sua manu sororem esse interfectam fateretur. Minus maioris, Occidi, non Spurium Melium, qui annona leuanda, iactura aq; rei familiaris, quia nimis amplecti plebem putabatur, in suspicionem incidit regni appetẽdi, &c. deinde, Sed eũ (auderet enim dicere, cum patriam periculo liberasset) cuius nefariũ adulterium in puluinaribus. & totus in Clodij locus. Dissimile plures* causas habet. fit enim genere, modo, tempore, loco, cæterisq;, per quæ fere omnia Cicero præiudicia quæ de Cluentio uidebãtur facta, subuertit: Contrario uerò exẽplo censoriam notam, laudando censorem Aphricanum, qui eum quem peierasse conceptis uerbis palàm dixisset, testimonium etiam pollicitus siquis contradiceret, nullo accusante, traducere equum passus est. quæ quia erant longiora, non suis uerbis exposui. Breue autem apud Virgilium contrarij exemplum est,

*casus

Valer. li. 4. tit. de animi moderat.

At non ille, satum quo te mentiris, Achilles,
Talis in hoste fuit Priamo. — Aeneid. 2.

Quædam autem ex ijs quæ gesta sunt, tota narrabimus: ut Cicero pro Milone, Pudicitiam cũ eriperet militi Tribunus militaris in exercitu Caij Marij, propinquus eius Imperatoris, interfectus ab eo est, cui uim afferebat. Facere enim probus adolescẽs periculosè, quàm perpeti turpiter maluit: atq; hunc ille summus uir scelere solutũ, periculo liberauit. Quædã significare satis erit, ut idẽ, ac prodẽ, Neq; enim posset aut Hala ille Seruilius, aut P. Nasica, aut L. Opimius, aut me Cõsule Senatus non nefarius haberi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

si sceleratos interfici nefas esset. Hæc ita dicētur, prout nota erunt, uel utilitas causſæ aut decor postulabit. Eadem ratio est eorū quæ ex poëticis fabulis ducūtur, nisi quòd ijs minus affirmationis adhibetur: cuius usus qualis esse deberet, idē optimus author ac magister eloquētiæ ostendit. Nam huius quoq; generis eadem in oratione reperietur exēplum: Itaq; hoc, iudices, nō sine causſa etiā fictis fabulis doctissimi homines memoriæ prodiderūt, eum quì patris ulciscendi causſa matrē necauisset, uariatis hominū sentētijs, nō solum humana, sed etiā sapiētissimæ deæ sentētia liberatū. Illæ quoq; fabulæ, quæ etiā si originem nō ab Aesopo acceperūt (nam uidetur earum primus author Hesiodus) nomine tamen Aesopi maximè celebrantur, ducere animos solent, præcipuè rusticorum, & imperitorum: qui & simplicius quæ ficta sunt audiunt, & capti uoluptate, facilè ijs quibus delectantur, consentiunt. Siquidem & Menenius Agrippa plebē cum Patribus in gratiā traditur reduxisse nota illa de membris humanis aduersus uentrē discordantibus fabula. Et Horatius ne in poëmate quidem humilem generis huius usum putauit, in illis uersibus,

Pro Milone.

Liuius dec. 1. lib. 2.

Epist. lib. 1. epist. 1.

Olim quod uulpes ægroto cauta leoni, &c.

Αἶνον Græci uocāt, & ἀσωτοποιὸν, ut dixi, λόγον μυθικὸν: nostrorū quidā non sanè recepto in usum nomine apologationē. Cui cōfine est παροιμίας genus illud, quod est uelut fabella breuior, & per allegoriā accipitur, Nō nostrū, inquit, onus: bos clitellas? Proximas exēpli uices habet similitudo, præcipueq; illa quæ ducitur citra ullā translationū misturam ex rebus penè paribus. Vt qui accipere in Cāpo cōsueuerunt, ijs cādidatis quorū nūmos suppressos esse putant, inimicissimi solent esse: sic eiusmodi iudices infesti tum reo uenerant. Nam παραβολὴ, quam Cicero collationē uocat, longius res quæ comparentur, repetere solet. Nec hominum modò inter se opera

Cicero pro Cluentio.

opera similia spectantur, ut Cicero pro Muræna facit, Quòd si è portu soluentibus, ij qui iam in portum ex alto inuehūtur, prædicere summo studio solent & tempestatum rationem, & prædonum, & locorum: quòd natura fert, ut ijs faueamus qui eadem pericula quibus nos perfuncti sumus, ingrediātur: quo me tandē animo esse oportet propè iam ex magna iactatione terrā uidentem, in hunc, cui uideo maximas Reip. tempestates esse subcūdas? Sed & à mutis atq; etiam inanimis interim huiusmodi ducitur. Et quoniam simulium alia facies in tali ratione, admonendum est, rarius esse in oratione illud genus quod ἐνάργεια græci uocāt (quo exprimitur rerum aut personarum imago: ut Caßius, Quis istam facie planipedis senis torquēs?) quàm id quo probabilius fit quod intēdimus: ut si animum dicas excolendū, similitudine uteris terræ, quæ neglecta sentes atque dumos, culta fructus creat: aut si ad curā Reipub. horteris, ostendas apes etiam formicasq;, non modò muta, sed etiam parua animalia, in commune tamen laborare. Ex hoc genere dictū illud est Ciceronis, Vt corpora nostra sine mente, ita ciuitas sine lege, suis partibus ut neruis ac sanguine & membris uti non potest. Sed ut hac corporis humani pro Cluentio, ita pro Cornelio, equorum: pro Archia, saxorum quoq; usus est similitudine. Illa (ut dixi) propiora, ut remiges sine gubernatore, sic milites sine imperatore nihil ualere. Solent tamen fallere similitudinū species: ideoq; adhibendum est his iudicium. Neq; enim ut nauis utilior noua quàm uetus, sic amicitia: uel ut laudanda quæ pecuniā suam pluribus largitur, ita quæ formā. Verba sunt in his similia, uetustatis, et largitionis: suis quidem longè diuersa, pecuniæ, & pudicitiæ. Itaq; in hoc genere maximè quæritur, an simile sit quod infertur. Etiam in illis interrogationibus Socraticis, quarū paulò antè feci mentionem, cauendū ne incautè respondeas: ut apud Aeschinē Socraticum

De inuent. 1. male respondit Aspasia Xenophontis uxor: quod Cicero his uerbis transfert, Dic mihi, quæso, Xenophontis uxor, si uicina tua melius habeat aurum, quàm tu habes, utrum illius, an tuum malis? Illius, inquit. Quid si uestem & cæterũ ornatum muliebrẽ precij maioris habeat, quàm tu habes, tuum, an illius malis? Illius uerò, respondit. Age, inquit, si utrũ illa meliorem habeat, quàm tu habes, uirum'ne tuũ, an illius malis? Hic mulier erubuit, merito. male enim responderat, si malle alienum aurum, quàm suũ: nam est id improbũ. At si respondisset, malle se aurum suũ tale esse, quale illud esset, potuisset pudicè respõdere, malle se uirum suum talem esse, qualis melior esset. Scio quosdam inani diligentia per minutißimas ista partes secuisse, & esse aliquid minus simile, ut simia homini, & ut marmora deformata prima manu: aliquid plus, ut illud, Non ouum tam

Plautus in Capt. simile ouo. Et dißimilibus inesse simile, ut est formicæ & elephanto genus, quia sunt animalia. Et similibus dißimile,

Virg. Aegl. 1 _ut canibus catulos, & matribus hœdos:

differũt enim ætate. Contrariorum quoq; aliter accipi oppositio, ut noctem luci: aliter noxia, ut frigidam febri: aliter repugnantia, ut uerum falso: aliter disparata, ut dura non duris. Sed quid hæc ad præsens propositum magnopere pertineant, non reperio. Illud est annotandum magis, argumenta duci ex iure simili: ut Cicero in Topicis, Ei cui domus ususfructus relictus sit, non restituturum hæredem si corruerit, quia non restituat seruum si is decesserit. Ex contrario, nihil obstat quò minus iustum matrimonium sit mente coëuntium, etiam si tabulæ signatæ non fuerint. Nihil enim proderit signasse tabulas, si mentem matrimonij non fuisse constabit. Ex dißimili, quale est Ciceronis pro Cecinna: Vt siquis me extre domo coëgisset armis, haberem actionem: si quis introire prohibuisset, non haberem? Dißimilia sic deprehenduntur, Non si qui argentum omne

omne legauit, uideri potest signatam quoq; pecuniam reliquisse: ideo etiam quod est in nominibus, dari uoluisse creditur. Ἀναλογίαν quidam à simili separauerunt, nos eam subiectam huic generi putamus. Nam ut unum ad decem, sic decem ad centum, simile certè est: & ut hostis, sic malus ciuis. quanquam hæc ulterius quoq; procedere solent. Si turpis dominæ consuetudo cum seruo, turpis domini cum ancilla. Si mutis animalibus finis uoluptas, idẽ homini. Cui rei facillimè occurrit ex dißimilibus argumẽtatio, Non idem est dominum cum ancilla coisse, quod dominam cum seruo. Nec si mutis finis uoluptas, rationalibus quoq;. Immo ex contrario, quia mutis, ideo non rationalibus. Adhibetur extrinsecus in caussam & authoritas. Hæc secuti Græcos, à quibus κρίσεις dicuntur, iudicia aut iudicationes uocant, non de quibus ex caussa dicta sententia est: (nam ea quidem in exemplorũ locum cedunt) sed siquid ita usum gentibus, populis, sapientibus uiris, claris ciuibus, illustribus poëtis, referri potest. Ne hæc quidem uulgò dicta, & recepta persuasione populari, sine usu fuerint testimonia. Sunt enim quodammodo uel potentiora etiam, quòd nõ causßis accommodata, sed liberis odio & gratia mentibus: ideo tantum dicta factaq;, quia aut honestißima, aut uerißima uidebantur. An uerò me de incommodis uitæ differentem non adiuuabit earum persuasio nationum, quæ fletibus natos, lætitia defunctos prosequuntur? Aut si misericordiam commendabo iudici, nihil proderit quòd prudẽtißima ciuitas Athenien-sium, non eam pro affectu, sed pro numine accepit? Nam illa septem præcepta sapientum, non'ne quasdam uitæ leges existimamus? Si caussam ueneficij dicat adultera, nõ Marci Catonis iudicio damnata uideatur, qui nullam adulteram non eandem esse ueneficam dixit? Iam sententijs quidem poëtarum nõ orationes modò sunt refertæ, sed libri etiam philosophorum: qui

quanq

quanquam inferiora omnia præceptis suis ac literis credunt, repetere tamen authoritatem à plurimis uersibus non fastidierunt. Neq; est ignobile exemplum, Megareos ab Atheniẽsibus, cum de Salamine contenderẽt, uictos Homeri uersu, qui tamen ipse non in omni editione reperitur, significãs Aiacem naues suas Athenienſibus iunxisse. Ea quoq; quæ uulgo recepta sunt, hoc ipso quòd incertum authorem habẽt, uelut omnia fiunt: quale est, Vbi amici, ibi opes. & Conſciẽtia mille teſtes. & apud Ciceronem, Pares autem (ut est in uetere prouerbio) cum paribus facillimè congregantur. Neque enim durassent hæc in æternum, nisi uera omnibus uiderentur. Ponitur à quibusdam, & quidem in parte prima, Deorum authoritas, quæ est ex reſpõſis: ut Socratem esse ſapientiſſimum. Id rarum est: tamen utitur eo Cicero in libro de Aruſpicum reſponſis: & in concione cõtra Catilinam, cum ſignum Iouis columnæ impoſitum populo oſtẽdit: & pro Ligario, cum cauſſam C. Cæſaris meliorem, quia hoc dij iudicauerint, cõfitetur. Quæ cum propria cauſſæ ſunt, diuina teſtimonia uocantur: cum aliunde arceſſuntur, argumenta. Nonnunquam contingit iudicis quoque, aut aduerſarij, aut eius qui ex diuerſo agit, dictũ aliquod aut factum aſſumere ad eorum quæ intendimus, fidem. Propter quod fuerant qui exempla & has authoritates, probationum inartificialium eſſe arbitrarentur, quòd ea non inueniret Orator, ſed acciperet. Plurimum autem refert. Nam teſtis, & quæſtio, & his ſimilia, de ipſa re quæ in iudicio eſt, *pronũciant: extrà petita, niſi ad aliquam præſentis diſceptationis utilitatem ingenio applicantur, nihil per ſe ualent.

Iliad. f.

Plautus in Trucul.

Actione 3.

*renunciant:

De uſu argumentorum. CAP. XII

HAec ferè de probatione uel ab aliis tradita, uel uſu percepta in hoc tempus ſciebã. Nec mihi fiducia eſt, ut ea ſola eſſe contendã: quinimmo hortor ad quærendũ, & inuenire poſſe

poſſe fateor: quæ tamen adiecta fuerint, non multũ ab his abhorrebunt. Nunc breuiter quemadmodũ ſit utendum his ſubiungam. Traditum ferè eſt, argumentum oportere eſſe confeſſum. Dubijs enim probari dubia quî poſſunt? Quædam tamen quæ in alterius rei probationem ducimus, ipſa probanda ſunt. Occidiſti uirũ, eras enim adultera. Prius de adulterio cõuincendũ eſt: ut cum id cœperit eſſe pro certo, fiat incerti argumentum. Spiculum tuum in corpore occiſi inuẽtum eſt. negat ſuum. ut probationi proſit, probandum eſt. Illud hoc loco monere inter neceſſaria eſt, nulla eſſe firmiora, quàm quæ ex dubijs facta ſunt certa. Cædes à te commiſſa eſt, cruẽtam enim ueſtem habuiſti. Non eſt tam graue argumentum ſi fateatur, quàm ſi conuincitur. Nam ſi fatetur, multis ex cauſsis potuit cruenta eſſe ueſtis. Si negat, hic cauſſæ cardinem ponit: in quo ſi uictus fuerit, etiam in ſequentibus ruit. Non enim uidetur in negando mentiturus fuiſſe, niſi deſperaſſet id poſſe defendi ſi confiteretur. Firmiſſimis argumentorum, ſingulis inſtandum, infirmiora congregãda ſunt: quia illa per ſe fortia non oportet circumſtantibus obſcurare, ut qualia ſunt appareant: hæc imbecilla natura, mutuo auxilio ſuſtinentur. Itaq; ſi non poſſunt ualere quia magna * ſunt, ualebunt quia multa ſunt quæ ad eiuſdem rei probationem omnia ſpectant: ut ſi quis hæreditatis gratia hominem occidiſſe dicatur, Hæreditatem ſperabas, & magnam hæreditatem, & pauper eras, & tum maximè à creditoribus appellabaris: & offenderas eum cuius hæres eras, & mutatarum tabulas ſciebas. Singula leuia ſunt, & communia: uniuerſa uerò nocent, etiam ſi non ut fulmine, tamen ut grandine. Quædam argumenta ponere ſatis non eſt, adiuuanda ſunt: ut ſi cupiditas cauſſa ſceleris fuit, quæ ſit uis eius: ira, quantum efficiat in animis hominum talis affectio. Ita & firmiora erunt ipſa, & plus habebunt decõris, ſi non nu

*non ſunt,

non nudos & uelut carne spoliatos artus ostenderint. Multum etiam refert, si argumento nitemur odij, utrum hoc ex inuidia sit, an ex iniuria, an ex ambitu: uetus, an nouum: aduersus inferiorem, parem, an superiorem: alienum, an propinquum. Suos habent omnia ista tractatus, & ad utilitatem partis eius quam tuemur, referenda sunt. Nec tamen omnibus semper quæ inuenerimus argumentis onerandus est iudex: quia & tædium afferunt, & fidem detrahũt. Neq; enim potest iudex credere satis esse ea potentia, quæ non putamus ipsi sufficere qui dicimus. In rebus uerò apertis argumentari tam sit stultum, quàm in clarissimum solem mortale lumen inferre. His quidam probationes adjeciũt, quas παθητικὰς uocant, ductas ex affectibus. Atq; Aristoteles quidem potẽtissimum putat ex eo qui dicit, si sit uir optimus: quod ut optimum est, ita longe quidem, sed sequitur tamen uideri. Inde enim illa nobilis Scauri defensio, Quintus Valerius Sucronensis ait Aemilium Scaurũ Remp. populi Romani prodidisse: Aemilius Scaurus negat. Cui simile quiddam feciſſe Iphicrates dicitur, qui cum Aristophontẽ, quo accusante similis criminis reus erat, interrogasset an is accepta pecunia Remp. proditurus esset, isq; id negasset: Quod igitur, inquit, tu non feciſſes, ego feci? Intuendũ autem & qui sit apud quem dicimus: & id quod illi maximè probabile uideatur, requirendum. Qua de re locuti sumus & in prooemij & suasoriæ præceptis. Altera ex assueratione probatio est, Ego hoc feci. Tu mihi hoc dixisti: &, O facinus indignũ. & similia. Quæ non debẽt quidẽ deesse orationi, & si desunt, multum nocẽt: non tamen habẽda sunt inter magna præsidia, cum hoc in eadem causſa fieri ex utraq; parte similiter posſit. Illæ firmiores, ex sua cuiusq; persona probationes, quæ credibilẽ rationẽ subiectã habent: ut uulneratus aut filio orbatus nõ fuerit alium accusaturus, quàm nocentẽ: quandò si negoc

Rheto. 2.

Valer. Maximus li. 3. ca. 7.

negociũ innocenti faciat, liberet eum noxa qui admiserit. Hinc & patres aduersus liberos, & aduersus suos quisq; necessarios authoritatẽ petunt. Quæsitũ etiam, potentissima argumẽta primo'ne ponenda sint loco, ut occupẽt animos: an summo, ut inde dimittant: an partim primo summoq;, ut Homerica dispositione in medio sint infirma: an à minimis crescant. Quæ prout ratio causſæ cuiusq; postulabit, ordinabuntur, uno (ut ego censeo) excepto, ne à potentissimis ad leuissima decrescat oratio. Ego hæc breuiter demonstrasse contentus, ita posui, ut locos ipsos & genera quàm posſem apertissimè ostenderem. Quidã executi sunt uerbosius, quibus placuit proposita locorũ cõmunium materia, quo quæq; res modo dici posſet, ostendere: sed mihi supernacuum uidebatur. Nam & fere apparet quid in inuidiam, quid in auaritiã, quid in testem inimicũ, quid in potẽtes amicos dicendũ sit. Et de omnibus his omnia dicere infinitũ est, tam hercule, quàm si controuersiarum, quæ sunt, quæq; futuræ sunt, quæstiones, argumenta, sententias tradere uelim. Ipsas autẽ argumentorũ uelut sedes, nõ me quidẽ omnes ostendisse cõfido, plurimas tamẽ. Quod eo diligẽtius faciẽdum fuit, quia declamationes, quibus ad pugnã forẽsem uelut prælatis exerceri solebamus, olim iã ab illa uera imagine orãdi recesserũt, atq; ad solam cõpositæ uoluptatẽ, neruis carẽt, non alio mediusfidius uitio dicẽtiũ, quàm quo mãcipiorũ negociatores, formæ puerorũ utilitate exciſa lenocinãtur. Nam ut illi robur ac lacertos, barbamq; ante omnia, & alia quæ natura propria maribus dedit, parũ existimant decõra: quæq; fortia si liceret, forent, ut dura molliunt: ita nos habitum ipsum orationis uirilem, & illam uim strictè robusteq; dicendi, tenera quadam elocutionis cute operimus: & dum læuia sint ac nitida, quantum ualeant, nihil interesse arbitramur. Sed mihi naturã intuenti, nemo non uir spadone formosior erit: nec tam

Ilia. 4. vbi imbecilliores Nestor in medio collocat.

aucrsa

auersa unquam uidebitur ab opere suo Prouidentia, ut debilitas inter optima inuenta sit. Nec id ferro speciosum fieri putabo, quod si nasceretur, monstrum erat. Libidinem iuuet ipsum effœminati sexus mendacium, nunquam tamen hoc continget malis moribus regnum, ut siqua preciosa fecit, fecerit & bona. Quapropter eloquentiam licet hanc (ut sentio enim dicam) libidinosam resupina uoluptate auditoria probent: nullam esse existimabo, quæ ne minimum quidem in se indicium masculini & incorrupti, ne dicam grauis & sancti uiri, ostendet. An uerò statuarum artifices, pictoresq; clarissimi, cū corpora quàm speciosissima fingendo pingendo'ue efficere cuperent, nunquam in hunc inciderunt errorem, ut Bagoā aut Megabyzum aliquem in exemplū operis sumerent sibi, sed Doryphoron illū aptum uel militiæ uel palæstræ, aliorumq; iuuenum bellicosorum & athletarum corpora, quæ esse decora uerè existimarint: nos qui Oratorem studemus effingere, non arma, sed tympana eloquentiæ demus? Igitur & ille quē instituimus, adolescens, quàm maximè potest cōponat se ad imitationem ueritatis: inituruſq; frequenter forensium certaminum pugnam, iam in schola uictoriam spectet, & ferire uitalia ac tueri sciat: & præceptor id maximè exigat, & inuentū præcipuè probet. Nam ut ad peiora iuuenes laude ducuntur, ita laudari in bonis *mallent. Nunc illud mali est, quòd necessaria plerunq; silentio transeunt, nec in dicendo uidetur inter bona utilitas. Sed hæc & in alio nobis tractata sunt opere, & in hoc sæpe repetenda. Nūc ad ordinem inceptum reuertamur.

Plutarchus in uita Alexand. Plin. lib. 35. ca. 10. & lib. 34. ca. 8. & Cic. in Orat.

*gandent.

De Refutatione. CAP. XIII.

Refutatio dupliciter accipi potest. Nā & pars defensoris tota est posita in refutatione: & quæ dicta sunt ex diuerso, debent utrinque dissolui: & hæc est proprie, cui in causis quartus assignatur locus. Sed utriusq; similis cōditio est. Neq; uerò

uerò ex alijs locis ratio argumētorum in hac parte peti potest, quàm in cōfirmatione: nec locorum aut sentētiarū, aut uerborum & figurarum alia est cōditio. Affectus plerunq; hæc pars mitiores habet. Non sine caussa tamen difficilius semper est creditū (quod Cicero sæpe testatur) defendere, quàm accusare. Primū, quòd est res illa simplicior. proponitur enim uno modo, dissoluitur uariè: cum accusatori satis sit plerūq; uerū esse id quod obiecerit: patronus neget, defendat, trāsferat, excusset, deprecetur, molliat, minuat, auertat, despiciat, deridcat: quare indirecta ferè, atq;, ut sic dixerim, clamosa est actio. Hinc mille flexus & artes desiderātur. Accusator præmeditata pleraq; domo affert: patronus etiā inopinatis frequenter occurrit. Accusator dat testē: patronus ex re ipsa refellit. Accusator criminum inuidia, etsi falsa sit, materiam dicēdi trahit, de parricidio, sacrilegio, maiestate: quæ patrono tantū negāda sunt. Ideoq; accusationibus etiā mediocres in dicēdo sufficerūt: bonus defensor nemo, nisi qui eloquētissimus fuit. Nam ut quod sentio semel finiam, tanto est accusare quàm defendere, quāto facere quàm sanare uulnera, facilius. Plurimū autē refert, & quid protulerit aduersarius, & quo modo. Primum igitur intuendū est, id cui respōsuri sumus, propriū sit eius iudicij, an ad caussam extrà arcessitū. Nam si est proprium: aut negandum, aut defendendum aut transferēdum. extra hæc in iudicijs ferè nihil est. Deprecatio quidē, quæ est sine ulla specie defensionis: rara admodum, & apud eos solos iudices, qui nulla certa pronunciandi forma tenentur: quanquā illæ quoq; apud C. Cæsarem & Triumuiros pro diuersarum partium hominibus actiones, etiam si precibus utuntur, adhibent tamē patrocinia: nisi hoc non fortissimè defendentis est, dicere, Quid aliud egimus Tubero, nisi ut quod hic potest, nos possemus? Quòd siquando apud principem, alium'ue cui utrum

In Oratore.

Pro Ligario.

uelit liceat, dicendum erit dignũ quidem morte eum pro quo loquemur, clemẽtia tamen seruandum esse uel talem: primùm omniũ non erit res nobis cum aduersario, sed cũ iudice: deinde forma deliberatiuæ magis materiæ, quàm iudicialis utemur. Suadebimus enim ut laudem humanitatis potius quàm uoluptatem ultionis concupiscat. Apud iudices quidem secundum legem dicturos sententiam, de confessis præcipere ridiculum est. Ergo quæ neq; negari neq; trãsferri possunt, utiq; defendenda sunt, qualiacunq; sunt: aut caussa* cadendum. Negandi duplicem ostendimus formam: aut non esse factum: aut nõ hoc esse, quod factum sit. Quæ neq; defendi neque transferri possunt, utiq; neganda: nec solum si finitio potest esse pro nobis, sed etiam si nuda inficiatio supersit. Testes erũt: multa in eos dicere licet. Chirographũ de similitudine literarũ disserẽdũ. Vtiq; nihil erit prius quàm confessio. Vltima est actionis controuersia, cum defendendi negandi'ue non est locus, translatio. Atqui quædã sunt quæ neq; negari neq; defendi neq; trãsferri possunt. Adulterij rea est quæ quam anno uidua fuisset, enixa est. Iis nõ erit. Quare illud stultissimè præcipitur, quod defendi non possit silentio dissimulandum, si quidem est id de quo iudex pronunciaturus est. At si extra caussam sit adductum, & tamen coniunctum, malim quidem dicere, nihil id ad quæstionem, nec esse in his morandum, & minus esse quàm aduersarius dicit: tamẽ uelut huic simulationi obliuionis ignoscam. Debet enim bonus aduocatus pro rei salute breuem negligentiæ reprehensionem non pertimescere. Vtendum etiam, simul nobis plura aggredienda sint, an amolienda singula. Plura simul inuadimus, si aut tam infirma sunt, ut pariter impelli possint: aut tam molesta, ut pedem conferre cum singulis non expediat. Tum enim toto corpore enitendum, & ut sic dixerim, directa fronte pugnandum est. Interim si resoluere

*cedendum.

resoluere ex parte diuersa dicta difficilius erit, nostra argumenta cum aduersariorum argumentis conferemus, si modò, hæc ut ualentiora uideantur, effici poterit. Quæ uerò turbæ ualebunt, diducẽda erũt: ut quod paulò antè dixi: Hæres eras, & pauper, & magna pecunia appellabaris à creditoribus, & offenderas, & mutaturũ tabulas testamenti setebas. Vrgẽt uniuersa. At si singula quæq; dissolueris, iam illa flamma quæ magna cõgerie cõualuerat, diductis quibus alebatur, cõcidet: ut si uel maxima flumina in riuos diducãtur, qualibet transitũ præbent. Itaq; propositio quoq; secundum hanc utilitatem accommodabitur, ut ea nunc singula ostendamus, nunc complectamur uniuersa. Nam interim quod pluribus collegit aduersarius, sat est semel proponere: ut si multas causssas faciendi quod arguit, reo dicet accusator fuisse, nos nõ enumeratis singulis, semel hoc intuẽdum negemus, quia nõ quisquis causssam faciendi sceleris habuit, & fecerit. Sæpius tamẽ accusatori cõgerere argumẽta, reo dissoluere expediet. Id autẽ quod erit ab aduersario dictum, quomodo refutari debeat, intuendũ est. Nam si erit palàm falsum, negare satis est: ut pro Cluẽtio Cicero, cũ quẽ dixerat accusator epoto poculo cõcidisse, negat eodem die mortuũ. Palàm etiam contraria & superuacua & stulta reprehendere, nullius est artis: ideoq; nec rationes eorũ nec exempla tradere necesse est. Id quoq; (obscurum uocant) quod secretò & sine teste aut argumento dicitur factum, satis natura sua infirmum est. Sufficit enim quòd aduersarius non probat. Item si ad causssam non pertinet. Sed tamen interim oratoris est efficere ut quid aut contrarium esse, aut à causssa diuersum, aut incredibile, aut superuacuum, aut nostræ potius causssæ uideatur esse cõiunctum. Obijcitur Oppio, quòd de militiũ cibarijs detraxerit, aspertũ crimen: sed id contrariũ ostendit Cicero, quia ijdem accusatores obiecerint Oppio quòd is

uoluerit exercitum largiẽdo corrumpere. Testes in Cornelium accusator lecti à Tribuno codicis pollicetur: facit hoc Cicero superuacuum, quia idem fateatur ipse. Petit accusationem in
In Diuinat. Verrem Quintus Cæcilius, quòd fuerat quæstor eius: ipsum Cicero ut pro se uideretur effecit. Cætera quæ proponũtur, communes locos habẽt. Aut enim coniectura excutiuntur, an uera sint: aut finitione, an propria: aut qualitate, an inhonesta, iniqua, improba, inhumana, crudelia, & cætera quæ ei generi accidunt. Eaq; non modò in propositionibus aut rationibus, sed in toto genere actionis intuẽda. An sit crudelis, ut Labieni Rabirium lege perduellionis: Inhumana, ut Tuberonis Ligarium exulem accusantis, atq; id agentis, ne ei Cæsar ignoscat. Superba, ut in Oppium ex epistola Cottæ reum factum. Proinde præcipites, insidiosæ, impotentes deprehenduntur. Ex quibus tamẽ fortissimè inuaseris quod est aut omnibus periculosum, ut dicit Cicero pro Tullio, Quis hoc statuit unquã, aut cui concedi sine summo omniũ periculo potest, ut eum iure potuerit occidere, à quo metuisse se dicat ne ipse posterius occideretur? Aut ipsis iudicibus, ut pro Oppio monet pluribus, ne illud actionis genus in equestrẽ ordinẽ admittant. Nonnũquam tamen quædam bene contemnuntur, uel tanquam leuia, uel tanquam ad causam nihil pertinentia. Multis hoc locis facit Cicero. Sed hæc simulatio interim hucusque procedit, ut quæ dicendo refutare non possumus, quasi fastidiendo calcemus. Quoniam uerò maxima pars eorum similibus cõstat, rimandum erit diligentissimè, quid sit in quoq; quod assumitur, dissimule, id in iure facile deprehenditur. Est enim scriptũ de rebus utiq; diuersis, tantoq; magis ipsarum rerum differentia potest esse manifesta. Illas uerò similitudines quæ ducuntur ex maris animalibus, aut inanimis, facile est eludere. Exempla rerũ uariè tractanda sunt, si nocebũt. quæ si uetera erunt,

erunt, fabulosa dicere licebit: si indubia, maximè quidem dissimilia. Neq; enim fieri potest, ut paria sint omnia: ut si Nasica post occisum Gracchum defendatur exẽplo Halæ, à quo Melius est interfectus: Melium regni affectatorem fuisse, à Graccho leges modò latas esse populares: Halam magistrum equitum fuisse, Nasicam priuatũ esse dicatur. Si defecerint omnia, tum uidendum erit, an obtineri possit ne illud quidem rectè factum. Quod de exemplis, idem etiam de iudicatis obseruandum. Quod autẽ posui, referre, quo quicq; modo accusator dixerit, huc pertinet, ut si est minus efficaciter elocutus, ipsa eius uerba ponantur: si acri & uehemẽti fuerit usus oratione, eandem rem nostris uerbis mitioribus proferamus: ut Cicero pro Cornelio, Codicem attigit. & protinus cum quadam defensione: ut si pro luxurioso dicendum sit, Obiecta est paulo liberalior uita. Sic & pro sordido parcum, pro maledico liberum dicere licebit. Vtiq; nunquam committendum est, ut aduersariorum dicta cum sua confirmatione referamus, aut etiam * loci alicuius executione adiuuemus, nisi cum eludenda: Apud exercitum mihi fueris, inquit: tot annis forum non attigeris: abfueris tandiu: & cum tam longo interuallo ueneris, cum ijs qui in foro habitarint, de dignitate cõtendas? Præterea in contradictionibus interim totum crimen exponitur: ut Cicero pro Scauro contra Bostarem facit, ut lut orationem diuersæ partis imitatus. Aut pluribus propositionibus iunctis: ut pro Vareno, Cum uter per agros & loca sola faceret cum Populeno, in familiam Anchariam incidisse dixerunt: deinde Populenum occisum esse: illico Varenum uinctum adseruatum, dum hic ostenderet quid de eo fieri uellet. Quod est utique faciendum si erit incredibilis rei ordo, & ipsa expositione fidem perditurus. Interim per partes dissoluitur, quod contextu nocet: & plerunq; id est tutius. Quædam contradi-

*ioci alicu. excussione. Cicero pro Muræna.

ctiones natura sunt singulæ.id exẽplis nõ eget. Cõmunia bene apprehenduntur,non tantùm quia utriusq; sunt partis, sed quia plus prosunt respondenti. Neq; enim pigebit,quod sæpe monui,referre. Cõmune qui prior dicit,contrarium facit. Est enim cõtrarium,quo aduersarius bene uti potest. Atenim non uerisimile est tantũ scelus M.Cottæ esse cõmentum.Quid:hoc uerisimile est,tantũ scelus Oppiũ esse conatũ? Artificis autem est inuenire in actione aduersarij, quæ inter semetipsa pugnẽt,aut pugnare uideãtur:quæ aliquãdo ex rebus ipsis manifesta sunt: ut in caussa Cæliana, Clodia aurũ se Cælio commodasse dicit,quod signũ magnæ familiaritatis est:uenenũ sibi paratũ,quod summi odij argumentũ est. Tubero Ligariũ accusat, quòd is in Africa fuerit:& queritur quòd ab eo ipse in Africam nõ sit admissus. Aliquãdo uerò præbet eius rei occasionẽ nunus cõsiderata ex aduerso dicẽtis oratio:quod accidit præcipuè cupidis sententiarũ,ut ducti occasione dicẽdi,nõ respiciant quid dixerint,dum locũ præsentẽ nõ totã caussam intuentur. Quid tam uideri potest cõtra Cluentiũ, quàm censoria nota? Quid tam contra eundem, quàm filium ab Egnatio corrupti iudicij,quo Cluentius Oppianicũ circumuenisset, crimine exhæredatum? At hæc Cicero pugnare inuicem ostendit:Sed tu Acci considéres censeo diligẽter, utrum censorium iudicium graue uelis esse,an Egnatij.Si Egnatij,leue est quod censores de cæteris subscripserunt.Ipsum enim Egnatium quẽ tu grauem esse uis,ex senatu eiecerunt. Sin autem censorium, hunc ipsum Egnatium quem pater censoria subscriptione exhæredauit,censores in senatu,cum patrem eijcerent, retinuerunt. Illa magis uitiosè dicuntur,quàm acutè reprehenduntur, argumentum dubium pro necessario, controuersum pro confesso,commune pro proprio,uulgare,superuacuum,constitutum contra fidem. Nam & illa accidunt parum cautis, ut cri

ut crimen augeant, quod probandum est: de facto disputent, cum de authore quæratur:impossibilia aggrediãtur:pro essentiis relinquant uixdum inchoata: de homine dicere quàm de caussa malint:hominum uitam rebus assignent:ut siquis decẽuiratum accuset, non Appium. manifestis repugnent: dicant quod aliter accipi possit:summam quæstionis nõ intueantur: non ad proposita respondeant: quod unum aliquando recipi potest,cum mala caussa adhibitis extrinsecus remedijs tuenda est:ut cum peculatus reus Verres, fortiter & industriè tutus contra piratas Siciliam dicitur. Eadem aduersus contradictiones nobis oppositas præcepta sunt: hoc tamen amplius, quòd circa eas multi duobus uitijs diuersis laborãt. Nam quidam etiam in fõro tanquam rem molestam & odiosam prætereunt:& ijs plerunq; quæ composita domo attulerunt,contenti,sine aduersario dicunt: & scilicet multo magis in scholis, in quibus nõ solùm contradictiones omittũtur,uerum etiã materiæ ipsæ sic plerunq; fingũtur,ut nihil dici pro parte altera possit. Alij diligentia lapsi, uerbis etiam uel sententiolis omnibus respõdendum putant:quod est & infinitũ, & superuacuum,non enim caussa reprehenditur, sed actor:quem ego semper uideri malim sic disertum, ut si dixerit quod rei prosit,ingenij credatur laus esse, non caussæ:si forte quod lædat, caussæ,nõ ingenij culpa.Itaq; illæ reprehensiones, aut obscuritatis, qualis in Rullum est: aut infantiæ in dicendo,qualis in Pisonem: aut insciti rerum uerborumq;,& insulsitatis etiã, qualis in Antonium est, * animo dantur, ut iustis odijs sunt q; utiles ad conciliandum ijs quos inuisos facere noluerís, odium. Alia respondendi patronis ratio: & aliquando tamen eorum non oratio modò,sed uita etiam,uultus denique,incessus, habitus rectè incusari solet:ut aduersus Quintium Cicero, nõ hæc solùm, sed ipsam etiam prætextam demissam ad imos,

Actione 7.

Phil.2.& 3.

*accõmodantur iustis od.

Pro Cluen.

infectatus est. Præsserat enim turbulentis cõcionibus Cluẽtium Quintius. Nonnunquam eleuãdæ inuidiæ gratia, quæ asperius dicta sunt, eluduntur: ut à Cicerone Triarius. Nam cum Scauri columnas per urbẽ plaustris uectas esse dixit, Ego porrò, inquit, qui Albanas habeo columnas, clitellis eas apportaui. Et magis hoc in accusatores cõcessum est, quibus cõuiciari aliquando patrocinij fides cogit. Illa uerò aduersus omnes & receptа, & non inhumana conquestio, si callidè quid tacuisse, breuasse, obscurasse, distulisse dicuntur. Defensionis quoque permutatio reprehẽditur sæpe, ut Accius aduersus Cluentiũ, Aeschines aduersus Ctesiphontẽ facit: cum ille Ciceronẽ lege usurum modò, hic minimè de lege dicturũ Demosthenẽ queritur. Declamatores uerò in primis sunt admonendi, ne cõtradictiones eas ponant, quibus facillimè respõderi posit: neu sibi stultum aduersarium fingant. Facimus autem, quòd maximè uberes loci, populares q; sententiæ nascuntur, materiam dicendi nobis quod uolumus ducentibus: ut non sit inutilis ille uersus, Non malè respondit, malè enim prior ille rogarat. *Fallet hæc nos in foro consuetudo, ubi aduersario, nõ ipsi nobis* Accius trag. *respondebimus. Aiunt Accium interrogatum cur causas non ageret, cum apud eum in Tragœdijs tanta uis esset: hanc reddidisse rationem, quòd illic ea diceretur quæ ipse uellet, in foro dicturi aduersarij essent quæ minime uellet. Ridiculũ est ergo in exercitationibus quæ foro præparantur, prius cogitare quid responderi, quàm quid ex diuerso dici posit. Et bonus præceptor non minus laudare discipulum debet si quid pro diuersa, quàm si quid pro sua parte acriter excogitarit.* *illud *Rursus aliquid in scholis permittẽdum semper, in foro raro. Nam loco à petitore primo contradictione uti qui possumus, ubi uera res agitur, cum aduersarius adhuc nihil dixerit? Incidunt tamen plerique in hoc uitium uel consuetudine declamatoria,*

uel etiam cupiditate dicendi: dant q; de se respondentibus uenustissimos lusus, cum modò se ucrũ nihil dixisse, neq; tam stultè dicturos: modò bene admonitos ab aduersario, & agere gratias, quòd adiuti sint, iocantur: frequentissimè uerò, id quod firmissimum est, nũquam ijs responsurum aduersariũ fuisse, quæ proposita nõ essent, nisi illa scirent uera esse, & ad fatendum conscientia esset impulsus: ut pro Cluentio Cicero, Nam hoc persæpe dixisti, tibi sic renuntiari, me habere in animo causam hanc præsidio legis defendere. ita'ne est? ab amicis causam hanc præsidio legis defendere. & est nescio quis de ijs imprudentes uidelicet prodimur? & est nescio quis de ijs quos amicos nobis arbitramur, qui nostra cõsilia ad aduersariũ deferat? Quis'nam hoc tibi renũtiauit? quis tam improbus fuit? cui ego autẽ narrauì? Nemo (ut opinor) in culpa est, nisi mirũ tibi istud lex ipsa renuntiauit. At quidã contradictione non contenti, totos etiam locos explicãt, scire se hoc dicturos aduersarios, & ita persecuturos. Quod factum uenustè nostris temporibus elusit Vibius Crispus, uir ingenij iucundi & elegantis: ego uerò, inquit, ista non dico. quid enim attinet illa bis dici? Nonnunquam tamen aliquid simile contradictioni poni potest, si quid ab aduersario testationibus comprehensum, in aduocationibus tactatum. Respondebimus enim rei ab illis dictæ, non à nobis excogitatæ: aut si id genus erit causæ, ut proponere possimus certa, extra quæ dici nihil posit: ut cũ res furtiua in domo deprehensa sit, dicat necesse est reus, aut se ignorante illatam, aut depositam apud se, aut donatam sibi. quibus omnibus etiam si proposita non sint, responderi potest. At in scholis rectè & contradictionibus occurremus, ut in utrunque locum, id est primum & secundum, simul exerceamur. quod nisi fecerimus, nunquam utemur contradictione. non enim erit cui respondeamus. Est & illud uitium, nimium soliciti, & circa omnia momenta luctantis. Suspectam enim facit

iudici cauſſam, & frequenter quæ ſtatim dicta omnem dubitationē ſuſtuliſſent, dilata, ipſis præparationibus fidem perdunt, quia patronus & alijs crediderit opus fuiſſe. Fiduciam igitur Orator præ ſe ferat, ſemperq; ita dicat, tanquā de cauſſa optimè ſentiat. Quod (ſicut omnia) in Cicerone præcipuū eſt. Nam illa ſumma cura ſecuritatis eſt ſimilis, tātaq; in oratione authoritas, ut probationis locū obtineat, dubitare nobis non audentibus. Porrò qui ſcierit quid pars aduerſa, quid noſtra habeat ualentiſſimum, facilè iudicabit quibus maximè rebus uel occurrendū ſit, uel inſtandū. Ordo quidem in parte nulla minus affert laboris. Nam ſi agimus, noſtra confirmanda ſunt primū: tum quæ noſtris opponuntur, refutanda. Si reſpondemus, prius incipiendum eſt à refutatione. Naſcuntur autem ex his quæ contradictioni oppoſuimus, aliæ cōtradictiones, euntq; interim lōgius: ut gladiatorum manus quæ ſecūdæ uocātur, fiunt & tertiæ, ſi prima ad euocandū aduerſarij ictū prolata erat: et quartæ, ſi geminata captatio eſt, ut bis cauere, bis repetere oportuerit. Quæ ratio et ultrà ducit. Sed illa etiā quam ſuprà oſtendi, ſimplicē ex affectibus atq; ex affirmatione ſola probationem recipit refutatio: qualis eſt illa Scauri, de qua ſuprà dixi: quam neſcio an etiā frequētior, ubi quid negatur. Videndum præcipuè utriq; parti, ubi ſit rei ſumma. Nā ferè accidit ut in cauſsis multa dicātur, de paucis iudicetur. In his probandi refutandiq; ratio eſt, ſed adiuuanda uiribus dictis, & adornanda. Quālibet enim ſint ad dicendū quod uolumus accōmodata, tamē erunt infirma, niſi maiore quodā Oratoris ſpiritu impleantur. Quare & illi cōmunes loci de teſtibus, de tabulis, de argumētis, alijsq; ſimilibus, magnā uim animis iudicum afferunt, & hi proprij quibus factum quoq; laudamus, aut cōtrà, iuſtū uel iniuſtū docemus, maius aut minus, aſperius aut mitius. Ex his autem alij ad comparationē ſingulorum

lorum argumentorum faciunt, alij ad plurium, alij ad totius cauſſæ inclinationem. Ex quibus ſunt qui præparent animum iudicis, ſunt qui cōfirment. Sed præparatio quoq; aut cōfirmatio aliquando totius cauſſæ eſt, aliquando partium, & perinde ut cuique conueniunt, ſubijcienda. Ideoq; miror inter duos diuerſarum ſectarum uelut duces non mediocri contentione quæſitum, ſinguliſne quæſtionibus ſubijciendi eſſent loci, ut Theodoro placet: an prius docendus iudex quàm mouendus, ut præcepit Apollodorus: tanquam perierit hæc ratio media, & nihil cum ipſius cauſſæ utilitate ſit deliberandum. Hæc præcipiunt qui ipſi non dicunt in foro: ut *acies à ſecuris ocioſis; compoſitæ, ipſa pugnæ neceſſitate turbentur. Nanq; omnes ferè qui legem dicēdi quaſi quædam myſteria tradiderunt, certis non inueniendorum modò argumentorum locis, ſed concludendorum quoque nos præceptis alligauerunt: de quibus breuiſſimè prælocutus, quid ipſe ſentiam, id eſt quid elariſſimos Oratores feciſſe uideam, non tacebo. *artes

Quid enthymema, & quotuplex: quibus conſtet epicheremate, & quomodo refellatur. CAP. XIIII.

IGitur enthymema, & argumentum ipſum, id eſt rem quæ probationi alterius adhibetur, appellant, & argumenti elocutionem. Eam uerò dixi duplicem: Ex conſequentibus, quod habet propoſitionem, coniunctamq; ei protinus probationem: quale pro Ligario, Cauſſa tum dubia, quòd erat ali quid in utraque parte quod probari poſſet: nunc melior ea certè iudicanda eſt, quam etiā dij adiuuerūt. Habet enim propoſitionem, probationemq;, non habet concluſionē. Ita eſt ille imperfectus ſyllogiſmus. Ex pugnātibus uerò, quod etiā ſolum enthymema quidā uocāt, fortior multo probatio eſt. Tale eſt. Cicer. pro Milone, Eius igitur mortis ſedetis ultores, cuius utā ſi putetis per uos reſtitui poſſe, nolitis. Quod quidē etiam

aliq

Universidad de Deusto Biblioteca

aliquando multiplicari solet, ut est ab eodem & pro eodem reo factum. Quem igitur cum omnium gratia noluit, hũc uoluit cum aliquorũ querela? quẽ iure, quem loco, quem tempore, quem impunè non est ausus hunc iniuria, iniquo loco, alieno tempore, cum periculo capitis non dubitauit occidere? Optimum autem uidetur enthymematis genus, cum proposito dissimili uel contrario ratio subiungitur: quale est Demosthenis, Non enim siquid unquam contra leges factũ est, idq; tu es imitatus, idcirco te conuenit pœna liberari: quin e contrario damnari multo magis. Nam ut si quis eorum damnatus esset, tu hæc non scripsisses: ita damnatus tu si fueris, non scribet alius. Epicherematos, & quatuor, & quinque, & sex

De inuen. li. 2. etiam factæ sunt partes à quibusdam. Cicero maximè quinque defendit, ut sit propositio, deinde ratio eius, tum assumptio, & eius probatio, quinta cõplexio: quia uerò interim & propositio non egeat rationis, & assumptio probationis, nonunquã etiam cõplexione opus non sit, & quadripartitam, & tripartitã, & bipartitam quoq; fieri posse ratiocinationem. Mihi et plurimis nihilo minus authoribus tres summum uidentur. Nã ita se habet natura, ut sit de quo quæratur, & per quod probetur: tertium adijci potest uelut ex consensu duorum antecedentiũ. Ita erit prima intentio, secũda assumptio, tertia connexio. Nam cõfirmatio primæ, ac secundæ partis exornatio, eisdem cedere possunt, quibus subijciuntur. Sumamus autẽ ex Ci

Rheto. 1. cerone quinq; partium exemplũ. Melius gubernatur ea quæ consilio reguntur, quàm quæ sine consilio administrãtur. Hãc primã partem enumerant: eam deinceps rationibus uarijs, & quàm copiosissimis uerbis approbari putant oportere. Hoc ego totum cum sua ratione, unum puto: alioqui si ratio pars est, est autẽ uaria ratio, plures partes esse dicãtur. Assumptionem deinde ponit: Nihil autem omnium rerum melius quàm omnis

omnis mundus administratur. Huius assumptionis quarto in loco aliã porrò inducunt probationẽ, de quo idem quod suprà dico. Quinto inducunt loco complexionẽ, quæ aut id infert solum, quod ex omnibus partibus cogitur, hoc modo, Consilio igitur mundus administratur. aut unum in locũ cum conduxerit breuiter propositionem & assumptionẽ, adiungit quid ex his conficiatur, ad hunc modum, Quòd si melius geruntur quæ consilio, quàm quæ sine consilio administrãtur: nihil autem omnium rerum melius quàm omnis mundus administratur: consilio igitur mundus administratur. Cui parti cõsentio. In tribus autem quas fecimus partibus, non est forma semper eadem sed una, in qua idẽ concluditur quod intenditur. Anima immortalis est. Nã quicquid ex se ipso mouetur, immortale est: anima autem ex seipsa mouetur: immortalis igitur est anima. Hoc fit non solùm in singulis argumentis, sed in totis caussis quæ sunt simplices, & in quæstionibus. Nam & hæ primam habent propositionẽ, Sacrilegium cõmisisti, hominẽ occidisti. Nõ quisquis hominẽ occidit, cædis reus tenetur. Deinde rationem. Sed hæc est in caussis & quæstionibus longior, quàm in singulis argumentis. Et plerunq; summa cõplexione, uel per enumerationem, uel per breuem conclusionem testantur quid effecerint. In hoc genere propositio dubia est. de hac enim quæritur. Altera est complexio non par intentioni, sed uim habens parem. Mors nihil ad nos. nam quod est dissolutũ, sensu caret: quod autẽ sensu caret, nihil ad nos. In alio genere non eadem propositio est, quæ cõnexio. Omnia animalia meliora sunt quàm inanima, nihil autem melius est mundo, mundus igitur animal. Hic potest uideri de re cõtentio. Potuit enim sic cõstitui ratiocinatio, Animal est mundus, omnia enim animalia meliora sunt q̃ inanima. Cæterum hæc propositio aut confessa est, ut proxima: aut probanda, ut, Qui beatam uitam uiuere

Platonis argumentatio in Axiocho.

uere uolet, philosophetur oportet. Non enim cõceditur. Cætera sequi, nisi cõfirmata prima parte, non possunt. Est & assumptio interim confessa: ut, Omnes autem uolunt beatam uitam uiuere. Interim probanda, ut illa, Quòd est dissolutum, sensu caret: cũ soluta corpore anima, an sit immortalis, uel ad tempus certum maneat, sit in dubio. Quã assumptionẽ alij rationẽ uocãt, alij epicherema. Epicherema autem nullo differt à syllogismis, nisi quòd illi & plures habẽt species, & uera colligunt ueris: epicherematis frequentior circa credibilia est usus. Nam si contingeret semper controuersa confessis probare, uix esset in hoc genere usus Oratoris. Nã quid ingenio est opus ut dicas, Bona ad me pertinent, solus enim sum filius defuncti, uel solus hæres, cum iure bonorum possessio testati secundũ tabulas testamenti detur: ad me igitur pertinent? Sed cũ ipsa ratio in quæstionem uenit, efficiendum est certum id quod probaturi sumus, quod incertũ est: ut si ipsa fortè intẽtione dicatur, Aut filius nõ es legitimus, aut nõ es solus. Itémque, Aut hæres non es, aut iustũ testamentum non est, aut capere non potes, aut habes cohæredes. Efficiendum est iustũ, propter quod bona adiudicari nobis debeãt. Sed tũ est necessaria illa summa connexio, cum interuenit oratio largior. Aliquando sufficiunt intentio ac ratio, Silent leges inter arma, nec se expectari iubẽt: cum ei qui expectare uelit, antè iniusta pœna luenda sit, quàm iusta repetenda. Ideoq; id enthymema quod est ex consequentibus, rationi simile dixerunt. Sed & singula quoq; interim rectè ponuntur: ut ipsum illud. Silent leges inter arma. Et à ratione fas est incipere, deinde concludere: ut ibidem, Quòd si x i i. tabulæ nocturnum furem quoquo modo, diurnũ autem si se telo defenderet, interfici impune uoluerunt: quis est qui quoquo modo quis interfectus sit, puniendũ putet? Variat autem hic adhuc, & rursus rationem

Pro Milone.

tertio

tertio loco ponit, Cum uideat aliquando gladiũ nobis ad occidendum hominem ab ipsis porrigi legibus. Prioris autem partis duxit ordinem: Insidiatori autem & latroni quæ potest inferri iniusta nex? hæc intentio. Quid comitatus nostri, quid gladij uolunt? hæc ratio. Quos habere certè non liceret, si uti illis nullo pacto liceret. hæc ex intentione & ratione connexio. Huic generi probationis tribus occurritur modis, id est, per omnes partes. Aut enim expugnatur intentio, aut assumptio, aut conclusio, nonnunquam omnia: sed hæc omnia tria sunt. Intẽtio expugnatur, Iure occidi cũ qui insidiatus sit. Nã prima statim pro Milone quæstio est, an sit ei fas lucẽ intueri, qui à se hominem necatũ esse fateatur. Expugnatur assumptio omnibus ijs quæ de refutatione diximus. Et ratio quidẽ nõnunquã est uera, cũ eius propositio uera nõ sit. Interim ueræ propositionis falsa ratio est. Virtus bonũ est, ueruũ est. si quis rationẽ subijciat, quòd ea locupletes faciat, ueræ intẽtionis falsa sit ratio. Cõnexio aut uera negatur, cum aliud colligit quàm id quod ex prioribus cõficitur: aut nihil ad quæstionẽ dicitur pertinere. Non est uera. sic, Insidiator iure occiditur. nam qui curauit ut uim afferat ut hostis, debet etiam ut hostis repelli. rectè igitur Clodius ut hostis occisus est. Non utiq;. Nondũ enim Clodiũ insidiatorem ostendimus: sed fit uera connexio, Rectè igitur insidiator ut hostis occiditur. Nihil ad nos. Nondũ enim Clodius insidiator apparet. Sed ut potest esse uera cõnexio, & tamẽ falsa intẽtio, & ratio: ita si illa uera sunt, nũquã est falsa cõnexio. Enthymema ab aliis oratorius syllogismus, ab aliis pars dicitur syllogismi, propterea quòd syllogismus utiq; cõclusionẽ & propositionẽ habet, & per omnes partes efficit quod proposuit: enthymema tantum intentũ intelligi contentũ sit. Syllogismus talis, Solum bonum uirtus: nam id demum bonum est, quo nemo malè uti potest.

uirt

uirtute nemo malè uti potest. bonum est ergo uirtus Enthymema ex cõsequentibus, Bonum est uirtus, qua nemo malè uti potest. Et contrà, Non est bonum pecunia: non enim bonum, quo quisquã malè uti potest: pecunia potest quis malè uti: non igitur bonũ est pecunia. Enthymema ex pugnantibus, An bonum est pecunia, qua quisq; potest malè uti? Si pecunia quæ est in argento signato, argentum est: qui argentum omne legauit, & pecuniam quæ est in argento signato, legauit. Argentum autem omne legauit: igitur & pecuniam quæ est in argento, legauit. Habebit formam syllogismi. Oratori satis est dicere, Cum argentum legauerit omne, pecuniam quoq; legauit, quæ est in argento. Peregisse mihi uideor sacra tradentium artes, sed consilio locus supereſt. Nanque ego ut in oratione syllogismo quidem aliquando uti nefas non duco, ita cõstare totam, aut certè confertam esse aggressionum & Enthymematum stipatione minimè uelim. Dialogis enim & dialecticis disputationibus erit similior, quàm nostri operis actionibus, quæ quidem inter se plurimum differunt. Nanq; illi homines docti, & inter doctos uerum quærentes, minutius & scrupulosius scrutantur omnia, & ad liquidum confessumq; perducunt: ut qui sibi & inueniendi & iudicandi uendicent partes, quarum alteram τοπικὴν, alteram κριτικὴν uocant. Nobis ad aliorum iudicia componenda est oratio & sæpius apud omnino imperitos, atq; aliarũ certè ignaros literarũ loquendũ est: quos nisi & delectatione allicimus, & uiribus trahimus, & nonnunquã turbamus affectibus: ipsa quæ iusta ac uera sunt, tenere nõ possumus. Locuples & speciosa uult esse eloquentia: quorũ nihil consequetur, si cõclusionibus certis & crebris, & in unam prope formã cadentibus concisa, & contemptum ex humilitate, & odiũ ex quadam seruitute, & ex copia satietatem, & ex amplitudine fastidium tulerit. Feratur igitur

igitur nõ semutis, sed cãpis: nõ uti fontes angustis fistulis colligantur, sed ut latissimi amnes totis uallibus fluat, ac sibi uiam, siquãdo nõ acceperit, faciat. Nam quid lege nuserius illa uelut præformatas infantibus literas persequentiũ, & ut Græci dicere solẽt, quẽ mater amictũ dedit, solicitè custodientiũ? Propositio ac cõclusio ex cõsequẽtibus & repugnãtibus, nõ inspiret, nõ augeat, nõ mille figuris uariet ac uersęt: ut ea nasci, & ipsa prouenire natura, nõ manu facta, & arte suscepta, magistrum fateri ubiq; uideantur? Quis unquam sic dixit Orator? Non ne apud ipsum Demosthenẽ pauciſsima huiusmodi reperiuntur? Quæ apprehensa Græci magis (nam hoc solum nobis peius faciunt) in catenas ligãt, & inexplicabili serie cõnectunt, & indubitata colligũt, & probãt cõfessa, & se antiquis per hoc similes uocãt. Deinde interrogati, nũquam respondebunt quẽ imitentur. Sed de figuris alio loco. Nunc illud adijciendum, ne ijs quidem consentire me, qui semper argumẽta sermone puro & dilucido & distincto, cæterum minimè lato ornatoq; putant esse dicẽda. Nanq; ea distincta quidẽ ac perspicua debere esse confiteor: in rebus uerò minoribus etiã sermone ac uerbis quãmaximè proprijs, & ex usu. At si maior erit materia, nullum ornatũ his, qui modò nõ obscuret, subtrahendum puto. Nam & sæpe plurimum lucis affert ipsa trãslatio, cum etiam ipsi Iuriſconsulti, quorum summus circa uerborum proprietatem labor est, litus esse audeant dicere, quà fluctus eludit. Quoq; quid natura magis asperum, hoc pluribus cõdiendum est uoluptatibus: & nimis suspecta argumentatio, dissimulatione: & multum ad fidem adiuuat audientis uoluptas. Nisi fortè existimamus Ciceronem malè in hac ipsa argumentatione dixisse, silere leges inter arma, & gladium nobis interim ab ipsis porrigi legibus. His tamen habendus modus, ut sint ornamento, non impedimento.

Iuriſconſultorum labor circa uerborũ proprietatem.

M. FAB. QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA LIBER SEXTVS.

Proœmium, in quo de fortuna sua queritur.

HAEC Marcelle Victori ex tua uoluntate maximè ingressus, tũ siqua ex nobis ad iuuenes bonos peruenire posset utilitas, nouissimè penè, & necessitate quadã officij delegati mihi, sedulò laborabã, respiciens tamen illam curã meæ uoluptatis, qui filio, cuius eminẽs ingeniũ, solicitam quoq; parẽtis diligentiã merebatur, hãc optimã partẽ relicturus hæreditatis uidebar: ut si me, quod æquũ & optabile fuit, fata intercepissent, præceptore tamẽ patre uteretur. At me fortuna id agentem diebus ac noctibus, festinantemq; metu meæ mortalitatis, ita subitò prostrauit, ut laboris mei fructus ad neminẽ minus quàm ad me pertineret. Illum enim de quo summa conceperã, & in quo spem unicã senectutis meæ reponebã, repetito uulnere orbitatis amisi. Quid nũc agam? aut quẽ ultrà esse usum mei dijs reprobantibus credam? Nam ita fortè accidit, ut eum quoq; librum quem de Causis corruptæ eloquentiæ emisi, tam scribere aggressus, simili ictu ferirer. Tunc igitur optimum fuit, infaustum opus, & quicquid hoc est in me infelicium literarum, super immaturum funus consumpturis uiscera mea flammis injicere, neq; hãc impiam uiuacitatem nouis insuper curis fatigare. Quis enim mihi bonus parens ignoscat, si studere amplius possum? ac non oderit hanc animi mei firmitatem, si quis in me est alius usus uocis, quàm ut incusem deos, superstes omnium meorũ? nullam terras despicere prouidentiam tester? si non meo casu, cui tamen nihil

nihil obiici, nisi quòd uiuam, potest: at illorũ certè, quos utiq; immeritos mors acerba damnauit: erepta mihi prius eorundẽ matre, quæ nondum expleto ætatis undecimo anno duos enixa filios, quãuis acerbissimis rapta fatis, felix decessit. Ego uel hoc uno malo sic eram afflictus, ut me iam nulla fortuna posset efficere felicem. Nam cum omni uirtute quæ in fœminas cadit, functa, insanabilem attulit marito dolorẽ: tum ætate ea, puellari præsertim meæ comparata, potest & ipsa numerari inter uulnera orbitatis. Liberis tamen superstitibus oblectabar: & quod nefas erat, sæua, sed optabat ipsa, me saluo maximos cruciatus præcipiti uia effugit. Mihi filius minor quintum egressus annum, ut in malis agerem, prior alterum ex duobus eruit lumen. Non sum ambitiosus in malis, nec augere lacrymarũ causas uolo: utinamq; esset ratio minuendi. Sed dissimulare qui possum, quid illi gratiæ in uultu, quid iucunditatis in sermone? quos ingenij igniculos, quã præstantiam placidæ, & (quod scio uix posse credi tantum) altæ mentis ostẽderit? qualis amorem quicunq; alienus infans mereretur. Illud uerò insidiantis, quòd me ualidius cruciaret, fortunæ fuit, ut ille mihi blãdissimus, me suis nutricibus, me auiæ educãti, me omnibus qui solicitare solẽt illas ætates, anteferret. Quapropter illi dolori, quẽ ex matre optima, atq; laudem omnem supergressa, paucos ante menses ceperã, gratulor. Minus enim est quod flẽdum meo nomine, quàm quod illius gaudendum est. Vna post hæc Quintiliani mei spe ac uoluptate nitebar: & poterat sufficere solatio. Non enim flosculos, sicut prior, sed iã decimũ ætatis ingressus annũ, certos atq; deformatos fructus ostẽderat. Iuro per mala mea, per infelicẽ conscientiã, per illos manes numina doloris mei, has me in illo uidisse uirtutes ingenij, nõ modò ad percipiendas disciplinas, quo nihil præstantius cognoui, plurima expertus, studijq; iam tũ nõ

coacti(sciunt præceptores)sed probitatis,pietatis,humanitatis,liberalitatis:ut prorsus posßit hinc esse tãti fulminis metus. quòd obseruatiũ ferè est, celerius occidere festinatam maturitatẽ:& esse nescio quã,quæ spes tãtas decerpat,inuidiã,ne uidelicet ultra quàm homini datũ est,nostra prouehantur. Etiã illa fortuita aderãt omnia, uocis iucũditas claritasq;, oris suauitas,& in utracũq; lingua, tanquã ad eam demũ natus esset, expressa proprietas omniũ literarum.Sed hæc spes adhuc illa maiora,cõstantia,grauitas,cõtra dolores etiã ac metus robur. Nam quo ille animo,qua medicorũ admiratione, mensiũ octo ualetudinẽ tulit?ut me in supremis consolatus est? quàm etiam deficiens, quamq; nõ tunc ipsam illum alienatæ mẽtis errorẽ circa solas literas habuit? Tuos ne ego,ô meæ spes inanes, labentes oculos,tuũ fugientẽ spiritũ uidi? Tuũ corpus frigidum exãgue cõplexus,animam recipere,auramq; cõmunem haurire amplius potui? dignus his cruciatibus quos fero, dignus his cogitationibus.Te ne consulari nuper adoptione ad omniũ spes honorum patris admotum, te auunculo prætori generũ destinatum,te omnium spe Atticæ eloquentiæ cãdidatum,superstes parens tantùm ad pœnas, amisi? Et si non cupido lucis,certè patientia uindicet te reliqua mea ætate. Nam frustra
Plin.li.2.ca.7. mala omnia ad crimen Fortunæ relegamus. Nemo nisi sua culpa diu dolet.Sed uiuimus,& aliqua uiuendi ratio quærenda est: credendumq; doctißimis hominibus, qui unicum aduersorum solatium literas putauerunt.Siquando tamen ita resederit præsens impetus, ut aliqua tot luctibus alia cogitatio inseri posßit,nõ iniustè petierim moræ ueniam. Quis enim dilata studia miretur,quæ potius non abrupta esse mirãdum est? Tum siqua minus fuerint effecta ijs quæ leuius adhuc afflicti cœperamus, imperitiæ aut fortunæ remittantur: quæ siquid mediocrium alioqui nostro ingenio uirium fuit, ut nõ extinxerit,

xerit, debilitauit tamen. Sed uel propter hos nos cõtumacius erigamus, quòd illam ut perferre nobis difficile est, ita facile contemnere.Nihil enim sibi aduersus me reliquit,& infelicem quidem, sed certißimã tamen attulit mihi ex his malis securitatem. Boni autẽ consulere nostrum laborem uel propter hoc certum est, quòd in nullum iam proprium usum perseueramus,sed omnis hæc cura ad alienos,ut alienis utilis (si modò quid utile scribimus) spectat. Nos miseri, sicut facultates patrimonij nostri,ita hoc opus alijs paramus,alijs relinquemus.

De Conclusione,seu Peroratione. CAP. I.

PEroratio sequebatur,quam cumidũ quidam, conclusionẽ alij uocant. Eius duplex ratio est,posita aut in rebus, aut in affectibus. Rerũ repetitio & cõgregatio, quæ græcè dicitur ἀνακεφαλαίωσις, à quibusdam latinorũ enumeratio, & memoriã iudicis reficit,et totã simul causſam ponit ante oculos,& etiã si per singula minus mouerat,turba ualet. In hac quæ repetemus,quambreuißimè dicẽda sunt,& ,quod Græco uerbo patet,decurrẽdum per capita.Nam si morabimur,non iam enumeratio, sed altera quasi fiet oratio. Quæ autẽ enumerãda uidẽtur,cum põdere aliquo dicẽda sunt,& aptis excitãda sentẽtijs,et figuris utiq; uariãda:alioqui nihil est odiosius recta illa repetitione uelut memoriæ iudicum diffidentis. Sunt autem innumerabiles: optimeq; in Verrẽ Cicero,Si pater ipse iudicaret, quæ diceret cum hæc probarentur? & deinde subiecit enumerationem. Aut cum idem in eũdem,per inuocationem deorum spoliata à Prætore tẽpla dinumerat. Licet & dubitare num quid nos fugerit,& quid respõsuri sint aduersarij his & his:aut quam spem accusator habeat omnibus ita defensis. Illa uerò iucundißima, si cõtingat aliquod ex aduersario ducere argumentum:ut si dicas,Reliquit uerò hãc partem causſæ. aut, Inuidia premere maluit. aut, Ad preces

confugit. &, Meritò cũ sciret hæc & hæc. Sed nõ sunt singulæ species prosequẽdæ, ne sola uideãtur, quæ fortè nũc dixero: cum occasiones & ex caussis, & ex dictis aduersariorũ, & ex quibusdã fortuitis quoq; oriantur. Nec referẽda modò nostra, sed postulãdum etiã ab aduersarijs, ut ad quædã respondeant. Id autẽ si & actionis supererit locus, & ea proposuerimus, quæ refelli nõ possint. Nam prouocare quæ desint fortia, nõ arguẽtis est, sed monẽtis. Id unũ epilogi genus usum est pleriq; Atticorum, & philosophis ferè omnibus, qui de arte Oratoria scriptũ aliquid reliquerũt. Id sensisse Atticos credo, quia Athenis affectus mouere etiã per præconem prohibebatur Orator. Philosophos minus miror, apud quos uitij est loco, affici: nec boni mores uidentur, sic à uero iudicẽ auerti: nec conuenire bono uiro uitijs uti. Necessarios tamẽ affectus fatebuntur, si aliter obtineri uera & iusta & in cõmune profutura nõ possint. Cæterũ illud cõstitit inter omnes, etiã in alijs partibus actionis, si multiplex caussa sit, & pluribus argumentis defensa, utiliter ἀναπαλαίωσιν fieri solere: sicut nemo dubitauerit multas esse caussas, in quibus nullo loco sit necessaria, si breues & simplices fuerint. Hæc pars perorationis accusatori patronoq; æquè cõmunis est. Affectibus quoque eisdẽ ferè utũtur: sed rarius hic, ille sæpius ac magis. Nam huic cõcitare iudices, illi flectere cõuenit. Verùm & accusator habet interim lacrymas ex miseratione eius rei quẽ ulciscitur: & reus de indignitate caliũniæ conspirationis uehemẽtius interim queritur. Diuidere igitur hæc officia cõmodissimũ, quæ plerunq; sunt, ut dixi, prooemio similia, sed liberiora, plenioraq;. Inclinatio enim iudicũ ad nos, petitur initio parcius, cum admitti satis est, & oratio tota supereſt. In epilogo uerò est qualẽ animũ iudex in cõsiliũ ferat, et iam nihil amplius dicturi sumus, nec restat quò seruemus. Est igitur utriq; cõmune, cõciliare

Vide Aristotelẽ in principio Rhetoric. lib. 1.

ciliare sibi, auertere ab aduersario iudicẽ: cõcitare affectus, & cõponere. Et breuissimũ quidẽ hoc præceptũ dari utriq; parti potest, ut totas caussæ suæ uires Orator ante oculos ponat: & cũ uiderit quid inuidiosum, fauorabile, inuisum, miserabile aut sit in rebus, aut uideri possit: ea dicat, quibus, si iudex esset ipse, maximè moueretur. Sed certius est ire per singula. Et quæ cõciliãt quidem accusatorem, in præceptis exordij iam diximus. Quædã tamen quæ illic ostẽdere satis est, in peroratione implẽda sunt magis, si cõtra impotẽtẽ, inuisam, pernicioſum susceptæ causſa est: si iudicibus ipsis aut gloriæ dãnatio rei, aut deformitati futura absolutio. Nam egregiè in Vatiniũ Caluus, Factum, inquit, ambitum scitis omnes, & hoc uos scire omnes sciũt. Cicero quidẽ in Verrẽ etiã emẽdari posse infamiã iudiciorũ dãnato reo dicit: quod est unũ ex supradictis. Metus etiã si est adhibẽdus, ut facit idem, hũc habeat locũ fortiorẽ quàm in prooemio. Quæ de re quid sentirem, alio iam libro exposui. Cõcitare quoq; inuidiam, odium, iram, liberius in peroratione contingit: quorũ inuidiã gratia, odiũ turpitudo, iram offensio iudicis facit, si cõtumax, arrogãs, securus sit, qui non ex facto modò, dicto'ue aliquo, sed uultu, habitu, aspectu moueri solet. Egregieq; nobis adolescentibus dixisse accusator Cossutiani Capitonis uidebatur, Græcè quidem, sed in hũc sensum, Erubescit Cæsarem timere. Summa tamen cõcitandi affectus accusatori in hoc est, ut id quod obiecit, aut quàm atrociſsimũ, aut etiam, si fieri potest, quàm maximè miserabile esse uideatur. Atrocitas crescit ex his, quid factũ sit, à quo, in quem, quo animo, quo tempore, quo loco, quo modo: quæ omnia infinitos anfractus habent. Pulsatum querimur: de re primùm ipsa dicendum: tum si senex, si puer, si magistratus, si probus, si bene de Repub. meritus. Etiam si percussus sit à uili aliquo contemptoq;: uel ex contrario à potente nimium, uel ab eo à quo

Act. 2.

Act. 7.

Lib. 4.

minimè oportuit. Et si die forte solenni, aut ijs tẽporibus, cum iudicia eius rei maximè exercerentur, aut in solicito ciuitatis statu. Item in theatro, in templo, in cõcione. Crescit inuidia & si nõ errore, nec ira: uel etiã si fortè ira, sed iniqua, quòd patri assuisset, quòd respõdisset, quòd honores contra peteret: & si pius etiã uideri potest uoluisse quàm fecit. Plurimũ tamẽ affert atrocitatis, modus, si grauiter, si cõtumelioſe: ut Demosthenes ex parte percussi corporis, ex uultu ferientis, ex habitu inuidiam Midiæ quærit. Occisus est, utrum ferro, an igne, an ueneno, uno uulnere an pluribus, subitò an expectatione tortus, ad hanc partem maximè pertinet. Vtitur frequẽter accusator & miseratione, cum aut eius casum quem ulciscitur, aut liberorum aut parentũ solitudinem conqueritur. Etiam futuri tẽporis imagine iudices mouet, qui maneant eos casus, qui de ni & iniuria questi sint, nisi uindicentur: fugiendum de ciuitate, cedendum bonis, aut omnia quæcunq; inimicus fecerit, perferenda. Sed sæpius id est accusatoris, auertere iudicem à miseratione qua reus sit usurus, atq; ad fortiter iudicandum concitare. Cuius loci est etiam occupare quæ dicturũ factura'ue aduersarium putes. Nam & cautiores ad custodiam suæ religionis iudices facit, & gratiam respõsuris aufert, cum ea quæ prædicta sunt ab accusatore, iam si pro reo petentur, non sint noua: ut Seruius Sulpitius contra Ausidiam, ne signatorum ab ipsis discrimẽ obijciatur sibi, præmonet. Necnõ ab Aeschine, quali sit usurus Demosthenes actione, prædictum est. Docendi interim quoq; Iudices, quid rogantibus respondere debeãt: quod est unum repetitionis genus. Periclitantem uerò commendat dignitas, & studia fortia, & susceptæ bello cicatrices, & nobilitas & merita maiorum. Hoc quod proximè dixi, Cicero atque Asinius certatim sunt usi: pro Scauro patre hic, ille pro filio. Commendat & causſa periculi, si suscepisse inimi

Miserationẽ accusator etiã interdũ mouet.

inimicitias ob aliquod factum honestum uidetur: præcipuè bonitas, humanitas, misericordia. Iustè enim tunc petere ea quisque uidetur à iudice, quæ alij ipse præstiterit. Referenda pars hæc quoq; ad utilitatẽ Reipublicæ, ad iudicũ gloriam, ad exẽplum, ad memoriã posteritatis. Plurimũ tamẽ ualet miseratio, quæ iudicẽ flecti non tantum cogit, sed motum quoque animi sui lacrymis confiteri. Hæc petentur aut ex ijs quæ passus est reus, aut ex ijs quæ tum maximè patitur, aut ex ijs quæ damnatum manent: quæ & ipsa duplicantur cum dicimus ex qua illi fortuna, & in quam recidendum sit. Affert in his momentum & ætas, & sexus, & pignora: liberi dico, & parentes, & propinqui. Quæ omnia tractari uariè solẽt. Nonnunquam etiam & ipse patronus has partes subit: ut Cicero pro Milone, O me miserũ, ô me infelicẽ. Reuocare me tu in patriam Milo potuisti per hos, ego te in patria per eosdem retinere non potero? Maximeq; si (ut tunc accidit) non conuenient ei qui accusatur, preces. Nam quis ferret Milonem pro capite suo supplicantẽ, qui à se uirum nobilẽ interfectum, quia id fieri oportuisset, fateretur? Ergo & ille captauit ex illa præstantia animi, fauorem, & in locum lacrymarum eius ipse successit. His præcipuè locis utiles sunt prosopopœiæ, id est fictæ alienarum personarũ orationes, quales litigatorẽ decent, uel patronũ. Mutæ tamen res mouent, aut cũ ipsis loquimur, aut cũ ipsos loqui fingimus. Ex personis quoq; trahitur affectus. Non enim audire iudex uidetur aliena mala deflẽtes, sed sensum ac uocem auribus accipere miserorum: quorum etiam mutus aspectus lacrymas mouet: quãtoq; essent miserabiliora si ea dicerent ipsi, tanto sunt quædam sua portione ad afficiendũ potentiora, cũ uelut ipsorũ ore dicũtur: ut scenicis actoribus eadẽ uox, eadẽ pronuntiatio plus ad mouẽdos affectus sub persona ualet. Itaq; idẽ Cicero quanquã preces non

dat Miloni,eumq; potius animi præstantia cõmendat, accõmodauit ei tamen & uerba, & cãuenientes etiã forti uiro cõquestiones. O fruſtra,inquit,mei ſuſcepti labores. O ſpes fallaces. O cogitationes inanes meæ. Nunquã tamẽ debet eſſe longa miſeratio: nec ſine cauſſa dictũ eſt, Nihil facilius quàm lacrymas inareſcere. Nam cum etiã ueros dolores mitiget tempus, citius euaneſcat neceſſe eſt illa quã dicẽdo effinximus imago:in qua ſi moramur,lacrymis fatigatur auditor,& requieſcit,& ab illo quẽ ceperat impetu, ad rationẽ redit. Non patiamur igitur frigeſcere hoc opus:& affectũ cum ad ſummũ perduxerimus,relinquamus:nec ſperemus fore,ut aliena quiſquã diu ploret. Ideoq; cũ in alijs, tũ maximè in hac parte debet creſcere oratio:quia quicquid nõ adijcit prioribus,etiã detrahere uidetur:& facilè deficit affectus,qui deſcendit. Non ſolum autem dicendo,ſed etiã faciendo quædã, lacrymas mouemus: unde & producere ipſos qui periclitentur,ſqualidos atq; deformes,& liberos eorũ ac parentes,inſtitutum, & ab accuſatoribus oſtendi cruentum gladiũ, & lecta è uulneribus oſſa,& ueſtes ſanguine perfuſas uidemus, et uulnera reſoluí, ac uerberata corpora nudari. Quarum rerũ ingens plerũq; uis eſt, uelut in rem præſentẽ animos hominũ ducentium. Et populum Romanum egit in furorem prætexta Caij Cæſaris prolata in foro cruẽta. Sciebatur interfectum eum, corpus denicq; ipſum impoſitũ lecto erat:ueſtis tamen illa ſanguine madẽs,ita repræſentauit imaginẽ ſceleris,ut non occiſus eſſe Cæſar,ſed tũ maximè occidi uideretur. Sed nõ ideo probauerim, quod fictum & lego,& ipſe aliquando uidi,depictam tabulam ſupra Iouem in imaginem ret,cuius atrocitate iudex erat commouendus. Quæ enim eſt actoris infantia, qui mutam illam effigiem magis quàm orationem pro ſe putet locuturã? At ſordes, & ſqualores, & propinquorum quoque ſimilem habit

Cicero ĩ Par. & de inuẽc. 1.

Sueto. in uita Cæſaris, & Appianus lib. 2. bel. ciuil.

habitum ſcio profuiſſe, & magnũ ad ſalutem momẽtum preces attuliſſe. Quare & obſecratio illa iudicum per chariſſima pignora,utique ſi & reo ſint liberi, coniunx, parentes,utilis erit. Et deorũ etiam inuocatio,uelut ex bona conſcientia profecta uideri ſolet. Stratum denique iacere, & genua complecti:niſi tamen perſona nos, & anteacta uita, & rei conditio prohibebit. Quædã enim tam fortiter tuenda,quàm facta ſunt. Verum ſic eſt habenda authoritatis ratio,ne ſit inuiſa ſecuritas. Fuit quõdam inter hæc omnia potẽtiſſimum id,quo Lucĩ Muræna Cicero accuſantibus clariſſimis uiris eripuiſſe præcipuè uidetur. Perſuaſit enim nihil eſſe ad præſentem rerum ſtatum utilius,quàm pridie Caland. Ianuarias ingredi Conſulatum. Quod genus noſtris temporibus totum penè ſublatum eſt, cum omnia curæ tutelæq; unius innixa, periclitari nullo iudicij exitu poſſint. De accuſatoribus & reis ſum locutus, quia in periculis maximè uerſatur affectus. Sed priuatæ quoque cauſſæ utrũque habent perorationis genus:& illud quod eſt ex enumeratione probationum, & hoc quod ex lacrymis:ſi aut ſtatu periclitari, aut opinione litigator uidetur. Nam in paruis quidem litibus has tragœdias mouere, tale eſt, quale ſi perſonam Herculis & cothurnos aptare infantibus uelis. Illud ne indignum quidẽ admonitione, ingens in epilogis meo iudicio uerti diſcrimen, quomodo ſe dicenti,qui excitatur, accommodet. Nam & imperitia,& ruſticitas,& rigor,& deformitas afferunt interim frigus: diligenterq; hæc ſunt actori prouidenda. Equidem repugnanteis eos patrono, & nihil uultu cõmotos,& intẽpeſtiuè ridẽtes,& facto aliquo uel ipſo uultu riſum mouentes ſæpe etiã uidi, præcipuè uerò cũ aliqua uelut ſcenicè fiũt. Tranſtulit patronus aliquãdo puellã,quæ ſoror eſſe aduerſarij dicebatur (nam de hoc lis erat) in aduerſa ſubſellia,tãq; in gremio fratris relicturus,at is à nobis præmonitus

Vide Chiliades.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nitus discesserat. Tam ille alioqui uir facundus, inopinatæ rei casu obmutuit, & infantem suam frigidissimè reportauit. Alius imaginem mariti pro rea proferre magni putauit: at ea sæpius risum fecit. Nam & ij quorum officij erat ut traderent eam, ignari qui esset epilogus, quoties respexisset patronus, offerebāt palam, & prolata nouissimè, deformitate ipsa, (nā senis cadaueri infusa) præteritā quoq; orationis gratiā perdidit. Nec ignotū quid Glyconi, cui Spiridion fuit cognomen, acciderit. Huic puer, quem in ius productū, quid fieret interrogabat, ex pædagogo se uellicari respondit. Sed nihil illa cō-

Pro Cluent. tra Cepasios Ciceronis fabula efficacius ad pericula epilogorum. Omnia tamē hæc tolerabilia, quibus actionē mutare facile est. at qui à stylo nō recedunt: aut conticescunt ad hos casus, aut frequentissimè falsa dicunt. Inde est enim, Tēdit ad uestra genua supplices manus. &, Hæret in cōplexu liberorum miser. &, Reuocat ecce me. etsi nihil horum is de quo dicitur, faciat. Et è scholis hæc uitia, in quibus omnia libere fingimus, & impune, quia pro facto est quicquid uolumus, nō admittit hoc idem ueritas fori. Egregicq; Cassius dicenti adolescētulo, Quid me toruo uultu intueris Seueret Nō me hercule, inquit, faciebā, sed sic scripsisti, ecce. & quàm potui truculētissimè eū aspexit. Illud præcipuè monēdum, ne quis nisi summis ingenijs uiribus ad mouendas lacrymas aggredi audeat. Nam ut est longè uehemētissimus hic cum inualuit affectus, ita si nihil efficit, tepet: quē melius infirmus actor tacitis iudicū cogitationibus reliquisset. Nam & uultus, & uox, & ipsa illa excitati rei facies, ludibrio etiā plerūq; sunt hominibus quos non permouerunt. Quare metiatur ac diligenter æstimet uires suas actor: & quantū onus subiturus sit, intelligat. Nihil habet ista res medij. sed aut lacrymas meretur, aut risum. Non autem cōmouere tantum miserationem, sed etiā discutere, epilogi est

prop

proprium, quum oratione cōtinua, quæ motos lachrymis iudices ad iustitiam reducat, tum etiam quibusdā urbanè dictis: quale est, Date puero panē, ne ploret. Et corpulento litigatori, cuius aduersarius item puer circa iudices erat ab aduocato latus, Quid faciam? ego te baiulare non possum. Sed hæc tamen non debent esse mimica. Ita neq; illum probauerim, qui inter clarissimos sui temporis Oratores fuit, qui pueris in epilogum productis, talos proiecit in medium, quos illi diripere cœperunt. Nanq; hæc ipsa discriminis sui ignorantia potuit esse miserabilis. Neq; illum, qui cum esset cruētus gladius eius ab accusatore prolatus, quo is hominem probabat occisum, subitò ex subsellijs ut territus fugit, & capite ex parte uelato, cum ad agētem ex turba prospexisset, interrogauit an iam ille eum gladio receßisset. Fecit enim risum, sed ridiculus fuit. Discutiendæ tamen oratione huiusmodi scenæ. Egregieq; Cicero, qui & contra imaginē Saturnini pro Rabirio grauiter, & contra iuuenem cuius subinde uultus in iudicio resoluebatur, pro Vareno multa dixit urbane. Sunt & illi leniores epilogi, quibus aduersario satisfacimus: si fortè sit eius persona talis, ut illi debeatur reuerentia, aut quum amicè aliquid cōmonemus, & ad concordiā hortamur: quod est genus egregiè tractatum à Paßieno, cum Domitiæ uxoris suæ pecuniariā litem aduersus fratrē eius Aenobarbum ageret. Nam quū de necessitudine multa dixisset, de fortuna quoq;, qua uterque abūdabat, adiecit, Nihil uobis minus deest, quam de quo contēditis. Omnes autē hos affectus, etiā si quibusdā uidentur in procœmio atq; in epilogo sedē habere, in quibus sane sunt frequētissimi, tamē aliæ quoq; partes recipiunt, sed breuiores, ut cū ex his plurima sint reseruāda. At hic, si usquā, totos eloquētiæ aperire fontes licet. Nā ex his, si bene diximus reliqua, possidemus iā iudicū animos: & cōfragosis, atq; asperis euectis,

tota

Universidad de Deusto
Biblioteca

tota pandere possumus uela: & cum sit maxima pars epilogi amplificatio, uerbis atq; sentẽtijs uti licet magnificis, atq; ornatis. Tunc est commouendũ theatrũ, quũ uentũ est ad ipsum illud, quo ueteres tragœdiæ comœdiæq; clauduntur, Plaudite. In alijs autem partibus tractandus affectus erit, ut quisq; nascetur. Nam neq; exponi sine hoc res atroces & miserabiles debent. Cum de qualitate alicuius rei quæstio est, probationibus uniuscuiusq; rei rectè subũgitur. Vbi uerò coniunctam ex pluribus caussã agimus, etiã necesse erit uti pluribus quasi epilogis: ut in Verrẽ Cicero fecit. Nã & Philodamo, & Nauarchis et cruciatis ciuibus Romanis, et alijs plurimis suas lacrymas dedit. Sunt qui hos μερικὸς ἐπιλόγους uocent, quo partitã perorationẽ significant. Mihi non tã partes eius quàm species uidentur. Siquidem hæc epilogi & perorationis nomina ipsa apertè satis ostendunt hanc esse consummationem orationis.

Act. 3. & 7.

De diuisione affectuum, & quomodo mouendi sint. CAP. II.

QVãuis autẽ pars hæc iudicialiũ caussarũ sit ultima, præcipueq; cõstet affectibus, & aliqua de his necessariò dixerim, non tamen potui, ac ne debui quidẽ locum istũ in unam speciẽ cõcludere. Quare adhuc opus superest, cũ ad obtinenda quæ uolumus, potentissimũ, tum supradictis multo difficilius, mouẽdi iudicũ animos, atq; in eũ quẽ uolumus habitũ formãdi, & uelut trãsfigurãdi. Qua de re pauca, quæ postulabat hæc materia, sic attigi, ut magis quid oporteret fieri, quàm quo id modo cõsequi possemus, ostẽderẽ. Nũc altius omnis rei repetẽda ratio est. Nã & per totã (ut diximus) caussam locus est affectibus: et eorũ nõ simplex natura, nec in trãsitu tractãda, quo nihil maius afferre uis orãdi potest. Nã cætera fortsitã tenuis quoq; et angusta ingenij uena, si modò uel doctrina uel usu sit adiuta, generare atq; ad frugem aliquam perducere queat. Certè sunt, semperque fuerunt non parum multi, qui

qui satis peritè, quæ essent probationibus utilia, reperirent: quos equidem non contemno, sed hactenus utiles credo, nequid per eos iudici sit ignotum: atq; (ut dicam quod sentio) dignos, à quibus caussas diserti docerentur. Qui uerò iudicem rapere, & in quem uellet habitũ animi posset perducere, quo dicto flendum & irascendum esset, rarius fuit. Atq; hoc est quod dominatur in iudicijs. hæc eloquentiam regunt. Nanque argumẽta plerunq; nascuntur ex caussa, & pro meliore parte plura sunt semper: ut qui per hæc uicit, tantum non defuisse sibi aduocatũ sciat. Vbi uerò animis iudicum uis afferẽda est, & ab ipsa ueri contemplatione abducenda mens, ibi propriũ Oratoris opus est. Hoc non docet litigator: hoc libellis nõ continetur. Probationes enim efficiunt sanè ut caussam nostrã melior esse iudices putent: affectus præstant ut etiam uelint. Sed id quia uolunt, credunt quoque. Nam cum irasci, fauere, odisse, misereri cœperint, agi iam rem suam existimant: & sicut amantes de forma iudicare nõ possunt, quia sensum oculorũ premit amor, ita omnem inquirẽdæ ueritatis rationẽ iudex amittit occupatus affectibus: æstu fertur, & uelut rapido flumini obsequitur. Ita argumenta ac testes quid egerint, pronũciatio ostẽdit: commotus autem ab Oratore iudex, quid sentiat, sedens adhuc atque audiens cõfitetur. An cum ille, qui plerisque perorationibus petitur, fletus erũpit, non palàm dicta sententia est? Huc igitur incumbat Orator, hoc opus eius, hic labor est: sine quo cætera nuda, ieiuna, infirma, ingrata sunt. adeò uelut spiritus operis huius atque animus est in affectibus. Horũ autem, sicut antiquitus traditũ accepimus, duæ sunt species: Alterã græci πάθος uocãt, quã nos uertẽtes rectè ac propriè affectũ dicimus: Alterã ἦθος, cuius nomine, ut ego quidẽ sentio, caret sermo Romanus: mores appellantur: atq; inde pars quoque illa philosophiæ ἠθικὴ, moralis est dicta.

cta. Sed ipſam rei naturam ſpectanti mihi, non tam mores ſignificari uidẽtur, quàm morum quædã proprietas. nam ipſis quidem omnes habitus mentis continentur. Cautiores, uolũtatem complecti, quàm nomina interpretari maluerunt. Affectus igitur hos concitatos, illos mites atque cõpoſitos eſſe dixerunt. in altero uehemẽter commotos, in altero lenes, deniq; hos imperare, illos perſuadere. hos ad perturbationem, illos ad beneuolentiam prævalere. Adjiciunt quidam peritorum πάθος temporale eſſe. Quod ut accidere frequẽtius fateor, ita nonnullas credo eſſe materias, quæ continuũ deſiderent affectum. Nec tamen minus artis aut uſus hi leniores habẽt uirũ atque impetus nõ tantũdẽ exigũt. In cauſſis uerò etiã pluribus uerſantur, immo ſecundum quendam intellectum in omnibus. Nam cum niſi ex illo & hoc loco nihil ab Oratore tractetur: quicquid de honeſtis, & utilibus, deniq; faciendis & non faciendis dicitur, huc uocari poteſt. Quidam commendationem atque excuſationem propria huius officij putauerunt: nec abnuo eſſe iſta in hac parte, ſed nõ cõcedo ut ſola ſint: quin illud adhuc adjicio, πάθος atque ἦθος eſſe interim ex eadẽ natura, ita ut illud maius ſit, hoc minus: ut amor πάθος, charitas ἦθος. Interdũ diuerſa inter ſe, ſicut in epilogis. Nanq; πάθος cõcitat, ἦθος ſolet mitigare. Propria tamẽ mihi huius nominis exprimẽda natura eſt, quatinus appellatione ipſa non ſatis ſignificari uidẽtur. ἦθος quod intelligimus, quódque à docẽtibus deſideramus id erit, quod ante omnia bonitate cõmendabitur: nõ ſolũ mite ac placidum, ſed plerũq; blandũ & humanum & audiẽtibus amabile atq; iucundũ: in quo exprimendo ſumma uirtus ea eſt, ut fluere omnia ex natura rerũ hominũq; uideantur, quò mores dicẽtis ex oratione pelluceant, & quodammodo agnoſcantur. Quod eſt ſine dubio inter coniunctas maximẽ perſonas, quoties perferimus, ignoſcimus, ſatisfa-

ſatisfacimus, monemus, procul abira, procul ab odio. Sed tamẽ alia patris aduerſus filiũ, tutoris aduerſus pupillũ, mariti aduerſus uxorẽ moderatio eſt. Hi enim præ ſe ferũt corũ ipſorũ à quibus lædũtur, charitatẽ: neq; alio modo inuiſos eos faciũt, quàm quòd amare ipſi uidentur. Alia cum ſenex adoleſcentis, alia cum conuicium honeſtius inferioris fert. Hic enim tantùm cõcitari, illic etiam affici debet. Sunt & illa ex eadem natura, ſed motus adhuc minoris, ueniam petere, adoleſcentiæ defendere amores. Nonnunquam etiam leuis alieni caloris deriſus ex hac forma uenit: ſed non his ex locis tantum, uerùm aliquanto magis propriæ ſunt uirtutes ſimulationis, ſatisfaciendi, rogandi, & ἀφορμάς, quæ diuerſam ei quod dicit, intellectum petit. Hinc etiam ille maior ad concitandum odium naſci affectus ſolet, cum hoc ipſo quòd nos aduerſarijs ſubmittimus, intelligitur tacita impotentiæ exprobratio. Nanq; eos graues & intolerabiles id ipſum demonſtrat, quòd cedimus: & ignorant cupidi maledicẽdi, aut affectatores libertatis, plus inuidiã quàm conuicium poſſe. nam inuidia aduerſarios, cõuicium nos inuiſos facit. Ille iam penè medius affectus eſt, ex amoribus & ex deſiderijs amicorũ & neceſſariorum. Nam & hoc maior eſt, & illo minor. Non parũ ſignificanter etiam illa in ſcholis ἦθη dixerimus, quibus plerunq; ruſticos, ſuperſtitioſos, auaros, timidos, ſecundum conditionẽ propoſitorum effingimus. Nam ſic ἦθη mores ſunt, cũ hos imitamur, & ex his diſcimus orationẽ. Deniq; hoc omne, bonum & comem uirum poſcit. Quas uirtutes cum etiam in litigatore debeat Orator, ſi fieri poteſt, approbare, utiq; ipſe aut habeat, aut habere credatur. Sic proderit plurimum cauſſis, quibus ex ſua bonitate faciet fidem. Nam qui dum dicit, malus uidetur, utiq; malè dicit, non enim uidetur iuſta dicere, alioqui ἦθη & uideretur. Quare ipſum etiam dicẽdi genus in hoc placidum debet eſſe ac mite.

nihil ſuperbum, nihil elatum ſaltem ac ſublime deſideret. Propriè, iucundè, credibiliter dicere, ſat eſt. Ideoq; & medius ille orationis modus maximè conuenit. Diuerſum eſt huic quod παθητικὸν dicitur, quodq; nos affectum proprie uocamus: & ut proximè utriuſq; differentiam ſignem, illud comœdiæ, hoc tragœdiæ ſimile. Hæc pars circa iram, odium, metum, inuidiam, miſerationem, ferè tota uerſatur. Quæ quibus ex locis ducenda ſint, & manifeſtum omnibus, & à nobis in ratione prooemij atq; epilogi dictum eſt. Et metum tamen duplicem intelligi uolo: quem patimur, & quem facimus. Et inuidiam: nanq; altera inuidum, altera inuidioſum facit. Hoc autẽ hominis, illud rei eſt, in quo & plus habet operis oratio. Nam quædam uidentur grauia per ſe, parricidium, cædes, ueneficium. quædã efficienda ſunt. Id autem contingit, aut cum magnis alioqui malis grauius eſſe id quod paſſi ſumus, oſtenditur: quale eſt

Aeneid. 3. apud Virgilium,

O felix una ante alias Priameïa uirgo,
Hoſtilem ad tumulum Troiæ ſub mœnibus altis
Iuſſa mori. — Quàm miſer enim caſus Andromachæ, ſi comparata ei felix Polyxena? Aut cum ita exaggeramus iniuriam noſtrã, ut etiam quæ multo minora ſunt, intoleranda dicamus: Si pulſaſſes, defendi non poteras: uulneraſti. Sed hæc

Lib. 8. diligẽtius, cum ad amplificationẽ uenerimus, dicemus. Interim notaſſe cõtentus ſum, non id ſolum agere affectus, ut quæ ſunt oſtẽdantur acerba ac luctuoſa, ſed etiam ut quæ tolerãda haberi ſolent, grauia uideãtur: ut cum in maledicto plus iniuriæ, quàm in manu: in infamia plus pœnæ ſentimus, quàm in morte. Nanq; in hoc eloquentiæ uis eſt, ut iudicem non ad id tantum impellat, in quod ipſa rei natura ducereturſed aut qui nõ eſt,

δέινωσις. aut maiorem quàm eſt, faciat affectum. Hæc eſt illa quæ δέινωσις uocatur, rebus indignis, aſperis, inuidioſis addens uim

oratio:

oratio: qua uirtute præter alios plurimum Demoſthenes ualuit. Quòd ſi tradita mihi ſequi præcepta ſufficeret, ſatisfeceram huic parti, nihil eorũ quæ legi uel didici, quod modò probabile fuit, omittẽdo: ſed mihi in animo eſt, quæ latẽt penitus, ipſa huius loci aperire penetralia: quæ quidem nõ aliquo tradente, ſed experiẽto meo, ac natura ipſa duce accepi. Summa enim (quãtum ego quidem ſentio) circa mouẽdos affectus in hoc poſita eſt, ut moueamur ipſi. Nam & luctus et iræ & indignationis aliquando ridicula fuerit imitatio, ſi uerba uultumq; tantùm, nõ etiam animũ accõmodauerimus. Quid enim aliud eſt cauſſæ, ut lugẽtes utiq; in recenti dolore diſertiſſimè quædam exclamare uideantur, & ira nonnunquam indoctis quoq; eloquentiam faciat, quàm quòd illis ineſt uis mentis, & ueritas ipſa morũ? Quare in ijs quæ ueriſimilia eſſe uolemus, ſimus ipſi ſimiles eorũ quæ uerè patiuntur, affectibus: & à tali animo proficiſcatur oratio, qualem facere iudicem uolet. An ille dolebit, qui audiet me, cum hoc dicam, non dolentem? Irafectur, ſi nihil ipſe qui in iram concitat, idq; exigit, ſimile patietur? Siccis agenti oculis lacrymas dabit? fieri non poteſt. Nec incendit niſi ignis, nec madefecimus niſi humore: nec res ulla dat alteri colorem, quem ipſa non habet. Primum eſt igitur, ut apud nos ualeant ea quæ ualere apud iudicẽ uolumus: afficiamurq; antequam afficere conemur. At quomodo fiet ut afficiamur? Neq; enim ſunt motus in noſtra poteſtate. Tentabo etiam de hoc dicere. Quas φαντασίας Græci uocãt, nos ſanè uiſiones appellemus: per quas imagines rerum abſentium ita repræſentantur animo, ut eas cernere oculis, ac præſentes habere uideamur. has quiſquis bene conceperit, is erit in affectibus potentiſſimus. Hunc quidam dicũt ὑφαντασιωτὸν, qui ſibi res, uoces, actus, ſecundum uerum optimè finget: quod quidem nobis uolentibus facile continget. Nam ut inter

Universidad de Deusto
Biblioteca

ocia animorũ,& ſpes inanes, & uelut ſomnia quædã uigilãtium, ita nos hæ de quibus loquimur imagines proſequuntur, ut peregrinari, nauigare, præliari, populos alloqui, diuitiarũ quas nõ habemus, uſum uideamur diſponere: nec cogitare, ſed facere. hoc animi uitium ad utilitatẽ nõ transferemus? Vt hominem occiſum querar, nõ omnia quæ in re præſenti acciderunt credibile eſt, in oculis habebo? nõ percuſſor ille ſubitus erumpet? non expauefecit circunuentus? exclamabit? uel rogabit? uel fugiet? non ſerientem, non concidentẽ uidebo? non animo ſanguis, & pallor, & gemitus, extremus deniq; expirantis hiatus inſidet? inſequetur ἐνάργεια, quæ à Cicerone illuſtratio & euidentia nominatur: quæ non tam dicere uidetur, quàm oſtẽdere: & affectus non aliter, quàm ſi rebus ipſis interſimus, ſequentur. An non ex his uiſionibus illa ſunt,

De Orat. 3. & Acad. quæſt. lib. 4.

Aene. 9. & 10. Excuſſi manibus radij, reuolutaq; penſa? &.

Aeneid. 11. _Leuáq; patens in pectore uulnus? Et equus ille in funere Pallantis. _Poſitis qui inſignibus_

It lacrymans, guttiſq; humectat grandibus ora? Quid? non idem poëta penitus ultimi fati cepit imaginem, ut diceret,

_Et dulcis moriens reminiſcitur Argos?

Vbi uerò miſeratione opus erit, nobis ea de quibus querimur, accidiſſe credamus, atq; id animo noſtro perſuadeamus. Nos illi ſimus, quos grauia, indigna, triſtia paſſos queramur. Nec agamus rem quaſi alienã, ſed aſſumamus parumper illum dolorem. Ita dicemus, quæ in ſimili noſtro caſu dicturi eſſemus. Vidi ego ſæpe hiſtriones atq; comœdos, cum ex aliquo grauiore actu perſonam depoſuiſſent, flẽtes adhuc egredi. Quòd ſi in alienis ſcriptis ſola pronunciatio ita falſis accedit affectibus, quid nos faciemus, qui illa cogitare debemus, ut moueri periclitantium uice poßimus? Sed in ſchola rebus quoq; ipſis affici cõuenit, caſq; ueras ſibi fingere, hoc magis, quòd illic ut litigat

Hue refer Polum hiſtrionem, de quo Gel. li. 7. ca. 5.

litigatores loquimur frequentius, quàm ut aduocati. Orbum agimus, & naufragum, & periclitantem: quorũ induere perſonas quid attinet, niſi affectus aſſumimus? Hæc diſſimulãda mihi non fuerunt, quibus ipſe, quantuſcunq; ſum, aut fui, (nam peruenisſe me ad aliquod nomen ingenij credo) frequenter motus ſum, ut me non lacrymæ ſolum deprehẽderint, ſed pallor, & uero ſimilis dolor.

De Riſu. CAP. III.

HVic diuerſa uirtus, quæ riſum iudicis mouẽdo, & illos triſtes ſoluit affectus, & animũ ab intẽtione rerũ frequẽter auertit, & aliquando etiam reficit, & à ſatietate uel à fatigatione renouat. Quãta ſit autem in ea difficultas, uel duo maximi oratores, alter Græcæ, alter Latinæ eloquentiæ principes, docẽt. Nam pleriq; Demoſtheni facultatem huius rei defuiſſe credũt, Ciceroni modum. Nec uideri poteſt noluiſſe Demoſthenes, cuius pauca admodum dicta, nec ſanè cæteris eius uirtutibus reſpõdentia, palàm oſtendunt nõ diſplicuiſſe illi iocos, ſed nõ cõtigiſſe. Noſter uerò non ſolum extra iudicia, ſed in ipſis etiam orationibus habitus eſt nimius riſus affectator. Mihi quidẽ, ſiue id rectè iudico, ſiue amore immodico præcipui in eloquẽtia uiri laboro, mira quædã uidetur in eo fuiſſe urbanitas. Nam & in ſermone quotidiano multa, et in altercationibus, & interrogãdis teſtibus plura quàm quiſquã, dixit facetè: & illa ipſa quæ ſunt in Verrẽ dicta frigidius, aliis aßignauit, & teſtimonij loco poſuit: ut quo ſunt magis uulgaria, eo ſit credibilius illa ab Oratore non ficta, ſed paßim eſſe iactata. *Vtinã Quintus, & libertus eius Tyro, aut alius quiſquis fuit qui tres hac de re libros edidit, parcius dictorũ numero indulſiſſent, & plus iudicij in eligẽdis quàm in cõgerẽdis ſtudij adhibuiſſent: minus obiectus calumniatibus foret: qui tamen nunc quoq;, ut in omni eius ingenio, facilius quid reijci,

Act. 3.

*Vtinamq; libertus eius. Macrob. Sat. 2. cap. 1.

quàm quid adijci posſit, inuenient. Affert autẽ ſummam rei difficultatẽ, primum, quòd ridiculum dictũ plerũq; ſalſum eſt, hoc ſemper humile, ſæpe ex induſtria deprauatum: præterea nunquam honorificũ: tum uaria hominũ iudicia in eo, quia nõ ratione aliqua, ſed motu quodam, neſcio an enarrabili, iudicatur. Neq; hoc ab ullo ſatis explicari puto, licet multi tentauerint. Vnde riſus quidem nõ ſolim facto aliquo dictóue, ſed interdum quodam etiam corporis tactu laceßitur. Præterea nõ una ratione moueri ſolet. Neq; enim acutè tantum ac uenuſtè, ſed ſtultè, iracundè, timidè dicta aut facta ridentur. Ideóq; anceps eius rei ratio eſt, quòd à deriſu nõ procul abeſt riſus. Ha-
2.de Orat. bet enim, ut Cicero dicit, ſedem in deformitate aliqua & turpitudine. Quæ cum in alijs demonſtrantur, urbanitas: cum in ipſum dicentẽ recidũt, ſtultitia uocatur. Cum uideatur autẽ res leuis, & quæ à ſcurris, mimis, inſipientibus deniq; ſæpe moueatur, tamen habet uim neſcio an imperioſiſſimam, & cui repugnari minimè poteſt. Erumpit enim etiam inuitis ſæpe, nec fultus ope: nec uultus modò ac uocis exprimit confeßionẽ, ſed totum corpus, ui ſua concutit. Rerum autem ſæpe (ut dixi) maximarum momenta uertit, cum odium iramq; frequentiſſi-
Val.lib.5.tit.1. mè frangat. Documento ſunt iuuenes Tarentini, qui multa de Pyrrho rege ſecurius inter cœnam locuti, cum rationem facti reposcerentur, & neq; negari res, neq; defendi poſſet, riſu ſunt & opportuno loco elapſi. Nanq; unus ex his, Immo, inquit, niſi lagena defeciſſet, occidiſſemus te. Eaq; urbanitate tota eſt inuidia criminis diſſoluta. Verùm hoc quicquid eſt, ut non auſim dicere carere omnino arte, quia nonnullam obſeruationem habet, ſuntq; ad id pertinẽtia & à Græcis & à Latinis compoſita præcepta: ita planè affirmo præcipuè poſitũ eſſe in natura & occaſione. Porro natura non tantum in hoc ualet, ut acutior quis atq; habilior ſit ad inueniendum: nam id

ſanè doctrina poſſet augeri: ſed ineſt proprius quibuſdam decor in habitu atq; uultu, ut eadem illa minus dicente alio uideantur urbana eſſe. Occaſioni uerò & in rebus eſt tanta uis, ut ſæpe adiuti ea non indocti modo, ſed etiam ruſtici falsè dicant in eum quiſquis aliquid dixerit prior. Sunt enim longè uenuſtiora omnia in reſpondendo, quàm in prouocando. Accedit difficultati, quòd eius rei nulla exercitatio eſt, nulli præceptores. Vtiq; in conuiuijs & ſermonibus multi dicaces: ſed quia in hoc uſu quotidiano proficimus, oratoria urbanitas rara, nec ex arte propria, ſed ad hanc conſuetudinẽ accõmodata. Nihil autem uetabat & componi materias in hoc idoneas, ut cõtrouerſiæ permiſtis ſalibus fingerẽtur: uel res proponi ſingulas ad iuuenũ talem exercitationẽ. Quin illæ ipſæ, quæ dicta ſunt, ac uocantur, quas certis diebus feſtæ licentiæ dicere ſolebamus, ſi paulum adhibita ratione fingerentur, aut aliquid in his ſerium quoq; eſſet admiſtum, plurimum poterũt utilitatis afferre: quæ nunc iuuenum, uel ſibi ludentium exercitatio eſt. Pluribus autem nominibus in eadem re uulgò utimur: quæ tamen ſi diducas, ſuam propriam quandam uim oſtendent. Nam & urbanitas dicitur: qua quidem ſignificari uideo ſermonem præ ſe ferentẽ in uerbis & ſono & uſu proprium quendam guſtum urbis, & ſumptam ex conuerſatione doctorum ueterum eruditionem: deniq; cui contraria ſit ruſticitas. Venuſtum eſſe, quod cum gratia quadam & uenere dicatur, apparet. Salſum in conſuetudine pro ridiculo tantùm accipimus: natura non utiq; hoc eſt: quanquam & ridicula oporteat eſſe ſalſa. Nam & Cicero, omne quod ſalſum ſit, ait 2.de Orat.
eſſe Atticorum: non quia ſint maximè ad riſum compoſiti: & Catullus cum dicit,

Nulla in tam magno eſt corpore mica ſalis, In epigram.

hoc dicit, nihil in corpore eius eſſe ridiculũ. Salſum igitur erit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod non erit insulsum, uelut quoddam simplex orationis cõdimẽtum, quod sentitur latente iudicio uelut palato, excinatq;, & à tædio defendit orationẽ. Sanè tamen ut ille in cibis paulo liberalius asperſus, ſi tamen non ſit immodicus, affert aliquid propriæ uoluptatis: ita hi quoq; in dicendo habent quiddam quod nobis faciat audiẽdi ſitim. Facetum quoq; non tantum circa ridicula opinor conſiſtere. Neq; enim diceret Horatius facetum carminis genus natura conceſſum eſſe Virgilio. Decoris hanc magis, & excultæ cuiuſdam elegantiæ appellationem puto. Ideoq; in epiſtolis Cicero hæc Bruti refert uerba, Næ illi ſunt pedes faceti, ac delicijs ingredienti molles. Quod conuenit cum illo Horatiano,

Ser. 1. Sat. 10.

—Molle atq; facetum Virgilio.— Iocũ uerò accipimus, quod eſt cõtrariũ ſerio. Nã & fingere, & terrere, et promittere interim, iocus eſt. Dicacitas ſine dubio à dicendo, quod eſt omni generi cõmune, dicta eſt: ꝓpriè tamẽ ſignificat ſermonẽ cum riſu aliquo inceſſentẽ. Ideo Demoſthenẽ urbanũ fuiſſe dicunt, dicacẽ negãt. Proprium autẽ materiæ de qua nũc loquimur, eſt ridiculum. Ideoq; hæc tota diſputatio à Græcis περὶ γελοίων inſcribitur. Eius prima diuiſio traditur eadẽ quæ eſt omnis orationis, ut ſit poſitũ in rebus, aut in uerbis. Vſus autẽ maximè ſimplex. Aut enim ex alijs riſum petimus, aut ex nobis, aut ex rebus medijs. Aliena aut reprehẽdimus, aut refutamus, aut eleuamus, aut repercutimus, aut eludimus. Noſtra, ridicula indicamus, & ut uerbo Ciceronis utar, dicimus aliqua ſubabſurda. Nanq; eadẽ quæ ſi imprudentibus excidant, ſtulta ſunt: ſi ſimulamus, uenuſta creduntur. Tertiũ eſt genus, ut ident dicit, in decipiendis expectationibus, dictis aliter accipiendis, cæterisq; quæ neutrã perſonam cõtingunt, ideoq; à me media dicũtur. Itẽ ridicula aut facimus, aut dicimus. Facto riſus cõciliatur interim admiſta grauitate ut Marcus Cælius Prætor, cum

2. de Orat.

cum ſellã eius curulẽ Conſul Iſauricus fregiſſet, alterã poſuit loris intentam dicebatur autem Cos. à patre aliquando cæſus flagris. Interim ſine reſpectu pudoris, ut in illa pyxide Cælia- Pro Cælio.
na. quod neque oratori, neq; ulli graui uiro conueniat. Idem autem de uultu geſtuq; ridiculo dictũ ſit: in quibus eſt quidem ſumma gratia, ſed maior cum captare riſum non uidentur. Nihil enim ex ijs quæ dicuntur ſalſa, dicitur ſalſius. Quanquã autem gratiæ plurimum dictis ſcueritas affert, ſitq; ridiculum id ipſum, quia qui dicit, non ridet: eſt tamẽ interim & aſpectus & habitus oris & geſtus non inurbanus, cum ijs modus contingit, id porro quod dicitur, aut eſt laſciuum & hilare, qualia Galbæ pleraque: aut contumelioſum, qualia nuper Iunij Baſſi: aut aſperum, qualia Caſſij Seueri: aut lene, qualia Domitij Afri. Refert, his ubi quis utatur. Nam in conuiuijs & quotidiano ſermone laſciua humilibus, hilaria omnibus conueniunt. Ludere nunquam uelimus, longẽque abſit propoſitum illud, Potius amicum quàm dictum perdidi. In hac quidem pugna fòrenſi malim mihi lenibus* interdicere: quanquam & *uti licere
cõtumelioſè et aſperè dicere in aduerſarios permiſſum eſt: cũ accuſare etiam palàm, & caput alterius iuſtè petere cõceſſum ſit. Sed hic quoque tamen inhumana uideri ſolet fortunæ inſectatio: uel quia culpa caret, uel quia recidere etiam in ipſos qui obiecerunt, poteſt. Primùm itaque conſiderandum eſt, & quis, & qua cauſſa, & apud quem, & in quem, & quid dicat. Oratori minimè conuenit diſtortus uultus, geſtuſque, quæ in mimis rideri ſolent. Dicacitas etiã ſcurrilis & ſcenica huic perſonæ alieniſſima eſt. Obſcœnitas uerò nõ à uerbis tantùm abeſſe debet, ſed etiã à ſignificatione. Nam ſiquãdo obijci poteſt, nõ in omni loco exprobrãda eſt. Oratorẽ præterea ut poteſt, nõ in omni loco exprobrãda eſt. Oratorẽ præterea ut dicere urbanè uolo, ita uideri affectare id, planè nolo. Quapropter ne dicet quidẽ falsè quoties poterit, & dictũ potius

aliquādo perdet, quàm minuet authoritatem. Nec accusatorē autem atroci in causſa, nec patronum in miserabili iocantē ferret quisquam. Sunt etiā iudices quidam tristiores, quàm ut risum libenter patiantur. Solet interim accidere, ut id quod in aduersariū dicimus, aut in iudicem conueniat, aut in nostrum quoque litigatorem: quanquam aliqui reperiuntur qui ne id quidē quod in ipsos recidere possit, euitent: quod fecit Longus Sulpitius, qui cum ipse fœdissimus esset, cum contra quē iudicio liberali aderat: ne faciē quidē habere liberi hominis dixit: cui respondens Domitius Afer, Et tu, inquit, ex animi sententia Longe? qui malam faciem habet, liber non est? Vitandum etiā, ne petulans, ne superbum, ne loco, ne tempori alienum, ne præparatū & domo allatum iudicetur quod dicimus. Nam aduersus miseros, sicut suprà dixeram, inhumanus est iocus. Sed quadam ita sunt receptæ authoritatis, & notæ uerecundiæ, ut nocitura sit in eos dicendi petulantia. Nam de amicis iam præceptum est. Illud non ad orandi ferè cōsilium, sed ad omnia pertinet, ne lacessat hoc modo quem lædere sit periculosum, ne aut inimicitiæ graues insequantur, aut turpis satisfactio. Male etiam dicitur, quod in plures cōuenit: si aut nationes totæ incessantur, aut ordines, aut cōditio, aut studia multorū. Ea quæ dicit uir bonus, omnia salua dignitate ac uerecūdia decent. Nimiū enim risus precium est, si probitatis impendio constat. Vnde autē concilietur risus, & quibus ex locis peti soleat, difficillimum est dicere. Nam si species omnes persequi uelimus, nec modū reperiemus, & frustra laborabimus. Neque enim numerosi minus sunt loci ex quibus hæc dicta, quàm illi ex quibus eæ quas facētias uocamus, ducuntur, neq; alij. Nā hic quoq; est inuētio et elocutio, atq; ipsius elocutionis uis, alia in uerbis, alia in figuris. Risus igitur oriuntur aut ex corpore eius in quē dicimus: aut ex animo, qui factis ab eo dict

dictis q; colligitur, aut ex his quæ sunt extrà posita. Intra hæc enim est omnis uituperatio: quæ si grauius posita sit, seria est: si leuius, ridicula. Hæc aut ostendūtur, aut narrātur, aut dicto notantur. Rarū est autē, ut oculis subijcere cōtingat, ut fecit C. Iulius, *qui cū Helmio Manciæ sæpius obstrepenti sibi diceret, Iam ostendā qualis sis: is q; plane instaret interrogatione, qualē se tandē ostensurus esset, digito demōstrauit imaginē galli in scuto Mariano Cimbrico pictam, cui Mancia tum simillimus est uisus. Tabernæ autem erant circa fōrum, ac scutū illud signi gratia positum. Narrare quæ falsa sint, in primis est fabulæ, & oratorium: ut Cicero pro Cluentio narrat de Cepasio atque Fabricio: ac Marcus Cælius de illa C. Lælij collegæ q; eius in prouinciam festinantium contentione. Sed in his omnibus cum elegans & uenusta exigitur tota expositio, tum id est festiuissimum, quod adijcit Orator. Nam & à Cicerone sic est Fabricij fuga illa condita. Itaque cum callidissimè se putaret dicere, & cum illa uerba grauissima ex intimo artificio deprōpsisset: Respicite iudices hominum fortunas, respicite uarios durosq; casus, respicite C. Fabricij senectutē: cum hoc respicite, ornandæ orationis causſa sæpe dixisset, respexit ipse: at Fabricius à subsellijs demisso capite discesserat, & cætera quæ adiecit: nā est notus locus: cū in re hoc solū esset, Fabriciū à iudicio recessisse. Et Cælius cum omnia uenustissimè finxit, tū illud ultimū sic subsecutus: Quomodo transierit, utrum rate, an piscatorio nauigio, nemo sciebat. Siculi quidem, ut sunt lasciui & dicaces, aiebant in Delphino sedisse, & sic tanquam Arionа transuectum. In narrando autem Cicero cōsistere facetias putat, dicacitatem in iaciendo. Mirè fuit in hoc genere uenustus Afer Domitius, cuius orationibus complures huiusmodi narrationes insertæ reperiuntur: sed dictorum quoque ab eodem urbanè, sunt editi libri.

Illud

2. de Orat. *Crassus, habet Plinius lib. 35. ca. 4.

Pro Cluent.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Illud quoque genus est positum non in hac ueluti iaculatione uerborum, & inclusa breuiter urbanitate, sed in quodam longiore actu: quod de Crasso contra Brutum Cicero in secundo de oratore libro, & alijs quibusdam locis narrat. Nam cum Brutus in accusatione Cn. Planci, ex duobus lectoribus ostendisset contraria L. Crassum patronum eius in oratione quam de Colonia Narbonensi habuerat, suasisse ijs quæ de lege Seruilia dixerat, tres excitauit & ipse lectores, hisque patris eius dialogos dedit legendos: quorum cum in Priuernati unus, alter in Albano, tertius in Tiburti sermonem habitum complecteretur, requirebat ubi essent eæ possessiones. Omneis autem illas Brutus uendiderat: & cum paterna manciparet prædia, turpis habebatur. Similis in apologis quoq; & quibusdã etiã interim historijs exponẽdis gratia consequi solet. Sed acutior est illa atque uelocior in urbanitate breuitas. Cuius quidem duplex est forma, dicendi, ac respondendi: sed ratio communis in parte. Nihil enim in lacessendo dici potest, quod non etiam in repercutiendo. At propria quædam sunt respondentium: illa etiam ira concitati afferre solent: hæc plerunque in altercatione, aut in rogãdis testibus requiruntur. Cum sint autẽ loci plures ex quibus dicta ridicula ducantur, repetendum est mihi, nõ omneis eos oratoribus conuenire. In primis autẽ ex amphibolia, neq; illa obscura, quæ Atellanæ more captent, nec qualia uulgo iactantur à uilissimo quoq;, conuersa in maledictum ferè ambiguitate. Ne illa quidem, quæ Ciceroni aliquãdo, sed non in agendo, exciderunt, ut dixi, cum is candidatus qui eoqui filius habebatur, coram eo suffragium ab alio peteret, Ego quoque tibi iure fauebo. Non quia excludenda sint omnino uerba duos sensus significantia, sed quia rarò belle respõdeãt, nisi eũ prorsus rebus ipsis adiungãtur. Quare nõ hoc modò penè & ipsum scurrile Ciceronis est in eundẽ, de

Vide Donatum in Adelphos Terent.

de quo suprà dixi, Isauricum, Miror quid sit quòd pater tuus homo constantissimus te nobis uariũ reliquit: sed illud ex eodem genere præclarũ, cum obijceret Miloni accusator in argumentum factarum Clodio insidiarum, quòd Bouillas ante horam nonã diuertisset, ut expectaret dum Clodius à uilla sua exiret, & idẽtidẽ interrogaret quo tempore Clodius occisus esset, respondit, Sero. Quod uel solũ sufficit, ut hoc genus non totum repudietur. Nec plura modò significari solent, sed etiam diuersa: ut Nero de seruo pessimo dixit, Nulli apud se plus fidei haberi: nihil ei neque occlusum neque obsignatum esse. Peruenit res usque ad ænigma: quale est Ciceronis in Pletorũ Fonteij accusatorẽ, cuius matrẽ dixit, dum uixisset, ludum: postquam mortua esset, magistros habuisse. Dicebãtur autem, dum uixit, infames forminæ ad eam conuenire solitæ: post mortẽ eius bona uenibant. quanquã hic ludus per translationẽ dictus est, magistri per ambiguitatem. In metalepsin quoque cadit ratio dictorum: ut Fabius Maximus incusans Augusti cõgiariorũ quæ amicis dabantur, exiguitatẽ, heminaria esse dixit. Nam congiarium cum sit commune liberalitatis atque mensuræ, à mensura ducta imminutio est rerum. Et hæc tam frigida, quàm est nominum fictio, adiectis, detractis, mutatis literis: ut Aciseulũ, quia esset pactus, Paciseulum: & Placidum nomine, quia is acerbus natura esset, Acidum: & Tullium, cum fur esset, Tollium, dictos inuenio. Sed hæc eadẽ genera commodius in rebus quàm in nominibus respõdent. Aser enim uenustè Manlium Suram multum in agendo discursantem, salientem, manus iactantem, togam deijcientem & reponentẽ, nõ agere dixit, sed saltare. Est enim dictũ per se urbanũ, saltare. etiã si nulla subsit alterius uerbi similitudo. Fiunt & detracta & adiecta aspiratione, & binis coniũctis uerbis similiter sæpius frigida, aliquãdo tamen recipiẽda. Eademque condi

conditio est in ijs quæ à nominibus trahuntur. Multa ex hoc
Act. 6. Cicero in Verrem, sed ut ab alijs dicta: modò futurũ ut omnia uerreret, cum diceretur Verres: modò Herculi quem expilauerat, molestiorem apro Erymanthio fuisse: modò malum Sacerdotem, qui tam nequam uerrem reliquisset: quia Sacerdoti Verres successerat. Præbet tamen aliquãdo occasionẽ quædã felicitas hoc quoq; genere bene utendi: ut pro Cecinna Cicero in testem Sex. Clodium Phormionem, Nec minus niger, inquit, nec minus confidens, quàm ille Terentianus est Phormio. Acriora igitur sunt & elegantiora, quæ trahuntur ex ui rerum. In his maximè ualet similitudo, si tamen ad aliquid inferius leuiusq; referatur: qua iam ueteres illi iocabantur, qui
Plin. libro. 7. cap. 12. Val. lib. 9. titu. 15. Cice. ad Attic. lib. 6. Lentulum Spintherem, & Scipionem Serapionem esse dixerunt. Sed ea non ab hominibus modò petitur, uerumetiam ab animalibus: ut nobis pueris Iunius Bassus, homo in primis dicax, Asinus albus uocabatur. Et Sarmentus seu Publius Blessus Iunium hominem nigrum & macrum & pandũ, fibulam ferream dixit. Quod nunc risus petendi genus frequentissimum est. Adhibetur autem similitudo interim palàm, interim inseri solet parabolæ: cuius est generis id Augusti, qui militi libellum timidè porrigenti, Noli, inquit, dubitare tanquam assem elephanto des. Sunt quædam etiam uerisimilia: unde Vatinius, cum reus agente in eum Caluo, candido frontẽ sudario tergeret, idq; ipsum accusator in inuidiam uocaret: Quantuis reus sum, inquit, & panem candidum edo. Adhuc est subtilior illa ex simili translatio, cum quod in aliã re fieri solet, in aliã mutuamur. Ea dicatur sanè fictio: ut Chrysippus, cum in triũpho Cæsaris eborea oppida essent translata, & post dies paucos Fabij Maximi lignea, thecas esse oppidorum Cæsaris dixit. Et Pedo de Mirmillone qui Retiariũ consequebatur, nec feriebat, Viuãũ, inquit, capere uult. Iungitur amphiboliæ simili
tudo

tudo: ut L. Galba pilam negligenter petenti, Sic, inquit, petis, tanquam Cæsaris candidatus. Nam illud petis, ambiguum est, securitas simulis. Quod hactenus ostendisse satis est. Cæterum frequentissima aliorum generum cum alijs mistura est: eaq; optima, quæ ex pluribus constat. Eadem dissimilium ratio est. Hinc eques Romanus, ad quem in spectaculis bibentem cum misisset Augustus qui ei diceret, Ego si prandere uolo, domum eo: Tu enim, inquit, non times ne locum perdas. Ex contrario nõ una species. Neque enim eodem modo dixit Augustus præfecto quem ignominia notabat, subinde interponenti precibus, Quid respõdebo patri meo? Dic me tibi displicuisse: quo Galba penulã roganti, Non possum cõmodare: domi maneo: cum cœnaculũ eius perplueret. Tertium adhuc illud (siquidem ut ne authorẽ ponam, uerecundia ipsius facit) Libidinosior es, quàm ullus spado: quo sine dubio & opinio decipitur, sed ex contrario. Et hoc ex eodem loco est, sed nulli priorum simile, quod dixit Marcus Vestinius, cum ei nũciatũ esset, * Aliquando desinet putere. Onerabo librum exemplis, similemq; ijs qui risus gratia cõponuntur, efficiam, si persequi uoluero singula uetera. Ex omnibus argumentorum locis eadem occasio est. Nam & finitione usus est Augustus de Pantomimis duobus, qui alternis gestibus cõtendebant, cum eorum alterũ saltatorem dixit, alterũ interpellatorẽ. Et partitione Galba, cũ penulã rogãti respõdit, Nõ pluit, nõ est opus tibi: si pluit, ipse utar. Proinde genere, specie, proprijs, differẽtibus, iugatis, adiũctis, cõsequẽtibus, antecedẽtibus, repugnantibus, causis, effectis, comparatione pariũ, maiorũ, minorũ, simulis materia præbetur. Sicut in tropos quoq; omneis eadunt.
2. de Orat. An non plurima καθ' ὑπερβολὴν dicũtur? quale refert Cicero de Memmio homine prælõgo, caput eum ad fornicem Fabij offendisse. Et quod P. Oppius dixit de genere Lentulorũ,
cum

* Deest hic aliquid

cũ assiduè minores parẽtibus liberi essent in nascendo, decrescere genus Lentulorum. Interim utrunq;. Quid ironiat nõne etiã quæ sit uerissima, ioci propè genus est? Qua urbane usus est Afer, cũ Didio Gallo, qui prouinciã ambitiosissimè petierat, deinde impetrata ea tanquam coactus querebatur, Age, inquit, aliquid, & Republicæ caussa elabora. Quáque Cicero usus est, cũ Vatinij morte nũciata, cuius parũ certus dicebatur author, Interim, inquit, usura fruar. Idem per allegoriam M. Cælium melius obiicientẽ crimina quàm defendentem, Bonã dextram, malam sinistram habere dicebat. Emphasi Liuius dixit ferro cotẽ Accium Nauium incidisse. Figuris quoque mentis, quæ σχήματα διανοίας dicuntur, res eadem recipit omneis, in quas nonnulli diuiserũt species dictorum. Nam & interrogamus, & dubitamus, & affirmamus, & minamur, & optamus. Quædam ut miserantes, & quædam ut irascentes dicimus. Ridiculum est autem omne quod apertè fingitur. Stulta reprehẽdere facillimum est: nam per se sunt ridicula. Sed rem urbanam facit aliqua ex nobis adiectio. Stultè interrogauerat exeuntem de theatro Carpathiũ Tityus Maximus, an spectasset: fecit Carpathius dubitationem eius stultiorem dicẽdo, Non, sed in orchestra pila lusi. Refutatio cum sit in negando, redarguendo, defendendo, eleuando, ridicule negauit Manius Curius. Nam cum eius accusator, in Sipario omnibus locis aut nudũ eum in neruo, aut ab amicis redemptum ex alea, pinxisset, Ergo ego (inquit) nunquam uici. Redarguimus interim apertè, ut Cicero Vibiũ Curiũ multũ de annis ætatis suæ mentientẽ: Tum ergo cũ unà declamabamus, nõ eras natus. Interim & simulata assensione, ut idem Fabiæ Dolabellæ dicẽti triginta se annos habere: Verũ est, inquit: nã hoc iã uiginti annis audio. Belle interim subijcitur pro eo quod neges, aliud mordacius, ut Iunius Bassus querente Domitia

Passie

Passieni, quòd incusans eius sordes, calceos eam uctores diceret uendere solere: Non mehercule, inquit, hoc unquã dixi, sed emere te solere. Defensionem imitatus est eques Romanus, qui obijcienti Augusto quòd patrimonium comedisset: Meum, inquit, potaui. Eleuandi ratio est duplex, ut aut ueniam quis, aut iactantiam minuat: quemadmodum C. Cæsar Pomponio ostendenti uulnus ore exceptum in seditione Sulpitiana, quod ipse se passum pro Cæsare pugnantẽ gloriabatur, Nunquã fugiẽs respexeris, inquit. Aut crimen obiectum, ut Cicero obiurgãtibus quòd sexagenarius Popilliam uirginẽ duxisset, Cras mulier erit, inquit. Hoc genus dicti, consequens uocant quidã, atq; illi simile, quo Cicero Curionẽ semper ab excusatione ætatis incipientem, facilius quotidie procemium habere dixit: quia ista natura sequi & cohærere uideantur. Sed eleuandi genus est etiam caussarũ relatio, qua Cicero est usus in Vatiniũ, qui pedibus æger, cum uellet uideri commodioris ualetudinis factus, & diceret se iam bina millia passuum ambulare: Dies enim, inquit, longiores sunt. Et Augustus nunciantibus Tarraconẽsibus palmã in ara eius enatam, Apparet, inquit, quàm sæpe accẽdatis. Transtulit crimen Cassius Seuerus. Nam cum obiurgaretur à Prætore, quòd aduocati eius L. Varo Epicureo Cæsaris amico cõuicium feciissent, Nescio, inquit, qui conuiciati sint: & puto Stoicos fuisse. Repercutiendi multa sunt genera: uenustissimum, quod etiam simulitudine aliqua uerbi adiuuatur: ut Thracillus dicẽti Suellio, Si hoc ita est, is in exilium: si non est ita, redij, inquit. Elusit Cassius Seuerus obijciente quodam quòd ei domo sua Proculeius interdixisset, respondendo, Nunquid ego illuc accedo? Sic eluditur & ridiculum ridiculo: ut diuus Augustus, cum ei Gallit orquem aureũ centum pondo dedissent, & Dolabella per iocum, tentans tamen ioci sui euentum, dixisset, Imperator, torque me dona:

Malo te, inquit, ciuica donare. Mendacium quoq; mendacio: ut Galba dicente quodam, Victoriato se uno in Sicilia quinq; pedes longam murænam emisse: Nihil, inquit, mirum: nam ibi tam longæ nascuntur, ut ijs piscatores pro restibus utantur. Contraria est negantis confessionis simulatio, sed ipsa quoq; multum habet urbanitatis. Sic Afer cum ageret contra libertum Claudij Cæsaris, & ex diuerso quidam conditionis eiusdem cuius erat litigator, exclamasset, Præterea tu semper in libertos Cæsaris dicis? Nec mehercule, inquit, quicquã proficio. Cui uicinum est, non negare quod obijcitur, cum & id palàm falsum est, & inde materia bene respondendi datur: ut
Cic. 2. de Ora. Catulus dicenti Philippo, Quid latras? Furem uideo, inquit.

In se dicere, non est ferè nisi scurrarum, & in oratore utiq; minimè probabile. Quod fieri totidem modis, quot in alios, potest. Ideoq; hoc, quamuis frequens sit, transeo. Illud uerò etiamsi ridiculum, indignum tamen est homine liberali, quod aut turpiter, aut impotenter dicitur: quod fecisse quendam scio, qui humiliori liberè aduersus se loquenti, Colaphum, inquit, tibi ducam, & formulam scribam, quòd caput durum habeas. Hic enim dubium est, utrum ridere audientes, an indignari debuerint. Superest genus decipiendi opinione, aut dicta aliter intelligendi, quæ sunt in omni hac materia uel uenustissima. Inopinatum & à lacessente poni solet: quale est quod refert Cicero, Quid huic abest, nisi res et uirtus? Aut illud Afri, Homo in agendis causis optimè uelitus. Et in occurrendo,
2. de Orat. ut Cicero audita falsa Vatinij morte, cum Quinium libertum eius interrogasset, Rectè ne omnia? dicenti, Rectè, Mortuus est, inquit. Plurimus autem circa simulationem & dissimulationem risus est, quæ sunt uicina, & propè eadem: sed simulatio est certã opinionẽ animi sui imitantis: dissimulatio, aliena parũ se intelligere fingẽtis. Simulauit Afer, qui cum in causa subin-

subinde dicentibus Celsinã dicere, cognouisset quòd erat potẽs fœmina: Quis est, inquit, istet Celsinam enim uideri sibi uerũ finxit. Dissimulauit Cicero, cum Sex. Annalis testis reum laesisset, & instaret identidem accusator ei, Dic M. Tulli, nunquid potes de Sexto Annali? Versus tunc dicere cœpit de libro Ennij annali sexto,

Qui potis ingentis causas euoluere belli.

Cui fine dubio frequentissimã dat occasionem ambiguitas: ut Cassellio, qui consultori dicenti, Nauem diuidere uolo: Perdes, inquit. Sed auerti intellectus etiam aliter solet, eũ ab asperioribus ad leniora deflecturus: ut qui interrogatus quid sentiret de eo qui in adulterio deprehensus esset, Tardum fuisse respondit. Et confine est quod dicitur per suspitionẽ: quale illud apud Ciceronẽ, quærenti quòd uxor sua è fico se suspendisset: 2. de Orat. & Acad. 2. Rogo des mihi sycomorum ex illa arbore, ut inseram. Intelligitur enim quod non dicitur. Et hercle omnis falsè dicendi ratio in eo est, ut aliter quàm est, rectum uerumq; dicatur. Quod fit totum fingendis aut nostris aut alienis persuasionibus, aut dicendo quod fieri non potest. Aliena finxit Tuba, qui querenti quòd ab equo suo esset aspersus, Quid tu, inquit, me Hippocentaurum putas? Sic C. Cassius, qui militi sine gladio discurrenti, Heus commilito, pugno bene uteris, inquit. Et Galba de piscibus, qui cum pridie ex parte adesi, & uersati postero die appositi essent, Festinemus, alij subcœnãt, inquit. Tertium illud Ciceronis (ut dixi) aduersus Curium: Fieri enim certè nõ poterat, ut cum declamaret, natus non esset. Est & illa ex ironia ficta, qua usus est C. Cæsar. Nam cum testis diceret, à reo fœmina sua ferro petita, & esset facilis reprehẽsio cur illam potissimum partem corporis uulnerare uoluisset: Quid enim faceret, inquit, cum tu galeã & loricam haberes? Vel optima est simulatio cõtra simulationẽ: qualis illa Domitij Afri fuit:

Vetus habebat testamentum, & unus ex amicis recentioribus sperās aliquid ex mutatione tabularum, falsam tabulam intulerat, cōsulens eum, an primipilaris ei testamēto suaderet ordinare suprema iudicia: Noli, inquit, facere: offendis illū. Iucundissima sunt autē ex his omnibus lenia, & (ut sic dixerim) boni stomachi: ut Aser ingrato litigatori conspectum eius utanti in foro, per nomēclatorē missum ad eum, Amas me, inquit, quòd te non uidi? Et dispensatori, qui cum ad reliqua non respo- deret, dicebat subinde: Non comedi panem, & aquam bibo: Pasce, & redde quod debes. Quæ ὑπαγωγὰς uocāt. Est gratus iocus, qui munus exprobrat quàm potest: ut idem dicēti candidato, Semper domum tuam colui: cum posset palàm negare, Credo, inquit, & uerum est. Interim de se dicere, ridiculum est: & quod in alium, si absentem diceret, urbanum nō esset, quoniā ipsi palàm exprobratur, mouet risum: quale Augusti est, cū ab eo miles nescio quid improbè peteret, ueniret contrà Martianus, quem suspicabatur & ipsum aliquid inusitè rogaturum: Non magis, inquit, faciam cōmilito quæ petis, quàm quod Martianus à me petiturus est. Adiuuāt urbanitatē & uersus cōmodè positi, seu toti ut sunt: quod adeò facile est, ut Ouidius ex tetrasticho Macri carmine librū in malos poētas cōposuerit. quod fit gratius, siqua etiam ambiguitate conditur: ut Cicero in Accium hominē callidum & uersutū, cum is in quadam caussa suspectius esset, Nisi qua Vlysses rate euasit Laërtius. Seu uerbis ex parte mutatis, ut in eum qui cum antea stultissimus esset habitus, post acceptam hæreditatē primus sentētiam rogabatur, Cuius hæreditas est, quā uocant sapientiam: pro illo, facultas est. Seu fictis nouis uersibus. Simile est quod παροιμίαι dicitur, & prouerbia opportunè aptata, ut de homine in aquā lapso, & ut alleuaretur roganti, Tollat te, qui nō nouit. Ex historia etiā ducere urbanitatē, eruditum, ut Cic

Horat. epist. 1. ad Sæuam.

ut Cicero fecit, cum ei testem in iudicio Verris rogāti dixisset Hortensius, Non intelligo hæc ænigmata: Atqui debes, inquit, eū Sphingē domi habēti. Acceperat autē ille à Verre Sphingem æneā magnæ pecuniæ. Subabsurda illa cōstant stultis simili imitatione, & quæ nisi fingātur, stulta sunt: ut qui mirātibus quòd humile candelabrū emisset, Pransoriū erit, inquit. Sed illa similia absurdis sunt acria, quæ tanquam sine ratione dicta feriūtur, ut seruus Dolabellæ cum interrogaretur an dominus eius auctionē proposuisset, Domū, inquit, uendidit. Deprehēsi interim pudorē suum ridiculo aliquo explicant: ut qui testē dicentē se areo uulneratū, interrogauerat an cicatrices haberet: cum ille ingentē in femore ostendisset, Latus, inquit, oportuit. Contumelijs quoq; uti bellè datur: ut Hispo obijcēti bis acerba crimina accusatori, Mētiris, inquit. Et Fuluius propinquus legato interroganti, an in tabulis quas proferebat, chirographus esset: Et uerus, inquit, domunc. Has aut accepi species, aut inuenī frequētissimas, ex quibus ridicula ducerentur. Sed repetā necesse est infinitas esse tam falsè dicēdi, quàm seuerè, quas præstat persona, locus, tempus, casus denique, qui est maxime uarius. Itaq; hæc ne omisisse uiderer, attigi: illa autem quæ de usu ipso & modo iocandi cōplexus sum, adeò infirma, sed plane necessaria. His adijcit Domitius Marsus, qui de urbanitate diligentissimè scripsit, quædam non ridicula, sed cuilibet seueriss imæ orationi conuenientia eleganter dicta, & proprio quodam lepōre iucunda: quæ sunt quidem urbana, sed risum tamen non habent. Neq; enim ei de risu, sed de urbanitate est opus institutum, quam propriam esse nostræ ciuitatis ait: & serò sic intelligi cœptam, postquam Vrbis appellationem, etiam si nomen proprium non adijceretur, Romam tamen accipi sit receptum. eamq; sic sinu, Vrbanitas est uirtus quædam in breue dictum coacta, & apta ad delectan-

Plutarchus in uita Cice.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dos mouẽdosq; homines in omnẽ affectũ, maximè idoneos ad resistendum, uel lacessendum, prout quæq; res ac persona desiderat. Cui si breuitatis exceptionẽ detraxeris, omneis orationis uirtutes cõplexa sit. Nam sic cõstãt rebus & personis: & quod in utrisq; oporteat dicere, perfectæ eloquentiæ est. Cur autẽ breuẽ eam esse uoluerit, nescio quidem. At quam in eodẽ libro dicat fuisse, & in multis, narrãdi urbanitatẽ, paulò pòst ita finit, Catonis (ut ait) opinionẽ sequutus, Vrbanus homo erit, cuius multa bene dicta responsaq; erũt, & qui in sermonibus, circulis, cõuiuijs, itẽ in concionibus, omni deniq; loco ridicule cõmodeq; dicet. Risus erunt, quicunq; hæc faciet orator. Quas si recipimus finitiones, quicquid bene dicetur & urbanè, dicti nomen accipiet. Cæterum illi qui hoc proposuerat, cõsentanea fuit illa diuisio, ut dictorũ urbanorum alia seria, alia iocosa, alia media faceret. Nam eadem est omniũ bene dictorum. Verum mihi etiam iocosa quædã uidentur posse nõ satis urbanè referri. Nam meo quidem iudicio, illa est urbanitas, in qua nihil absonum, nihil agreste, nihil inconditũ, nihil peregrinum, neq; sensu, neq; uerbis, neq; ore gestu'ue possit deprehendi: ut non tam sit in singulis dictis, quàm in toto colore dicendi: qualis apud Græcos atticissimos ille redolens Athenarum proprium saporẽ. Ne tamẽ iudicium Marsi hominis eruditissimi subtraham, seria partitur in tria genera, honorificum, cõtumeliosum, medium. Et honorifici ponit exemplum Ciceronis quoq; pro Ligario apud Cæsarẽ, Qui nihil soles obliuisci, nisi iniurias. Et cõtumelioſi, quod Attico scripsit de Pompeio & Cæsare, Habeo quẽ fugiam, quẽ sequar nõ habeo. Et medij, quod ἀνεφθεγματικὸν uocat, & est cũ ita dixit, Neq; grauem mortem accidere forti uiro posse, neq; immaturam consulari, neq; miseram sapienti. Quæ omnia sunt optimè dicta: sed cur proprie nomen urbanitatis accipiat, non

Epist. lib. 8. In Catil. orat. 4.

uideo.

uideo. Quod si nõ solùm totus (ut mihi uidetur) orationis color meretur, sed etiam singulis dictis tribuendum est: illa potius urbana esse dixerim, quæ sunt generis eiusdem, quæ ridicula dicuntur, & tamẽ ridicula nõ sunt: ut de Pollione Asinio serijs iocisq; pariter accõmodato dictũ est, Esse cum omnium horarũ. Et de actore facilè dicẽte ex tẽpore, Ingenium eum in numerato habere. Etiam Pompeij, quod refert Marsus, in Ciceronem dissidentẽ eius partibus, Transi ad Cæsarem, me timebis. Erat enim, si de re minore aut alio animo, aut denique non ab ipso dictum fuisset, quod posset inter ridicula numerari. Etiam illud quod Cicero Cereliæ scripsit, reddens rationẽ cur illa C. Cæsaris tempora tam patienter toleraret: Hæc aut animo Catonis ferenda sunt, aut Ciceronis stomacho. Stomachus enim ille habet aliquid ioco simile. Hæc quæ mouebãt, dissimulanda mihi non fuerunt: in quibus ut errauerim, legentes tamen non decepi, iudicata diuersa opinione, quam sequi magis probantibus liberum est.

De Altercatione. CAP. V.

ALtercationis præcepta poterãt uideri tũc inchoãda, cum omnia quæ ad cõtinuã orationẽ pertinẽt, peregissem: nã est usus eius ordine ultimus: sed cum sit posita in sola inuentione, neque habere dispositionem possit, nec elocutionis ornamenta magnopere desideret, aut circa memoriam & pronunciationem laboret: prius quàm secundam quinq; partium, hãc, quæ tota ex prima pendet, tractaturus nõ alieno loco uideor: quã scriptores ideo forte esse alij reliquerũt, quia satis cæteris perceptis, in hac quoque uidebatur esse profectũ. Constat enim aut intentione, aut depulsiõne, de quibus satis traditum est: quia quicquid in actione perpetua circa probationes uile est, id & in hac breui atq; concisa prosit necesse est. Neq; alia dicuntur in altercatione, sed aliter, aut interogãdo,

aut respõdendo. Cuius rei ferè omnis obseruatio in illo testium
Lib.5.cap.7. loco excussa nobis est. Tamẽ quia latius hoc opus aggressi sumus, neq; perfectus orator sine hac uirtute dici potest, paululum impẽdamus huic quoq; peculiaris operæ, quæ quidem in quibusdã causis ad uictoriã uel plurimũ ualet. Nã ut in qualitate generali, in qua recte'ne factũ quid, an cõtrà sit, quæritur, perpetua dominatur oratio, et quæstionẽ finitionis actionis plerunq; satis explicat, & omnia penè in quibus de facto constat, aut coniectura artificiali ratione colligitur: ita in iis causis (quæ sunt frequẽtissimæ) quæ uel solis extra artẽ probationibus, uel mixtis cõtinentur, asperrima in hac parte dimicatio est, nec alibi dixeris magis mucrone pugnari. Nã & firmissima quæq; memoriæ iudicis inculcãda sunt, & præstãdum quicquid in actione pronuntiamus, & refellenda mẽdacia. Nusquã est deniq; qui cognoscit, intentior. Nec immeritò quidam, quanquã in dicẽdo mediocres, hac tamẽ altercandi præstantia meruerunt nomen patronorum. At quidam litigatoribus suis illum modò ambitiosum declamandi sudorem præstitisse cõtenti, cum turba laudantiũ destitutũ subsellia, pugnamq; illam decertatoriam imperitis ac sæpe pullatæ turbæ relinquunt. Itaq; uideas alios plerunq; iudicijs priuatis ad actiones uocari, alios ad probationes. Quæ si diuidenda sunt officia, hoc certè magis necessarium est: pudendumq; dictu, si plus litigatoribus prosunt minores. In publicis certè iudicijs uox illa præconis, præter patronos, ipsum qui egerit, citat.

Opus est igitur in primis ingenio ueloci ac mobili, animo præsenti & acri. Nõ enim cogitãdum, sed dicẽdum statim est, & propè sub conatu aduersarij, manus erigẽda. Quare cum in omni parte huiusce officij plurimũ facit, totas non diligenter modò sed etiam familiariter nosse causas: tum in altercatione maximè necessariũ est, omnium personarũ, instrumentorum,

torum, temporum, locorum habere notitiam: alioqui & tacendum est sæpe, & alijs subijcientibus, plerunque studio loquendi fatuè modò accedendum: quo nonnunquam accidit, ut in nostra credulitate, aliena studia erubescamus. Neq; tantum hoc ipsis monitoribus clarescit: quidam faciunt apertè quòd rixemur. Videas enim plerosq; ira perditos exclamantes, ut iudex audiat contrarium id esse quod admoneatur, sciatq; ille qui pronunciaturus est, in causa malum quod tacetur. Quare bonus altercator uitio iracundiæ careat. Nullus enim rationi magis obstat affectus, & fert extra causam, & plerunq; deformia conuicia facere ac mereri cogit, & ipsos nonnũquam iudices ineirat. Melior moderatio, ac nonnunquam etiam patientia. Neq; enim refutanda tantùm quæ è contrario dicuntur, sed contemnenda, eleuanda, ridenda sunt: nec usquam plus loci reperit urbanitas: odium mordet & pudor: contra turbantes audendũ, & impudentiæ fortiter resistendũ. Sunt enim quidam præduri in hoc oris, ut obstrepant ingenti clamore, & medios sermones intercipiant, & omnia tumultu confundant: quos ut non imitari, sic acriter propulsare oportebit: & ipsorũ improbitas retundẽda: et iudices uel præsidẽtes magistratus appellãdi frequenter, ut loquẽdi uices seruentur. Nam est res animi iacentis, & mollis supra modum frontis, fallitq; plerunque, quòd probitas uocatur, quæ est imbecillitas. Valet autẽ in altercatione plurimũ acumen: quod sine dubio ex arte nõ uenit, natura enim nõ docetur, arte tamẽ adiuuatur. In qua præcipuũ est semper id in oculis habere, de quo quæritur, & quod uolumus efficere: quia propositũ tenẽtes, in rixã nõ ibimus: nec causæ debita tẽpora, conuiciando cõteremus: gaudebimusq; si hoc aduersarius facit. Omnia tempora ferè parata sunt meditatis diligenter quæ aut ex aduerso dici, aut responderi à nobis possint. Nonnunquam tamen solet hoc quoque

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse artis genus, ut quædam in actione dissimulata, subitò in altercando prosternantur: & inopinatis eruptionibus, & ex insidijs citissimo facto simillimum. Id autem tum faciendum, cum est aliquid cui responderi non statim possit: potuerat autem, si tempus ad disponendum fuisset. Nam quod fideliter firmum est, à primis statum actionibus arripere optimū est, quò sæpius diutiusq; dicatur. Illud uix saltem præcipiendum uidetur, ne turbidus & clamosus tantùm sit altercator, & quales ferè sunt qui literas nesciũt. Nam improbitas licet aduersario molesta sit, iudici inuisa est. Nocet etiam diu pugnare in ijs quæ obtinere non possis. Nam ubi uinci necesse est, expedit cedere: quia siue plura sunt de quibus quæritur, facilior erit in cæteris fides: siue unum, mitior solet irrogari pœna uerecundiæ. Nam culpam præsertim deprehensam pertinaciter tueri, culpa altera est. Dum stat aetes, multi in re consilij atq; artis est, ut errantem aduersarium trahas, & ire quàm longissimè cogas, ut uana interim spe exultet. Ideo quædam bene dissimulantur instrumẽta. Instant enim, & sæpe discrimen omne cõmittunt, quod deesse nobis putant, & faciunt probationibus nostris authoritatem postulando. Expedit etiam dare aliquid aduersario, quod pro se putet: quod apprehendens, maius aliquid cogatur dimittere. Duas interim res proponere, quarũ utranlibet malè sit electurus: quod in altercatione fit potẽtius, quàm in actione: quia in illa nobis ipsi respondemus, in hac aduersarium quasi confessum tenemus. Est in primis acuti, uidere quo iudex dicto moueatur, quid respuat: quod ex uultu sæpissime, & aliquãdo etiã dicto aliquo facto ue eius deprehẽditur. Et instare proficientibus: & ab ijs quæ nõ adiuuãt, quàm mollissimè pedem oportet referre. Faciũt hoc medici quoque, ut remedia perinde perseuerent adhibere, uel desinant, ut illa recipi uel respui uident. Nõnunquam si rẽ euoluere propositã facile

non sit, inferenda est alia quæstio: atq; in eam, si fieri potest, iudex auocandus. Quid enim cum respondere non possis, agendum est, nisi ut aliud inuentas, cui aduersarius respondere non possit? In plerisq; iudex est auocandus, ut dixi, qui eiLibr. ea testes est locus, & personis modò distat, quòd hic patronorum inter se certamen, illic pugna inter testem & patronum. Exercitatio uerò huius rei longè facilior. Nam est utilissimum, frequenter cum aliquo qui sit studiorum eorundem, sumere materiam uel ueræ uel etiam fictæ controuersiæ, & diuersas partes altercationis modo tueri: quod idem etiam in simplici genere quæstionum fieri potest. Ne illud quidem ignorare aduocatum uolo, quo quæq; ordine probatio sit apud iudices proferenda: cuius rei eadem in argumentis ratio est, ut potentissima prima & summa ponantur. Illa enim ad credendum præparant iudicem, hæc ad pronunciandum.

De Iudicio, & Consilio. CAP. VI.

His pro nostra facultate tractatis, non dubitassem transire protinus ad dispositionem, quæ ordine ipso sequitur: nisi uererer, ne quoniam fuerant qui iudicium inuentioni subCic. de Orato. & de Inuent. 1. iungerent, præterisse hunc locum quibusdam uiderer, qui mea quidem opinione adeo partibus operis huius omnibus connexus ac mistus est, ut ne à sententijs quidem aut uerbis saltem singulis possit separari: nec magis arte traditur, quàm gustus aut odor. Ideoq; nos quid in quaque re sequendum cauendumq; sit docebimus, ut ad ea iudiciũ dirigatur. Præcipuum igitur, ne quod effici nõ potest, aggrediamur: ut cõtraria uitemus, & cõmunia: ne quid in eloquẽdo corruptum obscurũq; sit: referatur oportet ad sensus, qui non docentur. Nec multũ à iudicio credo distare cõsilium, nisi quòd illud ostẽdentibus se rebus adhibetur, hoc latẽtibus, & aut omnino nõdũ repertis, aut dubijs: & quòd iudiciũ frequentissimè certũ est: consilium uerò

Universidad de Deusto Biblioteca

uerò est ratio quædã altè petita, & plerũq; plura perpẽdẽs et comparans, habensq; in se & inuentionem & iudicationem. Sed ne hæc quidem præcepta in uniuersum spectanda sunt. nam ex re sumitur, cui locus ante actionem est frequẽter. Nam Cicero summo consilio uidetur in Verrẽ uel contrahere tempora dicendi maluisse, quàm in eum annum quo erat Quin. Hortensius Cõsul futurus, incidere. Et in ipsis actionibus primum ac potẽtissimum obtinet locum. nam quid dicẽdum, quid tacendũ, quid diffitendum sit, exigere, consilij est: negare sit satius, an defendere: ubi proœmio utẽdũ, et quali: narrãdum'ne, & quomodo: iure prius pugnãdũ, an æquo: qui sit ordo utilissimus: tũ omnes colores, asperè an leniter, an etiã submisse loqui expediat. Sed hæc quoq; ut quisque passus est locus, monuimus: idemq; in reliqua parte faciemus. pauca tamẽ exempli gratia ponam, quibus manifestius appareat quid sit quod de-
Olynth. 2. mõstrari posse præceptis nõ arbitror. Laudatur consiliũ Demosthenis, quòd cum suaderet bellum Athenẽsibus parum id prosperè expertis, nihil adhuc factũ esse ratione monstrat poterat enim emẽdari negligẽtia. At si nihil esset erratũ, melioris
Olynth. 3. in posterũ spei nõ erat ratio. Idem cum offensam uereretur si obiurgaret populi segnitiẽ: in asserenda libertate Reipublicæ, maiorũ laude uti maluit, qui eã fortissimè administrassent. Nã & faciles habuit aures, & natura sequebatur ut meliora probãteis, peiorũ pœniteret. Ciceronis quidẽ uel una pro Cluẽtio quãlibet multis exẽplis suffecerit oratio. Nã quod in eo cõsiliũ maximè mirer: primã'ne expositionẽ, qua matri, cuius filiũ premebat authoritas, abstulit fidẽ? an quod idẽ corrupti iudicij crimẽ transferre in aduersariũ maluit, quàm negare ꝓpter inueteratam (ut ipse dicit) infamiã? An quòd in re inuidiosa, legis auxilio uouissimè est usus? quo genere defensionis etiã offendisset nõdũ præmollitas iudicũ mẽtes. an quod seipsũ inuito

Cluen

Cluentio facere testatus est? Quid pro Milone? quòd non antè narrauit, quàm præiudicijs omnibus reũ liberaret? quòd insidiarum inuidiam in Clodium uertit? quanquam re uera fuerat pugna fortuita: quòd factum & laudauit, & tamen uolũtatem Milonis remouit quòd illi preces non dedit, & in earũ locum ipse successit? Infinitum est enumerare, ut Cottæ detraxerit authoritatem: ut pro Ligario se opposuerit: Cornelium ipsa confessionis fiducia eripuerit. Illud dicere satis habeo, nihil esse non modò in orando. sed in omni uita, prius consilio: frustraq; sine eo tradi cæteras artes: plusq; uel sine doctrina prudentiam, quàm sine prudentia facere doctrinam. Aptare etiam orationem locis, temporibus, personis, esse eiusdem uirtutis. Sed hic quia latius fusus est locus, mistusq; cum elocutione, tractabitur cum præcipere de aptè dicendo cœperimus.

M. FAB. QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA LIBER SEPTIMVS.

Præfatio de dispositionis vtilitate.

DE inuentione (ut arbitror) satis dictũ est. Neque enim ea demũ quæ ad docẽdum pertinẽt, executi sumus, uerumetiã motus animorũ tractauimus. Sed ut opera extruẽtibus, satis non est, saxa atq; materiam, & cætera ædificãti utilia congerere, nisi disponẽdis ijs collocandisq; artificũ manus adhibeatur: sic in dicẽdo quãlibet abũdans rerũ copia, cumulum tantùm habeat atq; cõgestum, nisi illas easdem dispositio in ordinem digestas, atq; inter se commissas deuinxerit. Nec immeritò secunda quinq; partium posita est, cum sine ea prior nihil ualeat. Neq; enim, quanquam fusis omnibus

Pro hoc 7. libro uide Sulpitij institutiones.

memb

membris, statua sit, nisi collocetur: & siquam in corporibus nostris aliorum'ue animalium partem permutes atq; transferas, licet habeat eadem omnia, prodigium sit tamen. Et artus etiam leuiter loco moti, perdunt quo ui gerunt usum: & turbati exercitus sibi ipsi sunt impedimento. Nec mihi uidentur errare, qui ipsam rerum naturam stare ordine putant: quo confuso, peritura sint omnia. Sic oratio carens hac uirtute, tumultuetur necesse est, & sine rectore fluitet, nec cohæreat sibi: multa repetat, multa transeat, uelut nocte in ignotis locis errans: nec initio nec fine proposito, casum potius quàm consilium sequatur. Quapropter totus hic liber seruiat dispositioni, quæ quidem si certa aliqua ita tradi in omnes materias ullo modo posset, nō tam paucis cōtigisset. Sed cū infinitæ lītē formæ fuerint, futuræ'que sint, & tot seculis nulla reperta sit causa quæ esset toti alteri similis, sapiat oportet actor, & uigilet, & inueniat, & iudicet, & cōsiliū à seipso petat. Neque inficias eo, quædā esse quæ demōstrari possint, eaq; nō omittā.

De Dispositione faciendā. CAP. I.

SIt igitur (ut suprà significaui) diuisio, rerum pluriū in singulas: partitio, singularum in partes, discretus ordo, & recta quædam locatio prioribus sequentia annectens: dispositio, utilis rerum ac partiū in locos distributio. Sed meminerimus ipsam dispositionē plerunque utilitate mutari, nec eādem semper primam quæstionem ex utraque parte tractandam. Cuius rei ut cætera exempla præteream, Demosthenes quoque atque Aeschines possunt esse documento, in iudicio Ctesiphontis diuersum secuti ordinē: cum accusator à iure, quo uidebatur potētior, coeperit: patronus omnia uel penè omnia ante ius posuerit, quibus iudicem quæstioni legum præpararet. Aliud enim alio docere prius expedit: alioqui semper petitoris arbitrio diceretur. Denique in accusatione mutua, ut se uterq; defendat

defendat priusquam aduersarium arguat, omnium rerum necesse est ordinem esse diuersum. Igitur quid ego sim secutus, quod partim præceptis, partim usurpatum ratione cognoueram, promam: nec unquam dissimulem. Erat mihi curæ in controuersijs forensibus, nosse omnia quæ in caussa uersarentur. Nam in scholis certa sunt, & pauca, & ante declamationem exponuntur, quæ Ὑποθέσεις Græci uocant, Cicero proposita. Cum hæc in conspectu quodammodo collocauerim, non minus pro aduersa parte quam pro mea cogitabā. Et primum (quod non dictu est, sed tamen ante omnia intuendum) constituebam quid utraque pars uellet efficere, tum per quid, hoc modo. Cogitabā quid primū petitor diceret. Id aut confessum erat, aut controuersum. Si confessum, nō poterat ibi esse quæstio. Transibam ergo ad responsum partis alterius, idem intuebar: nonnunquam etiam quod inde obtinebatur, confessum erat. Vbi primum cœperat non conuenire, quæstio oriebatur. Id tale est. Occidisti hominem, occidi, conuenit: transeo. Rationem reddere debet reus quare occiderit. Adulterum, inquit, cum adultera occidere licet, legem esse certum est. Tertium iam aliquid uidendū est, in quo pugna cōsistat. Non fecerunt adulteri, fecerunt: quæstio de facto ambigitur, coniectura est. Interim uerò & tertiū cōfessum est, adulteros fuisse. sed tibi, inquit accusator, illos nō licuit occidere. exul enim eras, & ignominiosus. de iure quæritur. At si protinus dicēti, occidisti: respōdeatur, non occidi: statim pugna est. Sic explorandum est ubi cōtrouersia incipiat, & cōsiderari debet quæ primā quæstionem facit. Intētio simplex, Occidit Saturninū Rabirius. cōiuncta, Lege de sicarijs commisit L. Varenus. Nam C. Varenum occidendo, & Cn. uulnerando: & Salariū itē occidendo, cadit. Nam sic diuersæ propositiones erunt. quod idem de petitionibus dictū sit. Verum ex cōiuncta propositione plures esse

esse quæstiones ac status possunt, si aliud negat reus, aliud defendit, aliud iure actionis excludit. In quo genere agenti est dispiciendū, quid, quoq; loco diluat. Quod pertinet ad actorem, non planè dissentio à Celso, qui sine dubio Ciceronem est secutus. Instat tamen huic parti uehemētius, ut putet primo firmum aliquid esse ponendū, summo firmissimum, imbecilliora medio: quia & initio mouendus sit iudex, & summo impellendus. At pro reo plerunque grauissimum quicq; primū mouendum est, ne illud spectans iudex, reliquorum defensioni sit auersior. Interim tamen & hoc mutabitur, si leuiora illa palàm falsa erūt, grauissimi defensio difficilior: ut detracta prius accusatoribus fide, aggrediamur ultimum, iam iudicibus omnia uana esse credentibus. Opus erit tamen præfatione, qua & ratio reddatur dilati criminis, & promittatur defensio: ne id quod non statim diluemus, timere uideamur. Anteactæ uitæ crimina plerunque prima purganda sunt, ut id de quo laturus est sententiam iudex, audire propitius incipiat. Sed hoc quoque pro Vareno Cicero in ultimū distulit: non quid frequētissime, sed quid tum expediret, intuitus. Cum simplex intentio est, uidendū est an unum aliquid respondeamus, an plura. Si unū, in re quæstionē instituamus, an in scripto. Si in re, negādum sit quod obijcitur, an tuendū. Si in scripto, in qua specie iuris pugna sit, & in ea de uerbis, an uoluntate quæratur. Id ita consequemur, si intuiti fuerimus quæ sit lex quæ litem faciat, hoc est, qua iudicium sit constitutum. Nam quædam in scholasticis ponuntur ad coniungendam modò actæ rei seriem: ut, Pater expositū qui agnouerit, solutis alimentis recipiat. Minus dicto audientem filium liceat abdicare. Qui expositum recepit, imperat ei nuptias locupletis propinqui: ille ducere uult filiā pauperis educatoris. Lex de expositis ad affectū pertinet, iudicium pendet ex lege abdicationis. Nec tamen semper ex una

una lege quæstio est, ut in ἀσυνεμλ. His spectatis apparebit circa quæ pugna sit. Cōiuncta defensio est, qualis pro Rabirio, Si occidisset, rectè feciſſet: sed non occidit. Vbi uerò multa contra unā propositionē dicimus, cogitādū est primum quicquid dici potest: tum ex his quo quicq; loco dici expediat, ordinandū. In quo nō idem sentio, quod de propositionibus paulò ante, quodq; de argumētis probationū loco cōcessi, aliquādo nos incipere à firmioribus. Nam uis quæstionē semper crescere debet, & ad potētissima ab infirmissimis peruenire, siue sunt eiusdem generis, siue diuersi. Iuris autē quæstiones solent esse nonnunquā ex alijs atq; alijs conflictationibus: iudicij semper idem spectant. in utroq; genere simulis ordo est. Sed prius de dissimilibus, ex quibus infirmissimū quicq; primū tractari oportet. Ideoq; quasdam quæstiones executi donare solemus, & cōcedere. Neq; enim trāsire ad alias possumus, nisi omissis prioribus. Quod ipsum ita fieri oportet, non ut damnasse eas uideamur, sed omisisse, quia possimus etiam sine eis uincere. Procurator alicuius pecuniam petit ex fœnore hæreditario: potest incidere quæstio, an huic esse procuratorem liceat. Finge nos, postquam tractauimus, remittere, uel etiam conuinci: quæretur, an ei cuius nomine litigatur, procuratorem habendi sit ius. Discedamus hinc quoq;, recipit materia quæstionem, an ille cuius nomine agitur, hæres sit fœneratoris, an ex asse hæres. Hæc quoq; concessa sint, quæretur an debeatur. Contrà nemo tam demens fuerit, ut id quod firmissimum duxerit se habere, remittat, & ad leuiora transcendat. Huic in schola simile est, Non abdicabis adoptatum: ut hunc quoq;, non uirum fortem: ut & fortem, non quicunq; uoluntati tuæ non paruerit: & ut in alia omnia subiectus sit, non propter opinionem: & ut propter opinionem, non propter talem opinionem. Hæc iuris quæstionum differentia est. In

Universidad de Deusto
Biblioteca

factis autẽ ad idem tẽdentia sunt plura: ex quibus aliqua citrà summã quæstionẽ remitti solent: ut si is cum quo furti agitur, dicat, Proba te habuisse, proba perdidisse, proba furto perdidisse, proba mea fraude. Priora enim remitti possunt: ultimum non potest. Solebã & hoc facere præcipue, ut uel ab ultima specie (nam ea ferè est quæ cõtinet causſam) retrorsum quærerẽ usq; ad primã generalem quæstionẽ, uel à genere ad extremam speciẽ descenderẽ, etiam in suasorijs: ut deliberat Numa, an regnum offerẽtibus Romanis recipiat. Primum id est, genus, an regnandum, an in ciuitate aliena, an Romæ, an laturi sint Ro[illegible] talẽ regẽ. Similiter & in cõtrouersijs. Optet enim uir fortis alienam uxorem. Vltima species est, an optare possit alienã uxorẽ. Generale est, an quicquid optauerit, accipere debeat: inde an ex priuato, an nuptias, an mariti habentem. Sed hoc non quẽadmodum dicitur, ita & quæritur. Primum enim occurrit ferè, quod est ultimũ dicẽdum, ut hoc, Nõ debes alienã uxorẽ optare. Ideoq; diuisionẽ perdit festinatio. Non oportet igitur offerẽtibus se contentũ esse: quæratur aliquid quod est ultrà, si ne uiduam quidem: adhuc plus, si nihil ex priuato: ultimum retrorsum, quod idem à capite primũ est, si nihil iniquum. Itaq; propositione uisa, quod est facillimum, cogitemus, si fieri potest, quid naturale sit primum responderi. Id si tanquam res agatur, & nobis ipsis respõdendi necessitas sit, intueri uoluerimus, occurrit. Si id nõ contigerit, sepona mus id quod primũ se obtulerit, & ipsi nobiscũ sic loquamur: Quid si hoc non esset? id iterum & tertium, & dum nihil sit reliqui. Ita inferiora quoq; scrutabimur, quæ tractata faciliorem nobis iudicem in summa quæstione facient. Non dissimile huic est & illud præceptũ, ut à cõmunibus ad propria ueniamus. Ferè enim cõmunia generalia sunt. Commune est, tyrãnum occidit: proprium, *Viriatum tyrãnum occidit, mulier

*uirum tamẽ tyran.

mulier occidit, uxor occidit. Solebã & excerpere quid mihi cum aduersario conueniret, si modò id pro me erat: nec solùm premere cõfessionem, sed partiendo multiplicare: ut in illa cõtrouersia, Dux qui competitorẽ patrem in suffragijs uicerat, captus est. Euntes ad redimẽdum eum legati, obuium habuerunt patrẽ reuertẽtẽ ab hostibus. is legatis dixit, Serò itis. Excusserunt illi patrem, & aurũ in sinu eius inuenerũt: ipsi persequerarũt ire quò intenderãt: inuenerũt ducem crucifixũ, cuius uox fuit, Cauete proditorem. Reus est pater. Quæ conuenĩũt? Proditio nobis prodita est, & prodita à duce, quærimus proditorem. te ijsse ad hostes fateris, & ijsse clam, & ab his incolumem redijsse, aurum retulisse, & aurum occultum habuisse. Nam quod fecit, id nonnunquam potentius fit in propositione: quæ si animos occuparit, propè aures ipsi defensioni præcludantur. In totum autem congregatio criminum accusantem adiuuat, separatio defendentem. Solebam id quod fieri & in argumentis dixi, in tota facere materia, ut propositis extra quæ nihil esset, omnibus, deinde cæteris remotis, solum id supersesset quod credi uolebam, ut in præuaricationum criminibus, ut absoluatur reus, aut innocẽtia ipsius fit, aut interuemente aliqua potestate, aut ui, aut corrupto iudicio, aut difficultate probationis, aut præuaricatione. Nocentem fuisse confiteris, nulla potestas obstitit, nulla uis, corruptum iudicium non quereris, nulla probãdi difficultas fuit: quid supereſt, nisi ut præuaricatio fuerit? Si omnia amoliri non poteram, tamen plura amoliebar. Hominem occisum esse constat, non in solitudine, ut à latronibus suspicer: non prædæ gratia, quia inspoliatus est: non hæreditatis spe, quia pauper fuit. odium igitur in causſa, quis inimicus? Quæ res autem faciliorem diuisioni uiam præstat, eadem inuentioni quoq;, excutere quicquid dicitur, potest, & uelut reiectione facta ad optimũ per-

uenire. Accusatur Milo quòd Clodium occiderit: aut fecit, aut non. Optimum erat negare: si non potest, occidit: ergo aut iure, aut iniuria. Vtiq; iure: aut uoluntate igitur, aut necessitate. nam ignorantia prætendi nō potest. Voluntas anceps est. Sed quia ita id homines putant, adiungēda defensio, ut id pro Republ. fuerit. Necessitate, subita igitur pugna, nō præparata. alter igitur insidiatus est. Vter? profectò Clodius. Vides'ne ut ipsa rerū necessitas deducat ad defensionem? Adhuc, Aut utiq; uoluit occidere insidiatorem Clodium, aut non. Tutius si noluit. Fecerunt ergo serui Milonis, neq; iubente neq; sciēte Milone. At hæc tam timida defensio detrahit authoritatē illi, qua rectè dicebamus occisum. Adijcitur, Quod suos quisq; seruos in tali re facere uoluisset. Hoc eo est utilius, q. sæpe nihil placet, & aliquid dicēdum est. Intueamur ergo omnia: ita apparebit aut id quod optimū est, aut id quod minimè malum. Propositione aliquando aduersarij utendum: & esse nōnunquam communem eam suo loco dictum est. Multis millibus uersuū scio apud quosdam esse quæsitum, quomodo inueniremus utra pars deberet prior dicere: quod in foro uel atrocitate formularum, uel modo petitionū, uel nouissimè forte dijudicatur. In schola quæri nihil attinet, cum in declamationibus ipsdē narrare, & cōtradictiones soluere, tam ab actore quàm à defensore cōcessum sit. Sed in plurimis cōtrouersijs ne inueniri quidem potest: ut in illa, Qui tres liberos habebat, Oratorē, Philosophum, & Medicū, testamēto quatuor partes fecit, & singulas singulis dedit: unam eius esse uoluit, qui esset utilissimus ciuitati. Contendunt quis primus dicat: incertum est, propositio tamen certa. Ab eo enim cuius personam tuebimur, incipiendum erit. Et hæc quidē de diuidēdo in uniuersum præcipi possunt. At quomodo inueniemus etiam illas occultiores quæstiones? scilicet quomodo sentētias, uerba, figuras, colores? Inge

Ingenio, cura, exercitatione. Non tamen ferè unquam nisi imprudentem fugerint, si (ut dixi) naturam sequi ducē uelit. Sed pleriq; eloquentiæ famā affectantes, cōtenti sunt locis speciosis modò, uel nihil ad probationē conferentibus. Alij nihil ut antes, ea quæ in oculos incurrūt, exquirēda putāt. Quod quò facilius appareat, unā de schola cōtrouersiam nō ita sanè difficilem aut nouā proponam in exēplum: Qui reo proditionis patri nō affuerit, exhæres sit. proditionis damnatus, cum aduocato exulet. Reo proditionis patri disertus filius affuit, rusticus nō affuit: damnatus abijt cum aduocato in exilium. Rusticus cum fortiter fecisset, præmij nomine impetrauit restitutionē patris, & fratris. Pater reuersus intestatus decessit: petit rusticus partem bonorum, orator totum sibi uendicat. Hic illi eloquentes, quibusq; nos circa lites raras solicitiores, ridiculi uidemur, inuadēt personas fauorabiles. Actio pro rustico cōtra disertum, pro utro forti contra imbellem, pro restitutore contra ingratum, pro eo qui parte contentus sit, contra eum qui fratri nihil dare ex paternis uelit. Quæ omnia sunt in materia, & multum iuuant, uictoriam tamē non tradunt. In hac quærentur sententiæ, si fieri poterit, præcipites, uel obscuræ. Nam ea nūc uirtus est, ut pulchrè fuerit cum materia tumultu & clamore transactum. Illi uerò quibus propositum quidem melius, sed cura in proximo est, hæc uelut innatantia uidebūt, excusatum esse rusticum, qui non interfuerit iudicio, nihil collaturus patri: sed ne disertū quidem habere quod imputet reo, cum is damnatus sit. Dignum esse hæreditate restitutorem, nō auarum, impium, ingratum, qui diuidere nolit cum fratre, eoq; sic merito. Quæstionem quoq; illam primam scripti & uoluntatis, qua non expugnata non sit sequentibus locus. At qui naturam sequetur, illa cogitabit profectò, primò hoc dicturum rusticum, Pater intestatus duos nos filios reliquit,

partē iure gentiū peto. Quis tam imperitus, quis tam procul à literis, quin sic incipiat, etiā si nescierit quid sit propositio? Hanc cōmunem omnium legem leuiter adornabit, ut iustam. Nempe sequetur, ut quæramus quid huic tam æquæ postulationi respōdeatur. At id manifestum est. Lex est quæ iubet exhæredē esse eum, qui patri proditionis reo nō affuerit: tu autē non affuisti. Hanc propositionē necessariò sequitur legis laudatio, & eius qui nō affuerit, uituperatio. Adhuc uersamur in confessis: redeat animus ad petitorē: nunquid non hoc cogitet necesse est, nisi qui sit planè hebes? Si lex obstat, nulla lis est, inane iudicium est: atqui & legē esse, & hoc quod ea puniat, à rustico factum, extra dubitationē est. Quid ergo dicemus? Rusticu: erā. Sed lex erat, omnes cōplectitur: nihil proderit. Quæramus ergo, num infirmari in aliqua parte lex possit. Quid aliud (sæpius dicā) natura permittit, quàm ut cū uerba contrà sint, de uoluntate quæratur? Generalis igitur quæstio, uerbis, an uoluntate sit standum. Sedenim in cōmune de iure omni disputandum semper, nec unquā satis iudicatū est. Quærendum igitur in hac ipsa, qua consistimus, an aliquid inueniri possit quod scripto aduersetur. Ergo quisquis non affuerit, exhæres erit? quisquis sine exceptione? Iam se illa uel ultro offerent argumenta, Filius infans & æger non affuit, & qui aberat, & qui militabat, & qui in legatione erat. Iam multū acti est: posset aliquis nō affuisse, & hæres esse. Transeat nūc idem ille qui cogitauit, ut ait Cicero, tibicinis Latini modo ad
Pro Mureena. disertum: Vt ista concedam, tu nec infans es, nec æger erat, nec abfuisti, nec militasti, nec in legatione fuisti. Non aliud occurrit quàm illud, Sed rusticus sum, Cōtrà quod palàm est, dicet, Vt agere non potueris, assidere potuisti. & uerum est. quare redeundum est rustico ad animum legumlatoris: impietatem punire uoluit, ego autem impius non sum. Contra quæ

quæ disertus, Tu impiè fecisti, inquit, cum exhæredationem meruisti: licet te postea uel pœnitētia uel ambitus ad hoc genus optionis adduxerit. Præterea propter te damnatus est pater. Videbaris enim de caussa pronunciasse. Ad hæc rusticus, Tu uerò caussa damnationis fuisti: multos offenderas: inimicitias domui cōtraxeras. Hæc coniectura alia. Illud quoq; quod coloris loco rusticus dicit, patris fuisse tale consilium, ne uniuersam domum periculo subijceret. Hæc prima quæstione scripti & uoluntatis continentur. Intendamus ultrà animum, uideamusq; an aliquid inueniri præterea possit quo id modo fiat. Sedulò imitor quærentem, ut quærere doceam, & omisso speciosiore illo styli genere, ad utilitatem me summitto discentium. Omnes adhuc quæstiones ex persona petitoris ipsius duximus: cur non aliquid circa patrē quærimus? Dictum uerò est, Cui quis non affuerit, exhæres erit. Cur non conamur & hic quærere, num cuicunq; non affuerit? Facimus hoc sæpe in ijs controuersijs, in quibus petuntur in uincula, qui parentes suos non alunt, an eum qui testimonium in filium impietatis reum dixit? an eum qui filium lenoni uendidit? In hoc de quo loquimur patre, quid apprehēdi potest? Damnatus est. Nunquid igitur lex ad absolutos tantum patres pertinet? dura prima fronte quæstio. Non desperemus, credibile est hoc uoluisse legumlatorem, ne auxilia liberorum innocentibus deessent. Sed hoc dicere rustico uerecūdum est, quia innocentem fuisse patrem fatetur. Dat aliud argumentum controuersiæ, Damnatus proditionis cum aduocato exulet. Vix uidetur posse fieri, ut pœna filio eadem, patri & si affuerit, & si non affuerit, constituta sit. Præterea lex ad exules nulla pertinet. Non ergo credibile est, de non aduocato damnati scriptum. An possint enim bona esse ulla exulis, rusticus in utraque parte dubium facit. Disertus &

uerbis inhærebit,in quibus nulla exceptio est:& propter hoc ipsum pœnã esse constitutum eis qui nõ affuerint, ne periculo exilij deterreãtur ab aduocatione, & rusticũ innocẽti nõ affuisse dicet. Illud protinus nõ indignum quod annotetur,posse ex uno statu duas generales fieri quæstiones, an quisquis, an cuicũq;. Hæc ex duabus personis quæsita sunt. E tertia autem, quæ est aduersarij,nulla oriri quæstio potest: quia nulla sit ei de sua parte cõtrouersia. Nondũ tamẽ cura deficiat. Ista enim omnia dici possent etiã nõ restituto patre. Nec statim cõtendamus,quod occurrit ultro,à rustico restitutũ. Qui id subtiliter quæret,aliquid spectabit ultrà. Nam ut genus speciem sequitur, ita speciẽ genus præcedit. Fingamus ergo ab alio restitutum,ratiocinatiua atq; collectiua quæstio oritetur, an restitutio pro sublatione iudicij sit,& perinde ualeat,ac si iudicium nõ fuisset. Vbi tẽtabit rusticus dicere, ne impetrare quidem aliter potuisse suorũ restitutionẽ uno præmio, nisi patre perinde ac si accusatus non esset,reuocato: quæ res,aduocati quoq; pœnã,tanquã is non affuisset,remiserit. Tum ueniemus ad id quod primum occurrebat, à rustico restitutum esse patrem. Vbi rursus ratiociniamur, an rusticus restitutor accipi debeat pro aduocato, quandò id præstiterit, quod aduocatus petijt:nec improbum sit pro simili accipi,quod plus est. Reliqua iam æquitatis sunt, utrius iustius sit desiderium. Id ipsum adhuc diuiditur, etiam si uterq; sibi totum uendicaret, nunc utiq;,cũ alter semissem,alter uniuersa,fratre excluso. Sed his tractatis, etiam magnum momentum habet apud iudices patris memoria,cum præsertim de bonis eius quæratur. Erit ergo coniectura, qua mente pater intestatus decesserit. Sed ea pertinet ad qualitatem, quæ alterius status instrumentum est. Plerunque autem in fine causarum de æquitate tractabitur, quia nihil libentius iudices audiunt. Aliquando tamen hunc ordin

ordinem mutabit utilitas: ut si in iure minus fiduciæ erit, æquitate iudicem præparemus, Nihil habui amplius quod in uniuersum præciperem. Nunc eamus per singulas causarum iudicialium partes,quas ut persequi ad ultimam speciem, id est ad singulas lites controuersiasq; non possum: ita de generalibus scribere licet, ut quæ in quem statum frequentissime incidant,tradam. Et quia natura prima quæstio est,factum'ne sit,ab hac ordiar.

De Coniectura. CAP. II.

Coniectura omnis, aut de re, aut de animo est. Vtriusque tria tempora, præteritum, præsens, futurum. De re & generales quæstiones sunt,& definitæ,id est & quæ non continentur,& quæ continẽtur. De animo quæri non potest, nisi ubi persona est, & de facto constat. Ergo cum de re agitur: aut quid factum sit, in dubium uenit,aut quid fiat, aut quid sit futurũ:ut in generalibus,an atomorũ cõcursu mundus sit effẽctus:an prouidẽtia regatur:an sit aliquãdo casurus. In definitis,an parricidiũ cõmiserit Roscius:an regnũ affẽctet Mãlius: an rectè Verrẽ sit accusaturus Q. Cæcilius. In iudicijs præteritum tẽpus maximè ualet. Nemo enim accusat nisi quæ facta sunt. Nã & quæ fiãt,et quæ futura sint ex præteritis colligũtur. Quæritur & unde quid ortũ: ut pestilentia,ira deûm,an intemperie cæli, an corruptis aquis, an noxio terræ halitu. Et quæ causa, facti:ut quare ad Troiam quinquaginta reges nauigauerint iureiurãdo adacti, an exemplo moti,an gratificantes Atridis.quæ duo genera nõ multum inter se distant. Ea uerò quæ sunt præsentis tẽporis, si nõ agumentis,quæ necesse est præcepisse sed oculis deprehendẽda sunt,non egent coniectura: ut si apud Lacedæmonios quæratur, an Athenis muri fiant. Sed & illud potest uideri extra hoc propositum coniecturæ genus, cum de aliquo homine quæritur, qui

Vide Iustinũ lib.2.

sit: ut est quæsitum contra Vrbiniæ hæredes, si is qui tãquam filius petebat bona, Clusinius Figulus esset, an Sosipater: nam & substantia eius sub oculos uenit, ut non posit quæri an sit: quomodo ultra oceanũ, nec quid sit, nec quale sit, sed an quid sit. Verùm hoc quoq; genus litis ex præterito pendet, an hic sit ex Vrbinia natus Clusinius Figulus. Fuerunt autẽ tales nostris etiam temporibus controuersiæ, atque aliquæ in meum quoque patrocinium inciderũt. Animi coniectura non dubiè in omnia tempora cadit, Qua mente Ligarius in Africa fuerit, Qua mente Pyrrhus fœdus petat, Quomodo laturus sit Cæsar si Ptolemæus Pompeiũ occiderit. Quæritur per coniecturã & quãtitas et qualitas circa modũ, speciẽ, numerũ. An sol maior quàm terra, Luna globosa, an plana, an acuta. Vnus Mundus, an plures. Itemq; extra naturales quæstiones, maius bellũ Troianum, an Peloponnesiacum. Qualis clypeus Achillis. An unus Hercules. In ijs autem quæ accusatione ac defensione constant, unũ est genus in quo quæruur & de facto, & de authore. Quod interim coniunctam quæstionẽ habet, & utrunq; pariter negatur: interim separatam, cum & factum sit, nec ne: & si de facto constet, à quo factum sit, ambigitur. Ipsum quoque factum aliquando simplicem quæstionem habet, an homo perierit: aliquando duplicem, ueneno, an cruditate perierit. Alterũ est genus de facto tantùm, cum si id certũ sit, non potest de authore dubitari. Tertium de authore tantum, cum factũ constat, sed à quo factum sit, in controuersiã uenit. Et quod tertio loco posui, non est simplex. Aut enim reus fecisse tantummodo se negat, aut alium fecisse dicit. Sed ne in alterũ quidem transferendi criminis una forma est. Interdũ enim substituuntur mutua accusatio, quã Græci ἀντικατηγορίαν uocãt, nostrorũ quidã cõcertatiuã. Interdũ in aliquã personã, quæ extra diserimẽ iudicij est, trãsfertur, & aliàs certam,

ἀντικατηγορίαν Sulpitius repercussiuã

tam, alias incertam. Et cum in certam, aut in extrariam, aut in ipsius qui perijt, uoluntatem. In quibus similis atq; in ἀντικατηγορίᾳ, personarum, caussarũ, cæterorum comparatio est ut Cicero pro Vareno in familiã Ancharianam, pro Scauro circa mortẽ Bostaris in matrẽ auertẽs crimẽ, facit. Est etiã illud huic contrarium comparationis genus, in quo uterq; à se factum esse dicit: & illud in quo non personæ inter se, sed ipsæ res collidũtur, id est, nõ uter fecerit, sed utrũ factũ sit. Cũ de facto & de authore cõstat, de animo quæri potest. Nunc de singulis. Cum pariter utrunq; negatur, hoc modo, Adulteriũ non commisi. Tyrannidem non affectaui. In cædis ac ueneficij caussis frequens est illa diuisio, Non est factũ: & si est factum, ego nõ feci. Sed cum dicimus, Proba hominẽ occisum, accusatoris tantùm partes sunt: à reo nihil dici contrà præter aliquas fortasse suspiciones potest, quas spargere quammaximè uarie oportebit: quia si unũ aliquid affirmaris, probandũ est, aut caussa periclitãdũ. Nam ut cum inter id quod ab aduersario, & id quod à nobis propositũ est, quæritur, uidetur utique alterũ uerum: ita ex aduerso unũ est quo defendimur, reliquũ est quo premimur. At cum quærimus de ambiguis signis cruditatis & ueneni, nihil tertium est: ideoq; utraque pars quod proposuit tuetur. Interim autem ex re quæritur, ueneficium fuerit, an cruditas, cum aliqua ex ipsa extra personã quoq; argumenta ducũtur. Refert enim, conuiuiũ præcesserit, an tristitia, labor, ociũ, uigilia, an quies. Aetas quoq; eius qui perierit, discrimẽ facit. Interest, subitò defecerit, an longiore ualetudine consumptus sit. Liberior adhuc in utranque partem disputatio, si tantùm subita mors in quæstionem uenit. Interim ex persona probatio rei petitur, ut propterea credibile sit uenenum fuisse, quia credibile est ab hoc factũ ueneficium: uel contrà. Cum uerò de reo & de facto quæritur, naturalis

& apologationem appellat.

ralis ordo est, ut prius factum esse accusator probet, deinde à reo factum. Si tamen plures in personam probationes habuerit, conuertet hunc ordinem. Defensor autem prius negabit esse factum: quia si in hac parte uicerit, reliqua non necesse habet dicere: uicto supereſt ut tueri se possit. Illic quoque ubi de facto tantùm controuersia est, quod si probetur, non possit de authore dubitari: similiter argumẽta & ex persona, & ex re ducuntur, sed in unam facti quæstionem: sicut in illa controuersia: (utendum est enim & his exemplis, quæ sunt discẽtibus magis familiaria) Abdicatus medicinæ studuit. cum pater eius ægrotaret, desperantibus de eo cæteris medicis, adhibitus, sanaturum se dixit, si is potionem à se datam bibisset. Pater acceptæ potionis epota parte, dixit uenenũ sibi datum: filius quod reliquũ erat, exhausit: pater decessit: ille parricidij reus est. Manifestum est quis potionẽ dederit, nulla quæstio de authore: tantum an fuerit uenenum, ex argumentis à persona ductis colligetur. Supereſt tertium, in quo factum esse constat aliquid: à quo sit factum, quæritur. Eius rei superuacuũ est ponere exẽplum, cum plurima sint huiusmodi iudicia: ut si hominem occisum esse manifestum est, uel sacrilegium commissum: is autem qui arguitur fecisse, neget: ex hoc nascitur ἀντικατηγορία. Vtique hoc factum esse conuenit, quod duo inuicem obiciunt. In quo quidem genere causarum admonet Celsus, fieri id in fòro non posse: quod nemunem ignorare arbitror. De uno enim reo cõsiliũ cogitur: & siqui sunt qui inuicẽ accusent, alterũ iudiciũ perferre necesse est. Apollodorus quoq; ἀντικατηγορίας duas esse controuersias dixit: & sunt re uera secundũ fòrense ius duæ lites. Potest tamẽ hoc genus in cognitionem uenire senatus, aut principis. Sed in iudicio quoq; nihil interest actionũ, utrũ simul de utroq; pronũcietur, an de uno seorsum. Quo in genere semper prior debebit esse defensio:

Cum de facto tantum quæritur.

Cum de reo tantum quæritur.

Mutua accusatio.

Cur in anticategoria defensio accusationem præcedat.

sio: Primùm, quia natura potior est salus nostra, quàm aduersarij pernicies. Deinde, quòd plus habebimus in accusatione authoritatis, si prius de innocentia nostra constiterit. Postremò, quòd ita demum duplex causſa erit. Nam qui dicit, ego non occidi, habet reliquam partem, ut dicat, tu occidisti. At qui dicit, tu occidisti. superuacuũ habet postea dicere, ego non occidi. Hæ porrò actiones constant cõparatione: ipsa comparatio non una uia ducitur. Aut enim totum causſam nostrã cum tota aduersarij causſa componimus, aut singula argumenta cum singulis. Quorum utrum sit faciendum, non potest nisi ex ipsius litis utilitate cognosci: ut Cicero singula pro Vareno comparat in primo crimine. Est enim superior, cum persona alieni cum persona matris temerè comparetur. Quare optimum est, si fieri poterit, ut singula uincãtur à singulis. Sed siquando in partibus laborabimus, uniuersitate pugnandum est: siue inuicem accusant, siue crimen reus citra accusationem in aduersarium uertit: ut Roscius in accusatores suos, quanuis reos non feciſſet: siue in ipsos quos sua manu periſſe dicemus, factum deflectitur: non aliter quàm in ijs quæ mutuam accusationem habent, utriusque partis argumenta inter se cõparantur. Id autem genus, de quo notissimè dixi, non solùm in scholis sæpe tractatur, sed etiam in fòro. Nam id est in causſa Nœuij Apruniam solum quæsitum, præcipitata ne esset ab eo uxor, an se ipsa sua sponte iecisset. Quam actionem equidẽ solam in hoc tempus emiserã, quod ipsum feciſſe seductum iuuenili cupiditate gloriæ fateor. Nam cæteræ quæ sub nomine meo feruntur, negligentia excipientiũ in quæstiũ notariorũ corruptæ, minimã partẽ mei habẽt. Est & alia duplex cõiectura, huic ἀντικατηγορίᾳ non diuersa, de præmijs, ut in illa cõtroversia, Tyrãnus suspicatus à medico suo datũ sibi uenenũ, torsit eũ: & cum id dediſſe se negaret, accersit alterũ medicũ: ille

Comparatio quibus uijs ducatur.

Quintiliani oratio prima.

Quintiliani scripta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ille datũ ei uenenũ dixit, sed se antidotũ daturum: & dedit ei potionẽ, qua epota tyrannus deceßit. De præmio duo medici cõtendunt. Nam ut illic factum in aduersarium transferentiũ, ita hic sibi uendicantiũ personæ, causſæ, facultates, tẽpora, instrumenta, testimonia comparãtur. Illud quoque etiãſi non eſt ἀντικατηγορία, ſimili tamẽ ratione tractatur, in quo citra accuſationẽ quæritur utrũ factũ ſit. Vtraq; enim pars expoſitionẽ ſuam habet, atq; eam tuetur: ut in lite Vrbiniana petitor dicit Cluſiniũ Figulum filiũ Vrbiniæ acie uicta in qua ſteterat, fugiſſe: iactatũq; caſibus uarijs, retẽtum etiã à rege, tandem in Italiã ac patriã ſuã Marginos uenisſe, atq; ibi agnoſci. Pollio cõtrà, ſeruiſſe eũ Piſauri dominis duobus, medicinã factitaſſe, manumiſſum alienæ ſe familiæ uenali immiſcuiſſe, ac rogantem ut eis ſeruiret, emptũ. Non ne totà lis conſtat duarũ cauſſarum cõparatione, & coniectura duplici atq; diuerſa? Quæ autem accuſantium atque defendentiũ, eadem petẽtium & inficiantiũ ratio eſt. Ducitur coniectura primum à præteritis. In his ſunt perſonæ, cauſſæ, conſilia. Nam is ordo eſt, ut facere uoluerit, potuerit, fecerit. Ideoq; intuendum ante omnia, qualis ſit de quo agitur. Accuſatoris autẽ eſt efficere, ut ſi quid obiecerit, non ſolùm turpe ſit, ſed etiam crimini de quo eſt iudicũ, quammaximè conueniat. Nam ſi reum cædis, impudicum uel adulterum uocet, lædat quidem infamia: minus tamẽ hoc ad fidem ualeat, quàm ſi audacem, petulãtem, crudelem, temerariũ oſtenderit. Patrono, ſi fieri poterit, id agendum eſt, ut obiecta uel neget, uel defendat, uel minuat: proximum eſt, ut à præſenti quæſtione ſeparet. Sunt enim pleraque non ſolùm diſſimilia, ſed etiam aliquando contraria: ut ſi reus fuerit, prodigus dicatur, aut negligens. Neque enim uidetur in eundẽ & contemptus pecuniæ, & cupiditas cadere. Si deerunt hæc remedia, ad illa declinandum eſt, non de hoc quæri, nec eum qui

Duorũ ad ſe facti inclinatio.

Vtrum factũ ſit.

Loci cõiecturales, & coniecturæ tractatio, quæ tribus capitibus continetur: an uoluerit, potuerit, & fecerit.

qui aliquando peccauerit, utique commiſiſſe omnia: & hanc fiduciam fuiſſe accuſatoribus falſa obijciendi, quòd læſum & uulneratum reum ſperauere hac inuidia opprimi poſſe. Alia propoſitio eſt accuſatoris, contra quam loci oriuntur ſæpe à perſona, & interim generaliter, Incredibile eſſe à filio patrem, ab uxore uirum occiſum, ab imperatore proditam hoſtibus patriam. Facilè reſpondetur, uel quòd omnia ſcelera in malos cadant, ideoq; ſæpe deprehenſa ſint: uel quòd indignum ſit, crimina ipſa atrocitate defendi. Interim proprie, quod eſt uarium. Nam dignitas & tuetur reum, & nonnunquam ipſa in argumentum facti conuertitur, tanquã inde fuerit ſpes impunitatis: ſed perinde paupertas, humilitas, opes, ut cuique ingenio uis eſt, in diuerſum trahuntur. Probi uerò mores, & anteactæ uitæ integritas, nũquam non plurimũ profuerint. Si nihil obijcietur, patronus quidem in hoc uehementer incũbet: accuſator autem ad præſentem quæſtionem, de qua ſola iudicium ſit, cognitionem allegabit, dicens neminem non aliquando cœpiſſe peccare, nec per ἐγκλήματα ducendum ſcelus primum. Hoc in reſpõdendo. Sic autẽ præparabit actionem prima iudicum animos, ut noluiſſe potius obijcere, quàm nõ potuiſſe credatur. Eoq; ſatius eſt, omni ſe anteactæ uitæ abſtinere conuicio, quàm leuibus aut friuolis aut manifeſtò falſis reum inceſſere, quia fides cæteris detrahitur: & qui nihil obijcit, omiſiſſe credi poteſt maledicta tanquam ſuperuacua: qui uana congerit, confitetur uanum in anteactis argumentum, in quibus uinci quàm tacere maluerit. Cætera quæ à perſonis duci ſolẽt, in argumentorum locis expoſuimus. Proxima eſt ex cauſſis probatio, in quibus hæc maximè ſpectãtur, ira, odium, metus, cupiditas, ſpes: nã reliqua in has ſpecies cadũt. Quorũ ſi quid in reũ cõueniet, accuſatoris eſt efficere, ad quicquid faciẽdũ cauſſæ ualere uidẽtur, easq; quas in argumentũ ſumet, auger

Vt pro L. Murena.

Hãc probationem ex cauſſis Cicero ut multo præſtantiſſimam, ſic etiam firmiſſimam putat

Universidad de Deusto
Biblioteca

quare Sulpitius uictricē probationem uocat.

augere. Si minus, illuc conferēda est oratio, aut aliquas fortasse latentes fuisse, aut nihil ad rem pertinere cur fecerit, si fecit: aut etiam dignius esse odio scelus, quod non habuerit causſam. Patronus uerò quoties poterit, instabit huic loco, ut nihil credibile sit factum esse sine causſa. Quod Cicero uehementißimè multis orationibus tractat: præcipuè tamen pro Vareno, qui omnibus malis premebatur: nam & damnatus est. At si proponitur cur factum sit, aut falſam causſam, aut leuem, aut ignotā reo dicet. Possunt esse aliquæ interim ignotæ: an hæredem habuerit: an accusaturus fuerit eum à quo dicitur occisus. Si alia defecerint, non utique spectandas esse causſas. Nam quem posse reperiri, qui non mutuat, oderit, speret? plurimos tamen hæc salua innocētia facere. Neque illud est omittēdum, non omnes causſas in omnibus personis ualere. Nam ut alicui sit furādi causſa paupertas, nō erit idē in T. Curio Fabricioq; momētum. De causſa prius, an de persona dicendum sit, quæritur: uarieq; est ab Oratoribus factū: à Cicerone etiam prælatæ frequentißimè causſæ. Sed mihi, si neutrò litis conditio præponderet, secundum naturam uidetur incipere à persona. Nam hoc magis generale est, rectiorq; diuisio, aut in nullo crimen cedibile, aut in hoc. Potest tamen idipsum, sicut pleraq;, uertere utilitas. Nec tantùm causſæ uoluntatis sunt quærendæ, sed interim & erroris, ut ebrietas, & ignorātia. Nam ut hæc in qualitate crimen eleuant, ita in coniectura premunt. Et persona quidem nescio an unquam utique in uno actu rei possit incidere, de qua neutra pars dicat: de causßis frequenter quæri nihil attinet, ut in adulterijs, in furtis: quia illas per se ipsa crimina secum habent. Post hæc intuenda uidentur & consilia, quæ latè patent, an credibile sit reum sperare id à se scelus effici posse: an ignorari cum fecisset: an etiam si ignoratum non esset, absolui, uel pœna leui transigi, uel tardiore, uel ex

ex qua minus incōmodi cōsecuturus, q̄ ex facto gaudij uideretur: an etiā tanti putauerit pœnā subire. Post hæc an alio tēpore, & aliter facere, uel facilius, uel securius potuerit: ut dicit Cicero pro Milone, enumerās plurimas occasiones quibus ab eo Clodius impunè occidi potuerit. Præterea cur potißimùm illo loco, illo tempore, illo modo sit aggressus: qui & ipse diligentißimè tractatur pro eodem locus. An etiam si nulla ratione ductus est, impetu raptus sit, & absq; sententia. Nam uulgò dicitur, Scelera non habere consilium. An etiam consuetudine peccandi sit allectus. Excussa prima parte, an uoluerit: sequitur, an potuerit. Hic tractatur locus, tempus: ut furtum in loco clauſo uel recluſo, frequēti uel solo: tēpore uel diurno, cū testes plures: uel nocturno, cum maior difficultas. Inspiciūtur utiq; difficultates et occasiones, quæ sunt plurimæ, ideoq; exēplis non egēt. Hic sequens locus talis est, ut si fieri non potuit, sublata lis sit: si potuit, sequatur quæstio, an fecerit. Sed hæc etiam ad animi coniecturam pertinent: nam & ex his colligitur an speraverit. Ideo spectari debent & instrumenta, ut Clodij ac Milonis comitatus. Quæstio an fecerit, incipit à secundo tempore, id est præsenti: ac deinde coniuncto, hoc est insequēti: quorū sunt sonus, clamor, gemitus, latitatio, metus, similia. His accedunt signa, de quibus tractatum est. Verba etiam & facta, quæq; anteceſſ. rūt, quæq; inſecuta sunt. Hæc aut nostra sunt, aut aliena. Sed uerba magis nocēt, aut minus. Magis nocent & minus prosunt nostra, quàm aliena: magis prosunt & minus nocent aliena, quàm nostra. Facta autē interim magis prosunt nostra, interim aliena: ut si quid quod pro nobis sit, aduersarius fecit. Semper uerò magis nocent nostra quàm aliena. Est & illa in uerbis differentia, quòd aut aperta sunt, aut dubia. Seu nostra, seu aliena sunt, infirmiora in utrūq; sint necesse est dubia: tamen nostra sæpe magis nocēt: ut in illa cō-

Universidad de Deusto
Biblioteca

trouersia: Interrogatus filius ubi esset pater, dixit, Vbicunq; est, uuit. at ille in puteo mortuus est inuentus. Aliena quæ sunt dubia, nunquam possunt nocere nisi aut incerto authore, aut mortuo. Nocte audita est uox, Caueto tyrannicidã: & interrogatus cuius ueneno moreretur, respõdit, Nõ expedit tibi scire. Nã si est qui possit interrogari, soluet ambiguitatẽ. Cum autẽ dicta factaq; nostra defendi solo animo possint, aliena uariè refutãtur. De uno quidẽ maximè genere coniecturaliũ controuersiarũ locuti uidemur, & in omnes aliquid de his cadit. Nã depositi, furti, creditæ pecuniæ, & à facultatibus argumẽta uenitit, an fuerit quod deponeretur: & à personis, an illum depositisse apud hunc, uel hunc credidisse credibile sit: an petitorẽ calumniari, an reum inficiatorẽ esse, uel furẽ. Sed etiã in furti reo, sicut in cædis, quæritur de facto, et de authore. Crediti & depositi duæ sunt quæstiones, sed nonnunquam iunctæ, an datum sit, an redditũ. Habent aliquid proprij, adulterij causse, quòd plerunque duorum discrimen est, & de utriusq; uita dicendum: quanquã & id quæritur, an utrunque pariter defendi oporteat. Cuius rei cõsilium nascetur ex caussa. Nam si adimabit pars altera, cõiungã: si nocebit, separabo. Ne quis autẽ mihi putet temerè excidisse, quòd plerunq; duorum crimen esse adulterium, non semper, dixerim: potest accusari sola mulier incerti adulterij: Munera domi inuenta sunt: pecunia, cuius author nõ extat: codicilli, dubium ad quẽ scripti. In falso quoq; ratio similis: Aut enim plures in culpam uocantur, aut unus. Et scriptor quidẽ semper tueri signatorẽ necesse habet, signator scriptorem non semper: nam & decipi potuit. Is autem qui hos adhibuisse, & cui id factum dicitur, & scriptorẽ & signatores defendet. Iidem argumentorum loci in caussis proditionis, & affectatæ tyrannidis. Verum illa scholarum consuetudo ituris in fõrum potest nocere, quòd omnia quæ in the

in themate nõ sunt, pro nobis ducimus. Adulteriũ obijcis, quis testis? quis index? quod precium? quis conscius? Venenum, ubi emit? à quo? quando? quanti? per quem dedit? Pro reo tyrannidis affectatæ. Vbi sunt armati quos contraxi satellites? Neq; hæc nego esse dicẽda, & ipsis uiendũ pro parte susceptæ. Nam & in fõro siquãdo aduersarius probare non poterit, desiderabo. Sed in fõro tantum illam facultatẽ olim desideramus, ubi non ferè caussa agitur, ut non aliquid ex his, aut plura ponantur. Huic simile est, quòd in epilogis quidam, quibus uolũt, liberos, parentes, nutrices accommodant: nisi quòd magis cõcesseris ea quæ non sint posita, desiderare, quàm dicere. De animo quo modo quæratur, satis dictum est, cum ita diuiserimus, an uoluerit, an potuerit, an fecerit. Nam qua ratione tractatur an uoluerit, eadem quo animo fecerit. Id enim est, an male facere uoluerit. Ordo quoque rerũ aut affert aut detrahit fidem, multo scilicet magis res prout congruunt, aut repugnãt. Sed hæc nisi in ipso complexu caussarũ nõ deprehendũtur. Quærendũ tamen semper, quid cui connectatur, & quid cui consentiat.

Pro Cælio.

De finitione. CAP. III.

SEquitur coniecturã finitio. Nã qui non potest dicere nihil feciſſe, proximũ habebit ut dicat, non id fecisse quod obijcitur. Itaque plerunque legibus iisdem, quibus coniectura, uersatur, defensionis tantum genere mutato: ut in furtis, depositis, adulterijs. Nam quemadmodum dicimus, non feci furtum, non accepi depositum, non commisi adulterium: ita, nõ est hoc furtum, non est hoc depositum, non est hoc adulterium. Interim à qualitate ad finitionem descenditur, ut in actionibus dementiæ, malæ tractationis, Reipub. læsæ. In quibus si rectè facta esse quæ obijciuntur, dici non potest, illud succurrit, Non est hoc dementem esse, male tractare, Rempub. lædere.

Finitio igitur est rei propositæ propria et dilucida & breuiter

Universidad de Deusto
Biblioteca

uiter comprehensa uerbis enunciatio. Constat maximè, sicut est dictum, genere, specie, differentibus, proprijs: ut si finias equum (noto enim maximè utar exemplo) genus est animal: species, mortale: differentia, irrationale (nam & homo mortale erat) proprium, binniens. Hæc adhibetur orationi in pluribus causis. Nam tum est certū de nomine, sed quæritur quæ res ei subijciēda sit: tum res est manifesta, sed de nomine non constat. De re cum dubium est, interim coniectura est: ut si quæratur quid sit deus. Nā qui id neget, deū esse spiritum omnibus partibus immistū, nō hoc dicat, falsam esse illius diuinæ naturæ appellationem, sicut Epicurus, qui humanam ei formam, locumq; inter mundos dedit: sed nomine uterque uno utitur: utrum sit in re, coniectat. Interim qualitas tractatur, ut quid sit Rhetorice, uis persuadendi, an bene dicendi scientia. Quod genus est in iudicijs frequentissimum. Sic enim quæritur, an deprehensus in lupanari cum aliena uxore, adulter sit: quia non de appellatione, sed de ui facti eius ambigitur, an omnino peccarit. Nam si peccauit, non potest aliud esse quàm adulter. Diuersum est genus cum cōtrouersia cōsistit in nomine, quod pendet ex scripto, nec uersatur in iudicijs nisi propter uerba, quæ litē generāt. An qui se interficit, homicida sit: an qui tyrannum in mortem compulit, tyrannicida: an carmina magorum, ueneficium. Res enim manifesta est, sciturq; non idem esse occidere se, quod aliū: nō idē occidere tyrannū, quod cōpellere ad mortē: non idem carmina, ac mortiferā potionē: quæritur tamē an eodē nomine appellanda sint. Quanquam autē dissentire uix audeo à Cicerone, qui permultos secutus authores dicit finitionē esse de eodē & de altero, (semper enim neganti aliquod esse nomen, dicendum quid sit potius) tamen in eandem treis habeo uelut species. Nam interim sic conuenit quærere, an habendum sit adulterium in lupa

In Topicis.

lupanari. Cum hoc negamus, non necesse est dicere quid id uocetur, quia totum crimen inficiamur. Interim quæritur, an hoc furtum, an sacrilegium: non quin sufficiat non esse sacrilegiū, sed quia necesse sit dicere quid sit aliud: quo in loco utrunque finiendum est. Interim quæritur in rebus specie diuersis, an & hoc eodem modo sit appellandum, cum res utraque habeat suum nomen, ut amatorium, uenenum. In omnibus autem huius generis litibus quæritur, an etiam hoc: quia nomen de quo ambigitur, utique in alia re certū est. Sacrilegium est rem sacram de templo surripere, num & priuatam? Adulterium, cum aliena uxore domi coire? an & in lupanari? Tyrannicidium, occidere tyrannum, an etiam in mortem compellere? Ideoq; συλλογισμὸς, de quo postea dicam, uelut infirmior est finitio, quia hæc quæritur, an idem sit huius rei nomen, quod alterius: illo, an perinde habenda sit hæc, atque illa. Est & talis finitionū diuersitas, ut quidam sentiūt, num idem diuersis uerbis comprehendatur: ut Rhetorice, bene dicendi scientia, & eadem bene inueniendi, & bene enunciandi, & dicēdi secundum uirtutē orationis, & dicendi quid sit officij. Atque prouidendum, an si sensu nō pugnant, cōprehensione dissentiant. Sed de his disputatur, nō litigatur. Opus est aliquādo finitione obscurioribus & ignotioribus uerbis, ut quid sit clarigatio. Erit & interim notis nomine uerbis: ut quid sit penus, quid litus. Quæ uarietas efficit, ut eam quidam coniecturæ, quidā qualitati, quidam legitimis quæstionibus subiecerint. Quibusdam ne placuit quidem omnino subtilis hæc, & ad morem Dialecticorum formata conclusio, ut in disputationibus potius per argumenta uerborum cauillatrix, quam in oratoris officio multum allatura momenti. Licet enim ualeat in sermone tantū, ut, constrictū in uinculis suis habeat eum qui respōsurus est, & uel tacere, uel etiam inuitum id quod sit, contrà, cogat

Cap. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fateri: non eadem est tamen eius in causis utilitas. Persuadendum enim iudici est: qui etiã si uerbis deuinctus est, tamen nisi ipsi rei accesserit, tacitus dissentiet. Agenti uerò quæ tanta est huius præcisæ comprehensionis necessitas? An si non dixero, homo est animal rationale mortale, non potero expositis tot corporis animiq; proprietatibus, latius oratione ducta uel à diis cum uel à mutis discernere? Quid? quòd nec uno modo definitur res eadem, sed latiore, uarioq; tractatu: ut facit Cicero, ut omnes oratores plerunque fecerunt. Rarissima enim apud eos reperietur illa ex consuetudine philosophorum ducta seruitus (est enim certè seruitus) ad certa se uerba adstringendi. Idq; faciendum in libris Ciceronis de oratore uetat M. Antonius. Nam est etiam periculosum, cum si uno in uerbo sit erratum, tota causa cecidisse uideamur. Optimaq; est illa media uia, qua utitur Cicero pro Cecinna, ut res proponatur, uerba non periclitentur. Etenim, Recuperatores, non ea solà uis est, quæ ad corpus nostrũ uitamq; peruenit, sed etiam multo maior ea quæ periculo mortis iniecto, formidine animum perterritum, loco sæpe & certo statu dimouet. Aut cum finitionem præcedit probatio, ut in Philippicis Cicero Seruium Philip. 9. Sulpitium occisum ab Antonio colligit, & in clausula demum ita finit, Is ei profectò mortẽ attulit, qui caussa mortis fuit. Nõ negauerim tamẽ hæc quoque ut expedit caussæ, esse facienda, & siquando firma comprehendi poterit, & breui complexu uerborum finitio, esse id tum elegans, tum etiam fortissimũ, si modò erit illa inexpugnabilis. Eius certus ordo est, quid sit, an hoc sit: & in hoc ferè labor maior est, ut finitionẽ confirmes, quàm ut in rem finitionẽ applices. In eo, quid sit, duplex opus est. Nã & nostra cõfirmanda est, & aduersæ partis destruẽda finitio. Ideoq; in schola, ubi nobis ipsis fingimus cõtradictionẽ, duos ponere debemus fines, quales utrinq; esse optimi po

mi poterũt. At in foro prouidendũ, num forte superuacua, & nihil ad caussam pertinens, an ambigua, an contraria, an communis sit finitio: quorum nihil non accidere agẽtis culpa potest. Vt rectè autẽ finiamus, ita fiet, si prius in animo cõstituerimus, quid uelimus efficere. Sic enim accõmodari ad uoluntatem uerba poterunt. Atque ut à notissimo exemplo, quò sit res lucidior, non recedamus: Qui priuatam pecuniam de templo surripuit, sacrilegij reus est. Culpa manifesta. quæstio est, an huic crimini nomen quod est in lege, conueniat. Ergo ambigitur, an hoc sacrilegium sit. Accusator, quia de templo sit surrepta pecunia, utitur hoc nomine. Reus, quia priuatam surripuerit, negat esse sacrilegiũ. sed furtum fatetur. Actor ergo ita finiet, Sacrilegium est surripere aliquid de sacro. Reus ita finiet, Sacrilegiũ est surripere aliquid sacri. Vterque alterius finitionẽ impugnat. Ea duobus generibus euertitur, si aut falsa est, aut parũ plena. Nam illud tertium nisi stultis non accidit, ut nihil ad quæstionẽ pertineat. Falsa est si dicas, Equus est animal rationale: nã est equus animal, sed irrationale. Quod autem commune cum alio est, desinet esse proprium. Hic reus falsam dicit esse finitionem accusatoris: accusator autem non potest dicere falsam rei. Nam est sacrilegium, surripere aliquid sacri. Dicit parum plenam: adijciendum enim, aut ex sacro. Maximus autẽ usus in approbãdo refellendoq; fine propriorum ac differẽtium, nonnũquam etiã etymologiæ. Quæ tamen omnia, sicut in cæteris, confirmat æquitas, nonnũquam etiam coniectura mentis. Etymologia maximè rara est. Quid enim est aliud tumultus, nisi perturbatio tanta, ut maior timor oriatur? Vnde etiam nomẽ ductum est tumultus. Circa propria ac differẽtia magna subtilitas: ut cũ quæritur, an addictus, quem lex seruire donec soluerit iubet, seruus sit: altera pars finit ita, Seruus est, q̃ est iure in seruitute. Altera, Qui in seruitute

tute est eo iure, quo seruus: aut, ut antiqui dixerunt, qui seruitutem seruit. Quæ finitio etiam si cõstat æquo, nisi tamen propriis & differentibus adiuuetur, inanis est. Dicet enim aduersarius seruire eum seruitutem, aut eo iure quo seruum. Videamus ergo propria differentiaq; liberorũ, quæ libro quinto leCap. 10. uiter in transitu attigeram. Seruus cum manumittitur, fit libertinus: addictus recepta libertate est ingenuus. Seruus inuito domino libertatem non consequetur: addictus soluendo, citra uoluntatem domini consequetur. Ad seruum nulla lex pertinet: addictus legem habet. Propria liberi, quæ nemo habet nisi liber, prænomen, nomen, cognomen, tribum: habet hæc addictus. Excusso quid sit, propè peracta est quæstio, an hoc sit. Id enim agimus, ut sit causæ nostræ conueniens finitio. Potentissima autem est in ea qualitas, an amor, an insaIn Topicis. nia. Huc pertinebunt probationes, quas Cicero dicit proprias esse finitionis, ex antecedentibus, consequentibus, adiunctis, repugnãtibus, causis, effectis, similibus: de quorũ argumẽtoLib. 5. rũ natura dictũ est. Breuiter autẽ pro Cecinna Cicero initia, causas, effecta, antecedentia, consequentia cõplexus est: Quid igitur? fugiebãt propter metũ? Quid metuebãt? Vim uidelicet. Potestis igitur principia negare, cũ extrema cõceditis? Sed similibus quoq; usus est, Quæ uis in bello appellatur, ea in otio non appellabitur? Sed ex contrario argumenta ducuntur, ut si quæratur an amatorium uenenũ sit, nec ne: quia uenenũ, amatorium nõ sit. Illud alterũ genus, quò sit manifestius adolescentibus meis, (meos enim semper adolescentes putabo) hic quoq; fictæ controuersiæ utar exemplo. Iuuenes qui conniuere solebant, constituerunt ut in littore cœnarẽt. Vnius, qui cœnæ defuerat, nomen tumulo quem extruxerant, inscripserunt. Pater eius à transmarina peregrinatione cum ad littus idem appulisset, lecto nomine suspendit se. Dicuntur hi causa mortis fuisse.

fuisse. Hic finitio est accusatoris, Per quem factum est ut quis perierit, causa mortis est. Rei est, Qui fecit quid sciens, per quod perire homini necesse esset. Remota finitione, accusatori sat est dicere, Causa mortis fuistis, per uos enim factum est ut homo periret: quia nisi uos illud fecissetis, uiueret. Contrà, non statim per quem factum est ut quis periret, is damnari debet, ut accusator, testis, iudex rei capitalis. Nec undecunq; causa fluxit, ibi culpa est: ut si cui quis profectionem suaserit, ut ad amicum accedat trans mare, & is naufragio perierit. Ad cœnam inuitarit, & is crudilate illic contracta decesserit. Nec fuit in causa mortis solum adolescentiũ factum, sed credulitas senis, & in dolore ferundo infirmitas: deniq; si fortior fuisset aut prudentior, uiueret. Nec mala mente fecerunt: & ille potuit uel ex loco tumuli, uel ex opere tumultuario suspicari non esse monumentum. Quì ergo puniri debent, in quibus omnia sunt homicidæ præter manum? Est interim certa finitio, de qua inter utranq; partem conuenit: ut Cicero dicit, Maiestas est in imperio, atq; in omni populi Romani dignitate. Quæritur tamen an maiestas minuta sit, ut in causa Cornelij quæsitum est. Sed hic etiam similis uideri potest finitiuæ: tamen quia de finitione non ambigitur, iudicatio est qualitas, atq; ad eum potius statum reducẽda, ad cuius fortè quadam uenimus mentionem, sed & erat ordine proximus locus.

De Qualitate. CAP. IIII.

EStautẽ qualitas alia de summo genere, atq; ea quidẽ non simplex. Nã & qualis sit cuiusque rei natura, & quæ forma, quæritur: an immortalis Anima, an humana specie Deus: & de magnitudine ac numero, quantus Sol, an unus Mundus. Quæ omnia coniectura quidem colliguntur, quæstionem tamen habent in eo, qualia sint. Hæc & in suasorijs aliquando tractari solent, ut si Cæsar deliberet an Britanniam impugnet:

quæ sit Oceani natura, an Britannia insula, (nam tum ignorabatur) quanta in ea terra, quo numero militum aggredienda, in consilium ferendum sit. Eidem qualitati succedunt faciendi, ac non faciendа: appetenda, uitanda: quæ in suasorias quidem maximè cadunt, sed in controuersijs quoque sunt frequentia: hac sola differentia, quia illic de futuris, hic de factis agitur. Item demonstratiuæ partis omnia sunt in hoc statu: factum esse constat: quale sit factum, quæritur. Lis est omnis aut de præmio, aut de pœna, aut de quantitate. Igitur primum genus caussæ, aut simplex, aut comparatiuum. Illic quid æquum, hic quid æquius, aut quid æquissimum sit, excutitur. Cum de pœna iudicium est, à parte eius qui caussam dicit, aut defensio est criminis, aut imminutio, aut excusatio, aut, ut quidam putant, deprecatio. Defensio longe potentissima est, qua ipsum factum quod obijcitur, dicimus honestum esse. Abdicatur aliquis, quòd inuito patre militarit, honores petierit, uxorem duxerit: tuemur quod fecimus. Partem hanc uocant Hermagorei κατ' ἀντίλη-ψιν, ad intellectum id nomen referentes. Latinè ad uerbum translatum non inuenio: absolutam appellant. Sedenim de re sola quæstio, iusta sit ea, necne. Iustum omne continetur natura, uel constitutione. Natura, quod sit secundũ cuiusque rei dignitatem. Hæc sunt pietas, fides, continẽtia, & talia. Adijciunt & id quod sit par. uerùm id non temerè intuendũ est. Nam & uis contra uim, & talia nihil habent aduersum eum qui prior fecit iniustè: & nõ quoniam res pares sunt, etiã id est iustũ, quod antecessit. Illa utrinque iusta, eadẽ lex, eadẽ conditio: ac fortasse ne sint quidẽ paria, quæ ulla parte sunt dissimilia. Constitutio est in lege, more, iudicato, pacto. Alterũ est defensionis genus, in quo factũ per se improbabile, assumptis extrinsecus auxilijs tuemur: id uocat* προσ-λεψιν. Latini hoc quoque nõ ad uerbũ trãstulerũt. Assumptiua enim dicitur caussa. In quo genere fortissimũ est, si crimẽ

*κατ' ἀντίλη-ψιν.

caussa facti tuemur, qualis est defensio Orestis, oratio Milonis. ἀντέγκλημα dicitur, quia omnis nostra defensio constat eius accusatione, qui uindicatur. Occisus est, sed latro: exactus, sed raptor. Est & illa ex caussis facti ducta defensio priori cõtraria, in qua neq; factum ipsum per se, ut in absolutã quæstione defenditur: neq; ex cõtrario facto, sed ex aliqua utilitate aut Reipub. aut hominũ multorũ, aut etiã ipsius aduersarij, nõnunquã et nostra, si modò id erit quod facere nostra caussa fas sit: quod sub extrario accusatore & legibus agẽte prodesse nũquã potest, in domesticis disceptationibus potest. Nam & filijs pater in iudicio abdicationis, et maritus uxori, si malæ tractationis accusabitur: & patri filius, si dementiæ caussa erit, nõ inuerecũdè dicet multũ sua interfuisse. In quo tamẽ incõmoda uitantis melior quàm cõmoda petẽtis est caussa. Quibus simulia etiã in uera rerũ quæstione tractantur. Nã quæ in scholis abdicatorũ, hæc in foro exhæredatorũ à parẽtibus, & bona apud Cõsules repetentiũ ratio est. quæ illic malæ tractationis, hic rei uxoriæ, cũ quæritur utrius culpa diuortiũ factũ sit. quæ illic dementiæ, hic petẽdi curatoris. Subiacet utilitati etiã illa defensio, si peius aliquid futurũ fuit. Nam in cõparatione malorũ, boni locũ obtinet leuius: ut si Mancinus jœdus Numãtinũ sic defendat, quòd periturus, nisi id factũ esset, fuerit exercitus Romanus. Hoc genus ἀντίσταsις Græce nominatur: cõparatiuũ nostri uocãt. Hæc circa defensionẽ facti: quæ si neq; per se ipsam, neq; adhibitis auxilijs dabitur, proximũ est in aliũ transferre crimẽ, si possumus. Ideoq; etiã in hos qui iã scripti sunt status, uisa est cadere trãslatio. Interdũ ergo culpa in hominẽ relegatur: ut si Gracchus reus jœderis Numãtini, cuius metu leges populares tulisse in Tribunatu uidetur, missum se ab Imperatore suo diceret. Interim deriuatur in rẽ: ut si is q testamẽto quid iussus nõ fecerit, dicat p leges id fieri nõ

potu

potuisse. Hoc μετάφρασιν dicũt. Exclusis quoq; his excusatio supereſt. Ea eſt aut ignorãtiæ: ut ſi quis fugitiuo ſtigmata ſcripſerit, eoq; ingenuo iudicato, neget ſe liberũ eũ ſciiſſe. Aut neceſſitatis: ut cũ mules ad cõmeatus diẽ nõ affuit, dicit ſe fluminibus interclusum, aut ualetudine. Fortuna quoq; ſæpe ſubſtituitur culpæ: nõnunquã male feciſſe nos, ſed bono animo dicimus. Vtriuſq; rei multa & manifeſta exẽpla ſunt. Idcirco nõ eſt eorũ neceſſaria expoſitio. Si omnia quæ ſuprà ſcripta ſunt deerũt, uidendũ an minui culpa poſſit. Hic eſt ille qui à quibuſdam dicitur ſtatus quãtitatis. Sed ea cũ ſit aut pœnæ, aut honoris, ex qualitate factí conſtituitur: eoq; nobis ſub hoc eſſe ſtatu uidetur: ſicut eius quoq; quæ ad numerũ refertur à græcis. nã & ποσότητα, et ποσότητα dicũt, nos utrũq; eadẽ appellatione cõplectimur. Vltima eſt deprecatio: quod genus cauſſæ pleriq; negarunt in iudicũ unquã uenire. Quin Cicero quoq; pro Quinto Ligario idẽ teſtari uidetur, cũ dicit, Cauſſas Cæſar egi multas, & quidẽ tecũ, dũ te in fõro tenuit ratio honorum tuorũ: certè nunquã hoc modo, Ignoſcite iudices, errauit, lapſus eſt, non putauit, ſi unquã poſthac, &c. In Senatu uerò, & apud populũ, & apud principẽ, & ubicũq; iuris clemẽtia eſt, habet locum deprecatio. In qua plurimũ ualet, ex ipſo qui reus eſt, hæc tria in uita præcedere, ſi innocẽs, ſi bene meritus, ſi ſpes in futurũ innocẽter uicturi et in aliquo uſu futuri: præterea ſi uel alijs incõmodis, uel præſenti periculo, uel pœnitẽtia uideatur ſatis pœnarum dediſſe. Extrà, nobilitas, dignitas, propinqui, amici. In eo tamẽ qui cognoſcit, plurimũ ponẽdũ, ſi laus eũ miſericordis potius quàm reprehẽſio diſſoluti cõſecutura eſt. Verùm et in iudicijs etiã ſi nõ toto genere cauſſæ, tamen ex parte magna hic locus ſæpe tractatur. Nã & diuiſio frequẽs eſt, etiã ſi feciſſet, ignoſcẽdũ fuiſſe, idq; in cauſſis dubijs ſæpe prævaluit: & epilogi omnes in eadẽ ferè materia uerſari ſolẽt. Sed nõnunquã etiã reus hic totius ſummã conſtituit, ſi

exhæredatum à ſe filiũ pater teſtatus fuerit elogio, propterea quòd is meretricẽ amauerit. Nam omnis hic quæſtio, an huic delicto pater debuerit ignoſcere, et Centũuiri tribuere debeãt uenia. Sed etiã in formulis, cũ pœnariæ ſunt actiones, nos ita cauſſam partimur, an commiſſa ſit pœna, an exigi debeat. Id autẽ quod illi uiderũt, uerũ eſt, reũ à iudicibus hoc defenſionis modo liberari nõ poſſe. De præmijs autẽ quæritur duo, an ullo ſit dignus qui petit, an tanto: ex duobus, uter dignior: ex pluribus, quis digniſſimus. Quorũ tractatus ex ipſo meritorũ genere ducũtur. Et intuebimur nõ rẽ tantũ, ſiue allegãda, ſiue cõparãda erit: ſed perſonã quoq;. Nã & multũ intereſt, tyrãnum iuuenis occiderit, an ſenex: uir, an fœmina: alienus, an cõiunctus. Et locũ multipliciter, in ciuitate tyrãnis aſſueta, an libera ſemper: in arce, an domi. Et quomodo factũ ſit, ferro, an ueneno. Et quo tẽpore, bello, an pace: an cũ depoſiturus eſſet eam poteſtatẽ, an cũ aliquid noui ſceleris auſurus. Habetur in meritis gratia, periculũ quoq;, ac difficultas. Similiter liberalitas à quo profecta ſit refert. Nã in paupere gratior quàm in diuite, dante beneficiũ quàm reddẽte, patre quàm orbo. Itẽ quã rem dederit, & quo tẽpore, & quo animo, id eſt, num in aliquã ſpem ſuã. Similiter alia. Et ideo qualitas maxima oratoris recipit opera: quia in utranq; partẽ plurimũ eſt ingenio loci, nec uſquã tãtũ affectus ualẽt. Nã cõiectura extrinſecus quoq; adductas frequẽter probationes habet, & argumẽta ex materia ſumit: & quale quidq; uideatur, eloquẽtiæ opus eſt: hic regnat, hic imperat, hic ſola uincit. Huic parti ſubiũgit Virginius cauſſas abdicationis, dementiæ, malæ tractationis, orbarũ nuptias indicẽtiũ. Nã & iudiciũ ferè ſic accidit: inuẽtíq; ſunt, qui has materias officiorũ uocarẽt. Sed alios quoq; nõnunquã leges hæ recipiũt ſtatus. Nã et cõiectura eſt aliquãdo in pleriſq; horũ, cũ ſe uel nõ feciſſe, uel bona mẽte feciſſe cõtendũt. Cuius generis exẽpla ſunt multa. Et quid ſit dementia, ac mala tra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctatio,finitur. Nã iuris quæstiones plerũq; leges præcurrere solẽt,& ex quibus causis nõ* fiat statutum. Quod tamẽ facto defendi nõ poterit, iure nitetur. Et quot & quibus causis abdicare non liceat, & in quæ crimina malæ tractationis actio detur, & cui accusare demẽtiæ nõ permittatur. Abdicationũ formæ sunt duæ: altera criminis pfecti,ut si abdicetur raptor, adulter. Altera imperfecti,uelut pẽdẽtus,& adhuc in cõditione positi: quales sunt in quibus abdicatur filius,qui nõ pareat patri. Illa semper asperã abdicãtus actionẽ habet,(immutabile est enim quod factũ est) hæc ex parte blãdã,& suadẽti simile. Mauult enim pater corrigere,quàm abdicare. At pro filijs in utroq; genere summissam,& ad satisfaciẽdũ cõpositã. A quo dissensuros scio,qui libẽter patris figurã lædũt. quod nõ ausim dicere nũquã esse faciẽdum(potest enim materia incidere quæ hoc exigat)cæterùm uidendũ est quoties aliter agi potest. Sed de figuris alio libro tractabimus. Non dissimules autẽ abdicationũ actionibus sunt malæ tractationis actiones. Nã & ipse habẽt cãdẽ in accusationibus moderationẽ. Demẽtiæ quoq; iudicia,aut ppter id quod factum est,aut propter id quod adhuc fieri uel nõ fieri potest,instituuntur:& actor in eo quod factũ est,liberũ habet impetũ:sic tamẽ,ut factũ accuset,ipsius patris tãquã ualetudine lapsi misereatur:in eo uerò cuius libera mutatio est,diu roget & suadeat,& nouissimè demẽtiam rationi queratur obstare, nõ mores:quos quãto magis in præteritum laudauerit,tanto facilius probabit morbo esse mutatos. Reus, quoties caussa patietur, debebit esse in defensione moderatus, quia ferè tra,cõtẽtio & cõtentatio furori sunt similia. Omnibus his cõmune est, q, rei nõ semp defensione fiãt, sed excusatione ac uenia frequẽter utũtur. Est enim domestica disceptatio, qua & semel peccasse,& per errorẽ,& leuius q̃ obijciatur, absolutioni nõnunquã sufficit. Sed alia quoq; multa cõtrouersiarũ genera in qualitatẽ cadũt. Iniuriarũ. quanquã enim reus

*nõ fiant statutus.

aliquãdo feciſſe negat, plerũq; tamẽ hæc actio facto atq; animo cõtinetur. De accusatore constituẽdo, quæ iudicia diuinationes uocãtur:in quo genere Cicero quidẽ q mãdãtibus socijs Verrẽ accusabat, hac usus est diuisione. spectãdũ à quo maximè agi uelint hi quorũ de ultione quæritur:à quo minimè uelit is qui accusatur:frequẽtissimè tamẽ hæ sunt quæstiones,uter maiores caussas habeat, uter plus industriæ aut uiriũ sit allaturus ad accusandũ,uter id meliore fide facturus. Tutelæ præterea:in quo iudicio solet quæri,an alia de re quàm de calculis cognosci oporteat: an fides præstari debeat tãtũ,nõ etiã cõsiliũ & cuẽtus. Cui simile est malè gestæ procurationis in fõro: negociorũ gestorũ:nã & mãdati actio est. Præter hæc fingũtur in scholis & scripti maleficij,in quibus aut hoc quæritur, an scriptũ sit:aut hoc,an maleficiũ sit:rarò utrũq;. Malè gestæ legationis apud Græcos,& ueris caussis frequẽs:ubi iuris loco quæri solet, an omnino aliter agere q̃ mãdatũ sit,liceat:& quousq; sit legatus:quoniã aliæ in renunciando sunt:ut in hoc qui testimoniũ in Verrẽ dixerat post perlatã legationẽ. Plurimũ tamẽ est in eo,quale sit factũ. Reip. læsæ. Hinc mouentur quidẽ mille iuris cauillationes,quid sit Rẽpub. lædere:& læserit'ne,an profuerit:& ab ipso,an propter ipsum læsa sit. in facto tamẽ plurimũ inest. Ingrati quoq;. In quo genere quæritur,an is cũ quo agitur, acceperit beneficiũ:quod rarò negãdũ est:ingratus est enim q negat. an quãtũ acceperit,reddiderit:an primus qui non reddiderit,ingratus sit:an potuerit reddere:an id qđ exigebatur,debuerit:quo animo sit. Simpliciores illæ,iniusti repudij. sub qua lege cõtrouersiæ illud proprium habent, q, à parte accusantis defensio est, & defendẽtis accusatio. Præterea cũ quis rationẽ mortis in Senatu reddit:ubi una quæstio est iuris,an is demũ prohibẽdus sit,qui mori uult ut se legũ actionibus subtrahat. Cætera qualitatis. Fingũtur et testamẽta,in q̃bus de sola quæratur uolũtate:ut in cõtrouersia quã

Act. 1.

ſuprà expoſui, in qua de parte patrimonij quarta, quã pater digniſsimo ex filijs reliquerat, cõtẽdũt Philoſophus, Medicus, Orator. Quod itẽ accidit ſi orbæ nuptias indicãt pares gradu, et ſi inter propinquos de idoneo quæratur. Sed nec omnes mihi perſequi materias in animo eſt (fingi enim adhuc poſſunt) nec cõmunes ſunt earum quæſtiones, quia poſitionibus mutantur. Hoc tãtùm admiror, Flauiũ, cuius apud me meritò ſumma eſt authoritas, cũ artẽ ſcholæ tãtùm cõponeret, tã anguſtæ materiã qualitatis terminaſſe. Quantitas quoq; (ut dixi plerũq;) etiã ſi nõ ſemper, tamẽ plerũq; eidẽ ſubiacet, ſeu modi eſt, ſeu numeri. Sed modus aliquãdo cõſtat æſtimatione facti, quãta ſit culpa, quãtum'ue beneficiũ: aliquãdo iure, cum id in cõtrouerſiam uenit, quæ quis lege puniẽdus, uel honorãdus ſit. Stuprator an decẽ millia dare debeat, quæ pœna huic crimini cõſtituta eſt: an quia ſtupratus ſe ſuſpẽdit, capite puniri, tanquã cauſſa mortis. Quo in genere fallũtur qui ita dicunt, tanquã inter duas leges quæratur. Nam de decẽ millibus nulla controuerſia eſt, quæ nec petũtur. Iudicium redditur, an reus cauſſa ſit mortis. In cõiecturã quoq; eadem ſpecies cadit: quũ, perpetuo, an quinquennali ſit exilio multandus, in cõtrouerſiam uenerit: num prudẽs cædẽ cõmiſerit, quæritur. Illa quoq; quæ ex numero ducitur, pẽdet ex iure: an Thraſybulo triginta præmia debeãtur: & cum duo fures pecuniam abſtulerũt, ſeparatim quadruplũ quiſq;: an duplum debeat. Sed hic factũ quoq; æſtimatur, & tamen ius ipſum pendet ex qualitate.

De actionis quæſtione. CAP. V.

QVi neq; feciſſe ſe negabit, neq; aliud eſſe quod fecerit, dicet, neq; factũ defendet, neceſſe eſt in ſuo iure conſiſtat: in quo plerũq; actionis eſt quæſtio: quæ nõ ſemper eadem eſt, ut quidã putauerũt. Nam et iudicium antecedit, qualia ſunt præturæ curioſa conſilia, cum de iure accuſatoris ambigitur: & in

& in ipſis frequẽtiſsimè iudicijs uerſatur. Eſt enim duplex eius diſceptationis cõditio, quòd aut intẽtio, aut præſcriptio habet cõtrouerſiam. Ac fuerũt qui præſcriptionis ſtatũ facerẽt, tanquã ea non iiſdem omnibus, quibus cæteræ leges, quæſtionibus cõtineretur. Cum ex præſcriptione lis pendet, de ipſa re quæri non eſt neceſſe. Ignominioſo patri filius præſcribit: de eo ſolo iudicatio eſt, an liceat. Quoties tamen poterimus, efficiẽdum eſt ut de re quoq; bene ſentiat. Sic enim iuri noſtro libentius indulgebit: ut in ſponſionibus quæ ex interdictis fiũt, etiam ſi non proprietatis eſt quæſtio, ſed tantum poſſeſſionis: tamen non ſolùm poſſediſſe nos, ſed etiam noſtrum poſſediſſe docere oportebit. Sed frequentius etiam quæritur de intentione. Vir fortis optet quod uolet. nego illi dandum quicquid optauerit. non habeo præſcriptionẽ. ſed tamen uoluntate contra uerba præſcriptionis modo utor. In utroq; autem genere ſtatus idem fit. Porrò lex omnis aut tribuit, aut adimit, aut punit, aut iubet, aut uetat, aut permittit. Litem habet, aut propter ſeipſam, aut propter alteram. Quæſtio eſt aut in ſcripto, aut in uoluntate. In ſcripto, aut apertum eſt, aut obſcurum, aut ambiguum. Quod de legibus dico, idem accipi uolo de teſtamentis, pactis, ſtipulationibus, omni demiq; ſcripto: idem de uoce. Et quoniam quatuor huius generis quæſtiones uel ſtatus facimus, ſingulos percurram.

De Statu ex Scripto & Voluntate. CAP. VI.

SCripti & uoluntatis frequẽtiſsima inter conſultos quæſtio eſt, & pars magna cõtrouerſiæ iuris hinc pendet: quo minus id in ſcholis accidere mirũ eſt, ubi etiam ex induſtria fingitur. Eius genus unũ eſt, in quo & de ſcripto, & de uoluntate quæritur. Id tum accidit, cum eſt in lege aliqua obſcuritas, & in ea aut uterq; ſuã interpretationẽ confirmat, aut aduerſarij ſubuertit: ut hic, Eur quadruplũ ſoluat. duo ſurripuerunt

Prima ſpecies quæſtionis ex ſcripto & uoluntate.

A

runt pariter decem millia, petũtur ab utroq; quadragena, illi postulãt ut uicena conferãt. Nam & actor dicit hoc esse quadruplum quod petat, & rei hoc quod offerãt. Voluntas quoq;

Secunda. utrinq; defenditur. Aut cum de altero intellectu certũ est, de altero dubium. Ex meretrice natus, ne cõcionetur. Quæ filiũ habebat, prostare cœpit. Prohibetur adolescẽs cõcione. Nam de eius filio, quæ ante partũ meretrix fuit, certũ est: an eadem huius caussa sit, dubium est, quia ex hac natus, & hæc meretrix est. Solet & illud quæri, quò referatur quod scriptum est,

Tertia. Bis de eadem re ne sit actio. id est, hoc bis, ad actorem, an ad actionẽ. Hæc ex iure obscuro. Alterũ genus est ex manifesto: quod qui solum uiderunt, hunc statum plani & uoluntatis appellauerũt. In hoc altera pars scripto nititur, altera uoluntate. Sed contra scriptũ tribus generibus occurritur. Vnum

Tribus modis occurritur scripto. est, in quo id seruari semper nõ posse, ex ipso patet. Liberi parentes alant, aut uinciãtur. Non enim alligabitur infans. Hinc erit ad alia transitus, & diuisio, num quisquis nõ aluerit, num hic. Propter hoc proponunt quidam tale genus controuersiarum, in quo nullum argumentum est quod ex lege ipsa peti possit. sed de eo tantum de quo lis est, quærẽdum sit. Peregrinus si murũ ascenderit, capite puniatur. Cum hostes murum ascẽdissent, peregrinus eos depulit. petitur ad supplicium. Non erunt hic separatæ quæstiones, an quisquis, an hic: quia nullũ potest afferri argumentũ contra scriptũ, uehemẽtius eo quod in lite est: sed hoc tantum, an ne seruandæ quidẽ ciuitatis caussa. Ergo & æquitate & uoluntate pugnãdum. Fieri tamẽ potest, ut ex aliis legibus exempla ducamus, per quæ appareat semper stari scripto non posse, ut Cicero pro Cecinna fecit.

Tertium, cum in ipsis uerbis legis reperimus aliquid per quod probemus aliud legumlatorem uoluisse: ut in hac controuersia, Qui nocte cum ferro deprehensus fuerit, alligetur. Cum

Cum annulo ferreo inuentum magistratus alligauit. Hic quia est uerbum in lege deprehensus, satis etiam significatum uidetur non contineri lege nisi noxium ferrum. Sed ut qui uoluntate nitetur, scriptum quoties poterit infirmare debebit: ita qui scriptum tuebitur, adiuuare se etiam uoluntate tentabit. In testamentis & illa accidunt, ut uoluntas manifesta sit, scriptũ nihil sit: ut in iudicio Curiano, in quo nom. L. Crassi & Scæuolæ fuit contentio. Substitutus hæres erat, si posthumus ante tutelæ suæ annos deceßisset. Non est natus. Propinqui bona sibi uendicabant. Quis dubitaret, quin ea uoluntas fuisset testantis, ut is non nato filio hæres esset, qui mortuo? sed hoc nõ scripserat. Id quoq;, quod huic contrarium est, accidit nuper, ut esset scriptum quod appareret scriptorem noluisse: Qui sestertium nummum quinque millia legauerat, cum emendaret testamentum, sublatis sestertijs numis, argenti pondo posuit, quinq; millia remanserunt. Apparuit tamen quinq; põdo dari noluisse, quia ille in argento legato modus & inauditus erat, & incredibilis. Sub hoc etiam statu generales sunt quæstiones, scripto, an uoluntate standum sit: quæ fuerit scribentis uoluntas. Tractatus omnes qualitatis aut coniecturæ, de quibus satis dictum arbitror.

De testamẽtis in scriptũ uoluntate aduuandum.

De Orat. 1.

De contrarijs legibus. CAP. VII.

PRoximũ est de legibus cõtrarijs dicere, quia inter omnes artũ scriptores cõstat in antinomia duos esse scripti & uoluntatis status: neq; immeritò: quia cũ lex legi obstet, utrinq; contra scriptum dicitur, & quæstio est de uoluntate: in utraq; id ambigitur, an utiq; illa lege sit utendum. Omnibus autem manifestum est, nunquam esse legem legi contrariam iure ipso: quia si diuersum ius esset, alterum altero abrogaretur: sed eas casu collidi, & euẽtu. Colliduntur autem aut pares inter se: ut si optio tyrannicidæ & uiri fortis cõparentur, utriq;

Vide Budæũ in annotatio.

Legum inter se collisio.

Pares.

data quod uelit petẽdi potestate, hic meritorũ, temporis, præmij collatio est. Aut secum ipsæ, ut duorum fortium, duorum tyrannicidarum, duarum raptarum: in quibus non potest esse alia quæstio quàm temporis, utra prior sit: aut qualitatis, utra iustior sit petitio. Diuersæ quoq; leges conflĩgũt, aut similes.

Diuersæ. Diuersæ, quibus etiam citra aduersam legem cõtradici possit: ut in hac controuersia, Magistratus ab arce ne discedat: Vir fortis optato quæ uolet: *uel alia nulla obstante, quæri potest an quicquid optarit, accipere debeat: & à magistratu multa dicentur, quibus scriptum expugnatur, Si incendium in arce fuerit, si in hostes recurrẽdum. Similes, contra quas nihil opponi potest, nisi lex altera. Tyrannicidæ imago in gymnasio ponatur: cõtrà mulieris imago in gymnasio ne ponatur. Mulier tyrãnum occidit. Nam neq; mulieris imago ullo alio casu poni potest, neq; tyrannicidæ ullo alio casu summoueri. Impares sunt, cum alteri multa sunt quæ opponi possunt, alteri nihil, nisi quod in lite est: ut cum uir fortis impunitatem desertoris petit. Nam contra legẽ uiri fortis (ut suprà ostendi) multa dicuntur: aduersus desertores scripta, non potest nisi optione subuerti. Item aut confessum est ex utraq; parte ius, aut dubium. Si confessum est, hæc ferè quæruntur: Vtra lex potẽtior: ad deos pertineat, an ad homines: ad Rempub. an ad priuatos: De honore, an de pœna: De magnis rebus, an de paruis: Permittat, an uetet, an imperet. Solet tractari & utra sit antiquior, & uelut potentissima, utra minus perdat: ut in desertore, & uiro forti, quòd illo nõ occiso lex tota tollatur: occiso, sit reliqua uiro forti alia optio. Plurimum tamen est in hoc, utrũ fieri sit melius, atq; æquius: de quo nihil præcipi nisi proposita materia potest. Si dubium, aut alteri, aut inuicem utriq; de iure sit controuersia: ut in re tali, Patri in filium, patrono in libertũ manus iniectio sit: liberti hæredẽ sequãtur. Liberti filiũ quidam*

*uel alia nulla obstante, non erat in uetusto codice.

Impares.

Cum ius est confessum.

quidã fecit hæredẽ, inuicẽ petitur manus iniectio: et patronus negat ius patris illi fuisse, quia ipse in manu patroni fuerit. Duplices leges sicut duæ collidũtur: ut, Nothus ante legitimũ natus, legitimus sit: post legitimũ, tantũ ciuis. Quod de legibus, idem de Senatusconsultis dictum: quæ si aut inter se pugnent, aut obstent legibus, non tamen aliud sit eius status nomen.

De Syllogismo seu Ratiocinatione. CAP. VIII.

Syllogismus habet aliquid simile scripto & uoluntati, quia semper pars in eo altera scripto nititur: sed hoc interest, quòd illic cõtra scriptũ dicitur, hic super scriptũ: illic qui uerba defendit, hoc agit, ut fiat utiq; quod scriptũ est: hic ne aliud quàm scriptũ est. Eius nonnulla etiã cum finitione coniunctio. Nam sæpe si finitio infirma est, in syllogismum delabitur. Sit enim lex, Veneficæ capite puniatur. Sæpe secubanti amatoriũ dedit, eundẽ repudiauit: per propinquos rogata ut rediret, nõ est reuersa. Suspendit se maritus. Mulier ueneficij rea est. Fortissima est actio dicentis amatorium uenenum esse, id erit finitio: quæ si parũ ualebit, fiet syllogismus: ad quem uelut remissa priore contentione ueniemus, an perinde puniri debeat, ac si uirum ueneno necasset. Ergo hic status ducit ex eo quod scriptum est, id quod incertum est: quod quoniam ratiocinatione colligitur, ratiocinatiuus dicitur. In has autem ferè species uenit, An quod semel ius est, idem & sæpius: Incesti damnata, & præcipitata de saxo, uixit, repetitur. An quod in uno, & in pluribus: Qui duos uno tẽpore tyrannos occidit, duo præmia petit. An quod antè, et postea: Raptor profugit, rapta nupsit, reuerso illo petit optionẽ. An quod in toto, idem in parte: Aratrum accipere pignori non licet, uomerem accepit. An quod in parte, idem in toto: Lanas uehere Tarento non licet, oues uexit. In his syllogismis scripto alter nititur, alter nõ satis cautum esse dicit. Postulo ut præcipitetur incesta, lex est: & rapta

Universidad de Deusto Biblioteca

optionem petit, & in oue lanæ sunt: similiter alia. Sed quia
*bis responderi potest, non est scriptum ut * sæpius præcipitetur
damnata, aut quãdocũq; rapta optet, aut tyrãnicida duo præ-
mia accipiat, nihil de uomere cautum, nihil de ouibus: ex eo
quod manifestũ, colligitur quod dubium est. Maioris pugnæ
est, ex scripto ducere quod scriptum non est. Qui patrẽ occi-
derit, culeo insuatur: matrẽ occidit. Ex domo in ius educere ne
liceat: tabernaculis eduxit. In hoc genere hæc quæruntur, An
quoties propria lex non est, simili sit utendum: an id de quo
agitur, ei de quo scriptum est, simile sit. Simile autem & maius
est, & par, & minus. In illo priore, an satis lege cautum sit,
an & si parum cautum est, hac sit utendum. In utroq; de uo-
luntate legumlatoris, sed de æquo tractatus potentißimi.

De Ambiguo, seu Amphibolia. CAP. IX.

Vide Gellium lib. 11. cap. 12.

AMphiboliæ species sunt innumerabiles adeò, ut philoso-
phorũ quibusdã nullũ uideatur esse uerbũ, quod nõ plu-
ra significet: genera admodũ pauca. Aut enim uocibus accidit
singulis, aut cõiunctis. Singula afferũt errorem, cum pluribus
rebus aut etiã hominibus eadem appellatio est: ὁμωνυμία di-
citur, ut Gallus. Vtrũ enim auẽ, an gentẽ, an nomẽ, an fortunã
corporis significet, incertũ est: & Aiax, Telamonis, an Oilei
filius. Verba quoq; quædã diuersos intellectus habent, ut Cer-
no. quæ ambiguitas plurimis modis accidit: unde ferè lites,
præcipuè ex testamẽtis, cũ de libertate, aut etiã de hæreditate
contẽdunt ij quibus idẽ nomẽ est: aut quid sit legatũ, quæritur.
Alterũ est, in quo alia integro uerbo significatio est, alia diui-
so: ut in genua, & arma mentum, & cor uinũ, ineptæ sanè ca-
uillationes, ex quo tamen Græci controuersias ducunt: inde
αὐλητρὶς si ce- αὐλητρὶς illa uulgata, cum quæritur, utrum aula quæ ter ce-
cidit, publice- ciderit, aut tibicina si ceciderit, debeat publicari. Tertia est ex
tur. compositis, ut si quis corpus suũ in occulto loco poni iubeat,
Vide Laertiũ circaq;

circaq; monumentum multum agri ab hæredibus in tutelam in uita Zenonis.
cinerum, ut solet, leget, Sit* latus Oc cultum. Sic apud Græcos
contẽdit λέων & παντα λέων, cum scriptura dubia est, bona *littus
omnia λέοντι, an bona παντα λέοντι relicta sunt. In con-
iunctis plus ambiguitatis est. Fit autem per casus: ut,

Aio te Aeacida Romanos uincere posse. Ennius apud Cic. 2. de Diuina.

Per collocationem, ubi dubium est quid quò referri oporteat:
ac frequentißimè cum id quod medium est, utrinq; poßit tra-
hi, ut de Troilo Virgilius, Lora tenens tamen.— Aeneid. 1.
Hic utrum quòd teneat tamen lora, an quamuis teneat, tamen
trahatur, quæri potest. Vnde cõtrouersia illa, Testamẽto qui-
dam iußit poni statuam auream hastam tenentem. Quæritur,
statua hastam tenens aurea esse debeat, an hasta esse aurea in
statua alterius materiæ. Fit per flexum idem magis,

Quinquaginta ubi erant centum inde occidit Achilles.

Sæpe utri duorum antecedentium sermo subiunctus sit, in du-
bio est: unde est controuersia, Hæres meus uxori meæ dare
damnâs esto argenti, quod elegerit, pondo centum. Vter eli-
gat quæritur. Verùm id quod ex his primum est, mutatione
casuũ: sequẽs, diuisione uerborum, aut translatione emẽdatur:
tertium adiectione. Accusatiui geminatione facta amphibo-
lia, soluitur ablatiuo: ut illud, Lachetem audiui percußisse De-
meam, fiat, à Lachete percussum Demeam. Sed ablatiuo ipsi,
ut in primo diximus, inest naturalis amphibolia,

Cælo decurrit aperto: utrũ per apertũ cælum, aut cum
cælum apertũ esset. Diuisio respiratione & mora cõstat. Sta-
tuam, deinde aureã hastam: uel statuam aureã, deinde hastam.
Adiectio talis est, argentum quod elegerit ipse, ut hæres intel-
ligatur: uel ipsa, ut uxor. Adiectione facta amphibolia, qualis
sit, Nos flentes illos deprehendimus, detractione soluetur.
Pluribus uerbis emendandum, ubi est id, quod quò referatur,

dubiũ est, et ipsum est ambiguũ. Hæres meus dare illi damnãs
In Bruto. esto omnia sua. In quod genus incidit Cicero loquens de C. Fannij socери instituto, Quẽ, quia cooptatus in Augurũ collegium non erat, non admodum diligebat: præsertim cum ille Q. Scæuolam sibi minorẽ natu generũ prætulisset. Nam id sibi, & ad socerũ referri, & ad Fannium potest. Productio quoq; in scripto & correctio in dubio relicta, caussa est ambiguitatis: ut in hoc, Cato. aliud enim ostendit breuis secunda syllaba casu nominatiuo, aliud eadẽ syllaba producta casu datiuo aut ablatiuo. Plurimæ præterea sunt aliæ species, quas persequi nihil necesse est. Nec refert quo modo facta sit amphibolia, aut quo resoluatur. Duas enim res significari manifestum est: & quod ad scriptum uocem ue pertinet, in utranq; par est partem. Ideoq; frustra præcipitur, ut in hoc statu uocem ipsam ad nostram partẽ conemur uertere. Nam si id fieri potest, amphibolia non est. Amphiboliæ autem omnis in his erit quæstio, aliquãdo uter sit secundum naturam magis sermo, semper utrum sit æquius, utrũ is qui sic scripsit ac sic dixit, sic uoluerit. Quarum in utranq; partem satis ex his quæ de coniectura & qualitate diximus, præceptum est.

Quæ sit inter status cognatio, & quæ diuersitas. CAP. X.

EST autẽ quædã inter hos status cognatio. Nam & in finitione, quæ sit uolũtas nominis, quæritur: & in syllogistico, qui secundus à finitione status est. spectatur quid uoluerit scriptor: & ex cõtrarijs legibus duos esse scripti et uolũtatis status apparet. Rursus & finitio quodãmodo est amphibolia, cũ in duas partes diducatur intellectus nominis. Scriptum & uoluntas habet in verbis uocis quæstionem: quod idem in antinomia petitur. Ideoq; omnia hæc quidam scriptum & uoluntatem esse dixerunt: alij in scripto & uoluntate amphiboliam esse, quæ facit quæstionem. Sed distincta sunt. Aliud est enim

enim obscurum ius, aliud ambiguum. Igitur finitio in natura ipsa nominis quæstionem habet generalem, & quæ esse etiam citra complexum caussæ possit: Scriptum & uoluntas de eo disputat uerbo, quod est in lege: Syllogismus de eo quod nõ est. Amphiboliæ lis in diuersum trahit: Legum contrariarum ex diuerso pugna est. Neque immeritò & recepta est à doctissimis hæc differentia, & apud plurimos ac prudentissimos durat. Et de hoc quidem genere* dispositionis, etiam si non * disceptatio-
omnia tradi, tamen aliqua potuerunt. Sunt alia, quæ nisi pro- nis,
posita de qua dicendũ est materia, uiam docẽdi non præbeant. Non enim caussa uniuersa in quæstiones ac locos diducenda est: sed hæ ipsæ partes habent rursus ordinẽ suum. Nam & in proœmio primum est aliquid, & secundum, ac deinceps. Et quæstio omnis ac locus habet suam dispositionem, ut theses etiã simplices. An sic fortè satis erit diuidẽdi peritus, qui controuersiam in hæc diduxerit, an omne præmium uiro forti dandum sit, an ex priuato, an nuptiæ, an ea quæ nupta sit, an hæc? deinde cum fuerit de prima quæstione dicẽdũ, passim, & ut quicque in mentẽ uenìet, miscuerit? non primũ in ea scierit esse tractandũ, uerbis legis standũ sit, an uolũtate? huius ipsius particulæ aliquod initiũ fecerit? deinde proxima subnectens, struxerit orationẽ, ut, pars hominis est manus, eius digiti, illorum quoque articuli? Est & hoc, quod scriptor demonstrare nõ possit, nisi certa definitaq; materia. Sed quid una faciat, aut altera? quinimmo centũ ac nulle in re infinita, atque materia? Præceptoris est, in alio atque alio genere quotidie ostendere quis ordo sit rerũ, & quæ copulatio: ut paulatim fiat usus, & ad similia trãsitus. Tradi enim omnia quæ ars efficit, non possunt. Nã quis pictor omnia quæ in rerũ natura sunt, adũbrare didicit? sed percepta simul imitandi ratione, assimulabit quicquid acceperit. Quis enim nõ faber uasculũ aliquod quale nũ-

quam uiderat, facit? Quædã uero nõ docentiũ sunt, sed discentiũ. Nam & medicus quid in quoque ualetudinis genere faciẽdum sit, quid quibus signis prouidendũ, docebit. Vim sentiendi pulsus uenarũ, caloris motus, spiritus meatum, coloris distantiam, quæ sua cuiusque sunt ingenium dabit. Quare plurima petimus à nobis, & cum causßis deliberemus, cogitemusq; homines antè inuenisse artem, quàm docuisse. Illa enim potentißima est, quæque uerè dicitur œconomica totius causſæ dispositio, quæ constitui nisi uelut in re præsenti non potest: Vbi assumendum proœmium, ubi omittendum: Vbi utendũ expositione continua, ubi partita: Vbi ab initijs incipiendũ, ubi more Homerico à medijs, uel ultimis: Vbi omnino non exponendum: Quando à nostris, quando ab aduersariorũ propositionibus incipiamus: Quãdo à firmißimis probationibus, quãdo à leuioribus: Quãdo in causſa proponẽdæ proœmijs quæstiones, qua præparatione præmuniendæ: Quid iudicis animus accipere possit statim dictũ, quò paulatim deducendus: Singulis, an uniuersis opponẽda refutatio: Reseruandi perorationi, an per totam orationem diffundẽdi affectus: De iure prius, an de æquitate dicendum: An anteacta crimina, an de quibus iudiciũ est, prius obijcere uel diluere cõueniat: Si multiplices causſæ erunt, quis ordo faciendus, quæ testimonia, tabulæ ue cuiusque generis in actione recitandæ, quæ reseruãdæ. Hæc est uelut imperatoria uirtus copias suas partientis ad casus præliorum, retinentis partes propter castella tuẽda, custodiendas ue urbes, petendos commeatus, obsidenda itinera, mari deniq; ac terra diuidẽtis. Sed hæc in oratione præstat omnia, cui affuerint natura, doctrina, studiũ. Quare nemo expectet, ut alieno tantum labore sit disertus. Vigilãdum ducat, iterum enitendũ, pallendum: est faciẽda sua cuique uis, usus, sua ratio: non respiciendũ ad hæc, sed in promptu habenda: nec tanquam tradita, sed

sed tanquam innata. Nam uiam demonstrare uelociter ars potest, siqua est: uerùm ars satis præstat, si copias eloquentiæ ponit in medio: nostrum est uti eis scire. Reliqua partium est demum dispositio: & in his ipsis primus aliquid sensus, & secundus, & tertius: qui non modò ut sint ordine collocati, elaborandum est, sed ut inter se iuncti, atque ita cohærentes, ne commissura pellucеat: corpus sit, non membra. Quod ita continget, si & quid in quoque conueniat uiderimus, & ut uerba uerbis applicemus, non pugnantia, sed quæ inuicem complectantur. Ita res diuersæ distantibus ex locis quasi inuicem ignotæ non collidentur, sed aliqua societate cum prioribus ac sequẽtibus se, copulaq; tenebunt: ac uidebitur non solum composita oratio, sed etiam continua. Verùm longius fortasse progredior fallente trãsitu, & à dispositione ad elocutionis præcepta labor, quod proximus liber inchoabit.

M. FAB. QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA LIBER OCTAVVS.

PROOEMIVM.

HIS ferè quæ in proximos quinq; libros collata sunt, ratio inueniendi, atque inuenta disponendi, continetur: quam ut per omnes numeros penitus cognoscere, ad summã scientiæ necessarium est, ita incipientibus breuius ac simplicius tradi magis cõuenit. Aut enim difficultate institutionis tam numerosæ atq; perplexæ deterreri solent: aut eo tempore quo præcipue alẽda ingenia, atque indulgentia quadam enutrienda sunt, asperiorum tractatu rerum atteruntur: aut

aut si hæc sola didicerint, satis se ad eloquentiam instructos arbitrantur: aut quasi ad certas quasdam dicēdi leges alligati, conatum omnem reformidant. Vnde existimant accidisse, ut qui diligentissimi artium scriptores extiterunt, ab eloquentia longissimè fuerint. Via tamen opus est incipientibus, sed ea plana, & cum ad ingrediendum, tum ad demonstrandum expedita. Eligat itaq; peritus ille præceptor ex omnibus optima, & tradat ea demum in præsentia, quæ placēt, remota refutandi cætera mora. Sequuntur enim discipuli quò duxeris. Mox cum robore discendi crescet etiam eruditio. Iidem primò solum iter credant esse in quod inducentur, mox illud cogniturí etiam optimum. Sunt autem neq; obscura, neque ad percipiendum difficilia, quæ scriptores diuersis opinionibus pertinaciter tuendis inuoluerunt. Itaque in toto artis huiusce tractatu difficilius est iudicare quid doceas quàm cum iudicaris, docere: præcipueq; in duabus his partibus perquā sunt pauca, circa quæ si is qui instituetur, non repugnauerit, pronum ad cætera habiturus est cursum. Nempe enim plurimum in hoc laboris exhausimus, ut ostenderemus, Rhetoricen bene dicēdi scientiam, & utilem, & artem, & uirtutem esse: materiam eius, res omnes de quibus dicendum esset. Tum & eas in tribus ferè generibus, demonstratiuo, deliberatiuo, iudicialiq; reperiri. Orationem porro omnem constare rebus, & uerbis. In rebus intuendā inuentionē, in uerbis elocutionem, in utriusq; collocationem: quæ memoria complecteretur, actio commendaret. Oratoris officium, docendi, mouendi, delectandi partibus contineri. Ex quibus ad docendū, expositio & argumentatio: ad mouendū, affectus pertinerēt: quos per omnē quidem caussam, sed maximè tamē in ingressu ac fine dominari. Nam delectationem, quāuis in utroq; sit eorū, magis tamē proprias in elocutione partes habere. Quæstiones alias infinitas, alias fini

finitas, quæ personis, locis, temporibus cōtinerentur. In omni porro materia tria esse quærenda, an sit, quid sit, quale sit. His adiiciebamus, demonstratiuam laude ac uituperatione constare. In ea, quæ ab ipso de quo diceremus, quæ post eum acta essent, intuendū. Hoc opus tractatu honestorū utiliūq; constare. Suasorijs accedere tertiā partē ex cōiectura, posset ne fieri, & an esset futurum, de quo deliberaretur. Hic præcipuè diximus spectādum quis, apud quem, quid diceret. Iudicialium caussarum alias in singulis, alias in pluribus controuersijs consistere: & in quibusdam sufficere modò intentionem, modò depulsionem: porrò depulsionem omnem inficiatione duplici, factum ne, & an hoc factū esset, præterea defensione ac translatione constare. Quæstionē, aut ex facto, aut ex scripto esse. Ex facto, de rerum fide, proprietate, qualitate. Ex scripto, de uerborum ui, aut uoluntate: in quibus uis tum caussarum tum actionum inspici soleat: quæque aut scripti & uoluntatis, aut ratiocinatiuæ, aut ambiguitatis, aut legum cōtrariarum specie cōtinetur. In omni porrò caussa iudiciali quinque esse partes: quarū exordio cōciliari audientē, narratione caussam proponi, cōfirmatione roborari, refutatione dissolui, peroratione aut memoriā iudicis refici, aut animos moueri. His argumētandi et afficiēdi locos, & quibus generibus cōcitari, placari, resolui iudices oportet, adiecimus. Acceßit ratio diuisionis. Credere modo qui discet uelit, certam quandam uiam esse, in qua multa etiam sine doctrina præstare debeat per se ipsa natura, ut hæc de quibus dixi, non tam inuēta à præceptoribus, quàm cū fierent, obseruata esse uideātur. Plus exigū laboris & curæ quæ sequuntur. Hinc enim iam elocutionis rationē tractabimus, partem operis, ut inter omnes Oratores conuenit, difficillimam. Nam & M. Antonius, cuius suprà habuimus mentionem, ait à se disertos uisos esse multos, eloquentem autem de Orat. 1.

nemi

Universidad de Deusto
Biblioteca

neminem. Disertis satis putat dicere quæ oporteat: ornatè autem dicere, proprium esse eloquentissimi. Quæ uirtus si usque ad eum in nullo reperta est, ac ne in ipso quidē, aut L. Crasso, certum est & in his & in prioribus eam desideratam, quia
2. de Orat. difficillima fuit. Et Marcus Tullius inuentionem quidem ac dispositionem prudentis hominis putat, eloquentiam Oratoris. Ideoq; præcipuè circa partis huius præcepta elaborauit. Quod cum meritò fecisse, etiam ipso rei de qua loquimur nomine palàm declaratur. Eloqui enim hoc est, omnia quæ mēte conceperis, promere, atque ad audientes perferre: sine quo superuacua sunt priora, & similia gladio condito, atque intra uaginam suam hærenti. Hoc itaq; maximè docetur: hoc nullus nisi arte assequi potest: huc studium adhibendum: hoc exercitatio petit, hoc imitatio: hic omnis ætas consumitur, hoc maximè Orator Oratore præstantior: hoc genera ipsa dicendi alia alijs potiora. Neque enim Asiani, aut quocunque alio genere corrupti, res non uiderunt, aut eas non collocauerunt: neque quos aridos uocamus, stulti, aut in caussis cæci fuerunt: sed his iudicium in eloquendo ac modus, illis uires defuerunt: ut appareat in hoc & uitium & uirtutē esse dicendi. Non ideo tamen sola est agenda cura uerborū. Occurram enim necesse est, & uelut in uestibulo protinus apprehensuris hanc confessionem meam, resistam, ijs qui omissa rerum (qui nerui sunt in caussis) diligentia, quodam inani circa uoces studio senescunt: idq; faciūt gratia decoris: quod est in dicēdo mea quidem opinione pulcherrimū. sed cum sequitur, nō cum affectatur. Corpora sana, & integri sanguinis, & exercitatione firmata, ex ipsāmē his specie accipiunt, ex quibus uires: nanque & colorata, & adstricta, & lacertis expressa sunt: sed eadem si quis uulsa atq; fucata muliebriter comat, fœdissima sint ipso formæ labore. Et cultus cōcessus atq; magnificus addit hominibus,

nibus, ut Græco uersu testatum est, authoritatem: at muliebris & luxuriosus, nō corpus exornat, sed detegit mentē. Similiter illa trāslucida & uersicolor quorundā elocutio, res ipsas effœminat, quæ illo uerborū habitu uestiūtur. Curā ergo uerborum, rerū uolo esse solicitudinē. Nam plerunque optima rebus cohærēt, & cernūtur suo lumine: at nos quærimus illa tanquā lateant semper, seq; subducant. Ita nunquam putamus circa id esse, de quo dicendū est: sed ex alijs locis petimus, & inuentis tum asserimus. Maiore animo aggrediēda eloquētia est: quæ si toto corpore ualet, ungues polire, & capillum reponere, non existimabit ad curam suam pertinere. Sed euenit plerunq;, ut hac diligētia deterior etiā fiat oratio. Primùm, quia sunt optima minimè accersita, & simplicibus atq; ab ipsa ueritate profectis similia. Nam illa quæ curā fatētur, & ficta atq; cōposita uideri etiam uolunt, nec gratiā consequuntur, & fidē amittunt, propter id quòd sensus obumbrant, & uelut læto gramine sata strangulāt. Nam & quod rectè dici potest, circumimus amore uerborum: & quod satis dictū est, repetimus: & quod uno uerbo patet, pluribus oneramus: & pleraq; significare melius putamus, quàm dicere. Quid quòd nihil iam proprium placet, dum parum creditur dictum, quod & alius dixisset? A corruptissimo quoq; poetarū figuras seu trāslationes mutuamur: tum demum ingeniosi scilicet, si ad intelligendos nos opus sit ingenio. Atqui satis apertè Cicero præceperat, in di- 1. de Orat. in prologo.
cēdo uitium uel maximum esse, à uulgari genere orationis, atque à cōsuetudine communis sensus abhorrere. Sed ille durus, atque ineruditus: nos melius, quibus fordēt omnia quæ natura dictauit: qui non ornamēta quærimus, sed lenocinia. quasi uerò sit ulla uerborū, nisi rei cohærentium, uirtus: quæ ut propria sint & dilucida & ornata, & apte collocentur, si tota uita laborādū est, omnis studiorū fructus amissus est. Atque pleroſq; uideas

Vide Erasmū in Prouerbio, Vestis uirum facit.

uideas hærentes circa singula, & dum inueniunt, & dum inuenta ponderant, ac dimetiuntur. Quod etiã si ideirco fieret, ut semper optimis uterẽtur, abominãda tamen hæc infelicitas erat, quæ & cursum dicẽdi refrenat, & calorem cogitationis extinguit mora & diffidentia. Miser enim, & (ut sic dicam) pauper Orator est, qui nullũ uerbũ æquo animo perdere potest. Sed ne perdet quidem, qui rationẽ loquendi primùm cognouerit, tũ lectione multa & idonea copiosam sibi uerborũ supellectilẽ compararit, & huic adhibuerit artem collocandi: deinde hæc omnia exercitatione plurima roborarit, ut semper in promptu sint, & ante oculos. Nanque & hoc qui fecerit, ei res cum nominibus suis occurrent. Sed opus est studio præcedẽte, & acquisita facultate, & quasi reposita. Nãq; ista quærendi, iudicandi, comparãdi anxietas, dum discimus adhibẽda est, non cum dicimus. Alioqui sicut qui patrimonium non parauerunt, subinde quærunt: ita in oratione, qui non satis laborarunt. Si præparata uis dicẽdi fuerit, erunt in officio, sic ut non ad requisita respõdere, sed ut semper sensibus inhærere uideantur, atque ut umbra corpus sequi. Tamẽ in hac ipsa cura est aliquid satis. Nam cum latina, significantia, ornata, aptè sint collocata, quid amplius laboremus? Quibusdam tamen nullus finis calumniandi est, & cum singulis penè syllabis commorandi: qui etiam cum optima sint reperta, quærũt aliquid quod sit magis antiquum, remotum, inopinatũ: nec intelligunt iacere sensus in oratione in qua uerba laudantur. Sit igitur cura elocutionis quãmaxima, dum sciamus tamen nihil uerborũ caussa esse faciendũ, cum uerba ipsa rerum gratia sint reperta: quorũ ea sunt maximè probabilia, quæ sensum animi nostri optimè promũt, atque in animis iudicũ quod uolumus efficiũt. Ea debent præstare sine dubio & admirabilem & iucundam orationem. Verùm admirabilem non sic quomodo prodigia mira-

miramur, & iucundam orationem non deformi uoluptate, sed cum laude ad dignitatem coniuncta.

Quæ in elocutione spectanda. CAP. I.

IGitur quam Græci φράσιν uocãt, Latinè dicimus elocutionem. Eam spectamus in uerbis aut singulis, aut cõiunctis. In singulis intuendum est, ut sint latina, perspicua, ornata, & ad id quod efficere uolumus, accõmodata. In cõiunctis, ut emẽdata, ut collocata, ut figurata. Sed ea quæ de ratione latinè atq; emendatè loquendi fuerunt dicenda, in libro primo cum de Grãmatice loqueremur, executi sumus. Verùm illic tantùm ne uitiosa essent, præcepimus: hic non alienum est admonere, ut sint quãminimè peregrina, & externa. Multos enim quibus loquendi ratio non defuit, inuenias: quos curiosè potius loqui dixeris, quàm latinè: quomodo & illa Attica anus Theophrastum hominẽ alioqui disertissimum, annotata unius affectatione uerbi, hospitem dixit: nec alio se id deprehendisse interrogata respondit, quàm quòd nimium Attice loqueretur. Et in Tito Liuio miræ facundiæ uiro putat inesse Pollio Asinius quãdam Patauinitatẽ. Quare, si fieri potest, & uerba omnia, & uox, huius alumnum urbis oleant: ut oratio Romana planè uideatur, non ciuitate donata.

De Perspicuitate. CAP. II.

PErspicuitas in uerbis præcipuã habet proprietatem: sed proprietas ipsa nõ simpliciter accipitur. Primus enim intellectus est, sua cuiusq; rei appellatio: qua nõ semper utimur. Nã & obscœna uitabimus, & sordida, & humilia. Sunt autẽ humilia infra dignitatẽ rerũ, aut ordinis. In quo uitio cauendo non mediocriter quidẽ errare solẽt, qui omnia quæ sunt in usu, etiam si causssæ necessitas postulet, reformidant: ut ille qui in actione Ibericas herbas se solo nequicquã intelligente dicebat, nisi irridens hanc uanitatẽ Cassius Scuerus, spartũ eum dicere

uelle indicasset. Nec uideo quare clarus Orator duratos muria pisces nitidius esse crediderit, quàm ipsum id quod uitabat. In hac autem proprietatis specie, quæ nominibus ipsis cuiusq; rei utitur, nulla uirtus est: atq; ei cõtrarium est uitium id quod apud nos improprium, ἄκυρον apud Græcos uocatur: quale

Aeneid.4. est, _Tantum sperare dolorẽ. Aut quod in oratione Labellæ emendatũ à Ciceronè annotaui, * Morẽ ferre. aut qua-

*de cruce, lia nunc laudantur à quibusdam, quorum est *decernere, uerba ceciderũt. Non tamẽ quicquid nõ erit propriũ, protinus & improprij uitio laborabit: quia primũ omnium multa sunt & græcè & latinè nõ denominata. Nam & qui iaculum emittit, iaculari dicitur: qui pilam aut sudẽ, appellatione priuatim sibi assignata caret: & ut lapidare quid sit manifestum est, ita glebarũ testarumq; iactus nõ habet nomẽ. Vnde abusio, quæ κατάχρησις dicitur, necessaria. Translatio quoq;, in qua uel maximus est orationis ornatus, uerba nõ suis rebus accommodat. Quare proprietas nõ ad nomẽ, sed ad uim significandi refertur: nec auditu, sed intellectu perpendenda est. Secundo modo dicitur proprium inter plura quæ sunt eiusdem nominis, id, unde cætera ducta sunt: ut uertex est contorta in se aqua, uel quicquid aliud similiter uertitur. inde propter flexum capillorum, pars est summa capitis: & ex hoc, quod est in mõtibus eminentissimũ. Rectè inquã dixeris hæc omnia uertices, propriè tamen, unde initiũ est. Sic soleæ & turdi pisces, &c. Tertius est huic diuersus modus, cũres cõmunis pluribus, in uno aliquo habet nomẽ eximum: ut carmen funebre propriè Nænia: & tabernaculum ducis, Augustale. Item quod cõmune est & alijs nomen, intellectu alicui rei peculiariter tribuitur: ut urbem, Romam accipimus: & uenales, nouitios: & Corinthia, æra: cum sint urbes aliæ quoq;, & uenalia multa, & tam aurum & argentum, quàm æs, Corinthium. Sed ne in his quidem

quidem uirtus Oratoris inspicitur. At illud iam nõ mediocriter probãdum, quod hoc etiam laudari modo solet ut propriè dictum, id est, quo nihil inueniri possit significantius: ut Cato dixit C. Cæsarem ad euertendam Rempub. sobrium accessisse: ut Virgilius deductũ carmẽ, & Horatius acrem tibiam, Hannibalemq; dirũ. In quo modo illud quoq; est à quibusdam tra- Aeglo.6. Serm.1. ditum proprij genus ex appositis, quæ epitheta dicuntur, ut, Dulce mustum: &, Cum dentibus albis. De quo genere alio loco dicendum est. Etiam quæ bene trãslata sunt, propria dici solent. Interim autẽ quæ sunt in quoq; genere præcipua, proprij locum accipiũt, ut Fabius inter plures imperatorias uirtutes Cunctator est appellatus. Possunt uideri uerba quæ plus significant quàm eloquiũtur, in parte ponenda perspicuitatis: intellectũ enim adiuuãt. Ego autẽ libentius emphasin retulerim ad ornatum orationis, quia non ut intelligatur efficit, sed ut plus intelligatur. At obscuritas fit etiam uerbis ab usu remotis: ut si cõmentarios quis pontificum, & uetustissima fœdera, & exoletos scrutatus authores, id ipsum petat ex his, ut quæ inde contraxerit, non intelligantur. Hinc enim aliqui fa- Vide Cælium lib.3.cap.15. mam eruditionis affectant, ut quædam soli scire uideãtur. Fallunt etiam uerba uel regionibus quibusdam magis familiaria, uel artium propria, ut Atabulus uẽtus, & nauis Saccaria, & In malaco sanum. Quæ uel uitanda apud iudicẽ ignarũ significationum earum, uel interpretanda sunt: sicut in his quæ homonyma dicuntur, ut, Taurus animal sit, an mons, an signũ in cælo, an nomen hominis, an radix arboris, nisi distinctum nõ intelligitur. Plus tamen est obscuritatis in contextu & continuatione sermonis, & plures modi. Quare nec sit tam longus, ut eum prosequi non possit intentio: nec tralectione tam tardus, ut in hyperbaton finis eius differatur. Quibus adhuc peior est mistura uerborum, qualis in illo uersu,

Universidad de Deusto Biblioteca

Aeneid.1. Saxa uocant Itali medijs quæ in fluctibus aras.

Etiam interiectione, qua & Oratores & Historici frequēter utūtur, ut medio sermone aliquā inserāt sensum, impediri solet intellectus, nisi quod interponitur, breue est. Nā Virgilius illo

Georg.3. loco quo pullū equinū describit, cū dixisset, Nec uanos horret strepitus:— compluribus insertis, alia figura quinto demum uersu redit, —Tum siqua sonum procul arma dedere, Stare loco nescit.— Vitāda in primis ambiguitas, nō hæc solùm de cuius genere suprà dictū est, quæ incertū intellectū facit, ut Chremetē audiui percußisse Demeā: sed illa quoq;, quæ

Lachetem dicit s̄.li.7.ca.9. de ambiguo. etiam si turbare nō potest sensum, in idem tamē uerborū uitiū incidit: ut si quis dicat uisum à se hominē librum scribentem. Nam etiam si librū ab homine scribi pateat, malè tamen composuerat, feceratq; ambiguum, quantum in ipso fuit. Est etiam in quibusdam turba inanium uerborum, qui dum communem loquendi morem reformidant, ducti specie nitoris, circumeunt omnia copiosa loquacitate quæ dicere uolunt: ipsam deinde illam seriem cum alia simili iungentes, miscentesq;, ultra quàm ullus spiritus durare poßit, extendunt. In hoc malum etiam à quibusdam laboratur: neq; id nouum uitium est, cum iam apud

Obscuratio. Titum Liuium inueniam fuisse præceptorem aliquem qui discipulos obscurare quæ dicerent, iuberet, græco uerbo utens, σκότισον. Vnde illa scilicet egregia laudatio, Tanto melior: ne ego quidem intellexi. Alij breuitatis æmuli, necessaria quoque orationi subtrahunt uerba, & uelut satis sit scire ipsos quæ dicere uelint, quantum ad alios pertineat, nihil putant. At ego ociosum sermonem dixerim, quem auditor suo ingenio nō intelligit. Quidam emutatis in peruersum dictis, de figuris idem

ἀδιανόητα. uitium consequuntur. Peßima uerò sunt ἀδιανόητα, hoc est, quæ uerbis aperta, occultos sensus habent: ut, Conductus est cæcus secus uiam stare: & qui suos artus morsu lacerasset, fingitur

gitur in scholis supra se cubasse. Ingeniosa hæc & fortia, ut ex ancipiti diserta credantur perficiunt. At persuasit quidem iam multos ista persuasio, ut id iam demum eleganter atque exquisitè dictum putent, quod interpretandum sit. Sed auditoribus etiam nonnullis grata sunt hæc, quæ cum intellexerint, acumine suo delectantur, & gaudent nō quasi audiuerint, sed quasi inuenerint. Nobis prima sit uirtus perspicuitas, propria uerba, rectus ordo, non in longum dilata conclusio: nihil neq; desit, neq; superfluat. Ita sermo & doctis probabilis, & planus imperitis erit. Hæc est eloquendi obseruatio. Nam rerum perspicuitas quo modo præstanda sit, diximus in præceptis narrationis. Similis autem ratio est in omnibus. Nam si neq; pauciora quàm oportet, neq; plura, neq; inordinata aut indistincta dixerimus, erunt dilucida, & negligenter quoque audientibus aperta: quia id ipsum in consilio est habendum, nō semper tam esse acrem iudicis intentionem, ut obscuritatem apud se ipse discutiat, & tenebris orationis inferat quoddam intelligentiæ suæ lumen: sed multis eum frequenter cogitationibus auocari: nisi tam clara fuerint quæ dicemus, ut in animum eius oratio, ut Sol in oculos, etiamsi in eam non intendatur, incurrat. Quare non ut intelligere poßit, sed ne omnino poßit non intelligere, curandum. Propter quod etiam repetimus sæpe quæ nō satis percepisse eos qui cognoscūt, putamus. Quæ caussa utiq; nostra culpa dicta obscurius est: qua caussa ad planiora & communia magis uerba descendimus: cum id ipsum optimè fiat, quod nos aliquando non optimè fecisse simulamus.

De Ornatu. CAP. III.

VEnio nūc ad ornatū: in quo sine dubio plus quàm in cæteris dicēdi partibus sibi indulget Orator. Nā emendatè quidē ac dilucidè dicentium, tenue præmium est, magisq; uitijs

carere, quàm ut aliquã magnã uirtutem adeptus esse uideare-ris. Inuẽtio cum imperitis sæpe cõmunis: dispositio modicæ doctri-næ credi potest: & quæ sunt artes altiores, plerũq; occultan-tur, ut artes sint: deniq; omnia hæc ad utilitatẽ caussarũ solam referenda sunt. Cultu uerò atq; ornatu se quoq; cõmendat ipse qui dicit, & in cæteris iudicium doctorum, in hoc uerò etiam populare laudem petit. Nec fortibus modò, sed etiam fulgẽti-bus armis præliatus in caussa est Cicero Cornelij: qui nõ assecutus esset docendo iudicem tantùm, & utiliter demum ac la-tinè perspicueq; dicendo, ut populus Romanus admirationem suã non acclamatione tantùm, sed etiam plausu confitere-tur. Sublimitas profectò, & magnificẽtia, & nitor, & authoritas expreßit illum fragorem. Nec tam insolita laus esset prosecuta dicentem. si usitata & cæteris similis fuisset oratio. Atq; ego illos credo qui aderant, nec sensisse quid facerent, nec sponte iudicioq; plausisse: sed uelut mente captos, & quo essent in lo-co ignaros, erupisse in hũc uoluntatis affectum. Sed ne causse quidem parum confert idem hic orationis ornatus. Nam qui libenter audiunt, & magis attendunt, & facilius credũt: ple-runq; ipsa delectatione capiuntur, nonnunquam admiratione auferuntur. Nam & ferrum affert oculis terroris aliquid, & fulmina ipsa non tam nos confunderent, si uis eorum tantùm, non etiam ipse fulgor timeretur. Rectèq; Cicero his ipsis ad Brutum uerbis quadam in epistola scribit, Nam eloquentiam quæ admirationem nõ habet, nullam iudico. Aristoteles quoq; eandem petendam maximè putat. Sed hic ornatus (repetam enim) uirilis, fortis, & sanctus sit: nec effœminatam læuitatẽ, nec fuco eminẽtem colorem amet, sanguine & uiribus nitcat. Hoc autem adeo uerum est, ut cum in hac maximè parte sint uicina uirtutibus uitia, etiam qui uitijs utuntur, uirtutis tamen his nomen imponant. Quare nemo ex corruptis dicat me ini-micum

micum esse culte dicentibus. Non nego hanc esse uirtutem, sed illis eam non tribuo. An ego fundum cultiorem putẽ, in quo mihi quis ostenderit lilia & uiolas, & amœnos fontes surgẽ-tes, quàm ubi plena messis, aut graues fructu uites erũt? Steri-lem platanũ, tonsasq; myrtos, quàm maritum ulmũ & uberes oleas præoptauerim? Habeant illa diuites: licet quid essent, si aliud nihil haberẽt? Nullus'ne ergo etiã fructiferis adhibẽdus est decor? quis negat? Nam & in ordinẽ certaq; interualla re-digam meas arbores. Quid enim illo quicunque speciosius, qui, in quancunq; partem spectaueris, rectus est? Sed protinus in id quoq; prodest, ut terræ succum æqualiter trahant. Surgen-tia in altum cacumina oleæ, ferro coërcebo: in orbem se for-mosius fundet, & protinus fructum ramis pluribus feret. De-centior equus, cuius adstricta sunt ilia, si idem uelocior. Pul-cher aspectu sit athleta, cuius lacertos exercitatio expreßit, idem certamini paratior. Nunquam uera species ab utilitate diuiditur. Sed hoc quidem discernere, modici iudicij est. Il-lud obseruatione dignius, quòd hic ipse honestus ornatus pro materiæ genere debet esse uariatus. Atq; ut à prima diuisione ordiar, non idem demonstratiuis, & deliberatiuis, & iudicia-libus causßis cõueniet. Nanq; illud genus ostentationi compo-situm, solam petit audientium uoluptatẽ: ideoq; omnes dicendi artes aperit, ornatumq; orationis exponit: ut qui non insidie-tur, nec ad uictoriam, sed ad solum finem laudis & gloriæ tendat. Quare quicquid erit sententijs populare, uerbis niti-dum, figuris iucundum, translationibus magnificum, compo-sitione elaboratum, uelut institor quidem eloquentiæ, intuen-dum, & penè pertractandum dabit. Nam euentus ad ipsum non ad caussam refertur. At ubi res agitur, & uera dimi-catio est, ultimus sit famæ locus. Propterea non debet quis-quam, ubi maxima rerum momenta uersantur, de uerbis esse

Xenophon in Oeconomico, & Cicero in Catone.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſolicitus. Neque hoc eo pertinet, ut in his nullus ſit ornatus, ſed uti preßior & ſeuerior, eò minus confeſſus, præcipuè ad materiam accommodatus. Nam & ſuadẽdo ſublimius aliquid ſenatus, cõcitatius populus, & in iudicijs publicæ capitales ſq; cauſſæ poſcunt accuratius dicendi genus. At priuatum conſilium, cauſſaſq; paucorum, ut frequenter accidit, calculorum, purus ſermo, & diſſimilis curæ magis decuerit. An non pudeat certam creditam pecuniam periodis poſtulare? aut circa ſtillicidia afficiſ aut in mancipij redhibitione ſudaret Sed ad propoſitum. Et quoniã orationis tam ornatus quàm perſpicuitas aut in ſingulis uerbis eſt, aut in pluribus poſitus: quid ſeparata, quid coniũcta exigant, cõſideremus. quanquã rectiſſimè traditum eſt, perſpicuitatem proprijs, ornatum translatis uerbis magis egere. Sciamus inornatum eſſe, quod ſit improprium. Sed cum idem frequentißimè plura ſignificẽt, quod συνωνυμία uocatur, iam ſunt alijs alia honeſtiora, ſublimiora, nitidiora, iucundiora, uocaliora. Nam ut ſyllabæ è literis melius ſonantibus clariores ſunt, ita uerba è ſyllabis magis uocalia: & quo plus quæq; ſpiritus habet, auditu pulchrior. Et quod facit ſyllabarũ, idem uerborum quoq; inter ſe copulatio, ut aliud alij iunctũ melius ſonet. Diuerſus eſt tamen uſus. Nam rebus atrocibus uerba etiam ipſo auditu aſpera magis conuenient. In uniuerſum quidem, optima ſimplicium creduntur, quæ aut maximè exclamant, aut ſono ſunt iucundißima. Et honeſta quidem turpibus potiora ſemper, nec ſordidis unquam in oratione erudita locus. Clara illa atque ſublimia plerunque materiæ modo cernenda ſunt. Quod enim alibi magnificum, tumidum alibi. Et quæ humilia circa res magnas, apta circa minores uidẽtur. Et ſicut in oratione nitida notabile eſt humilius uerbũ, et uelut maculatum à ſermone tenui ſublime nitidũq; diſcordat, fitq; corruptum, quia in plano tumet.

Cic. in Part.

Quæ

Quædam non tam ratione quàm ſenſu iudicantur: ut illud,

–Cæſa iungebãt fœdera porca, fecit elegãs, fictio nominis: quod ſi fuiſſet porco, uile erat. In quibuſdam ratio manifeſta eſt. Riſimus, & meritò, nuper Poëtam qui dixerat, Aeneid. 8.

Prætextam in ciſta mures roſere Camilli.

At Virgilij miramur illud, –Sæpe exiguus mus Georg. 4.

Nam epitheton exiguus, aptum proprium effecit ne plus expectaremus, & caſus ſingularis magis decuit, & clauſula ipſa unius ſyllabæ non uſitata, addidit gratiã. Imitatus eſt itaq; utrunque Horatius, –Naſcetur ridiculus mus. In arte.

Nec augenda ſemper oratio, ſed ſubmittenda nonnunquã eſt. Vim rebus aliquando & ipſa uerborum humilitas affert An cum dicit in Piſonem Cicero, Cum tibi tota cognatio in ſarraco aduchatur, incidiſſe uidetur in ſordidum nomẽ, non eo contemptum hominis quem deſtructum uolebat, auxiſſe? Et alibi, Caput opponis cum eo coniſcans. Vnde interim grati idiotis ioci: qualis eſt ille apud M. Tullium, Puſio qui cum maiore ſorore cubitabat. Et, Cn. Flauius, qui cornicum oculos confixit. Et pro Milone illud, Heus ubi Ruſcio? & Erutius Antoniaſter. Id tamen in declamationibus eſt notabilius, laudariq; me puero ſolebat, Da patri panem. & in eodem, Etiam canem paſcis. Res quidem præcipuè in ſcholis anceps, ſed frequenter cauſſa riſus, nunc utique, cum hæc exercitatio procul à ueritate ſeiuncta, laboret incredibili uerborum faſtidio, ac ſibi magnam partem ſermonis abſciderit. Pro Cæliõ. Pro Murænã. Pro Varcno, authore Priſciano.

Cum ſint autem uerba propria, ficta, translata: proprijs dignitatem dat antiquitas. nanque & ſanctiorem & magis admirabilem faciunt orationem, quibus non qualibet fuerat uſurus: eoq; ornamento acerrimi iudicij P. Virgilius unicè eſt uſus. Olli enim, & quianam, & mis, & ponè, pellucent & aſpergũ illam, quæ etiam in picturis eſt gratißima, uetuſtatis Aeneid. 1. & 2.

inimitabilem arti authoritatem. Sed utendum modo, nec ex ultimis tenebris repetenda. Satis est uetus Quæso, quid necesse est dicere? Oppidò, quo sunt usi paululum tempore nostro superiores, uereor ut tam non ferat quisquam: certè Antigerio, cuius eadem significatio est, nemo nisi ambitiosus utetur. Aerumnas quid opus est? tanquam parum sit si dicatur labor. Horridum, reor: tolerabile, autumo: tragicum, prolem ducendam: uniuersam eius prosapiam, insulsum. Quid multa? totus propè mutatus est sermo. Quædam tamē adhuc uetera ueftustate ipsa gratius nitent, quædam etiam necessariò interim sumuntur, nuncupare, & fari: & multa alia etiam audientibus grata inferi possunt, sed ita demum, si non appareat affectatio: in qua mirificè Virgilius est,

Cice. 2. de fi. Cice. 3. de Orat.

3. de Orat.

In priapeis.

* Hormethiorum amator iste uerborum,
Iste iste rhetor, nanque quatinus totus
* Thucydides Britannus, Atticæ febres,
Tau Gallicum imminet: ipsemet: malè illisit.

* Corinthiorum.

* Tyrannus. Vide Baptistā Pium capit. 43.

Ita omnia ista uerba miscuit fratri.

Philip. 1 1.

Cimber hic fuit, à quo fratrem necatum hoc Ciceronis dicto notatum est, Germanum Cimber occidit. Nec minus noto Sallustius epigrammate incessitur,

Et uerba antiqui multum furate Catonis
Crispe, Iugurthinæ conditor historiæ.

Odiosa cura. nam est cuilibet facilis: & hoc pessima, quòd rei studiosus, non uerba rebus aptauit, sed res extrinsecus arcessit, quibus hæc uerba conueniant. Fingere, ut primo libro dixi, Græcis magis concessum est, qui sonis etiam quibusdam & affectibus non dubitauerunt nomina aptare: non alia libertate, quàm qua illi primi homines rebus appellationes dederūt. Nostri autem in tangendo aut deriuando paulum aliquid ausi, uix in hoc satis recipiuntur. Nam memini iuuenis admodum inter Pomponium & Senecam etiam præfationibus esse tractatum, an, gradus eliminat, apud Accium in Tragœdia dici oportuisset. At ueteres ne expectorat quidem timuerunt. Et sane eiusdem notæ est, exanimat. At in tractu & declinatione talia sunt, qualia apud Ciceronem beatitas & beatitudo: quæ dura quidem sentit esse, ueruntamen usu putat posse molliri. Nec à uerbis modò, sed à nominibus quoque deriuata sunt quædam, ut à Cicerone * sullaturit. & ab Asinio fimbriaturit & figulaturit. Multa ex Græco formata noua, ac plurima à Sergio Flauio, quorum dura quædam admodum uidentur, ut ens, & essentia: quæ cur tantopere aspernemur, nihil uideo, nisi quòd iniqui iudices aduersus nos sumus, ideoq; paupertate sermonis laboramus. Quædam tamen perdurant. Nam & quæ uetera nunc sunt, fuerunt olim noua, & quædam in usu perquam recentia, ut Messala primus reatum, munerarium Augustæ primus, dixerunt. Piraticam quoq; ut musicam & fabricam dici adhuc dubitabant mei præceptores. Fauorem, & urbanum, Cicero noua credit. Nam & in epistola ad Brutū, Eum, inquit, amorem, & eum (ut hoc uerbo utar) fauorem in consilium aduocabo. Et ad Appium Pulchrum, Te hominem non solùm sapiētem, uerumetiam (ut nūc loquuntur) urbanum. Idem putat à Terentio primùm dictum esse obsequium. Cæcilius ad Sisennam, Albenti cælo. Cernicem uidetur Hortensius primus dixisse. nam ueteres pluraliter appellabant. Audendum itaque. Neque enim accedo Celso, qui ab Oratore uerba fingi uetat. Nam cum sint eorum alia (ut dicit Cicero) natiua, id est quæ significata sunt primo sensu: alia reperta, quæ ex his facta sunt: ut tā nobis ponere alia quàm quæ illi rudes homines primiq; fecerunt, fas non sit: at deriuare, flectere, conjugere, quod natis postea cōcessum est, quādo desijt licere? Et si quid periculosius finxisse uidebimur, quib

3. de Orat.

De Natura deorum. 1.

Libr. epist. ad Att. 9. ep. 181.

* Subuculatū, & ab Asi. fimbriatū & fibulatum

Epist. lib. 3.

In Andria.

3. de Orat. & in Part.

quibusdam remedijs præmuniendum est, Vt ita dicam, si licet dicere, quodammodo, permitte mihi sic. Quod idē etiam in ijs quæ licentius translata erunt, proderit, quæ non tutò dici possunt. In quo non falli iudicium nostrū, solicitudine ipsa manifestum erit. Qua de re Græcum erit illud elegātissimum, quo præcipitur ita, περιπολύσειν τῇ ὑπόβολῇ. Translata probari nisi in contextu sermonis non possunt. Itaq; de singulis uerbis satis dictum, quæ, ut alio loco ostendi, per se nullam uirtutem habent. Sed ne inornata sunt quidem, nisi cum sunt infra rei de qua loquendum est, dignitatem: excepto, si obscœna nudis nominibus enuncientur. Quod uiderint, qui non putant esse uitanda, quia nec sit uox ulla natura turpis: & siqua est rei deformitas, alia quoque appellatione quacunque ad intellectum eundem nihilominus perueniat. Ego Romani pudoris more contentus, ut iam respondi talibus, uerecundiam silentio uindicabo. Iam hinc igitur ad coniuncti sermonis rationem transeamus. Cuius ornatus in hæc duo prima diuiditur, quam concipiamus elocutionē, quo modo efferamus. Nam primum est, ut liqueat, augere quid uelimus, an minuere: concitatè dicere, an moderate: lætè, an seuerè: abundanter, an presse: asperè, an leniter: magnificè, an subtiliter: grauiter, an urbanè. Tum quo translationis genere, quibus figuris, qualibus sententijs, quo modo, qua postremò collocatione, id quod intendimus, efficere possimus. Cæterùm dicturus quibus ornetur oratio, prius ea quæ sunt huic contraria laudi, attingam: nam prima uirtus est, uitio carere. Igitur ante omnia, ne speremus ornatā orationem fore, quæ probabilis non erit. Probabile autem Cicero id genus dicit, quod non plus minusue est quàm decet. Nō quia comi expoltriq; nō debeat, (nā & hæc ornatus pars est) sed quia uitiū est ubique quod nimium est. Itaque uult esse authoritatē & pōdus in uerbis, sentētias uel graues, uel aptas opinio

Lib. 1. ca. 5.

Cicc. epistol. famil. 9. epistol. 22.

In Partit.

opinionibus hominum ac moribus. His enim saluis licet assumere ea quibus illustrē fieri orationē putat. Delectant translata, superlata, ad nomen adiuncta, duplicata, & idem significantia, ab ipsa actione atque ab imitatione rerum non abhorrentia. Sed quoniam uitia prius demonstrare aggressi sumus, uel hoc uitium sit quod κακόφατον uocatur: siue mala consuetudine in obscœnum intellectum sermo detortus est, ut ductare exercitus, & patrare bellum, apud Sallustium dicta sanctè & antiquè, ridentur à nobis, si dijs placet. quam culpam non scribentium quidem iudico, sed legentium: tamen uitanda, quatimus uerba honesta moribus perdidimus, & euincentibus etiam uitijs cedendum est, siue iunctura deformiter sonat, ut si cum hominibus notis loqui nos dicimus, nisi hoc ipsum hominibus medium sit, in præsata uidemur incidere: quia ultima prioris syllabæ litera, quæ exprimi nisi labris cōeuntibus non potest, aut intersistere nos indecentissimè cogit, aut cōtinuata cum insequēte, in naturā eius corrumpitur. Aliæ coniūctiones aliquid simile faciūt, quas persequi longum est, in eo uitio quod uitādum dicimus, commorātes. Sed diuisio quoq; affert eandē iniuriā pudori, ut si intercapedinis nominatiuo casu quis utatur. Nec scripto modò id accedit, sed etiam sensu pleriq; obscœnè intelligere, nisi caueris, cupiūt: ut apud Ouidiū, Quæq; latēt, meliora putat.— ac ex uerbis quæ lō- Metam. 1.
gissimè ab obscœnitate absunt, occasionem turpitudinis rapere. Siquidem Celsus cacophaton apud Virgilium putat,

Incipiūt agitata tumescere.— quod si recipias, nihil loq tu- Georg. 1.
tiū est. Deformitati proximū est humilitatis uitiū, ταπείνωσιν uocāt, qua rei magnitudo uel dignitas minuitur: ut Saxea est uerruca in summo montis uertice. Cui natura cōtrarium, sed errore par est, paruis dare excedentia modum nomina, nisi cū ex industria risus inde captatur. Itaque nec parricidā, neq;

nequam dixeris hominem: nec deditum fortè meretrici, nefarium: quòd alterum parum, alterum nimium est. Proinde quædam hebes, sordida, ieiuna, tristis, ingrata, uilis oratio est. Quæ uitia facillimè fiunt manifesta cõtrarijs uirtutibus. Nam primum acuto, secundum nitido, tertium copioso, deinceps hilari, iucundo, accurato diuersum est. Vitanda & μείωσις, cum sermoni quidem deest aliquid quò minus plenus sit, quãquam id obscuræ potius quàm inornatæ orationis uitium est. Sed hoc quoque cum à prudentibus fit, schema dici solet, sicut ταυτολογία, id est eiusdem uerbi aut sermonis iteratio. Hæc enim, quanquã non magnopere summis authoribus uitata, interim uitiũ uideri potest: in quod sæpe incidit etiam Cicero, se-

Pro Cluen. curus tam paruæ obseruationis, sicut hoc loco, Non solùm igitur illud iudiciũ iudicij simile iudices non fuit. Interim mutato nomine ἐπαναλήψις dicitur, atq; est & ipsum inter schemata: quorũ exempla illo loco reddam, quo uirtutes erunt. Peior hac ὁμοιολογία est, quæ nulla uarietatis gratia leuat tædium, atque est tota coloris unius, quæ maximè deprehẽditur carens arte Oratoria: eaq; & in sententijs, & figuris, & compositione lõga, non animis solùm, sed etiã auribus est ingratissima. Vitanda μακρολογία id est longior quàm oporteat sermo, ut

Lib.8.ab urbe cond. apud Liuium, Legati non impetrata pace, retro domũ, unde uenerant, abierũt. Sed huic uicina periphrasis uirtus habetur. Est & πλεονασμὸς uitiũ, cum superuacuis uerbis oneratur oratio, Ego meis oculis uidi. Satis est enim, uidi. Emẽdauit hoc nõ inurbanè in Hirtio Cicero, qui cũ in Pãsam declamãs, filiũ à matre decẽ mẽsibus in utero latũ esse dixisset, Quid? aliæ, inquit, in penula solẽt ferre? Nonnunquã tamẽ illud genus, cuius exemplum priore loco posui, affirmationis gratia adhibetur,

Aneid.4. —Vocemq; his auribus hausi. At uitiũ erit, quoties ocio-sum fuerit, & supererit, non cum adijcietur. Est etiam quæ

περιφρασία uocatur, superuacua (ut sic dixerim) operositas, ut à diligenti curiosus, & à religione superstitio distat. Atq; ut semel finiam, uerbũ omne quod neque intellectum adiuuat, neque ornatum, uitiosum dici potest. Κακόζηλον, id est mala affectatio, per omne dicendi genus peccat. Nam & tumida, & exilia, & præduleia, & abũdantia, & arcessita, & exultantia, sub idem nomen cadũt. Denique κακόζηλον uocatur, quicquid est ultra uirtutẽ, quoties ingenium iudicio caret, & specie boni fallitur: omnium in eloquentia uitiorum pessimum. Nam cætera cum uitentur, hoc petitur. Est autẽ totum in elocutione. Nam rerum uitia sunt, stultum, commune, contrariũ, superuacuum: corrupta oratio in uerbis maximè improprijs, redundantibus, comprehẽsione obscura, compositione fracta, uocum similium aut ambiguarum puerili captatione consistit. Est autẽ omne κακόζηλον utique falsum, etiãsi non omne falsum κακόζηλον, ut cum dicitur aliter quàm se natura habet, & quàm oportet, & quàm sat est. Totidem autem generibus corrumpitur oratio, quot ornatur. Sed de hac parte & in alio à nobis opere plenius dictum est, & in hoc sæpe tractabitur, & adhuc spargetur omnibus locis. Loquentes enim de ornatu, subinde quæ sunt uitanda, similia uirtutibus uitia, dicemus. Sunt inornata & hæc. Quod male dispositum est, id ἀνοικονόμητον: Quod male figuratũ, id ἀσχημάτιστον: Quod male collocatum, id κακοσύνθετον uocãt. Sed de dispositione diximus: de figuris & cõpositione dicemus. Κακισμὸς quoque appellatur quædam mista ex uaria ratione linguarum oratio, ut si Atticis Dorica, Ionica, Aeolica etiam dicta confundas. Cui simile uitiũ est apud nos, si quis sublimia humilibus, uetera nouis, poëtica uulgaribus misceat. Id enim tale est monstriũ, quale Horatius in prima parte libri de arte poëtica fingit,

Humano capiti ceruicẽ pictor equinã Iungere si uelit, —

& cæ

In libro de causis corruptæ eloquentiæ.

& cætera ex diuersis naturis subijciat. Ornatum est quod perspicuo ac probabili plus est. Eius primi sunt gradus in eo quod uelis exprimēdo, concipiendoq; tertius, qui hæc nitidiora faciat: quod proprie dixeris cultum. Itaq; ζωάργειαν, cuius in præceptis narrationis feci mentionem, quia plus est euidētia, uel, ut alij dicūt, ræpræsentatio, quàm perspicuitas: & illud quidem patet, hæc se quodammodo ostendit: inter ornamenta ponamus. Magna uirtus est, res de quibus loquimur, clare, atque ut cerni uideantur, enūciare. Non enim satis efficit, neque ut debet plenè dominatur oratio, si usque ad aures uolet, atq; ea sibi iudex de quibus cognoscit, narrari credit, non exprimi, & oculis mentis ostendi. Sed quoniam pluribus modis accipi solet, non equidē in omnes eam particulas secabo, quarum ambitiose à quibusdam numerus augetur, sed maxime necessarias attingam. Est igitur unum genus quo tota rerum imago quodammodo uerbis depingitur,

Aneid. 5. Constitit in digitos extemplo arrectus uterque,

& cætera, quæ nobis illam pugilum congredientium faciem ita ostendunt, ut non clarior futura fuerit spectantibus. Plurimum in hoc genere, sicut in cæteris, emunet Cicero. An quisquam tam procul à concipiendis imaginibus rerum abest, ut

Act. 7. cum illa in Verrē legit, Stetit soleatus Prætor populi Romani cū pallio purpureo, tunicaq; talari, mulierecula nixus in littore: non solum ipsum os intueri uideatur, & locum & habitū, sed quædam etiam ex ijs quæ dicta non sunt, sibi ipse adstruat? Ego certè mihi cernere uideor & uultum, & oculos, & deformes utriusque blāditias, & eorū qui aderant, taciturn auersationem, ac timidam uerecundiā. Interim ex pluribus efficitur illa quā conamur exprimere facies, ut est apud eundē (nāque ad omnium ornandi uirtutē exempla uel unus sufficit) in descriptione cōuiuij luxuriosi, Videbar uidere alios intrātes, alios

alios uerò exeuntes, quosdā ex uino uacillantes, quosdā hesterna potatione oscitantes. Versabatur inter hos Gallius unguētis oblitus, redimitus coronis. Humus erat immunda, lutulenta uino, coronis languidulis, & spinis cooperta piscium. Quid plus uideret qui intrasset? Sic urbiū captarū crescit miseratio. Sine dubio enim qui dicit expugnatum esse ciuitatem, complectitur omnia quæcūq; talis fortuna recipit: sed in affectus nunus penetrat breuis hic uelut nūcius. At si aperias hæc quæ uerbo uno inclusa erant, apparebunt & fusæ per domos ac templa flammæ, & ruētium tectorū fragor, & ex diuersis clamoribus unus quidam sonus, aliorum fuga incerta, alij in extremo complexu suorum cohærentes, & infantium fœminarumq; ploratus, & malè usq; in illum diem seruati fato senes: tum prophanorum sacrorumq; direptio, efferentium prædas repetentiumq; discursus, & acti ante suū quisq; prædonem catenati, & conata retinere infantem suum mater, & sicubi maius lucrum est. pugna inter uictores. Licet enim hæc omnia (ut dixi) cōplectatur euersio, minus est tamen totū dicere, quàm omnia. Consequemur autē ut manifesta sint, si fuerint uerisimilia: & licebit etiam falsò adfingere quicquid fieri solet. Contingit eadem claritas etiam ex accidentibus,

Mihi frigidus horror Aeneid. 2.
Membra quatit, gelidusq; coit formidine sanguis.

Et trepidæ matres pressere ad pectora natos. Atq; huius Aeneid. 7.
summæ iudicio quidem meo uirtutis facillima est uia. Naturā intueamur, hanc sequamur. Omnis eloquētia circa opera uitæ est, ad se refert quisq; quæ audit: & id facillimè accipiunt animi, quod agnoscūt. Præclare uerò ad inferendam rebus lucē, repertæ sunt similitudines, quarū aliæ sunt quæ probationis gratia inter argumenta ponuntur, aliæ ad exprimendā rerum imaginem compositæ, quod est huius loci proprium,

Vide Aquilā Romanū de Prodiorthosi.

Aeneid.2. _Inde lupi ceu Raptores atra in nebula._ Et,

Aeneid.4. _Aui similis, quæ circum littora, circum
Piscosos scopulos humilis uolat æquora iuxta.

Quo in genere id est præcipuè custodiendum, ne id quod similitudinis gratia adsciuimus, aut obscurum sit, aut ignotum. Debet enim quod illustrandæ alterius rei gratia assumitur, ipsum esse clarius eo quod illuminat. Quare sanè poëtis quidem permittamus huiusmodi exempla,

Aeneid.4. Qualis ubi hybernam Lyciam Xanthiq; fluenta
Deserit, aut Delon maternam inuisit Apollo.

Non idem deceb t Oratorẽ, ut occultis aperta demõstret. Sed illud quoq; de quo in argumẽtis diximus, similitudinis genus ornat orationem, faciitq; sublimem floridam, iucundam mirabilem. Nam quo quæq; longius petita est, hoc plus affert nouitatis, atq; inexpectata magis est. Illa uulgaria uideri possũt, & utilia tamen ad conciliandam fidem, Vt terram cultu, sic animum disciplinis meliorem ubertoremq; fieri. Et ut medici abalienata morbis membra præcidunt, ita turpes ac perniciosos, etiam si nobis sanguine cohærent, amputandos. Iam sublimius illud pro Archia, Saxa atq; solitudines uoci respõdent, bestiæ sæpe immanes cantu flectuntur atq; consistunt, &c. Quod quidem genus à quibusdam declamatoria maximè licentia corruptum est. Nam & falsis utuntur: nec illa ijs quibus tandem similia uideri uolunt, applicant: quorum utrumq; in ijs est quæ me iuuene ubiq; cantari solebant, Magnorum fluminum nauigabiles fontes sunt. &, Generosiorum arboris statim planta cum fructu est. In omni autem parabola aut præcedit similitudo, & res sequitur: aut præcedit res, & similitudo sequitur. Sed interim libera & separata est: interim, quod longe optimum est, cum re cuius est imago, connectitur, collatione inuicem respondente, quod facit reddatio contraria, quæ

quæ ἀντιπόδοσις dicitur. Præcedit similitudo illa, cuius modò feci mentionem, _Inde lupi ceu
Raptores atra in nebula._ Sequitur in primo Georgicõn post longã de bellis ciuilibus atq; externis conquestionẽ,

Vt cum carceribus sese effudère quadrigæ,
Adduntq; se in spatia, & frustra retinacula tendens
Fertur equis auriga, neq; audit currus habenas.

Sed hæc sunt sine antapodosi. Redditio autẽ illa rem utrãq; quam comparat, uelut subijcit oculis, & pariter ostendit. Cuius præclara apud Virgilium multa reperio exẽpla, sed oratorijs potius utẽdum est. Dicit Cicero pro Muræna, Vt aiunt in Græcis artificibus eos auleædos esse, qui citharœdi fieri nõ potuerũt: sic nos uidemus, qui Oratores euadere nõ potuerũt, eos ad iuris studium deuenire. Illud pro eodẽ, iam penè poëtico spiritu, sed tamen cum sua reddutione, quod est ad ornatum accommodatius: Nam ut tempestates sæpe certo aliquo cæli signo commouentur, sæpe improuiso, nulla ex certa ratione, obscura aliqua ex caussa concitantur: sic in hac comitiorum tempestate populari sæpe intelligas quo signo commota sit: sæpe ita obscura est, ut casu excitata esse uideatur. Sunt & illæ breues, Vagiq; per syluas ritu ferarum. Et illud Ciceronis in Clodium, Quo ex iudicio uelut ex incendio nudus effugit. Quibus simulia possunt cuicunq; etiam ex quotidiano sermone succurrere. Huic subiacet uirtus non solùm aperte ponendi rem ante oculos, sed circuncise atq; uelociter. Ac meritò laudatur breuitas integra, sed ea minus præstat quoties nihil dicit nisi quod necesse est, βραχυλογίαν uocant, quæ reddetur inter schemata. Est uerò pulcherrima, cum plura paucis cõplectimur, quale illud Sallustij est, Mithridates corpore ingenti perinde armatus. Hoc malè imitantes sequitur obscuritas. Vicina prædictæ, sed amplior uirtus est ὑπόφασις,

altiorem præbẽs intellectum, quàm quẽ uerba per se ipsa declarant. Eius duæ sunt species: altera, quæ plus significat quàm dicit: altera, quæ etiam id quod non dicit. Prior est & apud Odyss. 4. & 8. Homerum, cum Menelaus Graios in equo sedisse dicit: nam uerbo uno magnitudinem eius ostendit. & apud Virgilium, Aeneid. 2. Demissum lapsi per funẽ. Nam sic quoq; altitudo de- Aeneid. 3. mõstrata est. Idem Cyclopa cum iacuisse dicit per antrũ, prodigiosum illud corpus spatio loci mensus est. Sequẽs posita est in uoce aut omnino suppressa, aut etiam abscissa. Supprimitur uox, ut fecit pro Ligario Cicero. Quòd si in hac tanta tua fortuna lenitas tanta non esset, quantam tu per te, per te inquam obtines: intelligo quid loquar. Tacuit enim illud, quod nihil omnus accipimus, nõ deesse homines qui ad crudelitatem eum impellerent. Abscinditur per ἀποσιώπησιν, quæ quoniam est figura, reddetur suo loco. Est in uulgaribus quoq; uerbis emphasis, Virum esse oportet. &, Homo est ille. &, Viuendum est. Adeò similis est arti plerunq; natura. Non tamen satis eloquentiæ est, ea de quibus dicat, clarè atq; euidenter ostendere: sed sunt multi ac uarij excolendæ orationis modi. Nam & ipsa illa ἀφέλεια simplex & inaffectata habet quendam purum, qualis etiam in fœminis amatur, ornatũ: & sunt quædam uelut è tenui diligentia circa proprietatem significationemq; munditiæ. Alia copia locuples, alia floribus læta: uirium nõ unum genus. Nam quicquid in suo genere satis effectum est, ualet. Præcipua tamen eius opera δέινωσις in exaggerãda indignitate: & in cæteris altitudo quædam: φαντασία in cõcipiendis uisionibus: ἐνεργασία in efficiendo uelut opere proposito: cui adijcitur ἐπεξεργασία, repetitio probationis eiusdẽ, & cumulus ex abundanti. Περιεργεια confinis his est, ab agẽdo ducta, & cuius propria sit uirtus, nõ esse quæ dicũtur, ociosa. Est & amarũ quiddam, quod ferè in cõtumelia est posit

positum, quale est Cassij, Quid facies cum in bona tua inuaseros? hoc est cum te docuero nescire maledicere? Et acre, ut illud Crassi, Ego te consulem putem, cum tu me non putes senatorem? Sed uis Oratoris omnis in augendo minuendoq; consistit. Vtriq; parti totidem modi, ex quibus præcipuos attingemus: reliqui similes erunt. Sunt autem positi in rebus, & uerbis. Sed quæ sit rerum inuentio ac ratio, tractauimus: nunc quid elocutio attollat aut deprimat, dicendum. In Philippũ.

De Amplificatione. CAP. IIII.

PRima est igitur amplificandi uel minuẽdi species in ipso rei nomine, ut cum eum qui sit cæsus, occisum: eum qui sit improbus, latronem: contraq; eum qui pulsauit, attigisse: qui uulnerauit, læsisse dicimus. Vtriusque pariter exemplum est pro M. Cælio, Si uidua libere, protera petulanter, diues effuse, lubidinosa meretricio more uiueret, adulterum ego putarem. siquis hanc paulo liberius salutasset? Nam & impudicam meretricem uocauit: & eum cui longior cum illa fuerat usus, libertus saluasse. Hoc genus increscit, ac fit manifestius, si ampliora uerba cum ipsis nominibus pro quibus ea posituri sumus, conferantur: ut Cicero in Verrem, Non enim Act. 7. furem, sed raptorem: non adulterum, sed expugnatorem pudicitiæ: non sacrilegum, sed hostem sacrorum, religionumq;: non sicarium, sed crudelissimum carnificẽ ciuium sociorumq; in uestrum iudicium adduximus. Illo enim modo ut sit multum, hoc etiam plus ut sit efficitur. Quatuor tamen maximè generibus iudex constare amplificationem, incremento, comparatione, ratiocinatione, congerie. Incrementum est potentissimum, cum magna uidentur etiam quæ inferiora sunt. Id aut uno gradu fit, aut pluribus. Per id uenitur non modò ad summum, sed interim quodammodo supra summũ. Omnibus his sufficit uel unum Ciceronis exemplum, Facinus est Act. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uincire ciuem Romanum, scelus uerberare, propè parricidiũ necare: quid dicam in crucem tollere? Nam & si tantum uerberatus esset, uno gradu increuerat, ponendo etiam id esse facinus, quod erat inferius. Et si tantum occisus esset, per plures gradus ascenderat. Cum uerò dixerit, propè parricidium necare: supra quod nihil est adiecit, quid dicam in crucem tollere? Ita cum id quod maximum est occupasset, necesse erat in eo quod ultra est, uerba deficere. Fit & aliter supra summum
Aeneid.8. adiectio: ut apud Virgilium de Lauso,

Quo pulchrior alter
Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni.

Summũ est enim, quo pulchrior alter nõ fuit. huic deinde aliquid suprapositũ est. Tertius quoq; est modus, ad quẽ non per gradus itur, ut quod non est plus quam maximũ, sed quo nihil maius est. Matrẽ tuã occidisti. Quid dicam amplius? Matrem tuam occidisti. Nam & hoc augendi genus est, tantum aliquid efficere, ut non possit augeri. Crescit oratio minus aperte, sed nescio an hoc ipso efficacius, cum citra distinctionẽ in cõtextu & cursu semper aliquid priore maius insequitur: ut de uomitu
Philip.2. in Antoniũ Cicero, In cœtu uerò populi Romani negociũ publicũ gerẽs, magister equitũ. Singula incrementũ habẽt. Per se deforme, uel nõ in cœtu uomere: in cœtu etiam non populi: populi etiã non Romani: uel si nullum negociũ ageret, uel si non publicum: uel si non magister equitum. Sed alius diuideret hæc, & circa singulos gradus moraretur: hic in sublime etiã currit, & ad summũ peruenit nõ nixu, sed impetu. Verùm ut hæc amplificatio in superiora tẽdit, ita quæ fit per cõparationẽ, incrementum ex minoribus petit. Augendo enim quod est infra, necesse est extollat id quod supra positum est: ut idem, atq; in eodem loco, Si hoc tibi inter cœnam, & in illis immanibus poculis tuis accidisset, quis non turpe duceret? In cœtu

cœtu uerò populi Romani, & in Catilinam, Serui mehercule Inuect.1.
mei si me isto pacto metuerent, ut te metuunt omnes ciues tui, domum meam relinquendam putarem. Interim proposito uelut simili exemplo, efficiendum est ut sit maius id quod à nobis exaggerandum est: ut idem pro Cluentio, cum exposuisset Milesiam quandam à secundis hæredibus pro aborta pecuniam accepisse, Quanto est, inquit, Oppianicus in eadem iniuria maiore supplicio dignus? Siquidem illa cum suo corpori uim attulisset ipsa cruciauit: hic autem idem illud effecit per alienum corporis uim atq; cruciatum. Nec putet quisquam hoc, quanquam est simile, illi ex argumentis loco, quo maiora ex minoribus colliguntur, idem esse. Illic enim probatio petitur, hic amplificatio: sicut in Oppianico non id agitur in illa comparatione, ut ille malè fecerit, sed ut peius. Est tamen quanquã diuersarum rerum quædam uicinia. Repetam igitur hic quoque idem quo sum illic usus exemplum, sed non in eundem usum. Nam hoc mihi ostendendum est, augendi gratia non tota modò totis, sed etiam partes partibus cõparari: sicut hoc loco, An uerò uir amplissimus P. Scipio pontifex maximus Tib. In Catil.1.
Gracchum mediocriter labefactantem statum Reipub. priuatus interfecit: Catilinam orbem terrarum cæde atq; incendio uastare cupientem, nos consules perferemus? Hic & Catilina Graccho, & statui Reipub. orbi terrarũ, & mediocri labefactatio cædi & incendijs & uastationi, & priuatus consulibus cõparatur: quæ si quis dilatare uelit, plenos singula locos habent. Quas dixi per ratiocinationem fieri amplificationes, uideamus an satis proprio uerbo significauerim. Nec sum in hoc solicitus, dum res ipsa uolentibus dicere appareat. Hoc sum tamẽ secutus, quòd hæc amplificatio alibi posita est, alibi ualet: & ut aliud crescat, aliud augeatur: unde ad id quod extolli uolumus, ratio deducatur. Obiecturus Antonio Cicero Philip.2.

merũ & uomitum, Tu, inquit, istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate. Quid fauces & latera ad ebrietatẽ? Minimè sunt ociosa. Nam respicientes ad hæc, possumus æstimare quãtum ille uini in Hippiæ nuptijs exhauserit, quod ferre & coquere nõ posset illa gladiatoria corporis firmitate. Ergo si ex alio colligitur aliud, nec impropriũ, nec inusitatum nomẽ est ratiocinationis, ut quod ex eadem caussa inter status quoq; habemus. Sic & ex insequẽtibus amplificatio ducitur. Siquidẽ tanta uis fuit uini erũpentis, ut non casum afferret aut uoluntatẽ, sed necessitatẽ, ubi minimè deceret, uomendi: & cibus nõ recens, ut accidere interim solet, redderetur, sed qui usq; in posterũ diem redundaret. Idẽ hoc præstant quæ antecesserunt. Nam cum Aeolus à Iunone rogatus,

Aeneid.1. –Cauum conuersa cuspide montem
Impulit in latus, ac uenti uelut agmine facto,
Qua data porta, ruũt: – apparet quanta sit futura tẽpestas. Quid? cum res atrocissimas quasq; in summã ipsi extulimus inuidiam, eleuamus consultò, quò grauiora uideãtur quæ

Act.7. secutura sunt: ut à Cicerone factum est cum illa diceret, Leuia sunt hæc in hoc reo crimina: Metũ uirgarũ Nauarchus nobilissimæ ciuitatis precio redemit: humanum est. Alius, ne securi feriretur, pecuniã dedit: usitatũ est. Non ne usus est ratiocinatione, qua colligerẽt audientes quantũ illud esset quod inferebatur, cui comparata hæc, humana uiderentur atq; usitata? Sic quoq; solet ex alio aliud augeri, ut cum Hannibalis bellicis laudibus ampliatur uirtus Scipionis. Et fortitudinem Gallorum Germanorumq; miramur, quò sit maior C. Cæsaris gloria. Illud quoq; est ex relatione ad aliquid, quod non eius rei gratia dictum uidetur, amplificationis genus. Non putant in-

Iliad.3. dignum Troiani principes, Graios Troianosq; propter He-
Helenæ forma. lenæ speciem tot mala tanto temporis spatio sustinere: quænam igitur illa forma credenda est? Non enim hoc dicit Patri,

qui rapuit: non aliquis iuuenis, non unus è uulgo: sed senes & prudentissimi, & Priamo assidentes. Verùm & ipse rex decenni bello exhaustus, amissis tot liberis, immunẽte summo discrimine, cui faciem illam, ex qua tot lacrymarum origo fluxisset, inusitatam atque abominandam esse oportebat, & audit hæc, & eam filiam appellans, iuxta se locat, & excusat etiam, atque sibi esse malorum causam negat. Nec mihi uidetur in Symposio Plato, cum Alcibiadẽ confitentẽ de se quid à Socrate pati uoluerit narrat, ut illum culparet hæc tradidisse: sed ut Socratis inuictam continentiam ostenderet, quæ corumpi speciosissimi hominis tam obuia uolũtate non posset. Quin ex instrumento quoq; heroum illorũ magnitudo æstimanda nobis datur. ad hoc pertinet clypeus Aiacis, & hasta Pelias Achil- Iliad.6.
lis. Qua uirtute egregiè est usus in Cyclope Virgilius. Nam Iliad.16.
quod illud corpus mẽte cõcipiã, cuius Trũca manũ pinus regit? – Aeneid.3.
Quid? cum uix loricã duo multiplicẽ cõnixi humeris ferrent, quãtus Demoleos, qui indutus eam, –Cursu palantes Troas agebat? Aeneid.9.
Quid M. Tullius de M. Antonij luxuria Philipp.2.
tantum fingere saltem potuisset, quantũ ostẽdit dicendo, Conchyliatis Cn. Pompeij peristromatis seruorum in cellis stratos lectos uideres? Conchyliata peristromata, & Cn. Pompeij, & in cellis seruorum, nihil dici potest ultra: & necesse est tamen infinito plus in domino cogitare. Est hoc simile illi quod ἔμφασις dicitur: sed illa ex uerbo, hoc ex re coniecturam facit: tantoq; plus ualet, quanto res ipsa uerbis est firmior. Po- Quartus.
test adscribi amplificationi congeries quoque uerborum ac sententiarum idem significantium. Nam etiam si non per gradus ascendant, tamẽ uelut aceruo quodã alleuãtur. Quid enim Per congeriem uerborũ
tuus ille Tubero districtus in acie Pharsalica gladius agebat? Pro Liga.
cuius latus ille mucro petebat? quis sensus erat armorum tuorum? quæ tua mens? oculi? manus? ardor animi? quid cupiebas?

Universidad de Deusto Biblioteca

συναθροισμός. bas? quid optabas? Simile est hoc figuræ quam συναθροισμὸν uocant: sed illic plurium rerum est congeries, hic unius multiplicatio. Hæc etiam crescere solet uerbis omnibus altius in-
Act. 7. surgentibus: Aderat ianitor carceris, carnifex Prætoris, mors terrorq; sociorum, & ciuium Romanorum, lictor Sextius.

Imminutionis ratio. Eadem ferè est ratio minuendi. Nam totidem sunt ascendẽtibus, quot descendentibus gradus. Ideoq; uno ero exemplo contentus eius loci quo Cicero de oratione Rulli hæc dicit, Pauci tamen, qui proximi adstiterant, nescio quid illum de lege Agraria uoluisse dicere suspicabantur. Quod si ad intellectum referas, minutio est: si ad obscuritatem, incrementum.

Scio posse uideri quibusdam speciem amplificationis hyperbolen quoque: nam & hæc in utranque partem ualet: sed quia excedit hoc nomen, in tropos differenda est. Quos continuò subiungerem, nisi esset à cæteris separata ratio dicendi quæ constat non proprijs, sed translatis. Demus ergo breuiter hoc desiderio iam penè publico, ne omittamus eum quem plerique præcipuum ac penè solum putant orationis ornatũ.

De generibus sententiarum. CAP. V.

SEntentiã ueteres quod animo sensissent uocauerũt. Id cum est apud oratores frequentissimum, tum etiam in usu quotidiano quasdã reliquias habet. Nam & iuraturi ex animi nostri sententia, & gratulantes ex sententia dicimus. Non rarò tamen & sic locuti sunt, ut sensa sua dicerent: nam sensus, corporis uidebãtur. Sed consuetudo iam tenuit, ut mẽte concepta, sensus uocaremus: lumina autem, præcipueq; in clausulis posita, sententias. Quæ minus crebra apud antiquos, nostris temporibus modo carent. Ideoq; mihi & de generibus earum, & de usu arbitror pauca dicẽda. Antiquissimæ sunt, quæ propriè, quanuis omnibus idem sit nomen, sententiæ uocantur quas Græci γνώμας appellãt. Vtrunque autem nomen ex

ex eo acceperunt, quòd similes sunt consilijs aut decretis. Est autem hæc uox uniuersalis, quæ etiam citra complexum caussæ possit esse laudabilis, interim ad rem tantùm relata: ut, Nihil est tam populare quàm bonitas. interim ad personam: quale est Afri Domitij, Princeps qui uult omnia scire, necesse habet multa ignoscere. Hanc quidam partem enthymematis, quidam initium aut clausulam epicherematis esse dixerunt: & est aliquando, non tamen semper. Illud uerius, esse eam aliquando simplicem, ut eam quam suprà dixi. Aliquando ratione subiecta. Nam in omni certamine qui opulentior est, etiam si accipit iniuriam, tamen quia plus potest, facere uidetur. Nonnunquam duplicem, Obsequium amicos, ueritas odium parit. Sunt etiam qui decem genera fecerunt, sed eo modo quo fieri uel plura possunt, per interrogationẽ, comparationẽ, inficiationẽ, similitudinẽ, admirationẽ, & cætera huiusmodi. per omnes enim figuras tractari potest. Illud notabile ex diuersis, Mors misera nõ est, aditus ad mortẽ miser est. Ac rectæ quidẽ sunt tales, Tã deest auaro quod habet, quàm quod nõ habet. Sed maiorem uim accipiunt cõmutatione figuræ: ut,

Pro Ligar.

Sallust. in Iugur.

Vsq; adeo ne mori miserum est? Acrius enim hoc, quàm per se, Mors misera nõ est. Et trãslatione à communi ad proprium. Nam cum sit rectum, Nocere facile est, prodesse difficile: uehementius apud Ouidium Medea dicit,

Aneid. 12.

Seruare potui, perdere an possim rogas? Vertit ad personã Cicero, Nihil habet, Cæsar, nec fortuna tua maius, quàm ut possis: nec natura melius, quàm ut uelis seruare quamplurimos. Ita quæ erãt rerũ, propria fecit hominis. In hoc genere custodiendũ est, & id quidem ubique, ne crebræ sint, ne palàm falsæ (quales frequenter ab ijs dicũtur qui hæc καθολικὰ uocãt: et qcquid pro caussa uidetur, quasi indubitatũ pronũciãt) & ne passim & à quocũque dicantur. Magis enim decẽt eos in

Pro Ligar.

in quibus est authoritas, ut rei pondus etiam persona confirmet. Quis enim ferat puerum aut adolescentulum, aut etiam ignobilem, si iudicet in dicendo, & quodammodo præcipiat? Enthymema quoque est omne quod mente concipimus: proprie tamen dicitur quæ est sententia ex contrarijs, propterea quòd eminere inter cæteras uidetur, ut Homerus poëta, urbs Roma. De hoc in argumentis satis dictum est. Non semper autem ad probationem adhibetur, sed aliquando ad ornatum.

Pro Ligar. Quorum igitur impunitas, Cæsar, tuæ clementiæ laus est, eorum te ipsorum ad crudelitatem acuet oratio? Non quia sit ratio dissimilis, sed quia iam per alia ut id iniustum appareret, effectum erat. Et addita in clausula est epiphonematis modo non tam probatio, quàm extrema quasi insultatio. Est enim epiphonema, rei narratæ uel probatæ summa acclamatio,

Aeneid. 1. Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

Pro Milo. Facere enim probus adolescens periculose, quàm perpeti turpiter maluit. Est & quod appellatur à nouis νόημα, quæ uoce omnis intellectus accipi potest: sed hoc nomine donarunt ea quæ non dicũt, uerũ intelligi uolunt: ut in eum quem sæpius à ludo redemerat soror, agentem cum ea talionis, quod ei pollicem dormienti recidisset, Eras dignus ut haberes integram manum. Sic enim auditur, ut depugnares. Vocatur aliquid & clausula: quæ si est quod conclusionem dicimus, & rectè, &

Pro Ligar. quibusdam in partibus necessaria est. Quare prius de facto uestro fateamur necesse est, quàm Ligarij culpã ullam reprehendatis. Sed nunc illud uolunt, ut omnis locus, omnis sensus in fine sermonis feriat aurem. Turpe autem ac prope nefas ducunt, respirare ullo loco qui acclamationem non petierit. Inde nunuti corruptiq; sensiculi, & extra rem petiti. Neque enim possunt tam multæ bonæ sententiæ esse, quam necesse est multæ sint clausulæ. Iam hæc magis noua sententiarum gene

nera: Ex inopinato: ut dixit Vibius Crispus in eum qui cum loricatus in foro ambularet, prætendebat id se metu facere, Quis tibi sic timere permisit? Et insigniter Aphricanus apud Neronem de morte matris, Rogant te Cæsar Galliæ tuæ, ut felicitatem tuam fortiter feras. Sunt & aliò relata, ut Afer Domitius cum Cloantillam defenderet, cui obiectum crimen quòd uirum qui inter rebellantes fuerat, sepelisset, remiserat Claudius, in epilogo filios eius alloquens, Matrem tamen, inquit, pueri sepelitote. Et aliũde petita, id est in alium locum ex alio translata: ut pro Spathale Crispus, quã qui hæredẽ amator instituerat, decessit, cũ haberet annos duodeuiginti. O hominem diuinũ, qui sibi indulsit. Facit quasdã sentẽtias sola geminatio: qualis est Senecæ in eo scripto quod Nero ad Senatum misit occisa matre, cum se periclitatũ uideri uellet, Saluũ me esse adhuc nec credo, nec gaudeo. Melior, cũ ex cõtrarijs ualet, Habeo quem fugiam, quẽ sequar nõ habeo. Quid? quòd Ad Atti. 8. miser cum loqui non posset, tacere non poterat? Ea uerò fit pulcherrima, cum aliqua comparatione clarescit. Trachallus contra Spathalen, Placet hoc ergo ô leges diligentissimæ pudoris custodes, decimas uxoribus dari, quartas meretricibus? Sed horũ quidẽ generũ & bonæ dici possunt, & malæ.

Illæ semper uitiosæ, uti à uerbo, Patres conscripti, sic enim incipiendũ est mihi, ut memineritis patrum. Peius adhuc, quo magis falsum est, & lõgius petitũ. Cõtra eandẽ sororẽ gladiatoris, cuius modò frei mentionẽ. * At digito pugnaui. Est etiam generis eiusdẽ, nescio an uitiosissimũ, quoties uerborum ambiguitas cum rerum falsa quadam similitudine iungitur. Clarum authorem iuuenis audiui, cum lecta* è capite cuiusdam ossa sententiæ gratia tenenda matri dedisset, Infelicissima fœmina nondum extulisti filium, & iam ossa legisti. Ad hoc plerique minimis etiam inuentiunculis gaudent, quæ excussæ risum

* Ad digitum mihi pugnat est.
* in capide

risum habent, inuētæ facie ingenij blandiuntur. De eo qui naufragus, & antè agrorum sterilitate uexatus, in scholis fingitur se suspendisse. Quem nec terra recipit, nec mare, pendeat. Huic simile in illo de quo suprà dixi, cui pater sua mēbra laceranti uenenum dedit, Qui hæc edit, debet hoc bibere. Et in luxuriosum, qui ἀποκαρτέρησιν simulasse dicitur, Necte laqueum, habes quod faucibus tuis irascaris: Sume uenenū, decet luxuriosum bibēdo mori, Alia uana: ut suadētis purpuratis, ut Alexandrū Babylonis incēdio sepeliant: Alexandrū sepelio, hoc quisquam spectabit è tecto? Quasi uerò id sit in re tota indignissimum. Alia nimia: ut de Germanis dicentem quendam audiui, Caput nescio ubi impositum. Et de uiro forti, Bella umbone propellit. Sed finis non erit, si singulas corruptorum persequar formas. Illud potius, quod est magis necessarium. Duæ sunt diuersæ opiniones, aliorū sententias solas pene spectantium, aliorum omnino damnantium: quorum mihi neutrum admodum placet. Densitas earum obstat inuicem, ut in satis omnibus fructibusq; arborum nihil ad iustam magnitudinem adolescere possit, quod loco in quem crescat careat. Nec pictura in qua nihil circunlitum est, emunet. Ideoq; artifices etiam cum plura in unam tabulam opera contulerunt, spatijs distinguunt, ne umbræ in corpora cadant. Facit res eadem concisam quoq; orationē. Subsistit enim omnis sententia: ideoq; post eam utique aliud est initium. Vnde soluta ferè oratio, & è singulis non membris sed frustis collata, structura caret, cum illa rotunda & undique circuncisa insistere inuicē nequeant. Præter hoc etiam color ipse dicēdi quanlibet clarus, multis tamē ac uarijs uelut maculis conspergitur. Porrò ut affert lumen clauus purpuræ loco insertus, ita certè neminē deceat intertexta pluribus notis uestis. Quare licet hæc enitēre, & aliquatenus extare uidcātur, tamē lumina illa nō flam

mæ, sed scintillis inter fumum emicantibus similia dixeris: quæ ne apparent quidem ubi tota lucet oratio ut in sole sydera ipsa desinunt cerni: & quæ crebris pruisq; conatibus se attollunt, inæqualia tantum, & uelut confragosa, nec admirationem consequuntur eminentium, & planorum gratiā perdunt. Hoc quoq; accedit, quòd solas captanti sententias, multas necesse est dicere leues, frigidas, ineptas. Non enim potest esse delectus, ubi numero laboratur. Itaque uideas & diuisionem pro sententia poni, & argumentum, si tantum in clausula & calce pronūcietur. Occidisti uxorem ipse adulter: non ferrem te etiam si repudiasses. diuisio est. Vis scire uenenum esse amatorium? uiueret homo nisi illud bibisset, argumentum est. Nec multas plerique sententias dicunt, sed omnia tanquam sententias. Huic quibusdam contrarium studium, qui fugiunt ac reformidant omnem hanc in dicendo uoluptatem, nihil probantes nisi planum, & humile, & sine conatu. Ita dum timent ne aliquando cadant, semper iacent. Quod enim tantum in sententia bona crimen est? non causse prodest? nō iudicē mouet? non dicentem commendat? At est quoddam genus, quo ueteres non utebantur. Ad quam usque nos uocatis uetustatem? Nam si ad illam extremā, multa Demosthenes, quæ ante eum nemo. Quomodo potest Ciceronem probare, qui nihil putet ex Catone Graecchisq; mutandum? Sed ante hos simplicior adhuc loquendi ratio fuit. Ego uerò hæc lumina orationis, uelut oculos quosdam esse eloquentiæ credo. Sed neq; oculos esse toto corpore uelim, ne cætera membra officium suū perdant: & si necesse sit, ueterem illum horrorem dicēdi malim, quàm istā nouā licentiā. Sed patet media quædam uia, sicut in cultu uictuq; accessit aliquis citra reprehensionem nitor, quē sicut possumus adijciamus uirtutibus. Prius tamen sit uitijs carere: ne dū uolumus esse meliores ueteribus, simus tantū dissimiles. Cic. 1. de Oratore.

Red

Universidad de Deusto
Biblioteca

Reddã nunc, quam proximã esse dixeram, partem de tropis, quos motus clarissimi nostrorum authores uocant. Horum tradere præcepta & Grammatici solent. Sed à me, cum de illorum officio loquerer, dilata pars hæc est, quia de ornatu orationis grauior uidebatur locus, & maiori operi seruãdus.

De Tropis. CAP. VI.

TRopus est uerbi uel sermonis à propria significatione in aliã cũ uirtute mutatio. Circa quẽ inexplicabilis & Grãmaticis inter ipsos, & Philosophis pugna est, quæ sint genera, quæ species, qui numerus, quis cui subijciatur. Nos omissis quæ nihil ad instituendum oratorem pertinent, cauillationibus, necessarios maximè atque in usum receptos exequemur: hoc modò in his annotasse cõtenti, quosdã gratia significationis, quosdam decoris assumi, & esse alios in uerbis proprijs, alios in translatis: uertiq; formas nõ uerborũ modò, sed & sensuum, & compositionis. Quare mihi uidentur errasse, qui non alios crediderunt tropos, quàm in quibus uerbũ pro uerbo poneretur. Neque illud ignoro, in ijsdem ferè qui significandi gratia adhibentur, esse & ornatum: sed non idem accidet cõtrà, eruntq; quidam tantùm ad speciem accommodati.

Incipiamus igitur ab eo, qui cum frequentissimus est, tum longè pulcherrimus, translatione dico, quæ metaphora græce uocatur. Quæ quidem cum ita est ab ipsa nobis concessa natura, ut indocti quoq; non sentientes ea frequenter utantur: tum ita iucunda atque nitida, ut in oratione quanlibet clara, proprio tamen lumine eluceat. Neque enim uulgaris esse, nec humilis, nec insuauis, rectè modò adscita, potest. Copiam quoque sermonis auget permutando, aut mutuando quod non habet: quodq; difficillimum est, præstat ne ulli rei nomen deesse uideatur. Transfertur ergo nomẽ aut uerbũ ex eo loco in quo proprium est, in eum in quo aut proprium deest, aut tran

translatũ proprio melius est. Id facimus aut quia necesse est, aut quia significantius est, aut (ut dixi) quia decentius. Vbi nihil horum præstabit quod transferetur, improprium erit. Necessitate rustici dicunt gemmam in uitibus, (quid enim dicerent aliud?) & sitire segetes, & fructus laborare. Necessitate nos, durum hominem, aut asperum. Non enim proprium erat quod daremus his affectionibus nomen. Iam, incensum ira: & instammatũ cupiditate: & lapsum errore significandi gratia. Nihil enim horum suis uerbis, quàm his arcessitis, magis proprium erat. Illa ad ornatum, lumen orationis: & serenis claritatem: & concionum procellas: & eloquẽtiæ *fluminaut Cicero pro Milone, Clodium fontem gloriæ eius uocat, & alio loco segetem ac materiam. Quædam etiam parum speciosa dictu, per hanc explicantur, *fulmina:

Hoc faciunt, nimio ne luxu obtusior usus Georg. 4.
Sit genitali aruo, & sulcos oblimet inertes.

In totum autem metaphora breuior est quàm similitudo: eoq; distat, quòd illa cõparatur rei quam uolumus exprimere, hæc pro ipsa re dicitur. Comparatio est, cum dico feciſſe quid hominem ut leonem: translatio, cum dico de homine, leo est. Huius uis omnis quadruplex maximè uidetur: Cum in rebus animalibus aliud pro alio ponitur: ut de agitatore,

_Gubernator magna contorsit equum ui. & ut Liuius Dec. 4. lib. 7.
Scipionem à Catone adlatrari solitũ refert. Inanima pro alijs generis eiusdem sumuntur: ut, _Claßiq; immittit habenas, Aeneid. 6.
Aut pro rebus animalibus inanima, Ferro an fato *uirtus *manus
Argiuũm occidit. Aut contrà, _Sedet inscius alto Aeneid. 2.
Accipiens sonitum saxi de uertice pastor.

Præcipueq; ex his oritur mira sublimitas, quæ audaci et proxime periculum translatione tolluntur, cum rebus sensu carentibus, actum quendam & animos damus, qualis est.

Aeneid.8. _Pontē indignatus Araxes. Et illa Ciceronis, Quid enim
Pro Ligario. tuus ille, Tubero, districtus in acie Pharsalica gladius agebat? Cuius latus ille mucro petebat? qui sensus erat armorū tuorū?
Aeneid.7. Duplicatur interim hæc uirtus apud Virgiliū, _Ferrūq; armare ueneno. Nā & ueneno armare, & ferrū armare, trāslatio est. Secātur hæc in plures: ut à rationali ad rationale, & idē de irrationalibus: & hæc inuicē, quibus similis ratio est et à toto, & à partibus. Sed iam nō pueris præcipimus, ut accepto genere species intelligere nō possint. Vt modicus autem atq; opportunus eius usus illustrat orationem: ita frequēs & obscurat, & tædio cōplet: cōtinuus uerò in allegoriā & ænigma exit. Sunt quædā etiā humiles trāslationes: ut id de quo modò dixi, Saxea est uerruca. Et sordidæ. Non enim si Cicero
In Catilinam: & Sallustius, In Orat. & de Orat. 3. rectè sentinā Reipub. dixit, fœditatē hominū significās: idcirco probē illud quoq; ueteris oratoris, Perfecuisti Reipub. uomicas. Optimeq; Cicero demōstrat cauendum, ne sit deformis trāslatio: qualis est (nam ipsis eius utar exemplis) Castratam morte Aphricani Remp. &, Stercus curiæ Glauciam. Ne nimio maior: aut, quod sæpius accidit, minor. Ne dissimilis: quorum exempla nimium frequēter deprehendet, qui scierit hæc uitia esse. Sed & copia quoq; modum egressa uitiosa est, præcipue in eadem specie. Sunt & duræ, id est, à longinqua similitudine ductæ: ut,
Hora. Carmi. _Capitis niues. &,
Horat. sermo. 2. satyr. 5. Iuppiter hybernas cana niue cōspuit Alpes. In illo uerò plurimū erroris, quòd ea quæ pœtis (qui & omnia ad uoluptatē referūt, & plurima uertere etiam ipsa metri necessitate cogūtur) permissa sunt, cōuenire quidā etiā prosæ putant. At ego in agēdo nec pastorē populi authore Homero dixerim:
Iliad. æ. nec uolucres pēnis remigare, licet Virgilius in apibus ac Dædalo speciosissimè sit usus. Metaphora enim aut uacantē occupare locū debet, aut si in alienū uenit, plus ualere eo quod expellit.

pellit. Quod aliquāto penè iam magis de synecdoche dicam. Nam trāslatio permouēdis animis plerūq;, & signandis rebus, ac sub oculos subijciēdis reperta est. Hæc uariare sermonem potest, ut ex uno plures intelligamus, parte totum, specie genus, præcedētibus sequētia, uel cōtrà: omnia liberiora poētis, quam oratoribus. Nam prosa ut mucronē pro gladio, & tectū pro domo recipiet: ita nō puppim pro naui, nec abietem pro tabellis. Et rursus ut pro gladio ferrum, ita non pro equo quadrupedem. Maximè autē in orando ualebit numerorū illa libertas. Nam & Liuius sæpe sic dicit, Romanus prælio uictor: cū Romanos uicisse significat. Et cōtrà Cicero ad Brutū: Populo, inquit, imposuimus, & oratores uisi sumus. cum de se tantū loqueretur. Quod genus non orationes modò ornat, sed etiā quotidiani sermonis usus recipit. Quidā συνεκδοχῶν uocāt, cū & id in cōtextu sermonis qđ tacetur accipimus. Verbū enim ex uerbo intelligitur, quod inter uitia ἔκλειψις uocatur.
Arcadas ad portas ruere. _ Mihi hanc figurā esse magis Aeneid. 11. placet, illic ergo reddetur. Aliud etiam intelligitur ex alio,
Aspice, aratra iugo referunt suspensa iuuenci. Aeglog. 2. unde apparet noctem appropinquare. Id nescio an oratori conueniat, nisi in argumentando, cum rei signum est. Sed hoc ab elocutionis ratione distat. Nec procul ab hoc genere discedit μετωνυμία, quæ est nominis pro nomine positio: cuius uis est, pro eo quod dicitur, causam propter quā dicitur, ponere: sed, ut ait Cicero, ὑπαλλαγὴν Rhetores dicūt. Hæc in- Ad Brutum. uenta ab inuentore, & subiecta ab obtinentibus significat: ut,
Cererē corruptam undis. &, _Receptus Terra Nep- Aeneid. 1. tunus classes Aquilonibus arcet. Quod sit retro durius. Refert autem inquantum dictus tropus oratorem sequatur. Nam ut Vulcanum pro igne uulgò audiuimus, & Vario Marte pugnatum, eruditus est sermo: & Venerem quàm coitum

dixisse magis decet: ita Liberũ & Cererẽ pro uino & pane licẽtius, quam ut fori seueritas ferat: sicut ex eo quod continet, id quod cõtinetur, usus recipit. ut bene moratas urbes, & poculum epotũ. & seculum felix. At id quod cõtrà est, rarò audeat quis, nisi poëta, Aeneid. 2. _Iam proximus ardet Vcalegõ. Nisi fortè hoc potius est, à possessore, quod possidetur: ut hominem deuorari, cuius patrimoniũ consumitur. Quo modo fiunt innumerabiles species. Huius enim sunt generis, cũ ab Annibale cæsi apud Cannas sexaginta millia dicimus, & apud Tragicos ab Aegidlao: & carmina Virgilij uæniſſe, & uenire cõmeatus qui afferantur: & sacrilegium deprehensum, non sacrilegum: & armorum scientiam habere, non artis. Illud quoq; & poëtis & oratoribus frequẽs, quo eum qui efficit, ex eo quod efficitur, ostendimus. Nam & carminũ auctores, Hor. car. 1. Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas, Regumq; turres. Et, Aeneid. 6. Pallentesq; habitant morbi, tristisq; senectus, Et orator præcipitẽ iram, hilarẽ adolescentiam, segne ociũ dicit. Est et. ã huic tropo quædam cum synecdoche uicinia. Nam cum dico uultus hominis pro uultu, dico pluraliter quod singulare est: quod plurale est, singulariter. Sed nõ id ago, ut unũ ex multis intelligatur (nam id est manifestum) sed nomen immutatur: cũ aurata tecta, aurea pusillũ à uero discedo, quia nõ est nisi pars aurata. Quæ singula persequi, nimirum est curæ etiam nõ Oratorẽ instituẽtibus. Αντονομασία, quæ aliquid pro nomine ponit, Poëtis quoq; modo frequentissima, & per Epitheton, quia detracto eo cui apponitur, ualet pro nomine, Tydides, Pelides, et ex his quæ in quoq; sunt præcipua, _Diuum pater, atq; hominum rex. Et ex factis, quibus persona signatur, Aeneid. 4. _Thalamo quæ fixa reliquit Impius._

Orator

Oratoribus etiã si rarus eius rei, nõnullus tamẽ usus est. Nam ut Tydiden & Peliden nõ dixerint, ita dixerunt impium pro parricida: euersorẽ quoq; Carthaginis & Numãtiæ pro Scipione, et Romanæ eloquẽtiæ principẽ pro Ciceroñe posuisse non dubitẽt. Cicero ipse certè usus est hac libertate: Nõ multa peccas, inquit ille fortissimo uiro senior magister: & si peccas, te regere possum. Neutrũ enim nomẽ positum est, & utrunq; intelligitur. Ὀνοματοποιία quidem, id est, fictio nominis, Græcis inter maximas habita uirtutes, nobis uix permittitur. Et sunt plurima ita posita ab ijs qui sermonem primi fecerunt, aptantes affectibus uocẽ. Nam Mugitus & Sibilus & Murmur inde uenerũt. Deinde tanquam consummata sint omnia, nihil generare audemus ipsi, cum multa quotidie ab antiquis ficta moriãtur. Vix illa quæ παραγόμενα uocãt, quæ ex uocibus in usum receptis quocũq; modo declinantur, nobis permittimus, qualia sunt Sullaturit, & Proscripturit: atq; Laureati postes, pro illo, lauro coronati, ex eadẽ fictione sunt. Sed hoc feliciter eualuit: at contrà, uitio pro eo, infelicius. In græcis obeliſco, "coludumo, &c. durè etiam iũgere uetamur, qui tolerãter uidere Septẽtriones uidemur. Eo magis necessaria κατάχρησις, quã rectè dicimus abusionẽ, quæ nõ habentibus nomẽ suũ, accõmodat quod in proximo est, sic, _Equũ diuina Palladis arte Aedificant:_ & apud Tragicos, Et iã leo pariet, & pater est. Mille sunt hæc. & Acetabula, quicquid habet, & Pyxides cuiuscũq; materiæ sunt. & Parricida, matris quoq; aut fratris interfector. Discernendumq; est hoc totũ à trãslatione genus, q. abusio est, ubi nomẽ desit: translatio, ubi aliud sit. Nam poëtæ solent abusiuè etiã in his rebus quibus nomina sua sunt, uicinis potius uti, quod rarũ in prosa est. Illa quoq; quidam κατάχρησεις esse uolunt, cũ pro temeritate uirtus, aut pro luxuria liberalitas dicitur. A quibus hæc Vt supra ca. 5. de ornatu. Aeneid. 2.

quidē dissonātia sunt, quòd in his nō uerbū pro uerbo ponitur, sed res pro re. Neq; enim putat quisquā luxuriā & liberalitatē idē significare: uerùm id quod fit, alius luxuriā esse dicit, alius liberalitatē: quāuis neutri dubiū sit hæc esse diuersa. Superest ex his quæ aliter significant, μετάληψις, id est, transsumptio, quæ ex alio in aliud uelut uiā præstat: tropus & rarissimus, & maximè impropriu: Græcis tamē frequētior, qui Centaurū Chirona, et νίσσης δοὰς ὀξείας dicūt. Nos quis ferat, si Verrē, sueē: aut Lælium, doctū nominemus? Est enim hæc in metalepsi natura, ut inter id quod trāsfertur, sit medius quidā gradus, nihil ipse significās, sed præbēs transiuū: quē tropum magis affectamus ut habere uideamur, quàm ut ullo in loco desideremus. Nam eius frequentissimū exēplum est, cano, cāto, dico: ita cano, dico. Item est mediū illud cano. Nec diutius in eo morandum: nihil enim usus admodum uideo, nisi, ut dixi, in mediis. Cætera iam nō significādi gratia, sed ad ornandam modò, nō augēdā orationē assumūtur. Ornat enim ὑπέρθεσις, quod rectè dicimus appositum: à nonnullis sequens dicitur. Eo poētæ & frequētius & liberius utuntur. Nanq; illis satis est cōuenire uerbo cui apponitur: & ita Dentes albi, & Humida uina in his nō reprehēduntur. Apud oratorem, nisi aliquid efficitur, reāūdat. Tū autē efficitur, si sine illo quod dicitur, minus est: qualia sunt, O scelus abominādū, ô deformē libidinem. Exornatur autem res tota maximè translationibus, Cupiditas effrenata, &, Insanæ substructiones. Et solet fieri alijs adiūctis Epithetō tropis, ut apud Virgiliū, Turpis egestas, & Tristis senectus. Veruntamē talis est ratio huiusce uirtutis, ut sine appositis nuda sit & uelut incompta oratio. Ne oneretur tamen multis, nā fit lōga & impedita, ut in quæstionibus eā iudices similem agmini totidē lixas habēti, quot milites quoq; in quo & numerus est duplex, nec duplum uirium: quanquàm non singula

Aeneid.8. Georg.3.

Pro Cluēt. Pro Milo. Aeneid.6.

singula modò, sed etiam plura uerba apponi solent: ut,

Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo. Sed hoc quoq; modo duo uerba uni apposita, ne uersum quidē decuerint. Sunt autē quibus nō uideatur hic omnino tropus, quia nihil uertat. Necesse est enim semper, ut id quod est appositū, si à proprio diuiseris, per se significet, & faciat antonomasiā. Nā si dicas, Ille qui Carthaginē & Numātiā euertit, antonomasia est: si adieceris Scipio, appositum. Non potest ergo nō esse iunctū. At ἀλληγορία, quā inuersionē interpretamur, aliud uerbis, aliud sensu ostendit, ac etiā interim contrariū. Prius, ut,

Aeneid.3.

O nauis, referent in mare te noui
Fluctus! ô quid agis? fortiter occupa Portum.

Carmi.1.od. 14.

totusq; etiam ille Horatij locus, quo nauim pro Repub. fluctuum tempestates pro bellis ciuilibus, portum pro pace atq; concordia dicit. Tale Lucretius,

Lib.4.

Auia Pieridum peragro loca.— & Virgilius,

Georg.1.

Sed nos immensum spatijs confecimus æquor:
Et iam tempus equum spumantia soluere colla.

Sine translatione uerò in Bucolicis,

Aeglog.9.

Certè equidem audieram, quà se subducere colles
Incipiunt, mollique iugum demittere cliuo,
Vsq; ad aquam, & ueteris iam fracta cacumina fagi,
Omnia carminibus uestrū seruasse Menalcā. Hoc enim loco præter nomē cætera proprijs decisa sunt uerbis: uerū nō pastor Menalcas, sed Virgilius est intelligendus. Habet usum talis allegoriæ frequēter oratio, sed rarò totius, plerūq; apertis permusta est. Tota apud Ciceronē talis, Hoc miror enim, querorq;, quēquā hominē ita pessundare alterū uerbis uelle, ut etiā nauē perforet in qua ipse nauiget. Illud cōmistum frequentissimum, Equidē cæteras tempestates & procellas in illis duntaxat fluctibus concionum semper Miloni putaui esse

Pro Milo.

subeundas. Nisi adiecisset dūtaxat fluctibus concionū, esset allegoria: nūc eam miscuit. Quo in genere & species ex arcessitis uerbis uenit, & intellectus ex proprijs. Illud uerò longè speciosissimū genus orationis, in quo trium permissa est gratia, similitudinis, allegoriæ, & trāslationis: Quod fretū, quem Euripū, tot motus, tātas, tā uarias habere creditis agitationes, cōmutationes, fluctus, quātas perturbationes, & quātos æstus habet ratio comutionū? Dies intermissus unus, aut nox interposita sæpe & pertubat omnia, & totam opinionem paruā nonnunquam commutat aura rumoris. Nam id quoq; in primis est custodiendum, ut quo ex genere cœperis translationis, hoc desinas. Multi enim cum initium à tēpestate sumpserunt, incendio aut ruina finiunt: quæ est inconsequentia rerum fœdissima. Cæterum allegoria paruis quoq; ingenijs, & quotidiano sermoni frequentissime seruit. nam illa in agēdis caussis iam detrita, Pedem cōferre, & Iugulum petere, & Sanguinē mittere, inde sunt: nec offendunt tamen. Est enim grata in eloquendo nouitas, & cōmutatio, & magis inopinata delectant. Idcoq; iam in his amusimus modū, & gratiā rei nimia captatione cōsumpsimus. Est in exemplis allegoria, si non prædicta ratione ponantur. Nam ut Dionysium Corinthi esse, quo græci omnes utūtur, ita plura simulta dici possunt. Hæc allegoria quæ est obscurior, ænigma dicitur: utiū meo quidem iudicio, si quidē dicere dilucide, uirtus: quo tamē & poëtæ utūtur,

Pro Muræ.

Vide Erasmū in adagio, Dionysius Corinthi.

Aeglog. 3.

Die quibus in terris, & cyris mihi magnus Apollo,
Treis pateat cæli spatium, non amplius ulnas?

Vide Cælium li. 10. ca. 16. & Andr. Alcia. parerg. lib. 2. cap. 12.

Et oratores nonnunquam: ut Cæcilius* quadrantariam Clytemnestram in triclinio coam, in cubiculo nolam. Nanque & nūc quædā soluūtur, & tam erāt notiora cum dicerētur, & ænigmata sunt tamē, nec ea, nisi quis interpretetur, intelligas. In eo uerò genere quo cōtraria ostenduntur, ironia est: illu

Ironia.

illusionē uocāt: quæ aut pronūciatione intelligitur, aut persona aut rei natura. nā siqua earū uerbis dissētit, apparet diuersam esse orationi uolūtatē. quāquā in plurimis id tropis accidit, ut intersit quid de quo dicatur: quia (quod dicitur alibi) uerum est, aut laudi simulatione detrahere, aut uituperationi laude, concessum esse: quale est quòd C. Verres Prætor urbanus, homo sanctus & diligens, subsortitionē eius eo die nō haberet. Et contrà, Oratores nisi sumus, & populo imposuimus.

Pro Cluent.

Cicero in Oratore.

Aliquando cum risu quodam contraria dicuntur ijs quæ intelligi uolunt: quemadmodum in Clodium, Integritas tua te purgauit, mihi crede, pudor eripuit, uita antecacta seruauit. Præter hæc usus est allegoriæ, ut tristia dicamus melioribus uerbis, aut bonæ rei gratia quædam cōtrarijs significemus, aliud textu: quæ & enumerauimus. Hæc siquis profectò ignorat quibus græci nominibus appellent, σαρκασμὸν, ἀσεισμὸν, ἀντίφρασιν, παροιμίαν dici sciat. Sunt etiā qui hæc nō species allegoriæ, sed ipsa tropos dicunt: ueri quidem ratione, quòd illa obscurior sit, & in his omnibus apertè appareat quid uelimus. Cui accedit hoc quoq;, quòd genus cū diuiditur in species, nihil habet proprium: ut arboris species sunt pinus, & olea, & cupressus, & ipsius per se nulla proprietas: Allegoria uerò habeat aliquid propriū. quod quo modo fieri potest, nisi ipsa species est? Sed ad utendum nihil refert. Adijcitur his μυκτηρισμὸς, simulatus quidem, sed non latens derisus. Pluribus autem uerbis cum id quod uno aut paucioribus certè dici potest, explicatur, περίφρασιν uocant, circuitum loquendi, qui nonnunquam necessitatem habet, quoties dicta deformia operit: ut Sallustius, Ad requisita naturæ. Interim ornatum petit solum, qui est apud poëtas frequentissimus: ut,

Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris
Incipit, & dono diuūm gratissima serpit.

Aeneid. 2.

Et apud oratores non rarus, semper tamē adstrictior. Quicquid enim significari breuius potest, & cū ornatu latius ostēditur, περίφρασις est: cui nomē latine datum est, nō sanè orationis aptum uirtuti, circunlocutio. Verùm hæc ut cum decorē habet, periphrasis: ita cum in uitiū incidit, περισσολογία dicitur. Obstat enim quicquid non adiuuat. Hyperbaton quoq; id est uerbi transgressionem, quam frequenter ratio comparationis & decor poscit, non immerito inter uirtutes habemus. Fit enim frequentissimè aspera & dura, & dissoluta & hians oratio, si ad necessitatem ordinis sui uerba redigantur, & ut quodq; oritur, ita proximis etiam, si uinciri nō potest, alligetur. Differēda igitur quædam, & præsumēda, atq; ut in structuris lapidū impolitiorū, loco quo conuenit quicq; ponendū. Nō enim recidere ea, nec polire possumus, quæ coagmētata se magis iungant. sed utendū his qualia sunt, eligēdæq; sedes. Nec aliud potest sermonē facere numerosum, quam opportuna ordinis mutatio, Neq; alio, κατέβαινε χθὲς εἰς πειραιᾶ, Platonis inuēta sunt quatuor illa uerba, quibus in illo pulcherrimo operum in Piræū descēdisse significat, plurimis modis scripta, q. cū quoq; maximi facere experiretur. Verùm id cū duobus uerbis fit, ἀναστροφὴ dicitur reuersio quædam: qualia sunt uulgò, Mecū, tecū: apud Oratores & Historicos, Quibus de rebus. At cū decoris gratia cōtrahitur lōgius uerbū, proprie hyperbati tenet nomen: ut, Animaduerti iudices omnem accusatoris orationē in duas diuisā esse partes. Nā in duas partes diuisam esse, rectū erat. sed durū & incōptū. Poetæ quidē etiā uerborū diuisionē faciūt, & transgressionē, _Hyperborco septē subiecta trioni. quod oratio nequaquā recipiet. At id quidē est propter quod cū dicitur tropus fit, quia componēdus est ē duobus intellectibus. Alioqui ubi nihil ex significatione mutatū est, & structura sola uariatur, figura potius uerborū dici potest: sicut multi

t. de Repub.

Pro Cluent.

Georgic. 3.

multi narrationem longis mutāt hyperbatis. Ex confusis quæ uitia accidunt, suo loco diximus. Hyperbolen audacioris ornatus summo loco posui. Est hæc ementiens superiectio. Virtus eius ex diuerso par augendi atq; minuendi. Fit pluribus modis. Aut enim plus facto dicimus, Vomens, frustis esculentis gremium suū & totum tribunal impleuit. _Geminiq; minantur In cælum scopuli_ Aut res per similitudinē attollimus, _Credas innare reuulsas Cycladas Aut per cōparationem: ut, _Fulminis ocyor alis. Aut signis quasi quibusdā,

Philip. 2.

Aeneid. 1.

Aeneid. 8.

Aeneid. 5.

Illa uel intactæ segetis per summa uolaret
Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas.

Aeneid. 7.

Vel translatione, ut ipsum illud uolaret. Crescit interim hyperbole, alia insuper addita: ut Cicero in Antoniū dicit, Quæ Charybdis tā uorax? Charybdin dico? quæ si fuit, fuit animal unum: Oceanus mediusfidius uix uidetur tot res, tam dissipatas, tam distātibus in locis positas, tam cito absorbere potuisse. Exquisitam uerò figuram huius rei deprehendisse apud principem Lyricorum Pindarum uideor in libro quem inscripsit ὕμνους. Is nanque Herculis impetum aduersus Meropas, qui in insula Co dicuntur habitasse, non igni, nec uentis, nec mari, sed fulmini dicit similem fuisse: ut illa minora, hoc par esset. Quod imitatus Cicero, illa composuit in Verrem, Versabatur in Sicilia lōgo interuallo non Dionysius ille, nec Phalaris (tulit enim illa quondam insula multos & crudeles tyrānos) sed nouū quoddam monstrū ex uetere illa immanitate, quæ in ipsdē uersata locis dicitur. Non enim Charybdin tam infestam neq; Scyllam nauibus, quàm istum in eodem freto fuisse arbitror.

Philip. 2.

Act. 7.

Nec pauciora sunt genera minuendi. _Vix ossibus hærēt. Aeglog. 2.

Et quod Cicero in quodam ioculari libello,

Fundum Varro uocat, quem possim mittere funda:
Ni tamen exciderit, quà caua funda patet.

Sed

Sed huius quoque rei seruetur mensura quædã. Quãuis enim est omnis hyperbole ultra fidem, non tamen esse debet ultra modum: nec alia uia magis in κακοζηλίαν itur. Paget referre plurima hinc orta uitia, cum præsertim minimè sint ignota & obscura. Monere satis est, mentiri hyperbolen, nec ita, ut mendacio fallere uelit. Quo magis intuẽdũ est, quousq; deceat extollere quod nobis non creditur. Peruenit hæc res frequẽtissime ad risum: qui si captatus est, urbanitatis: sin aliter, stultitiæ nomẽ assequitur. Est autem in usu uulgò quoq; & inter eruditos, & apud rusticos, uidelicet quia natura est omnibus augẽdi res uel minuẽdi cupiditas insita, nec quisquam uero contentus est. Sed ignoscitur, quia non affirmamus. Tũ est hyperbole uirtus, cum res ipsa de qua loquendum est, naturalem modum excessit. Conceditur enim amplius dicere, quia dici quantum est, non potest: meliusq; ultrà quàm citrà stat oratio. Sed de hoc satis, quia eundem locum plenius in eo libro quo causas corruptæ eloquentiæ reddebamus, tractauimus.

M. FAB. QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA LIBER NONVS.

Quo differant figuræ à tropis. CAP. I.

CVM sit proximo libro de tropis dictũ, sequitur pertinẽs ad figuras, quæ schemata græce uocãtur, locus, ipsa rei natura coniũctus superiori. Nã pleriq; has tropos esse existimauerũt, quia siue ex hoc duxerint nomẽ, quòd sint formati quodã modo: siue ex eo q; uertãt orationẽ, unde & motus dicũtur: fatẽdũ erit esse utrunq; eorũ etiã in figuris. Vsus

Vsus quoq; est idẽ. Nã & uim rebus adijciũt, & gratiã præstant. Nec desunt q tropis figuræ nomẽ imponãt, quorũ est C. Artorius Proculus. Quin adeò similitudo manifesta est: ut cã discernere nõ sit in prõptu. Nã quo modo quædã in his speciebus planè distant, manẽte tamẽ generali illa societate, quòd utraq; res à recta & simplici ratione cũ aliqua dicẽdi uirtute deflectitur: ita quædã perquã tenui limite diuidũtur: ut cum ironia tã inter figuras sentẽtiæ, quàm inter tropos reperiatur. πόρφρασιν autẽ, et ὑπόβατον, et ὀνοματοποιΐαν, et ἐναλλαγὴν, clari quoq; authores figuras uerborũ potius quàm tropos dixerũt. Quo magis signãda est utriusq; rei differẽtia. Est igitur tropus sermo à naturali & principali significatione trãslatus ad aliã ornãdæ orationis gratia: uel, (ut pleriq; Grãmatici finiũt) dictio ab eo loco in quo propria est, translata in eũ in quo propria nõ est. Figura (sicut nomine ipso patet) est cõformatio quædã orationis remota à cõmuni & primùm se offerente ratione. Quare in tropis ponũtur uerba alia pro alijs, ut in μεταφορᾶ, μετωνυμίᾳ, ἀντονομασίᾳ, μεταλήψει, συνεκδοχῆ, καταχρήσει, ἀλληγορίᾳ, pleriq; ὑπόρβολῆ. Nãque et rebus fit, et uerbis. ὀνοματοποιΐα fictio est nominis. ergo hoc quoq; p alijs ponitur, q̃bus usuri sumus si illud nõ fingeremus. πόρφρασις etiãsi frequẽter & id ipsum in cuius locũ assumitur, nomẽ complecti solet, utitur tamen pluribus pro uno. ὑπόβατον quoniã pleriq; habet antonomasiæ partẽ, coniũctione eius fit tropus. In hyperbato commutatio est ordinis: idcoq; multi tropis hoc genus eximũt. Trãsfert tamẽ uerbum aut partẽ eius à suo loco in alienũ. Horũ nihil in figuras cadit. Nã & proprijs uerbis, & ordine collocatis figura fieri potest. Quomodo autẽ ironia alia sit tropi, alia schematis suo loco reddã. Nomine enim fateor esse cõmunia hæc, & scio quàm multiplicẽ habeãt, quã q; scrupulosam disputationẽ: sed ea non perti

Universidad de Deusto
Biblioteca

pertinet ad præsens meum propositũ. Nihil enim refert quo modo appelletur utrũlibet eorũ, si quid orationi prosit, apparet. Nec mutatur uocabulis uis rerũ. Et sicut homines si aliud acceperunt quàm quod habuerant nomen, ijdem sunt tamen: ita hæc de quibus loquimur, siue tropi, siue figuræ dicentur, idem efficient. Non enim nominibus prosunt, sed effectibus: ut statum coniecturalem, an inficialem, an facti, an substantiæ, an de substantia nominemus, nihil interest, dum idem quæri sciamus. Optimum ergo in his sequi maximè recepta, & rem ipsam, quocunq; appellabitur modo, intelligi. Illud tamen notandum, eoire frequenter in eadem sententias & tropon & figuram. Tam enim translatis uerbis quàm proprijs figuratur oratio. Est autem non mediocris inter authores dissensio, & quæ uis nominis eius, & quot genera, & quàm multæ sint species. Quare primum intuendum est, quid accipere debeamus figuram. Nam duobus modis dicitur: Vno qualiscunq; forma sententiæ: sicut in corporibus, quibus, quoquo modo sint cõposita, utiq; habitus est aliquis. Altero, quo propriè schema dicitur, in sensu uel sermone aliqua à uulgari & simplici specie cũ ratione mutatio: sicut nos sedemus, incũbimus, respicimus. Itaq; cũ in eosdẽ casus, aut tẽpora, aut numeros, aut etiam pedes, cõtinuò quis aut certè nimiũ frequẽter incurrit, præcipere solemus uariãdas figuras esse uitandæ similitudinis gratia. In quo ita loquimur, tanquam omnis sermo habeat figuram. Itemq; eâdam figura dicimus cursitare, qua lectitare, id est eadem ratione declinari. Quare illo intellectu priore & communi nihil non figuratum est. Quo si contenti sumus, non immeritò Apollodorus, si tradenti Cæcilio credimus, incomprehensibilia partis huius præcepta existimauit. Sed si habitus quidã, & quasi gestus sic appellãdi sunt, id demũ hoc loco accipi schema oportebit, quod sit à simplici atq; in promptu posito

sito dicendi modo poëticè uel oratoriè mutatũ. Sic enim uerũ erit aliam esse orationem ἀσχημάτιστον, id est carẽtem figuris, quod uitiũ non inter minima est: aliam ἐσχηματισμένην, id est figuratam. Verùm id ipsum anguste Zoilus terminauit, qui id solum putauerit schema, quo aliud simulatur dici, quàm dicitur: quod sanè uulgo quoq; sic accipi scio: unde & figuratæ cõtrouersiæ quædã, de quibus paulò pòst dicã, uocantur. Ergo figura sit arte aliqua nouata forma dicendi. Genus eius unũ quidam putauerũt, in hoc ipso diuersas opiniones secuti. Nam hi quia uerborum mutatio sensus quoq; uerteret, omnes figuras in uerbis esse dixerunt: illi quia uerba rebus accommodarentur, omnes in sensibus. Quarum utraque manifesta cauillatio est. Nam ut eadem dici solent aliter atq; aliter, manetq; sensus elocutione mutata: ita & figura sententiæ, plures habere uerborum figuras potest. Illa est enim posita in concipienda cogitatione, hæc in enuncianda: sed frequentißimè coëunt: ut in hoc, Nemo iam iam Dolabella neq; tui, neque tuorũ libe rũm. Nam oratio à iudice auersa, in sententiam iam iam, & liberum, in uerbis sunt schemata. Inter plurimos enim, quod sciam, consensum est duas eius esse partes: διανοίας, id est mentis, uel sensus, uel sententiarum, nam ijs omnibus modis dictum est: & λέξεως, id est uerborum, uel dictionis, uel elocutionis, uel sermonis, uel orationis. nam & uariatur, & nihil refert. Cornelius tamen Celsus adijcit uerbis & sententijs figuras colorum: nimia profectò nouitatis cupiditate ductus. Nam quis ignorasse erudito aliquo uirum credat colores & sententias sensus esse? Quare sicut omnem orationem, ita figuras quoque uersari necesse est in sensu, & in uerbis. Vt uerò natura prius est concipere animo res, quàm enunciare: ita de ijs figuris antè loquendum est, quæ ad mentem pertinent: quarũ quidem utilitas cum magna, tum multiplex, in nullo nõ orationis

opere

Universidad de Deusto
Biblioteca

opere uel clarißimè eluceat. Nam etsi minimè uidetur pertinere ad probationem, qua figura quicque dicatur: facit tamen credibilia quæ dicimus, & in animos iudicum quà non obseruatur irrepit. Nãq; ut in armorum certamine aduersos ictus, & rectas, ac simplices manus cum uidere, tum etiã cauere ac propulsare facile est: auersæ tectæq; minus sunt obseruabiles: & aliud ostẽdisse quàm petas, artis est: sic oratio quæ ostu caret, pondere, molę, & impulsu præliatur: simulanti, uariantiq; conatus, in latera atq; in terga incurrere datur, & arma aduocare, & uelut nutu fallere. Iam uerò affectus nihil magis ducit. Nam si frons, oculi, manus multum ad motum animorũ ualent, quanto plus orationis ipsius cultus ad id quod intendimus efficere, compositus? Plurimum tamen ad commẽdationẽ facit, siue in concilĩadis agentis moribus, siue ad promerendũ actioni fauorem, siue ad leuandum uarietate fastidium, siue ad quædam uel decentius indicãda uel tutius. Sed antequam quæ cuiq; rei figura conueniat, ostendam, dicẽdum est nequaquam eas esse tam multas, quàm sunt à quibusdam constitutæ. Neque enim me mouent nomina illa, quæ fingere utique Græcis prõptissimum est. Ante omnia igitur illi qui totidem figuras putant, quot affectus, repudiandi: non quia affectus non sit quædam qualitas mentis: sed quia figura, quam non communiter, sed propriè nominamus, non sit simplex rei cuiusq; enunciatio. Quapropter in dicẽdo irasci, dolere, misereri, timere, confidere, cõtemnere, non sunt figuræ, non magis quàm suadere, minari, rogare, excusare. Sed fallit parum diligenter intuentes, quòd inueniunt in omnibus his locis figuras, & earum exẽpla ex orationibus excerpũt. Neq; enim pars ulla dicendi est, quæ nõ recipere eas posit. Sed aliud est admittere figurã, aliud figurã esse. Neq; enim uerebor explicãdæ rei gratia frequẽtiorẽ eiusdẽ nominis repetitionẽ. Quare dabũt mihi aliquã in

in irascẽte, deprecãte, miserãte, figurã, scio: sed nõ ideo irasci, misereri, deprecari, figura erit. Cicero quidẽ omnia orationis lumina in hũc locũ cõgerit, mediam quãdam (ut arbitror) secutus uiam: ut nec omnis sermo schema iudicaretur, nec ea sola quæ haberẽt aliquã remotam ab usu cõmuni fictionẽ: sed quæ essent clarißima, & ad mouẽdum auditorẽ ualerent plurimum: quem duobus ab eo libris tractatum locum ad literam subieci, ne fraudarem legẽtes iudicio maximi authoris. In tertio de Oratore ita scriptum est: In perpetua autem oratione, cum & cõiunctionis lenitatem, & numerorũ quam dixi rationẽ tenuerimus, tum est quasi luminibus distinguẽda & frequentanda omnis oratio sententiarũ atq; uerborum. Nam & commoratio una in re, permultum mouet, & illustris explanatio, rerumq;, quasi gerantur, sub aspectum penè subiectio, quæ & in exponenda re plurimum ualet, & ad illustrãdum id quod exponitur, & ad amplificandum: ut ijs qui audient, illud quod augebimus, quantum efficere oratio poterit, tantũ esse uideatur: & huic contraria sæpe præcisio est: & ad plus intelligendũ quàm dixeris, significatio: & distinctè cõcisa breuitas, & extenuatio: & huic adiuncta illusio, à præceptis Cæsaris nõ abhorrens: & ab re digressio: in qua cum fuerit delectatio, tum reditus ad rẽ aptus & cõcinnus esse debebit: propositioq; quid sis dicturus: & ab eo quod est dictum seiũctio: & reditus ad propositũ, et iteratio: & rationis apta cõclusio: tum augẽdi minuẽdi ue caussa ueritatis superlatio, atq; traiectio: & rogatio, atq; huic finitima quasi percontatio: expositioq; sententiæ suæ: tum illa quæ maxime quasi irrepit in hominum mentes, alia dicentis ac significantis dissimulatio, quæ est perjucunda, cum in oratione non contentione, sed sermone tractatur: deinde dubitatio, tum distributio, tũ correctio uel antè uel pòst quàm dixeris, uel cum aliquid à te ipso reijcias. præ-

Locus Cic. de figuris elocutionis ex tertio de Oratore, & ex Orat. ad Brutũ, ad literam.

munitio etiã est ad id quod aggrediare: & reiectio in alium: cõmunicatio, quæ est quasi cũ ijs ipsis apud quos dicas, deliberatio: morũ ac uitæ imitatio, uel in personis, uel sine illis, magnum quoddã ornamentũ orationis, & aptũ ad animos cõciliandos uel maximè, sæpe autẽ etiã ad cõmouendos: personarum ficta inductio, uel gratissimũ lumẽ augẽdi: descriptio, erroris inductio, ad hilaritatẽ impulsio, ante occupatio: tum duo illa quæ maximè mouent, similitudo, & exẽplum: digressio, interpellatio, cõtentio, reticẽtia, cõmendatio: uox quædam libera, atq; etiã effrenatior augendi caussa: iracundia, obiurgatio, pronũtio, deprecatio, obsecratio, declinatio: breuis à proposito, nõ ut superior illa, digressio: purgatio, cõciliatio, læsio, optatio, atq; execratio. His ferè luminibus illustrant orationẽ sententiæ. Orationis autẽ ipsius tanquam armorũ est uel ad usum cõminatio & quasi petitio, uel ad uenustatẽ ipsa tractatio. Nã & geminatio uerborũ habet interdũ uim, leporẽ aliũs: & paululum immutatũ uerbũ atq; deflexũ: & eiusdem uerbi crebratum à primo repetitio, tum in extremũ cõuersio: & in eadem uerba impetus, & concursio, & adiunctio, & progressio: & eiusdẽ uerbi crebrius positi quædam distinctio, & reuocatio uerbi: & illa quæ similiter desinunt, aut quæ cadunt similiter: aut quæ paribus paria referũtur, aut quæ sunt inter se similia. Est etiã gradatio quædã, & conuersio, & uerborũ concinna transgressio, & contrariũ, & dissolutũ, & declinatio, & reprehẽsio, & exclamatio, & immunutio, & quod in multis casibus ponitur, & quod de singulis rebus propositis ductũ refertur ad singula, & ad propositũ subiecta ratio, & item in distributis supposita ratio, & permissio: & rursus alia dubitatio, & improuisum quoddã, & dinumeratio, & alia correctio, & disputatio, & quod continuatũ, & interruptum, & imago, & sibi ipsi responsio, & immutatio, & disiunctio, & ordo,

ordo, & relatio, & digressio, & circũscriptio. Hæc enim sunt ferè, atq; horũ similia, uel plura etiã esse possunt, quæ sententijs orationẽ, uerborumq; conformationibus illuminent. Eadem sunt in Oratore plurima, non omnia tamen, & paulo magis distincta: quia post orationis & sententiarum figuras, tertium quendã subiecit locum ad alias (ut ipse ait) quasi uirtutes dicendi pertinentẽ. Et reliqua ex collocatione uerborum quæ sumuntur quasi lumina, magnum afferunt ornatum orationi. Sunt enim similia illis quæ in amplo ornatu scenæ aut fori appellantur insignia, nõ quòd sola ornẽt, sed quòd excellant. Eadem ratio est horũ quæ sunt orationis lumina. & quodãmodo insignia: cũ aut duplicãtur iterantur q; uerba, aut breuiter cõmutata ponũtur: aut ab eodẽ uerbo ducitur sæpius oratio: aut in idem conijcitur, aut in utrunq;, aut adiungitur idem iteratum, aut idem ad extremũ refertur: aut cõtinenter unum uerbum non in eadem sentẽtia ponitur: aut cum similiter uel cadunt uerba, uel desinunt: aut multis modis contrarijs relata contraria: aut cum gradatim sursumuersus reditur: aut cum demptis coniunctionibus dissolute plura dicũtur: aut cum aliquid prætereuntes, cur id faciamus ostendimus: aut cum corrigimus nosmetipsos, quasi reprehendentes: aut si est aliqua exclamatio uel admirationis uel conquestionis: aut cum eiusdem nominis casus sæpius commutantur. Sententiarum ornamenta maiora sunt: quibus quia frequentissimè Demosthenes utitur, sunt qui putent idcirco eius eloquentiam maximè esse laudabilem. Enimuero nullus ferè ab eo locus sine quadam conformatione sententiæ edicitur: nec aliud quicquam est dicere, nisi omnes aut certè pleraſq; aliqua specie illuminare sententias. Quæs cum tu optimè Brute teneas, quid attinet nominibus uti, aut exemplis? tantummodo notetur locus. Sic igitur dicet ille quem expetimus, ut uersetur sæpe

Verba Ciceronis in Bruto.

multis modis eandem & unam rem, & hæreat in eadẽ commoreturq́; sententia. Sæpe etiam ut extenuet aliquid: sæpe ut irrideat: ut declinet à proposito, deflectatq́; sentẽtiam: ut proponat quid dicturus sit: ut cũ transegerit, iam aliquid definiat: ut se ipse reuocet: ut quod dixit, iteret: ut argumentum ratione concludat: ut interrogãdo urgeat: ut rursus quasi ad interrogata sibi ipse respõdeat: ut cõtrà ac dicat, accipi & sentiri uelit: ut addubitet quid potius, aut quo modo dicat: ut diuidat in partes: ut aliquid relinquat, ac negligat: ut antè præmuniat: ut in eo ipso in quo reprehendatur, culpã in aduersariũ cõferat: ut sæpe cum ijs qui audiunt, nõnunquã etiam cum aduersario quasi deliberet: ut hominum mores sermonesq́; describat: ut muta quædam loquẽtia inducat: ut ab eo quod agitur, auertat animos: ut sæpe in hilaritatem risuḿue cõuertat: ut antè occupet quod uideat opponi: ut comparet similitudines: ut utatur exemplis: ut aliud alij tribuens dispertiat: ut interpellatorem coërceat: ut aliquid reticere se dicat: ut denunciet quid caueat: ut liberius quid audeat: ut irascatur etiam: ut obiurget aliquãdo: ut deprecetur: ut supplicet: ut medeatur: ut à proposito declinet aliquãtulum: ut optet: ut execretur: ut fiat ijs apud quos dicet, familiaris: atq; alias etiam dicendi quasi uirtutes sequatur: breuitatem, si res petet: sæpe etiam rem dicendo subijciet oculis, sæpe suprà feret quàm fieri possit: significatio sæpe erit maior quàm oratio: sæpe hilaritas, sæpe uitæ naturarumq́; imitatio. Hoc in genere (nam quasi syluam uides) omnis eluceat oportet eloquentiæ magnitudo.

De Figuris sententiarum. CAP. II.

ERgo cui latius cõplecti cõformationes uerborũ ac sententiarũ placuerit, habet quod sequatur: nec affirmare ausim quicquã esse melius. sed hæc ad propositi mei rationem legat. Nam mihi de his sententiarũ figuris dicere in animo est, quæ ab illo

ab illo simplici modo inducãdi recedũt: quod idẽ multis doctissimis uiris uideo placuisse. Omnia tamẽ illa etiã quæ sunt alterius modi lumina, adeò sunt uirtutes orationis, ut sine his nulla intelligi uerè possit oratio. Nã quo modo iudex doceri potest, si desit illustris explanatio, propositio, promissio, finitio, sciunctio, expositio sentẽtiæ suæ, rationis aptæ conclusio, præmunitio, simulatudo, exẽplum, digestio, distributio, interpellatio, interpellantis coërctio, contentio, purgatio, læsio? Quid uerò agit omnino eloquentia detractis amplificandi minuendiq́; rationibus? Quarum prior desiderat illã plusquã dixeris significationẽ, id est ὑπερβασιν, & superlationem ueritatis, & traiectionẽ: hæc altera extenuationem, deprecationemq́;. Qui affectus erunt uel concitati detracta uoce libera, effrenatiore iracundia, obiurgatione, optatione, execratione? uel illi mutiores, nisi aduuãtur cõmendatione, cõciliatione, ad hilaritatem impulsione? Quæ delectatio, aut quod mediocriter saltẽ docti hominis indicium, nisi alia repetitione, alia cõmoratione infigere: digredi à re, & redire ad propositũ suũ scierit: remouere à se, in alium traijcere: quæ relinquẽda, quæ contemnenda sint, iudicare? Motus est in his orationis atq; actus: quibus detractis iacet, & uelut agitante corpus spiritu caret. Quæ cũ adesse debent, tum disponẽda atq; uariãda sunt, ut auditorem, quod in fidibus fieri uidemus, omni sono mulceant. Verum ea plerunq; recta sunt, nec se fingunt, sed confitentur. Admittunt autem (ut dixi) figuras: quod uel ex proximo doceri potest. Quid enim tam commune, quàm interrogare, uel percontari? Nam utroq; utimur indifferenter, cum alterum noscendi, alterum arguendi gratia uideatur adhiberi. At ea res utrocunq; modo dicatur, etiam multiplex habet schema. Incipiamus enim ab ijs quibus acrior ac uehementior fit probatio, quod primo loco posuimus. Simplex est sic rogare,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aeneid.1. *Sed uos qui tandem? quibus aut ueniſtis ab oris?*
Figuratũ autẽ, quoties non ſciſcitandi gratia aſſumitur, ſed inſtandi: Quid enim tuus ille Tubero diſtrictius in acie Pharſalica gladius agebat? &, Quouſq; tãdem abutêre Catilina patientia noſtra? &, Patêre tua conſilia non ſentis? & totus demiq; hic locus. Quanto enim magis ardet, quàm ſi diceretur, Diu abuteris patientia noſtra: &, Patent tua conſilia! Interrogamus etiam quod negari nõ poſſit: Dixit'ne tandem cauſſam C. Fidiculanius Falcula? Aut ubi reſpondendi difficilis eſt ratio, ut uulgò uti ſolemus, Quo modo? quì fieri poteſt? Aut inuidiæ gratia, ut Medea apud Senecam, _Quas peti terras iubes? Aut miſerationis, ut Sinon apud Virgilium,

Aeneid.2. *Heu quæ me tellus, inquit, quæ me æquora poſſunt.*
*Accipere?*_ Aut inſtandi, & auferendæ diſſimulationis: ut Aſinius, Audis'ne? furioſum, inquam, non inofficioſum teſtamentum reprehendimus. Totum hoc plenum eſt uarietatis: nam & indignationi conuenit,

Aeneid.1. _Et quiſquam numen Iunonis adoret?_ Et admirationi,

Aeneid.3. _Quid non mortalia pectora cogis*
Auri ſacra fames! Eſt interim acrius imperandi genus,

Aeneid.4. *Non arma expedient, totiq; ex urbe ſequentur?*
Et ipſi noſmet rogamus: quale eſt illud Terentianum,

In Eunucho *Quid igitur faciam?*_ Eſt aliqua etiam in reſpondendo figura, cum aliud interroganti, ad aliud, quia ſic utilius ſit, occurritur, tum augendi criminis gratia, ut teſtis in reum rogatus, an ab reo fuſtibus uapulaſſet, Et innocẽs, inquit. Tum declinandi, quod eſt frequentiſſimum: Quæro an occideris hominem reſpondetur, Latronem. An fundum occupaueris, reſpondetur, meum. Vt confeſſionem præcedat defenſio: ut apud Virgilium in Bucolicis dicenti,

Aeglog.3. *Non ego te uidi Damonis, peßime, caprum*

Excip

Excipere inſidijs?_ occurritur,
An mihi cantando uictus non redderet ille?
Cui eſt confinis diſſimulatio, non alibi q̃ in riſu poſita, ideoq; tractata ſuo loco. Nam ſcriò ſi fiat, pro cõfeßione eſt. Cæterùm & interrogãdi ſeipſum, & reſpõdendi ſibi, ſolẽt eſſe nõ ingratæ uices: ut Cicero pro Ligario, Apud quem igitur hoc dico? nẽpe apud eũ, qui cum hoc ſciret, tamẽ me antequam uidit, Reipub. reddidit. Aliter pro Cælio fictæ interrogatio eſt: Dicet aliquis, Hæc igitur eſt tua diſciplina? ſic tu inſtituis adoleſcẽtes? & totus locus. Deinde, Ego ſiquis Iudices hoc robore animi, atq; hac indole uirtutis ac cõtinentiæ fuit, &c. Cui diuerſum eſt, cum alium rogaueris, nõ expectare reſponſum, & ſtatim ſubijcere: Domus tibi decerat? at habebas. pecunia ſuperabat? at egebas. Quod ſchema quidam per * ſubiectionem uocant. Fit & comparatione: Vter igitur facilius ſuæ ſententiæ rationem redderet? Et alijs modis tum breuius, tum latius, tum de una re, tum de pluribus. Mirè uerò in cauſſis ualet præſumptio, quæ προλῆψις dicitur, cum id quod obijci poteſt, occupamus. Id neq; in alijs partibus parum eſt, & præcipuè proœmio cõuenit. Sed quanquam generis unius, diuerſas tamen ſpecies habet. Eſt enim quædam præmunitio, qualis Ciceronis cõtra Q. Cæcilium, quòd ad accuſandum deſcẽdat, qui ſemper defenderit. Quæda cõfeßio: ut pro Rabirio Poſthumo, quẽ ſua quoq; ſententia reprehendendum fatetur, quòd pecuniã regi crediderit. Quædam prædictio: ut, Dicam enim non augẽdi criminis gratia. Quædã emẽdatio: ut, Rogo ignoſcatis mihi, ſi longius fum euectus. Frequentiſſima præparatio, cum pluribus uerbis, uel quare facturi quid ſimus, uel quare fecerimus, dici ſolet. Verborum quoq; uis ac proprietas confirmatur uel præſumptione: Quanquam illa nõ pœna, ſed prohibitio ſceleris fuit. Aut reprehenſione: Ciues, ciues, inqu

Pro Ligario.
In Catilinam.
Ibidem.
Pro Cluent.
Pro Milo.
*ſuggeſtionẽ.
Pro Mil.
In Diuin.

inquã,si hoc eos appellari nomine fas est. Affert aliquã fidẽ ueritatis & dubitatio, cũ simulamus quærere nos unde incipiendũ,ubi desinendũ: quid potißimũ dicendũ, an omnino dicendũ sit:cuiusmodi exẽplis plena sunt omnia.Sed unũ interim
Pro Cluent. sufficit,Equidẽ quod ad me attinet,quòd me ueream nescio.Negem fuisse infamiam iudicij corrupti? &c. Hoc etiam in præteritũ ualet:nam & dubitasse nos fingimus. A quo schemate non procul abest illa quæ dicitur cõmunicatio, cum aut ipsos aduersarios consulimus, ut Domitius Afer pro Cloantilla,At illa nescit trepida quid liceat fœminæ, quid coniugem deceat: fortè uos in illa solicitudine obuios casus miserè mulieri obtulit:tu frater,uos paterni amici,quod consilium datis? Aut cũ Iudicibus quasi deliberamus,quod est frequentißimum: Quid suadetis? &, Vos interrogo, quid tandem fieri oportuit: ut Cato: Credo, si uos in eo loco essetis, quid aliud fecissetis? Et alibi, Communem rem agi putatote,ac uos huic rei præpositos esse.Sed nonnunquam communicantes aliquid inexpectatum subiungimus, quod & per se schema est:ut in Verrẽ Ci-
Act.7. cero,Quid deinde? quid censetis? furtum fortasse,aut prædam aliquam? Deinde cum diu suspendisset iudicum animos, subiecit quod multo esset improbius. Hoc Celsus sustentationem uocat.Est autem duplex:nam contrà frequẽter cum expectationem grauißimorum fecimus, ad aliquid quod sit leue, aut nullo modo crimunosum,descendimus.Sed quia nõ tantùm per communicationem fieri solet, παράδοξον alij nominauerũt, id est,inopinatum.Illis non accedo,qui schema esse existimant etiam siquid nobismetipsis dicamus inexpectatum accidisse: ut Pollio, Nunquam fore credidi Iudices, ut reo Scauro, ne quid in eius iudicio gratia ualeret precarer. Penè idem sons est illius quam permißionem uocant, qui communicationis: cum aliqua ipsis iudicibus relinquimus æstimanda, aliqua

nonn

nonnunquam aduersarijs quoq; : ut Caluus Vatinio: Perfrica frontem, & dic te dignioré qui Prætor fieres, quam Catonẽ.

Quæ uerò sunt augẽdis affectibus accõmodatæ figuræ,constant maxime simulatione. Nanq; & irasci nos, & gaudere, & timere, & admirari, & dolere, & indignari, & optare, quæq; sunt similia his,fingimus. Inde sunt illa,Liberatus sum. Resparaui.&,Bene habet.&,Quæ amẽtia est hæc? &,O tẽpora,ò mores. O nuserũ me. consumptis enim lacrymis infixus tamẽ pectori hæret dolor.&,—Magnæ nũc hiscite terræ. Philip.2. Pro Milo.

Quod exclamationẽ quidã uocant, ponuntq; inter figuras orationis. Hæc quoties uera sunt, non sunt in ea fórma de qua nunc loquimur. Aßimulata, & arte compoßita, proculdubio schemata sunt existimanda. Quod idem dictum sit de oratione libera,quam Cornificius licentiam uocat,Græci παῤῥησίαν.Quid enim minus figuratũ,quam uera libertas? Sed frequẽter sub hac facie latet adulatio.Nam Cicero cum dicit pro Ligario,Suscepto bello,Cæsar, gesto tam etiam ex parte magna,nulla ui coactus,cõsilio ac uoluntate mea ad ea arma projectus sum,quæ erant contra te sumpta:non solùm ad utilitatẽ Ligarij respicit, sed magis laudare uictoris clementiam non potest.In illa uerò sententia,Quid autem aliud egimus Tubero,nisi ut quod hic potest,nos possemus? admirabiliter utriusque parte facit bonam causam:sed hoc cum demeretur, cuius mala fuerat. Illa adhuc audaciora, & maiorum(ut Cicero existimat) laterũ fictiones personarum,quæ προσωποποιίαι dicuntur.Mirè nanq; cum uariant orationẽ,tum excitant. His & aduersariorũ cogitationes uelut secum loquentiũ protrahimus:quæ tamẽ ita demũ à fide non abhorrẽt, si ea locutos finxerimus, quæ cogitasse eos non sit absurdum:& nostros cum alijs sermones, & aliorum inter se credibiliter introducimus: & suadendo, obiurgando, querendo, laudando, miserando, Lib.4.ad Herennium.

personas idoneas damus. Quin deducere deos in hoc genere dicēdi, & inferos excitare, conceſſum eſt. Vrbes etiā populiſq; uocē accipiūt. Ac ſunt quidā qui has demum προσωποποιίας dicāt, in quibus & corpora & uerba fingimus. Sermones hominum aſſimulatos dicere διαλόγους malūt, quàm, quod Latinorū quidam dixerunt, ſermocinationē. Ego iam recepto more utrunq; eodem modo appellam. Nam certè ſermo fingi non poteſt, ut nō perſonæ ſermo fingatur. Sed in his quæ natura nō permittit, hoc modo mollior fit figura: Etenim ſi mecū patria, quæ mihi uita mea multò eſt charior, ſi cunctæ Italia, ſi omnis Reſpublica ſic loquatur, M. Tulli quid agis? Illud audacius genus, Quæ tecū Catilina ſic agit, & quodammodo tacita loquitur, Nullū iam aliquot annis facinus exiuit, niſi per te. Cōmode etiam aut nobis aliquas ante oculos eſſe rerū perſonarum'ue imagines finginus, aut eadē aduerſarijs aut iudicibus non accidere miramur: qualia ſunt, Videtur mihi. &, Nonne uidetur tibi? Sed magna quædā uis eloquentiæ deſideratur. Falſa enim & incredibilia natura neceſſe eſt aut magis moueant, quia ſupra uera ſunt: aut pro uanis accipiantur, quia uera non ſunt.

In Catilin. inuect. 1.

Ibidem.

Ficta imaginatio.

Vt dicta autē quædā, ita ſcripta quoq; fingi ſolent: quod facit Aſinius pro Liburnia, Mater mea, quæ mihi tum chariſſima, tū dulciſſima fuit, quæq; mihi uixit, bisq; eadē die mihi uitam dedit, & reliqua: deinde, exhæres eſto. Hæc cum per ſe figura eſt, tum duplicatur, quoties, ſicut in hac cauſſa, ad imitationē alterius ſcripturæ componitur. Nam cōtrà recitabatur teſtamentū, P. Nouanius Gallio, cui ego omnia meritiſſimo uolo & debeo pro eius animi in me ſumma uoluntate, & adiectis deinceps alijs, hæres eſto. Incipit eſſe quodāmodo παρῳδία, quod nomen ductum à canticis ad aliorum ſimilitudinem modulatis, abuſiue etiam in uerſificatione, ac ſermonum imitatione ſeruatur. Sed formas quoque fingimus ſæpe, ut famam Virgi

Virgilius: ut uoluptatem ac uirtutem (quemadmodū à Xenophōte traditur) Prodicus: ut mortē ac uitā, quas cōtēdentes in Satyra tradit Ennius. Eſt & incertæ perſonæ ficta oratio, Hic aliquis. &, Dicat aliquis. Eſt & tacitus ſine perſona ſermo,

Hic Dolopum manus, hic ſæuus tendebat Achilles. Aeneid. 2.

Quod fit miſtura figurarum, cum προσωποποιία accedit illa, quæ eſt orationis per detractionē: detractum eſt enim quis diceret. Vertitur interim προσωποποιία in ſpeciem narrādi.

Vnde & apud hiſtoricos reperiūtur obliquæ allocutiones: ut in T. Liuij primo ſtatim libro, Vrbes quoque, ut cætera, ex infimo naſci, deinde quas ſua uirtus ac diſ iuuent, magnas opes ſibi, magnūq; nomen facere. Auerſus quoq; à iudice ſermo, qui dicitur ἀποστροφή, mire mouet, ſiue aduerſarios inuadimus, Quid enim tuus ille Tubero in acie Pharſalica gladium agebat? Siue ad inuocationē aliquā cōuertimur, Vos enim iam ego Albani tumuli atq; luci. Siue ad inuidioſam implorationē, O leges Porciæ, legesq; Semproniæ. Sed illa quoque uocatur auerſio, quæ à propoſita quæſtione abducit audientem:

Obliquæ allocutiones.

ἀποστροφή.

Pro Ligario.

Pro Mil.

Pro Seſtio, & Act. in Verrem 7.

Aeneid. 4.

Non ego cum Danais Troianam excindere gentem

Audide iurani. Quod fit & multis & uarijs figuris, cū aut aliud expectaſſe nos, aut maius aliquid timuiſſe ſimulamus, aut plus uideri poſſe ignorātibus: quale eſt prooemium pro Cælio. Illa uerò (ut ait Cicero) ſub oculos ſubiectio, tum fieri ſolet, cum res nō geſta indicatur. Sed ut ſit geſta oſtēditur: nec uniuerſa, ſed per partes: quē locū proximo libro ſubiecimus euidentiæ: & Celſus hoc nomen iſti figuræ dedit. ab alijs ὑποτύπωσις dicitur, propoſita quæda forma rerū ita expreſſa uerbis, ut cerni potius uideatur, quàm audiri: Ipſe inflāmatus ſcelere ac furore, in fōrū uenit. ardebant oculi: toto ex ore crudelitas enucabat. Nec ſolùm quæ facta ſint aut fiāt, ſed etiā quæ futura ſint, aut futura fuerint, imaginamur. Mirè tractat

Subiectio ſub oculos.

ὑποτύπωσις.

In Verr. 7.

hæc

Universidad de Deusto Biblioteca

hæc Cicero pro Milone, quæ facturus fuerat Clodius si præturam inuasisset. Sed hæc quidem translatio temporum, quæ
μετάστασις. propriè μετάστασις dicitur, in διατυπώσει uerecũdior apud priores fuit. Proponebant enim talia, Credite uos intueri. ut
Pro Cluent. Cicero, Hæc quæ non uidistis occulis, animis cernere potestis. Noui uerò, & præcipuè declamatores, audacius, nec meher, cule sine motu quodam imaginantur. ut Seneca in controuer-
Hæc decla. nõ extat. sia cuius summa est quòd pater filium & nouercam, inducente altero filio, in adulterio deprehẽsos occidit. Duc, sequor: accipe hanc senilem manum, & quocũq; uis imprime. Et paulo pòst, Aspice, inquit, quod diu non credidisti. Ego uerò non uideo, nox oboritur, & crassa caligo. Habet hæc figura manifestius aliquid. Non enim narrari res, sed agi uidetur. Locorum quoq; dilucida & significãs descriptio, eidẽ uirtuti assi-
τοπογραφία. gnatur à quibusdam: alij τοπογραφίαν dicunt. Εἰρωνείαν inueni qui dissimulationem uocarent: quo nomine quia parum totius huius figuræ uidentur uires ostendi, nimirum sicut in
Εἰρωνεία duplex, & variæ eius species. plerisq;, græca erimus appellatione contenti. Igitur εἰρωνεία quæ est schema, ab illa quæ est tropus, genere ipso nihil admodum distat: (in utroq; enim contrarium ei quod dicitur, intelligendum est) species uerò prudentius intuenti, diuersas esse facile est deprehendere. Primum, quòd tropus apertior est: & quanquam aliud dicit ac sentit, non tamen aliud simulat. Nam
Inuect. 1. & omnia circa ferè recta sunt: ut illud in Catilinã, A quo repudiatus, ad sodalem tuum uirũ optimum M. Marcellũ demigrasti. In duobus demum uerbis est ironia, ergo etiam breuior est tropus. At in figura, totius uoluntatis fictio est, apparens magis quàm confessa: ut illic uerba sint uerbis diuersa, hic sermonis sensus, uoci: & tota interim caussæ conformatio, tum
Cice. 2. de Orat. & 4. Acad. etiã uita uniuersa, ironiã habere uidetur, qualis est uisa Socratis. Nã ideo dictus εἴρων, id est, agens imperitũ, & admirator

alio

aliorũ tanquã sapientiũ: ut quemadmodũ ἀλληγορίαν facit cõtinua μεταφορὰ, sic hoc schema faciat troporũ ille cõtextus. Quædam uerò genera huius figuræ nullã cum tropis habent societatem: ut illa statim prima quæ dicitur à negando, quam nonnulli uocant ἀπόφασιν, Non agam tecũ iure summo, non ἀπόφασις.
dicam, quod forsitan obtinerem. &, Quid ego istius decreta, quid rapinas, quid hæreditatũ possessiones datas, quid ereptas proferam? &, Mitto illam primam libidinis iniuriam. &, Ne illa quidẽ testimonia recito, quæ dicta sunt de sestertijs septingentis millibus. &, Possum dicere. Quibus generibus per totas interim quæstiones decurrimus: ut Cicero, Hoc ego si sic Act. 5.
agerem tanquam mihi crimen esset diluendum, hæc pluribus dicerẽ. Εἰρωνεία est & cum similes imperantibus uel permittentibus sumus, I, sequere Italiam uentis. Aeneid. 4.
Et cum ea quæ nolumus uideri in aduersarijs esse, concedimus eis. Id acrius fit cum eadem in nobis sunt, & in aduersario non sunt: Meq; timoris Aeneid. 11.

Argue tu Drance, quandò tot cædis aceruos
Teucrorum tua dextera dedit.

Quod idem contra ualet, cum aut ea quæ à nobis absunt, aut etiam quæ in aduersarios recidunt, quasi fatemur:

Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter. Aeneid. 10.

Nec in personis tantùm, sed & in rebus uersatur hæc contraria dicendi quàm quæ intelligi uelis, ratio: ut totũ pro Quin. Ligario proœmium, & illæ eleuationes, uidelicet, O dij boni.

Scilicet is superis labor est. Et ille pro Oppio locus, O amo Aeneid. 4.
rẽ mirũ, O beneuolẽtiã singularẽ. Non procul autẽ absunt ab hac simulatione tres inter se similes, Confessio nihil nocitura: qualis est, Habes igitur Tubero quod est accusatori maximè Pro Liga.
optãdũ, cõfitentẽ reũ. Et cõcessio, cũ aliquid etiã iniquũ uidemur caussæ fiducia pati: Metũ uirgarũ Nauarchus nobilissi-

mæ

mæ ciuitatis precio redemit, humanum est. Et pro Cluētio de inuidia, Dominetur in cōcionibus, iaceat in iudicijs. Tertia cōsensio: ut pro eodē, Iudicium esse corruptū. Hæc euidentior figura est, cum alicui rei absentimur quæ est futura pro nobis: uerùm id accidere sine aduersarij uitio non potest. Quædam
Act. 6. etiā uelut laudamus, ut Cicero in Verrē circa crimē Apollonij Drepanitani, Gaudeo etiā si quid ab eo abstulisti: & abs te nihil rectius factum esse dico. Interim augenus crimina quæ ex facili aut diluere possumus, aut negare: quod est frequentius, quàm ut exemplū desideret. Interim hoc ipso fidē detrahimus illis, quòd sint tam grauia: ut pro Roscio Cicero, cum immanitatē parricidij, quanquam per se manifestam, tamen etiam ui orationis exaggerat. Ἀποσιώπησις, quam idem Cicero reticentiam, Celsus obticentiam, nonnulli interruptionem appellant, & ipsa ostendit affectus, uel iræ, ut,

Aeneid. 1. Quos ego: sed motos præstat componere fluctus.

Pro Milo. uel sollicitudinis, & quasi religionis: An huius ille legis, quam Clodius à se inuentam gloriatur, mentionem facere ausus esset uiuo Milone, ne dicam cōsule? de nostrum enim omnium: non audeo totum dicere. Cui simile est in prooemio pro Ctesiphōte Demosthenis. Vel aliò transeundi gratia: Cōmunis autem, tametsi, ignoscite mihi iudices. In quo est & illa (si tamen inter schemata numerari debet, cum alijs etiam pars caussæ uideatur) digressio: Abit enim caussa in laudes Cn. Pompeij. Id quod fieri etiam sine ἀποσιωπήσει potuit. Nam breuior illa, ut ait Cicero, à re digressio, plurimis fit modis. Sed hæc exempli gratia sufficient. Tum Caius Varenus, is qui à familia Ancharia occisus est: hoc, quæso, iudices diligenter attēdite. Et pro Milone, Et aspexit me illis quidem oculis quibus tum solebat, cum omnibus omnia minabatur. Est alia non quidem reticentia, quæ sit imperfecti sermonis, sed tamen præcisa uelut ante

ante legitimum finem oratio: ut illud, Nimis urgeo, cōmoueri tidetur adolescens. &, Quid plura? ipsum adolescentem dicere audistis. Pro Liga.

Imitatio morum alienorū, quæ ἠθοποιία, uel ut alij malunt, μίμησις dicitur, iam inter leuiores affectus numerari potest. Est enim posita ferè in eludēdo: sed uersatur & in factis, & in dictis. In factis, quod est ὑποτυπώσεως uicinum, In dictis, quale est apud Terentium,

At ego nesciebam quorsum tu ires? Paruula — In Eunucho
Hinc est abrepta, eduxit mater prosua,
Soror dicta est, cupio abducere ut redeam suis.

Sed nostrorum quoque dictorum factorumq; similis imitatio est per relationē, nisi quòd frequētius asseuerat quàm eludit: Dicebam habere eos actorē Quin. Cæcilium. Sunt & illa Act. 1. iucunda, & ad cōmendationem cum uarietate, tum etiam ipsa natura plurimum prosunt, quæ simplicem quandam, & non præparatam ostendendo orationē, minus nos suspectos iudici faciunt. Hinc est quasi pœnitentia dicti: ut pro Cælio, Sed quid ego tam grauem personam introduxi? Et quibus utimur uulgò, Imprudens incidi. Vel cum quærere nos quid dicamus fingimus, Quid reliquū est? &, Num quid omisi? Et cum ibidē in Verrē ait Cicero, Vnū etiam mihi reliquum huiusmodi crimē est. &, Aliud ex alio succurrit mihi. Vnde etiā uenusti transitus fiunt, non quia transitus ipse sit schema: ut Cicero narrato Pisonis exēplo, qui annulum sibi cudi ab aurifice in tribunali suo iusserat, uelut hoc in memoriam adductus, adiecit: Hic modò me cōmonuit Pisonis annulus, quod totum effluxerat, quàm multis istū puratis hominibus honestis de digitis annulos aureos abstulisset. Et cum aliqua uelut ignoramus, Sed earum rerum artificem, quē? quem nam? recte admones, Polycletum esse dicebant. Quod quidem non in hoc tantùm ualet. Quibusdam enim dum aliud agere uidemur, aliud efficimus: sicut hic

Cice

Cicero consequitur, ne cum morbum in signis atque tabulis
Act. 6. obiiciat Verri, ipse quoq; earum rerum studiosus esse creda-
Pro Cteliphō tur. Et Demosthenes iurādo per interfectos in Marathone &
te. Salamine, id agit, ut minore inuidia cladis apud Cheroneam
acceptæ laboret. Faciunt illa quoq; iucundam orationem, aliqua mentione habita differre, & deponere apud memoriam iudicis, & reposcere quæ deposueris, & separare quædam schemate aliquo (non enim est ipsa per se iteratio schema) & excipere aliqua, & dare actioni uarios uelut uultus. Gaudent enim res uarietate: & sicut oculi diuersarum aspectu rerum magis detinentur, ita semper animis præstant in quod se uelut nouum intendant. Est emphasis etiam inter figuras, cum ex aliquo dicto latens aliquid eruitur: ut apud Virgilium,

Aeneid. 4. Non licuit thalami expertem sine crimine uitam
Degere more feræ? — Quanquam enim de matrimonio queritur Dido, tamē huc erupit eius affectus, ut sine thalamis uitam nō hominū putet, sed ferarū. Aliud apud Ouidiū genus, apud quem & Myrrha nutrici amorē patris sic confitetur,

Metam. 10. — O, dixit, felicem coniuge matrem.

Huic uel confinis, uel eadem est, qua nunc utimur plurimum. Iam enim ad id genus, quod & frequētissimū est, & expectari maximè credo, ueniendum est: in quo per quandam suspicionem, quod non dicimus, accipi uolumus: non utique contrariū, ut in εἰρωνείᾳ: sed aliud latēs, & auditori quasi inueniēdū: quod, ut suprà ostendi, iam ferè solum schema à nostris uocatur, & unde controuersiæ figuratæ dicūtur. Eius triplex usus
Ex Diony. est: Vnus, si dicere palàm parum tutum est. Alter, si non decet. Tertius, qui uenustatis modò gratia adhibetur, & ipsa nouitate ac uarietate magis quàm si relatio sit recta, delectat. Ex his quod est primum, frequens in scholis est. Nam & actiones deponētium imperiū tyrānorū, & post ciuile bellum senatusconsulta fingūtur, & capitale est obijcere antea acta: ut quod in foro nō expedit, illic nec liceat. Sed schematū cōditio nō eadem est. Quālibet enim aperiū, quod modò & aliter intelligi possit, in illos tyrānos bene dixeris, quia periculū tantùm, nō etiā offensa uitatur. Quod si ambiguitate sententiæ poßit eludi, nemo nō illi furto fauet. Vera negocia nunq; adhuc habuerūt hāc silētij necessitatē, sed aliā huic similē, uerum multo ad agendū difficiliorē. cum personæ potentes obstant, sine quarū reprehensione teneri causa nō poßit. Ideoq; hoc parcius & circunspectius faciendum: quia nihil interest quomodo offendas: & aperta figura perdit hoc ipsum, quod figura est. Ideoq; à quibusdam tota res repudiatur, siue intelligatur, siue nō. Sed licet modum adhibere: In primis, ne sint manifestæ. Non erunt autem, si nō ex uerbis dubijs & quasi duplicibus petētur: qualis est in suspecta nuru, Duxi uxorē, quæ patri placuit. Aut, quod est multo ineptius, cōpositionibus ambiguis: ut illa cōtrouersia, in qua infamis amore uirginis filiæ pater, rapeam eam interrogat à quo uitiata sit, Quis te, inquit, rapuit? Tu pater nescis? Res ipsæ perducant iudicem ad suspicionem, & amoliamur cætera, ut hoc solum supersit, in quo multū etiā affectus iuuant, & interrupta silentio dictio, & cunctationes. Sic enim fiet, ut iudex quærat illud nescio quid, quod ipse fortasse non crederet si audiret: & ei quod à se inuentum existimat, credat. Sed ne si optimæ quidem sint, esse debent frequentes. Nam densitate ipsa figuræ aperiuntur, nec offensæ minus habent, sed authoritatis. Nec pudor uidetur quòd non palàm obijcias, sed diffidentia. In summa, sic maximè iudex credit figuris, si nos putat nolle dicere. Equidem quandoq; & in personas incidi tales, & in rem quoq; (quod est magis rarum) quæ obtineri nisi hac arte non posset. Ream tuebar, quæ subtecisse dicebatur marito testamentum, & dicebatur chirogra-

phum marito expirãte hæredibus dedisse: & uerũ erat. Nam quia per leges institui uxor nõ poterat hæres, id fuerat actũ, ut ad eam bona per hoc tacitũ fideicõmissum peruenirent. Et caput quidẽ ueri facile erat, si hoc diceremus palàm. sed peribat hæreditas. Ita ergo fuit nobis agendũ, ut iudices illud intelligerẽt factũ, delatores nõ possent apprehẽdere ut dictum: & cõtigit utrũq;. Quod non inseruissem, ueritus opinionẽ iactantiæ, nisi probare uoluissem, in fõro quoq; esse his figuris locũ. Quædam etiã quæ probare nõ poßis, figura potius spargenda sunt. Hæret enim nonnunquã telum istud occultum, & hoc ipso quòd nõ apparet, eximi nõ potest. At si idẽ dicas palàm, & defenditur, & probãdum est. Cum autẽ obstat nobis personæ reuerentia (quod secundũ posuimus genus) tanto cautius dicendũ est, quãto ualidius bonos inhibet pudor, quàm metus. Hic uerò tegere nos iudex quod sciamus, & uerba ui quadam ueritatis erumpẽtia credat coërcere. Nam quãto minus aut ipsi in quos dicimus, aut iudices, aut aßistentes oderint hanc maledicẽdi lasciuiam, si nolle nos credãt? Aut quid interest quo modo dicatur, cũ & res & animus intelligitur? Quid deniq; dicendo proficimus, nisi ut palàm sit nos facere, quod ipsi sciamus non esse faciendũ? Atqui præcipuè prima quibus præcipere cœperam, tempora hoc uitio laborarunt. Dicebant enim libenter tales cõtrouersias, quæ difficultatis gratia placent, cum sint multo faciliores. Nam rectũ genus approbari nisi maximis uiribus nõ potest: hæc diuerticula & anfractus suffugia sunt infirmitatis: ut qui cursu parũ ualent, flexu eludunt: cum hæc quæ affectatur ratio sententiarũ, non procul à ratione iocandi abhorreat. Adiuuat etiam quòd auditor gaudet intelligere, & fauet ingenio suo, & alio dicente se laudat. Itaq; nõ solùm si persona obstaret rectæ orationi (quo in genere sæpius modo quàm figuris opus est) decurrebãt ad schematα,

matα, sed faciebant illis locũ etiã ubi personæ inutiles ac nefariæ essent: ut si pater qui infamẽ in matrem filium secretò occidisset, reus malæ tractationis, iacularetur in uxorẽ obliquis sentẽtijs. Nã quid impurius quàm retinuisse talẽ? Quid porrò tam contrarium, quàm cũ qui accusetur quia summũ nefas suspicatus de uxore uideatur, confirmare id ipsa defensione, quod diluendũ est? At si iudicũ sumerent animũ scirẽt quàm eiusmodi actionẽ laturi nõ fuissent: multoq; etiam minus, cum in parentes abominanda crimina spargerẽtur. Et quatinus huc incidimus, paulo plus scholis demus. Nam & in his educatur orator: & in eo, quo modo declametur, positum est etiam quo modo agatur. Dicẽdum ergo de ijs quoq; in quibus nõ aspersas figuras, sed palàm contrarias causse pleriq; fecerunt. Tyrannidis affectatæ damnatus torqueatur, ut conscios indicet: accusator eius optet quod uolet. Patrem qui accusauit, optat ne is torqueatur. pater ei contradicit. Nemo se tenuat agens pro patre, quin figuras in filium faceret, tanquam illum conscium pater in tormentis esset nominaturus. Quo quid stultius? Nam cum hoc iudices intellexerint, aut non torquebitur, cum ideo torqueri uelit: aut torto nõ credetur. At credibile est hoc eum uelle fortasse. Dißimulet ergo, ut efficiat. Sed nobis (declamatoribus dico) quid proderit hoc intellexisse, nisi dixerimus? Ergo si uerè ageretur, similiter consilium illud latens prodidissemus? Quid si neq; utiq; uerum est, & habere altas hic damnatus contradicendi causßas potest, uel quòd legẽ conseruandam putet, uel quòd nolit accusatori debere beneficiũ, uel (quod ego maximè sequerer) ut se innocentem in tormentis esse prætendat? Quare ne illud quidem semper succurret sic dicentibus, Patrocinium hoc uoluit, qui controuersiam finxit. Fortasse enim noluit: sed esto noluerit: continuo´ne si ille stultè cogitauit, nobis quoque stultè dicendum est? At ego in

causis agẽdis frequẽter nõ puto intuendum quid litigator uelit. Est et ille in hoc genere frequẽs error, ut putẽt aliud quosdam dicere, aliud uelle: præcipuè cum in themate est aliquẽ ut sibi mori liceat postulare: ut in illa cõtrouersia, Qui aliquãdo fortiter fecerat, & alio bello petierat ut militia uacaret ex lege, quòd quinquagenarius esset, aduersante filio ire in aciem coactus deseruit. Filius qui fortiter eodẽ prælio fecerat, incolumitatẽ eius optat: cõtradicit pater. Non enim, inquiunt, mori uult, sed inuidiam filio facere. Equidẽ rideo, quòd illi sic timent tanquã ipsi morituri, & in consiliũ suos metus ferũt, oblitti tot exẽplorum circa uoluntariam mortẽ, caussarũ quoq; quas habet factus ex uiro forti desertor. Sed de una cõtrouersia loqui superuacuũ est. Ego in uniuersum neq; oratoris puto esse unquam prævaricari, neq; litẽ intelligo, in qua pars utraq; idem uelit: neq; tam stultũ quenquã, qui sì uauere uelit, mortẽ potius male petat, quàm omnino nõ petat. Non tamen nego esse controuersias huiusmodi figuratas: ut est illa, Reus parricidij, quòd fratrẽ occidĩsset, damnatũ iri uidebatur. Pater pro testimonio dixit eum se iubente fecisse: absolutũ abdicat. Nam neq; in totũ filio parcit, nec quod priore iudicio affirmauit, mutare palam potest: & ut non durat ultra pœnã abdicationis, ita
*alioqui abdicat tamẽ & * obliqua figura in patre plus facit quàm licet, in filio minus. Vt autem nemo cõtra id quod uult dicit, ita potest melius aliquid uelle quàm dicit; quomodo ille abdicatus, qui à patre ut filium expositũ & ab eo educatum solutis alimentis recipiat postulat, reuocari fortasse mauult, nõ tamẽ quod petit, non uult. Est latens & illa significatio, qua cum ius asperius petitur à iudice, sit ei tamen spes aliqua clementiæ: non palàm, ne paciscamur, sed per quandam credibilem suspicionem, ut in multis controuersijs. Sed in hac quoq; : Raptor nisi intra trigesimum diem & raptæ patrem & suum exora

exorauerit, pereat. Qui exorato raptæ patre suũ nõ exorat, agit cum eo dementiæ. Nam si permittat hic pater, lis tollitur: si nullam spem faciat, ut nõ demẽs, crudelis certè uideatur, & à se iudicem auertat. Latro igitur optimè, Occidet ergo, si potero. Remissius, & pro suo ingenio pater Gallio, Dura anime hodie, dura: heri fortior fuisti. Confinia sunt his celebrata apud Græcos schemata, per quæ res asperas mollius significant. Nam Themistocles suasisse existimatur Atheniensibus, ut urbem apud deos deponerent: quia durum erat dicere, ut relinquerent. & qui uictorias aureas in usum belli cõflari uolebat, ita declinauit, uictorijs utẽdum esse. Totum autem allegoriæ simile est, aliud dicere, aliud intelligi uelle. Quæsitum etiam est, quomodo responderi contra figuras oporteret. Et quidam semper ex diuerso aperiẽdas putauerunt, sicut latẽtia uitia rescinduntur. Idq; sanè frequentissimè faciendum est. aliter enim dilui obiecta non possunt, utiq; cum quæstio in eo consistit, quod figuræ petunt. At cum maledicta sunt tantum, non intelligere interim, bonæ conscientiæ est. Atq; etiam cum fuerint crebriores figuræ, quàm ut dissimulari possint, postulandum est, ut illud nescio quid quod aduersarij obliquis sententijs significare uoluerint, si fiducia sit, obijciant palam: aut certe non exigant, ut quod ipsi non audent dicere, id iudices non modò intelligant, sed etiam credant. Vtilis etiam aliquando dissimulatio est, ut in eo (nota enim fabula est) qui cum esset contra eum dictum, Iura per patroni tui cineres, paratum se esse respondit: & iudex conditione usus est, clamante multum aduocato, schemata de rerũ natura tolli: ut protinus etiam præceptum sit, eiusmodi figuris utẽdum temere nõ esse.

Val. li. 1. de neglecta relig.

Tertium est genus, in quo sola melius dicendi petitur occasio: ideoq; id Cicero non putat esse positum in contentione. Tale est illud, quo idem utitur in Clodium, Quibus iste, qui

Pro domo sua.

Universidad de Deusto Biblioteca

omnia sacrificia nosset, facilè ab se deos placari posse arbitrabatur. Ironia quoq; in hoc genere materiæ frequentißima est. Sed eruditißimũ longè, si per aliam rem alia inducatur: ut cũ aduersus tyrannũ qui sub pacto abolitionis dominationẽ deposuerat, agit competitor, Mihi in te dicere non licet, tu in me dic, & potes: Nuper te uolui occidere. Frequens illud est, nec magnopere captandũ, quod petitur à iureiurãdo: ut pro exhæredato, Ita mihi cõtingat hærede filio mori. Nã & in totũ iurare, nisi ubi necesse est, graui uiro parũ conuenit: & est à Seneca dictũ elegãter, non patronorũ hoc esse, sed testium. Nec meretur fidẽ, qui sentẽtiolæ gratia iurat: nisi si potest tam bene quàm Demosthenes, ut suprà dixi. Leuißimũ autẽ longè genus ex uerbo, etiã si est apud Ciceronẽ in Clodiam, Præsertim quam omnes amicam omnium potius quàm cuiusquam inimicam putauerunt. Comparationẽ equidem uideo figurã non esse, cum sit interim probationis, interim etiam caussæ genus: & sit talis eius forma, qualis est pro Muræna, Vigilas tu de nocte, ut tuis consultoribus respondeas: ille, ut quò contendit, maturè cum exercitu perueniat. Te gallorum, illum buccinarum cãtus excitat, &c. Nescio an orationis potius quàm sententiæ sit. Id enim solum mutatur, quòd non uniuersa uniuersis, sed singula singulis opponuntur. Et Celsus tamen, & non negligens author Visellius, in hac eam parte posuerunt: Rutilius quidem Lupus in utroque genere, idq; ἀντίθετον uocat.

Pro Cælio.

Præter illa uerò quæ Cicero inter lumina posuit sententiarum, multa alia & idem Rutilius Gorgiam secutus, non illum Leontinum, sed alium sui temporis, cuius quatuor libros in unum suum transtulit, & Celsus uidelicet Rutilio accedens, posuerunt schemata. Consummationem, quam græcus διαλλαγὴν uocat, cum plura argumenta ad unum effectum deducuntur. Consequẽs, ille ἐπακολούθησιν, de quo nos in argumentis

mentis diximus. Collectionẽ, qui apud illum est συλλογισμός. Minas, id est, κατάπληξιν. Exhortationem, παραινετικόν. Quorum nihil nõ rectum est, nisi cum aliquam ex his de quibus locuti sumus, figuram accipit. Præter hæc Celsus, excludere, asseuerare, detrectare, excitare iudicem, prouerbijs uti, & uersibus, & ioco, & inuidia, & inuocatione, intẽdere crimen, quod est δείνωσις, adulari, ignoscere, fastidire, admonere, satisfacere, precari, corripere, figuras putat. Partitionem quoq;, & propositionẽ, & diuisionẽ, & rerum duarum cognationẽ, quod est ut idẽ ualeant quæ uidentur esse diuersa, ut nõ is demũ sit ueneficus, qui uitã abstulit data potione, sed etiã qui mentẽ: quod est in parte finitionis. Rutilius siue Gorgias, ἀναγκαῖον, ἀνάμνησιν, ἀνθυποφορὰν, ἀντίρρησιν, παράνξησιν, προέκθεσιν, quod est dicere quid fieri oportuerit, deinde qd factũ sit: ἐναντιότητα, unde sint enthymemata κατ' αἰτίασιν, μετάληψιν etiam, quo statu Hermagoras utitur. Visellius quanquam paucißimas faciat figuras, facit ἐνθύμημα tamen, quod cõmentum uocat: & rationẽ appellans ἐνθυχείρημα, inter has habet. quod quidem recipit quodammodo & Celsus: nam consequens an epicherema sit, dubitat. Visellius adijcit & sententiam. Inuenio qui aggregent his διασκευὰς, ἀπαγορεύσεις, παραδιηγήσεις. Sed ut hæc nõ sunt schemata, sic alia uel sint forsitan, ac nos fugerint: uel etiam noua fieri adhuc poßint, eiusdẽ tamẽ naturæ cuius sunt ea de quibus dictum est.

Lib. 5. cap. 8. & 10.

De Figuris uerborum. CAP. III.

VErborũ uerò figuræ & mutatæ sunt semper, & utcunq; ualuit consuetudo, mutantur. Itaq; si antiquum sermonẽ nostro comparemus, penè iam quicquid loquimur, figura est: ut huic rei inuidere, non, ut omnes ueteres, & Cicero præcipuè, hanc rem: & incumbere illi, non in illum: & plenũ uino, nõ uini, & huic nõ hũc adulari, iam dicitur, & mille alia: utinamq;

Antiqua locutio immutata.

Tuscul. quæstio. 3.

Universidad de Deusto Biblioteca

Schemata λέξεως duplicia.

namq; non peiora uincant. Verùm schemata λέξεως duorum sunt generum: alterum loquendi rationem uocant: alterũ quod ad collocationem maximè exquisitum est. Quorũ tametsi utrunque conuenit orationi, tamen poßis illud grammaticũ, hoc rhetoricum magis dicere. Prius sit ijsdem generibus, quibus uitia. Esset enim omne schema uitium, si non peteretur, sed accideret. Verùm authoritate, uetustate, consuetudine plerunq; defenditur, sæpe etiam ratione quadam. Ideoq; cum sit à simplici rectoq; loquendi genere deflexa, uirtus est si habet probabile aliquid quod sequatur. Vna tamen in re maximè utilis, ut quotidiani & semper eodem modo formati sermonis fastidium leuet, & nos à uulgari dicendi genere defendat. Quo siquis parce, & cum res poscet utetur, uelut asperso quodam condimento iucundior erit: at qui nimium affectauerit, ipsam illam gratiam uarietatis amittet. quanquam sunt quædam figuræ ita receptæ, ut penè iam hoc ipsum nomen effugerint: quæ etiã si fuerint crebriores, aures consuetas minus ferient. Nam secretæ, & extra uulgarem usum positæ, ideoq; magis nobiles, ut nouitate aurem excitant, ita copia satiant: nec se obuias fuisse dicenti, sed conquisitas, & ex omnibus latebris extractas cõgestasq; declarãt. Fiunt ergo & circa genus figuræ in nominibus. Nam & oculis capti talpæ, & timidi damæ dicuntur à Virgilio: sed subest ratio, quia sexus uterq; altero significatur. Tã enim mares esse talpas damasq; quàm fœminas certũ est. Et in uerbis: ut, Fabricatus est gladiũ: & Inimicos punitus es. Quod mirũ minus est, quòd in natura uerborũ est & quæ facimus patiẽdi modo sæpe dicere, ut arbitror, suspicor: & contrà faciendi, quæ patimur, ut uapulo: ideoq; frequens permutatio est: & pleraq; utroq; modo efferuntur, luxuriatur luxuriat, fluctuatur fluctuat, assentior assentio, reuertor reuerto. Est figura & in numero: uel cũ singulari pluralis subiun

Vitiiin figura excusandi rationes.

Vtilitas primi generis figurarum quæ in uerbo sunt.

Per genus.

Georg. 1.

Aeglo. 8.

Pro Rab.

Posthumo.

Pro Milo.

Per numerũ.

subiungitur, Gladio pugnacißima gẽs Romani. gens enim ex multis. Vel è diuerso, —Quoi non risere parentes,

Politianus in Miscel. c. 89.

Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est.

Aeglo. 4.

Ex illis enim qui non risêre, hunc non dignatus deus, nec dea dignata. Et mutatione partium, ut in Satyra,

Per partes mutatas.

—Et nostrum istud uiuere triste Aspexi.

Pers. Sat. 1.

cum infinito uerbo sit usus pro appellatione. Nostram enim uitam uult intelligi. Vtimur & uerbo pro participio, ut

Magnum dat ferre talentum,

Aeneid. 5.

tanquam ferendum. Et participio pro uerbo, Volo datum. Interim etiã dubitari potest cui simile uitio sit schema ut in hoc,

Hora. Epist. lib. 1.

Virtus est uitium fugere.— aut enim partes orationis mutat ex illo, Virtus est fuga uitiorum. aut casus ex illo, Virtutis est uitium fugere. Multa tamen hoc utroq; excitatius iungũtur interim schemata. Sthenelus sciẽs pugnæ. Est enim, sciens Sthenelus pugnandi. Transferuntur etiam tempora, Timarchides negat esse ei periculum à securi. Præsens enim pro præterito positum est. Et futurum pro præsenti,

Car. 1.

Per tempora.

Act. 7.

Hoc Ithacus uelit. Et ne morer, per omnia fit genera, per quæ fit solœcismus. Hæc est quoq; quam ἑτέρωσιν uocant. cum dißimilis est, Zeugma dicitur: ut apud Sallustium, Neq; ea res falsum me habuit. &, Duci probare. Ex quibus fere præter nouitatẽ breuitas etiam peti solet. Vnde eousq; processum est, ut non pœniturum, pro non acturo pœnitentiã: & uisuros, ad uidendum missos; idem author dixerit. Quæ ille quidem fecerit schemata, an idem uocari poßint, uidendum, quia recepta sint. Nam receptis etiam uulgo authore cõtenti sumus. Verum natura eualuit agentibus, quod Pollio in Labieno damnat: & contumeliam fecit, quod à Cicerone reprehendi notum est. affici enim contumelia dicebant. Alia commendatio uetustatis, cuius amator unicè Virgilius fuit,

Aeneid. 2.

In Iugur.

Philip. 3.

Aeneid.11. Vel cum se pauidum contra mea iurgia iactat.

Aeneid.1. Progeniem sedemm Troiano à sanguine duci
Audierat._ Quorum similia apud ueteres Tragicos Comicosq; sunt plurima. Illud etiam in consuetudine remansit, Enimuero. His amplius apud eundem,

Geor.4. Nam quis te iuuenũ confidentißime:_
cum quis, sermonis initium sit. &,

Aeneid.7. Tam magis illa tremens, & triſtibus effera flammis,
Quàm magis effuſo erudescunt sanguine pugnæ.
Quod est uersum ex illo, Quàm magis æruna uiget, tam magis ad malefaciendum urget. Pleni talibus antiqui: sicut initio Eunuchi Terentius, Quid igitur faciam?_ inquit. Alluſit tandem leno. Catullus in epithalamio,
_Dum innupta manet, dum chara suis est.

Græcanicæ figuræ. Sed prius dum, significat quoad: sequens, usq; eò. Ex Græco uerò translata uel Salluſtij plurima: quale est, uulgus amat fieri: uel Horatij.* Nam id maximè probat hoc Ciceronis. Et mutatio casus: ut,_Nec longæ inuidit auenæ. Et Virgilij,

Hor. ser. 2. sat. 6.

Aeneid.1. _Tyrrhenum nauigat æquor. Etiam uulgatum actis quoque, Saucius pectus. Ex eadem parte figurarum additio & abiectio est. Illaq; prior uideri potest superuacua, sed non sine gratia est,

Aeglo.10. Nam neq; Parnaſsi uobis iuga, nam neque Pindi.

Carm.1. Ode 12. Potest enim deesse alterũ nam. Et apud Horatũ illud,_Fabriciumq; Hunc & intonsis Curiũ capillis. Est etiã adiectio,

In Eunuc. quæ in complexu sermonis aut uitium habet, aut figurã. Figuram, ut, Accede ad ignẽ hũc: iam caleſces plus satis. plus enim quàm satis est. De altera quæ detractio, est, pluribus dicendam est. Vtimur uulgò & cõparatiuis pro abſolutis, ut cum se quis infirmiorẽ esse dixerit. Duo inter se cõparatiua cõmitti-

Inuect.1. mus, Si te iam Catilina cõprehẽdi, si interfici iusſero, credo erit uereri

uerendum mihi, ne non hoc potius omnes boni serius à me, quàm quiſquam crudelius factũ esse dicat. Sunt illa non similia soloecismo quidem, sed tamen numerum mutantia, quæ & tropis aſsignari solent, ut de uno pluraliter dicamus,

Sed nos immensum spatijs confecimus æquor. Geor.2.

Et de pluribus singulariter,

Haud secus ac patrijs acer Romanus in armis. Ibidem.

Specie diuersa, sed genere eadem & hæc sunt,

Ne'ue tibi ad solem uergant uineta cadentem. Geor.2.

Nec mihi tum molles sub dio carpere somnos, Geor.3.
Neu dorso nemoris libeat iacuisse per herbas.

Non enim nescio cui alij prius, nec postea sibi uni, sed omnibus præcipit. Et de nobis loquimur tanquam de alijs: Dicit Seruius, Negat Tullius. Et nostra persona utimur pro aliena, & alios pro alijs fingimus. Vtriusq; rei exemplum pro Cecinna. Pisonẽ aduersæ partis aduocatũ alloquens Cicero dicit, Restituisse te dixti, Nego me edicto prætoris restitutum esse. Verum enim illud restituisse Ebutius dixit: Nego me, Cecinna, edicto prætoris restitutũ esse. Vbi & ipsum dixti, extrita syllaba, figura in uerbo est. Illa quoq; ex eodem genere possunt uideri, quam nos interpositionem, uel interclusionem dicimus, Græci παρένθεσιν uocant, dum continuationi sermonis medius aliquis sensus interuenit. Ego cum te (mecum enim sæpissime loquitur) patriæ reddidissem. Cui adijciunt hyperbaton, non illud quod inter tropos esse uoluerunt: sed alterum, quod est eius figuræ sentẽtiarum quæ ἀνοστροφὴ dicitur, simile, cum non sensus mutatur, uerum forma eloquendi,

Pro Mil.

_Decios, Marios, magnosq; Camillos, Geor.2.
Scipiadas duros bello, & te maxime Cæsar.

Acutius adhuc in Polydoro:

Fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat, & auro Aeneid.3.

Universidad de Deusto Biblioteca

Vi potitur.— —Quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames? Qui tam paru a momenta nominibus
discreuerunt, μετάβασιν uocāt, quam & aliter fieri putant:
Aeneid. 4. Quid loquor? aut ubi sum?— Coniunxit autem παρένθε-
σιν & ἀποστροφὴν Virgilius in illo loco,
Aeneid. 8. Haud procul inde citæ Metium in diuersa quadrigæ
Distulerant (at tu dictis Albane maneres)
Raptabatq; uiri mendacis uiscera Tullus.
Hæc schemata, & his similia, quæ erunt per mutationē, adiectionem, detractionem, ordinē, & conuertunt in se auditorem, nec languere patiuntur subinde aliqua notabili figura excitatum: & habent quādam ex illa uitij similitudine gratiam, ut in cibis interim acor ipse iucundus est. Quod continget, si neque supra modum multæ fuerint, nec eiusdem generis aut iunctæ, aut frequētes: quia satietatem ut uarietas earum, ita raritas effugit. Illud est acrius genus, quod non tantùm in ratione positum est loquendi, sed ipsis sensibus cum gratiam, tum etiam uires accōmodat. E quibus primum sit quod fit per adiectionem. plura sunt genera. Nam & uerba geminātur, uel amplificandi gratia: ut, Occidi, occidi, non Sp. Melium. Alterum est enim quod indicat, alterum quod affirmat. Vel miserandi: ut,
Pro Milone.
Aeglo. 2. Ah Corydon, Corydon.— Quæ eadē figura nonnūquam per ironiā ad eleuandū conuertitur. Similis geminationis post aliquā interiectionem repetitio est, sed paulo etiam uehementior, Bona, miserum me (consumptis enim lacrymis tamen infixus animo hæret dolor) bona inquā Cn. Pōpeij acerbissimæ uoci subiecta præconis. Viuis, & uiuis nō ad deponēdā, sed ad cōfirmādā audaciā. Et ab ijsdē uerbis plura acriter & instāter incipiūt: Nihil ne te nocturnū præsidiū palatij, nihil urbis uigiliæ, nihil timor populi, nihil cōsensus bonorū omniū, nihil hic munitissimus habēdi senatus locus, nihil horū ora uultusq;
Philip. 2.
In Catil. 1.
In eadem.
moue

mouerunt? Et ijsdem desinunt, Quis eos postulauit? Appius. quis produxit? Appius. Quanquam hoc exemplum ad aliud quoq; schema pertinet, cuius initia inter se & fines ijdem sunt, quis & quis, Appius & Appius. Quale est, Qui sunt qui fœdera sæpe ruperunt? Carthaginenses. Qui sunt qui crudele bellum in Italia gesserunt? Carthaginenses. Qui sunt qui Italiam deformauerunt? Carthaginenses. Qui sunt qui sibi ignosci postulant? Carthaginenses. Etiam in contrapositis uel comparatiuis solet respondere primorum uerborum alterna repetitio, quod modò huius esse loci potius dixi, Vigilas tu de nocte, ut tuis consultoribus respondeas: ille, ut eò quò intendit, maturè cum exercitu perueniat. Te gallorū, illū buccinarū cantus exuscitat. Tu actionē instituis, ille aciem instruit. Tu caues ne consultores tui, ille ne urbes aut castra capiātur. Sed hac gratia nō fuit cōtētus Orator, uertit in cōtrariū eandē figurā: Ille tenet & scit ut hostiū copiæ, tu ut aquæ pluuiæ arceātur. Ille exercitatus est in propagādis finibus, tu in regendis. Possunt media quoq; respondere, uel primis: ut,
Pro Mil.
Cornif. li. 4.
Pro Muræ,
Te nemus Angitiæ, uitrea te Fucinus unda. uel ultimis, Hæc nauis onusta præda Siciliensi. cum ipsa quoq; esset ex præda. Nec quisquā dubitauit idem posse fieri iteratis utrinq; medijs. Respondent primis & ultima, Multi & graues dolores inuenti parentibus, & propinquis multi. Est & illud repetendi genus, quod semel proposita iterat & diuidit,
Aeneid. 7.
Act. 7.
Ibidem.
Iphitus & Pelias mecum, quorum Iphitus æuo
Iam grauior, Pelias & uulnere tardus Vlyssi.
Aneid. 2.
ἐπάνοδος dicitur græcè, nostri regressionē uocāt. Nec solùm in eodem sensu, sed etiā in diuerso eadē uerba cōtrà sumuntur, Principum dignitas erat penè par, nō par fortasse eorum qui sequebātur. Interim uariatur casibus hæc & generibus iteratio: Magnus est labor dicendi, magna res est. Et apud Rutiliū
Pro Ligar.
long

Universidad de Deusto Biblioteca

longiore περιόδῳ & hæc initia sententiarum sunt, Pater hic tuus? patrem hunc appellas? patris tu huius filius es? Fit casibus modo hoc schema quod πολύπτωτον uocant. Constat & alijs etiam modis: ut pro Cluentio, Quod autem tempus ueneni dandi? illo die? in illa frequētia? Per quem porro datum? unde sumptum? quæ porrò interceptio poculi? cur nō deintegro autem datum? Hanc rerum coniunctam diuersitatem Cælius μεταβολὴν uocat: qualis est pro Cluentio locus in Oppianicum, Illum tabulas publicas uiolasse, censorias corrupisse, decuriones uniuersi iudicarūt: cum illo iam nemo rationem, nemo rem ullam contrahebat: nemo illum ex tam multis cognatis & affinibus tutorem unquam liberis suis scripsit. & deinceps adhuc multa. Vt hæc in unū congeruntur, ita contrà illa dispersa sunt, quæ à Cicerone dissipata dici puto,

Georg.1. Hic segetes, illic ueniunt felicius uuæ,
Arborei fœtus alibi. & deinceps.

Illa uerò apud Ciceronē mira figurarum mistura deprehenditur, in qua & primo uerbo longo pòst interuallo redditum est ultimum, & media primis, & medijs ultima congruunt: Vestrum iam hic factum deprehenditur Patres cōscripti, non meum: ac pulcherrimum quidem factum: uerùm, ut dixi, non meum, sed uestrum. Hanc frequentiorem repetitionē πλοκὴν uocant, quæ fit ex permistis figuris, ut suprà dixi, utq; se habet epistola ad Brutum, Ego cum in gratiam redierim cum Appio Claudio, & redierim per Cn. Pompeium, te ego ergo cū redierim. Et in ijsdē sentētijs crebrioribus mutata declina-
Sary.1. tionibus iteratione uerborū: ut apud Persiū, Vsque adeo'ne
Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter?

Et apud Ciceronem, Neq; enim poterat indicio ex his damnatis qui iudicabantur. Sed sensus quoque toti quemadmodum cœperunt desinent: Venit ex Asia, hoc ipsum quàm bon

bonum? Trib. pleb. uenit ex Asia. In eadem tamen periodo & uerbum ultimum primo refertur, tertium iam sermone adiectum est, Veruntamen uenit. Interim sentētia quidē repetitur, sed eodem uerborum ordine, Quid Cleomenes facere potuit? Act.7.
Non enim possum quēquam insimulare falsò. Quid, inquam, Cleomenes magnopere facere potuit? Prioris sententiæ uerbum ultimum, ac sequentis primum frequenter est idem: quo quidem schemate utuntur poëtæ sæpius,

Pierides, uos hæc facietis maxima Gallo, Aeglo.10.
Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas.

Sed ne Oratores quidē rarò: Hic tamen uiuit, uiuit? immò etiā In Catil.1.
in Senatū uenit. Aliquando, sicut in geminatione uerborū diximus, initia quoq; & clausulæ sententiarum alijs, sed nō aliò tendentibus uerbis, inter se consonant. Initia hoc modo, Dederim periculis omnibus, obtulerim insidijs, obiecerim inuidiæ. Rursus clausulæ: ibidē statim, Vos enim statuistis, uos sententiam dixistis, uos iudicastis. Hoc alij μετωνυμίαν, alij disiunctionem uocant, utrunq; (etiamsi est diuersum) rectè. Nam est nominum idem significantium separatio. Congregantur quoq; uerba idē significātia: Quæ cum ita sint Catilina, perge quo cœpisti: egredere aliquādo ex urbe: patēt portæ, proficiscere. Et in eundē alio libro, Abijt, excessit, erupit, euasit. Hoc Cæcilio πλεονασμὸς uidetur, id est abundans supra ne- Inuect.1.
cessitatem oratio: sicut illa, Vidi oculos ante ipse meos. In illo Aneid.12.
enim uidi, inest ipse. Verùm id, ut alio quoq; loco dixi, cum superuacua oneratur adiectione, uitium dicitur: cum autē auget manifestam sententiam, sicut hic, uirtus: Vidi, ipse, ante oculos. quot uerba, totidē sunt affectus. Cur tamē hæc propriè nomine tali notarit, non uideo. Nam & geminatio, & repetitio, & qualiscunq; adiectio, πλεονασμὸς uideri potest. Nec uerba modò, sed sensus quoq; idem facientes aceruātur. Perturbatio istum

Universidad de Deusto
Biblioteca

istum mentis, & quædam scelerum offusa caligo, & ar-
Pro Milone. dentes furiarum faces excitarunt. Congeruntur & diuersa: Mulier, tyranni sæua crudelitas, patris amor, ira præceps, temeritas, dementia. Et apud Ouidium,

Metam.5. Sed graue Nereidum numen. sed corniger Ammon,
Sed quæ uisceribus ueniebat bellua ponti
Exaturanda meis.— Inueni qui & hoc uocaret πλοκὴν: cui non assentior, cũ sint unius figuræ mista quoq;, & idẽ & diuersum significantia, quod & ipsum διαλλαγὴν uocant:

In Catil.2. Quæro ab inimicis, sintne hæc inuestigata, comperta, patefacta: sublata, deleta, extincta per me. Inuestigata, cõperta, patefacta, aliud ostendũt: sublata, deleta, extincta, sunt inter se similia, sed non etiã prioribus. Et hoc autem exemplũ, & superius, aliam quoq; efficiunt figuram, quæ quia coniunctionibus caret, dissolutio uocatur, apta, cum quid instãtius dicimus. Nã & singula inculcantur, & quasi plura fiunt, Ideoq; utimur hac figura non in singulis modò uerbis, sed sentẽtijs etiam: ut Cicero dicit contra cõcionem Metelli, Qui indicabantur, eos uocari, custodiri, ad Senatum adduci iussi. in Senatu sunt positi. et totus hic locus. Hoc genus βραχυλογίαν uocãt, quæ potest esse copulata dissolutio. Contrariũ est schema, quod coniunctionibus abundat. Illud ἀσυνδετον hoc πολυσύνδετον dicitur. Hoc est, uel iisdem sæpius repetitis: ut,

Geor.3. —Tectumq; Larem que,
Armaq;, Amyclæumq; canem, Cressamq; pharetram.

Aeneid.1. Vel diuersis, Arma utrumq;.— Multum ille & terris,—
Multa quoq; & bello.— Aduerbia quoq; & pronomi-

Aeglo.1. na uariãtur, Hic illũ uidi iuuenẽ.— Bissenos cui nostra dies—
Hic mihi responsum primus dedit ille petenti.

Sed utrunq; horum coaceruatio. Etenim tantùm iuncta aut dissoluta omnibus scriptores sua nomina dederunt, sed uaria, & ut

& ut cuiq; fingenti placuit. Fons quidem unus, quia acriora facit & instantiora quæ dicimus, & uim quandam præ se ferentia, uelut sæpius erumpentis affectus. Gradatio quæ dicitur κλῖμαξ, apertiorem habet artem, & magis affectatam, ideoq; esse rarior debet. Est autem ipsa quoq; adiectionis. repetit enim quæ dicta sunt: & priusquam ad aliud descẽdat, in prioribus resistit. Eius exẽplum ex græco notissimo transferatur, Nec hæc dixi quidem, sed nec scripsi: nec scripsi quidẽ, Demosthe.
sed nec obij legationẽ: nec obij quidem, sed nec persuasi Thebanis. Sunt tamẽ eruditi & latina, Aphricano iurtutem industria, uirtus gloriam, gloria æmulos cõparauit. & Calui, Non Cornif. lib.4.
ergo magis pecuniarum repetundarum quàm maiestatis, neq; In Vatinium.
maiestatis magis quàm Plautiæ legis, neq; Plautiæ legis magis quàm ambitus, neq; ambitus magis quàm omnium legum iudicia perierunt. Inuenitur apud Poëtas quoq;, ut apud Homerum de sceptro quod à Ioue ad Agamemnonem usq; deduIliad.á.
cit: & apud nostrum etiam tragicum,

Ioue propagatus est (ut perhibent) Tantalus,
Ex Tantalo Pelops, ex Pelope autem satus
Atreus, qui nostrum porrò propagat genus.

At quæ per detractionem fiũt figuræ, breuitatis nouitatisq; maximè gratia petuntur: quarum una est ea, quam libro proximo in figuras distuli, Synecdoche, cum subtractum uerbum aliquod satis ex cæteris intelligitur: ut Cælius in Antonium, Stupere gaudio Græcus. Simul enim auditur cœpit. Cicero ad Brutũ, Sermo nullus fcilicet nisi de te. Quid enim potius? Tum Flauius, Erras tabellarie: & ego ibidem orans inter cœnam exoraui. Cui simulia sunt illa meo quidem iudicio, in quibus uerba decenter pudoris gratia subtrahuntur,

Nouimus & qui te, transuersa tuentibus hirquis, Aeglog.3.
Et quo, sed faciles Nymphæ, risere sacello.

Hanc quidã Aposiopesin putant, frustra. Nam illa quid tacet incertũ est, aut certe longiore sermone explicandũ: hic unum uerbũ, & manifestum quidẽ desideratur: quæ si Aposiopesis est, nihil in quo deest aliquid nõ idẽ appellabitur. Ne ego illud quidem Aposiopesin semper uoco, in quo res quæcunq; relinquitur intelligenda, ut ea quæ in epistolis Cicero, Datis Lupercalibus, quo die Antonius Cæsari. quia nihil hic aliud intelligi poterat, quàm hoc, diadema imposuit. Altera est per detractionẽ figura, de qua modo dictum est, cui cõiunctiones

συνδυγμένον. eximuntur. Tertia quæ dicitur συνζευγμένον. In qua unũ ad uerbũ plures sententiæ referũtur, quarũ unaquæq; desideraret illud, si sola poneretur. Id accidit aut præposito uerbo

Pro Cluen. ad quod reliqua respiciant: Vicit pudorẽ libido, timorẽ audacia, rationem amentia. Aut illato, quo plura cluduntur: Neq;

Inuect.1. enim is es Catilina, ut te aut pudor unquam à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore reuocauerit. Mediũ quoq; potest esse, quod & prioribus & sequentibus sufficiat. Iungit autem & diuersos sexus, ut cum marem fœminamq; filios dicimus. Et singularia pluralibus miscet. Sed hæc adeò sunt uulgaria, ut sibi artem figurarum asserere non possint. Illud planè figura est, qua diuersa sermonis forma coniungitur,

Aeneid.3. —Socijs tunc arma capessant
Edico, & dira bellum cum gente gerendum.

Quamuis enim pars bellũ posterior participio insistat, utriq; tamen cõuenit illud edico: nam utriq; detractionis gratia facta coniunctio. σημειωσιν uocãt, quæ duas res diuersas colligat: Tam deest auaro quod habet, quàm quod nõ habet. Huic diuersam uolunt esse distinctionem, cui dant nomẽ παραδιαζευξιν, qua similia discernũtur: Cum te pro astuto sapientem appelles, pro confidente fortem, pro illiberali diligẽtem. quod totum pẽdet ex finitione, ideoq; an figura sit dubito. Cui contraria

traria est ea quæ ex uicinia transit ad diuersa aut similia,

—Breuis esse laboro, Obscurus fio,— & quæ sequũtur. Hor. in Art.

Tertiũ est genus figurarũ, quæ aut similitudine aliqua uocum, aut paribus, aut cõtrarijs uertũt in se aures, & animos excitant. Huic nomẽ est παρονομασία, quæ dicitur agnominatio. Ea nõ uno modo fieri solet, sed ex uicinia quadã prædicti nominis ducta, casibus declinatur: ut Domitius Apher pro Cloantilla, Mulier rerum omnium imperita, in omnibus rebus infelix. Et cum uerbo idem uerbũ plus significãter subiungitur, Quãdo homo, hostis homo. Quibus exẽplis sum in aliud usus, sed in uno facilis est geminatio. παρονομασία ei cõtrarium est, quòd eodẽ uerbo quasi falsum augetur, Quæ lex priuatis hominibus esse lex nõ uidebatur. Cui cõfinis est ἀντανάκλασις, eiusdem uerbi contraria significatio. Cum Proculeius quereretur de filio, quòd is mortem suam expectaret, & ille dixisset se uerò non expectare: Imò, inquit, rogo expectes. In Pisonem.

Non ex eodem, sed ex diuerso uicinum accipitur, cum supplicio afficiendum dicas, quem supplicatione dignum iudicaris. Aliter quoq; uoces aut eadẽ diuersa in significatione ponuntur, aut productione tãtum uel correptione mutatæ: quod etiã in iocis frigidum, equidem tradi inter præcepta miror: eorũq; exempla uitandi potius quàm imitandi gratia pono. Amari iucundum est, si curetur ne quid insit amari. Auium dulcedo ad auium ducit. & apud Ouidium ludentem,

Cur ego non dicam Furia te furiam?

Cornificius hanc traductionẽ uocat, uidelicet alterius intellectus ad alterũ. Sed elegãtius, quod est positũ in distinguẽdam rei proprietatem: Hanc Reip. ab. pestem paulisper reprimi, nõ in perpetuum comprimi posse. Et quæ propositionibus in cõtrarium mutantur, Non emissus ex urbe, sed immissus in urbem esse uideatur. Melius atq; acrius, quod cùm figura iucun-

In epigram. lib. 4.

In Catil. 1.

Ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum est,tum etiã sensu ualet,Emit morte immortalitatem.Illa leuior est,Non Pisonũ,sed pistorum. &,Ex oratore arator.

Philip.3. *Pessimũ uerò,Ne patres cõscripti udeãtur circũscripti.Raro euenit,sed uehementer uemt.Sic cõtingit ut aliquis sensus uehemens & acer uenustatẽ aliquã nõ eodẽ ex uerbo nõ dissonam accipiat. Et cur me prohibeat pudor uti domestico exemplo?*

Pater Quintiliani declamator. *Pater meus contra eũ qui se legationi immoriturũ dixerat,deinde uix paucis diebus insumptis re infecta redierat, Nõ exigo ut immoriaris legationi, immorare. Nam & ualet sensus ipse,& in uerbis tantùm distantibus iucũdè cõsonat uox,præsertim nõ captata,sed uelut oblata:cũ altero suo sit usus,alterũ ab aduersario acceperit. Magnæ ueteribus curæ fuit,gratiã dicẽdi è paribus cõtrarijs acquirere.Gorgias in hoc immodicus,copiosus utique prima ætate Isocrates fuit. Delectatus est his etiã M.Tullius,uerùm & modũ adhibuit nõ ingratæ(nisi copia redundet)uoluptati,& rẽ alioqui leuẽ,sententiarũ ponderе impleuit.Nam per se frigida & inanis affectatio cum in acreis incidit sensus,innata uidetur esse,nõ accersita. Similiũ ferè quadruplex ratio est. Nam est primum,quoties uerbum uerbo simile,aut non dissimile ualde quæritur:ut,*

Aeneid.1. *--Puppesq; tuæ,pubesq; tuorũ. &,Si in hac calamitosa*

Pro Cluent. *fama,quasi in aliqua perniciosissima flãma. &,Nõ enim tam spes laudãda,quàm res est.Aut certè par est extremis syllabis consonãs, Non uerbis,sed armis.Et hoc quoq; quoties in sententias acres incidit,pulchrũ est, Quantũ possis, in eo semper experire ut prosis.Hoc est πάρισον,ut plerisq; placuit.Cleosteleus πάρισον existimat,quod fit è mẽbris non dissimilibus.*

Secundũ,ut clausula similiter cadat,uel issdẽ in ultimã partem collatis,ὁμοιοτέλευτον simulẽ duarũ sententiarũ uel plu-

Pro Milo. *rium finẽ,Non modò ad salutem eius extinguẽdam,sed etiam gloriam per tales uiros infringendã.Ex quibus ferè sunt,non tamen*

tamẽ ut semper ultimis consonẽt,quæ ζύγωλα dicũt, Vicit pudorẽ libido,timorẽ audacia,rationẽ amentia.Sed in quaternas Pro Cluent.
quoq; ac plures hæc ratio ire sentẽtias potest.Fit etiã singulis uerbis,Hæc cubat,dolet,piget,pudet. &, Abijt,excessit,erupit,euasit. Tertiũ est quod in eosdẽ casus cadit,ὁμοιόπτωτον In Catil.1.
dicitur.Sed neq; quod finẽ habet simulẽ,est ὁμοιοπτωτον:utiq; in eundem finẽ uenit ὁμοιοτέλευτον. Est enim ὁμοιόπτωτον tantũ casus similis, etiã si dissimilia sint quæ declinentur : nec tantũ in fine deprehenditur,sed respondent uel prima inter se, uel medijs,uel extremis:uel etiã permutatis his,ut media primis,& summa medijs accõmodentur,& quocunq; modo accõmodari poterũt. Nec enim semper paribus syllabis constat: ut est apud Afrum, Amisso nuper infelicis aulæ, si nõ præsidio inter pericula, tamen solatio uitæ inter aduersa. Ea uerò uidentur optima, in quibus initia sententiarũ & fines consentiunt:ut hic,Præsidio,solatio.Et ut penè similia sint uerbis,& paribus cadant,& eodẽ desinant modo. Etiam ut sint,quod
est quartũ,mẽbris æqualibus,quod ἰσόκωλον dicitur,Si quan- Pro Cecin.
tum in agro locisq; desertis audacia potest, tantũ in foro atq; iudicijs impudentia ualeret,ἰσόκωλον est,& ὁμοιόπτωτον habet. Non munus nunc in caussa cederet Aulus Cecinna Sexti Ebutij impudentiæ, quàm tum in ui faciendа cessit audaciæ, ἰσόκωλον, ὁμοιόπτωτον, ὁμοιοτέλευτον. Accedit & ex illa figura gratia, qua nomina dixi mutatis casibus repeti, Non minus cederet,quàm cessit.Adhuc ὁμοιοτέλευτον, & παρωνομασία est, Neminem posse alteri dare matrimonium, nisi quem penes sit patrimonium. Contraposítum autem,ucl,ut quidam uocant,contentio(ἀντίθετον dicitur)non uno fit modo. Nam & fit si singula singulis opponuntur : ut in eo quod modò dixi, Vicit pudorem libido, timorem audacia, Et bina Pro Cluent.
binis,Non nostri ingenij,uestri auxilij est. Et sententiæ sen- Ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tentijs, Dominetur in concionibus, iaceat in iudicijs. Cui commodißimè subiũgitur & ea ſpecies quã diſtinctionẽ diximus,

Pro Muræ. Odit populus Romanus priuatã luxuriã, publicã magnificẽtiam diligit. Et quæ ſunt ſimili caſu, diſsimili ſentẽtia in ultimo

Pro Cluent. locata: ut, Quod in tempore mali fiat, nihil obſit: quin quod in cauſſa boni fuit, proſit. Nec ſemper cõtrapoſitũ ſubiũgitur, ut

Pro Milo. in hoc, Eſt enim hæc iudices nõ ſcripta, ſed nata lex. Verum,

De Orat. 3. & in Orato. ſicut Cicero dicit, quod de ſingulis rebus propoſitis refertur ad ſingula: ut in eo quod ſequitur, Quã nõ didicimus, accepimus, legimus, uerum ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreßimus. Nec ſemper quod aduerſum eſt, contraponitur, quale eſt apud Rutiliũ, Nobis primum dij immortales fruges dederunt: nos quæ ſoli accepimus, in omnes terras diſtribuimus. Nobis maiores noſtri Rẽpub. reliquerũt: nos etiã ſocios noſtros de ſeruitute eripuimus. Fit etiã aſſumpta illa figura, qua uerba declinata repetuntur, quod ἀντιμεταβολὴ dicitur, Non ut edã uiuo, ſed ut uiuã edo. Et quod apud Ciceronẽ cõuerſum ita eſt, ut cũ mutationẽ caſus habeat, etiã ſimiliter deſinat: Vt & ſine inuidia culpa plectatur, & ſine culpa inuidia ponatur. Quod & eodẽ cluditur uerbo: ut quod dicit de Sexto Roſcio, Etenim cũ artifex eiuſmodi ſit, ut ſolus dignus uideatur eſſe qui ſcenã introëat: tum uir eiuſmodi ſit, ut ſolus uideatur dignus qui eò nõ accedat. Eſt & in nominibus ex di-

Philip. 4. uerſo collocatis ſua gratia, Si Cõſul Antonius, Brutus hoſtis: ſi conſeruator Reipub. Brutus, hoſtis Antonius. Olim plura de figuris quàm neceſſe erat: & adhuc erit qui putet eſſe figurã, Incredibile eſt quod dico, ſed uerũ. ἀδυνατοφορὰν uocãt. &, Aliquis hoc ſemel tulit, ego bis, ego ter. Διέξοδον, ἀφοδον, Longius euectus ſum, ſed redeo ad propoſitũ. Quæda uerborũ figuræ paulùm figuris ſententiarũ declinantur, ut dubitatio. Nam cũ eſt in re, priori parti aßignãda eſt: cũ in uerbo, ſequ

ſequẽti: Siue me malitiã, ſiue ſtultitiã dicere oportet. Item correctionis eadẽ ratio eſt. Nam quod illic dubitat, hic emendat. Cornif. 4.
Etiã in perſonæ fictione accidere quidã idẽ putauerunt, ut in uerbis etiã eſſet hæc figura, Crudelitatis eſt mater auaritia. Et apud Salluſtium in Ciceronẽ, O Romule Arpinás. quale eſt & apud Menandrum Oedipus Othryaſius. Hæc omnia copioſius ſunt exceuti, qui non ut partem operis tranſcurrerũt, ſed proprie libros huic operi dedicauerunt: ſicut Cæcilius, Dionyſius, Rutilius, Cornificius, Viſellius, aliíq; nõ pauci. ſed non minor erit eorum qui uiuunt, gloria. Vt fateor autem uerborum figuras poſſe plures reperiri à quibuſdam, ita ijs quæ ab authoribus claris traduntur, meliores, non aſſentior. Nam in primis M. Tullius multas in tertio de Oratore libro poſuit, quas in Oratore poſtea ſcripto tranſeũdo uidetur ipſe damnaſſe: quarum pars eſt quæ ſententiarum potius quam uerborum ſit, ut immunitio, improuiſa imago, ſibi ipſi reſponſio, digreßio, permißio, contrariũ. hoc enim puto quod dicitur ἐνστατικόν, ſumpta ex aduerſo probatio. Quæda omnino nõ ſunt figuræ ſicut ordo, dinumeratio, circunſcriptio: ſiue hoc nomine ſignificatur cõprehenſa breuiter ſententia, ſiue finitio. Nam & hæc Cornificius atq; Rutilius ſchemata λέξεως putant. Verborum autẽ cõcinna tranſgreßio, id eſt, hyperbaton, quod Cæcilius quoq; putat ſchema, à nobis eſt interpoſita. Et mutatio: quæ ſi ea eſt, quam Rutilius ἀλλοίωσιν uocat, diſsimilitudinem oſtendit hominum, rerum, factorumq; ſi latius fiat, figura non eſt: ſi angußtius, in ἀντίθετον cadet. Si uero hæc appellatio ſignificat ὑπαλλαγὴν, ſatis de ea dictũ eſt. Quod uerò ſchema eſt, ad propoſitũ ſubiecta ratio. Vtrũ quod Rutilius ἀντιλογίαν uocat? nam de illo dubitari poßit an ſchema ſit, diſtributis ſubiecta ratio. Quod apud eundem primo loco poſitum eſt, προσαπόδοσις dicitur, quæ ut

maximè seructur, sanè est in pluribus propositis: quia aut singulis statim ratio subijcitur: ut est apud C. Antoniũ, Sed neq; accusatorẽ eum metuo, qui sum innocens: neq; competitorem uereor, qui sum Antonius: neq; Consulem spero, qui est Cicero. Aut positis duobus uel tribus, eodem ordine singulis continuò redditur: quale apud Brutum de Dictatura Cn. Põpeij, Præstat enim nemini imperare, quàm alicui seruire. sine illo enim uiuere honestè licet, cum hoc uiuendi nulla conditio est. Sed uni rei multiplex ratio subijcitur: ut apud Virgilium,

Georg. 1. Siue inde occultas uires, & pabula terræ
Pinguia concipiunt, siue illis omne per ignem
Excoquitur uitium,— & totus ille locus.
Seu plures calor ille uias,— Seu durat magis.—

In Partit. Relationẽ quid accipi uelit, nõ mihi liquet. Nam si ὑπαλλαγὴν, aut ἐπάνοδον aut ἀντιμεταβολὴν dicit, de omnibus locuti sumus. Sed qcquid id est, neq; hoc, neq; superiora in Oratore repetit. Sola est in eo libro posita pariter inter figuras

Exclamatio. uerborũ, Exclamatio, quã sententiæ potius puto. affectus enim est. & cæteris omnibus consentio. Adijcit his Cæcilius περίφρασιν, de qua dixi. Cornificius interrogationẽ, ratiocinationẽ, subiectionẽ, translationẽ, occultationẽ, præterea sententiã, membrũ, articulũ, interpretationẽ, conclusionẽ. quorũ priora alterius generis sunt schemata, sequẽtia schemata omnino non sunt. Item Rutilius præter ea quæ apud alios quoq; sunt schemata, παρομολογίαν, ἀναγκαῖον, ὑποστολὴν, διημολογίαν, πρόληψιν, χαρακτηρισμὸν, βραχυλογίαν, παράσιωπησιν, παρρησίαν. de quibus idẽ dico. Nã eos quidẽ authores, q nullũ

Figuris ntẽdi ratio. propè finẽ fecerũt exquirẽdis nominibus, præteribo: qui etiã quæ sunt argumẽtorũ, figuris adscripserunt. Ego illud de ijs etiã quæ uerè sunt, adijciã breuiter, sicut ornãt orationẽ opportunè posita, ita ineptissimas esse cũ immodicè petũtur. Sunt qui

qui neglecto rerũ pondere, & uiribus sententiarũ, si uel inania uerba in hoc modos deprauarint, summos se iudicent artifices, ideoq; non desinunt eas nectere: quas sine sententia sectari tam est ridiculum, quàm quærere habitum gestumq; sine corpore. Sed ne hæ quidem quæ rectè fiunt, densandæ sunt nimis. Nam & uultus mutatio, oculorumq; coniectus, multum in actu ualet: sed siquis ducere os exquisitis modis, & frontis ac luminum inconstantia trepidare non desinat, rideatur. Et oratio habeat rectam quandam uelut faciem: quæ ut stupere immobili rigore non debebit, ita sæpius in ea quam natura dedit specie continenda est. Sciendum uerò in primis, quid quisq; in orando postulet locus, quid persona, quid tempus. Mator enim pars harum figurarum posita est in delectatione. Vbi uerò atrocitate, inuidia, miseratione pugnandum est, quis ferat contrapositis, & pariter cadẽtibus, & consimilibus irascentem, flentem, rogantem? cum in his rebus cura uerborum deroget affectibus fidem: & ubicunque ars ostentatur, ueritas abesse uideatur.

De Compositione. CAP. IIII.

DE cõpositione nõ equidem post Marcum Tulliũ scribere auderẽ (cui nescio an ulla pars operis huius sit magis elaborata) nisi & eiusdem ætatis homines scriptis ad ipsum etiam literis reprehendere id collocandi genus ausi fuissent, & post eum plures multa ad eandẽ rem pertinẽtia memoriæ tradidissent. Itaque accedam in plerisque Ciceroni, atque in ijs ero quæ indubitata sunt, breuior: in quibusdam paulum fortasse dissentiam. Nam etiam cum iudicium meum ostendero, suum tamen legentibus relinquam. Neque ignoro quosdam esse, qui curam omnem compositionis excludant, atque illam horridum sermonem, ut fortè effluxerit, modò magis naturalem, modò etiam magis uirilem esse contendant. Qui si

An sit minus naturalis compositio, quàm in

Universidad de Deusto Biblioteca

cõpositæ, contra eos qui cõpositionis curam negligendam censebãt.

id demum naturale esse dicunt, quod à natura primùm ortum est, & quale ante cultũ fuit, tota hæc ars orandi subuertetur. Neq; enim locuti sunt ad hanc regulam & diligentiam primi homines, nec proœmijs præparare, docere expositione, argumentis probare, affectibus commouere scierunt. Ergo his omnibus, non sola cõpositione caruerunt: quorum si fieri nihil melius licebat, ne domibus quidem casas, aut uestibus pelliũ tegmina, aut urbibus montes ac syluas mutari oportuit. Quæ porro ars statim fuit? quid non cultu nitescit? cur uites coërcemus manu? cur eas fodimus? rubos aruis excidimus? terra & hæc generat. mãsuefacimus animalia? indomita nascuntur. Verum id est maximè naturale, quod fieri natura optimè patitur. Fortius uerò qui incompositũ potest esse, quàm iunctũ, & bene collocatum? Neq; si parui pedes uim detrahant rebus, ut Sotadeorũ, & Galliamborũ, & quorundã in oratione simili pene licẽtia lasciuientium, cõpositionis est iudicandum. Cæterum quanto uehemẽtior flaminum cursus est prono aluco, ac nullas moras obijciẽte, quàm inter obstantia saxa fractis aquis ac reluctãtibus: tãto quæ cõnexa est, & totis uiribus fluit, fragosa atq; interrupta melior oratio. Cur ergo uires ipsas specie solui putent, quandò nec ulla res sine arte satis ualeat, & comitetur semper artem decor? An non cã quæ emissa optimè est hastam, speciosissimè cõtortam ferri uidemus? & arcu dirigentiũ tela, quo certior manus, hoc est habitus ipse formosior? Iam in certamine armorũ, atq; in omni palæstra quid satis rectè cauetur ac petitur, cui non artifex motus, & certi quidam pedes adsint? Quare mihi compositione uelut amentis quibusdam ueruis'ue intẽdi & concitari sententiæ uidẽtur. Ideo eruditissimo cuique persuasum est, ualere eam quamplurimum, non ad delectationem modò, sed ad motum quoque animorum: Primùm, quia nihil intrare potest in affectum, quod

Quid maximè naturale.

in

in aure uelut quodã uestibulo statim offendit. Deinde quòd natura ducimur ad modos. Neq; enim aliter eueniret, ut illi quoque organorũ soni, quanquã uerba nõ exprimunt, in alios tamen atq; alios motus ducerẽt auditorẽ. In certaminibus sacris non eadem ratione concitant animos ac remittũt: nec eosdem modos adhibent cum bellicũ est canẽdum, & cum posito genu supplicandum: nec idem signorũ concentus est procedente ad prælium exercitu, idem receptui earmẽ. Pythagoreis certè moris fuit, & cum euigilassent, animos ad lyrã excitare, quò essent ad agendum erectiores: & cum somnũ peterent, ad eandem prius lenire mentes, ut siquid fuisset turbidiorum cogitationũ, cõponerent. Quòd si numeris & modis inest quædã tacita ::is, in oratione est uehemẽtissima: quantũq; interest, sensus idẽ quibus uerbis efferatur, tantũ uerba eadem qua cõpositione uel in exitu iungantur, uel fine claudãtur. Nam quædã & sentẽtijs parua, & elocutione modica, uirtus hæc solo cõmendat. Deniq; quod cuiq; uisum erit uehemẽter, dulciter, speciosè dictum, soluat & turbet: abierit omnis uis, iucunditas, decor. Soluit quædã sua in Oratore Cicero: Nam neq; me diuitiæ mouent, quibus omnes Aphricanos & Lælios multi uenalitij mercatores q; superarũt: Immuta paulalũ, ut sit, Multi superarunt mercatores, uenalitij q;, & sequentes deinceps periodos: quas si ad illũ modũ perturbes, uelut fracta aut transuersa tela proieceris. Idem corrigit quæ à Graccho composita durius putat. Illũ decet, nos hac simus probatione cõtenti, quòd in seribẽdo quæ se nobis solutiora obtulerint, cõponemus. Quid enim attinet eorũ exẽpla quærere, quæ sibi quisq; experiri potest? Illud notasse satis habeo, quo pulchriora & sensu & elocutione dissolueris, hoc orationẽ magis deformẽ fore, quia negligẽtia collocationis ipsa uerborũ luce deprehẽditur. Itaq; ut cõfiteor penè ultimã oratoribus artẽ cõpositionis, quæ perfecta

In Orato. ex Corneliana.

sit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit, cõtigisse: ita illis priscis habitã inter curas, inquantũ adhuc
In Orato. profecerant, puto. Neq; mihi quãlibet magnus author Cicero persuaserit, Lysiã, Herodotũ, Thucydidẽ, parũ studiosos eius fuisse. Genus fortasse sint secuti non idem quod Demosthenes, aut Plato, quanquã & ij ipsi inter se dissimiles fuerunt. Nam neq; illud in Lysia dicendi textum tenue atq; rarũ lætioribus numeris corrũpẽdum erat. Perdidisset enim gratiã, quæ in eo maxima est, simplicis atq; inaffectati coloris: perdidisset fidem quoq;. Nam scribebat aliis, non ipse dicebat: ut oportuerit esse illa rudibus & incõpositis similia: quod ipsum compositio est. Et historiæ (quæ currere debet ac ferri) minus conuenissent intersistentes clausulæ, & debita actionibus respiratio, & cludendi inchoandiq; sententias ratio. In concionibus quidẽ etiam similiter cadentia quædam, & contraposita deprehendas: in Herodoto uerò cum omnia (ut ego quidẽ sentio) leniter fluãt, tum ipsa διάλεκτος habet eam iucunditatem, ut latentes etiã numeros cõplexa uideatur. Sed de propositorum diuersitate post paulum. Nunc quæ prius ijs qui rectè componere uolẽt, discẽda sint. Est igitur ante omnia oratio alia uincta, atq; cõtexta: soluta alia, qualis in sermone & epistolis: nisi cũ aliquid supra naturam suam tractant, ut de Philosophia, de Republica, similibusq;. Quod non cò dico, quia non illud quoq; solutũ habeat suos quosdam, & forsitan difficiliores etiam pedes: neque enim aut hiare semper uocalibus, aut destitui temporibus uolunt sermo & epistola: sed non fluunt, nec cohærent, nec uerba de uerbis trahunt: ut potius laxiora in his uincula, quàm nulla sint. Nonnunquam in causis quoque minoribus decet eadem simplicitas, quæ non illis, sed alijs utitur numeris, dissimulatq; eos, & tãtum cõmunit occultius. At illa conexa series tres habet formas: Incisa, quæ κόμματα dicuntur. Membra, quæ κῶλα. & περίοδον, quæ est uel ambitus, uel circunductũ, uel

uel cõtinuatio, uel cõclusio. In omni porro cõpositione tria sunt necessaria, ordo, iũctura, numerus. Primùm igitur de ordine. Eius obseruatio in uerbis est singulis, & cõtextis. Singula sunt quæ diximus ἀσυνθέτα. In his cauẽdũ est ne decrescat oratio, & fortiori subiungatur aliquid infirmius, ut sacrilego fur, aut latroni petulans. Augeri enim debent sentẽtiæ, & insurgere: ut optimè Cicero, Tu, inquit, istis faucibus, istis lateri- Philip. 2.
bus, ista gladiatoria totius corporis firmitate. Aliud enim maius alio superuenit. At si cœpisset à toto corpore, non bene ad latera fauces q; descenderet. Est & alius naturalis ordo, ut uiros ac fœminas, diem ac noctẽ, ortũ & occasum dicas potius quàm retrorsum. Quædam ordine permutato fiunt superuacua, ut Fratres gemini. Nam si præcesserint gemini, fratres Cicero pro Cluẽt. C. & I. fratres gemini fuerunt.
addere non est necesse. Illa nimia quorundam fuit obseruatio, ut uocabula uerbis, uerba rursus aduerbijs, nomina appositis, & pronominibus rursus essent priora. Nam fit contrà quoq; frequenter non indecorè. Necnon & illud nimiæ est superstitionis, ut quæque sint tempore, ea facere etiam ordine priora: non quin frequẽter sit hoc melius, sed quia interdum plus ualent antè gesta, ideoq; leuioribus superponẽda sunt. Verbo sensum eludere, multo, si compositio patiatur, optimum est. In uerbis enim sermonis uis inest. At si id asperum erit, cedat hæc ratio numeris, ut fit apud summos græcos latinosq; oratores frequentissimè. Sine dubio enim omne quod non eludet, hyperbaton est. Ipsum hoc inter tropos uel figuras quæ sunt uirtutis, receptũ est. Non enim ad pedes uerba dimensa sunt: ideoq; ex loco transferũtur in locũ, ut iungãtur quo congruũt maximè: sicut in structura saxorũ rudium, etiã ipsa enormitas inuenit cui applicari, & in quo possit insistere. Felicissimus tamen sermo est, cui & rectus ordo, & apta iũctura, & cũ his numerus opportunè cadẽs cõtingit. Quædã uerò trãsgressiones &

Universidad de Deusto
Biblioteca

nes & longæ sunt nimis, ut in superioribus diximus libris: & interim etiã cõpositione uitiosæ, quæ in hoc ipsum petũtur, ut exultẽt atq; lasciuiãt: quales illæ Mecœnatis, Sole & aurora rubẽt Plurima. Inter sacra mouit aqua fraxinos. Ne exequias quidẽ unus inter miserrimos uiderem meas. Quod inter hæc pessimũ est, quia in re tristi ludit cõpositio. Sæpe tamen est uehemens aliquis sensus in uerbo: quod si in media parte sententiæ latet, trãsiri intentione, & obscurari circumlacentibus solet: in clausula positum, assignatur auditori, & infigitur: quale
Philip. 2. est illud Ciceronis, Vt tibi necesse esset in cõspectu populi Romani uomere postridie. Transfer hoc ultimum, minus ualebit. Nã totius ductus hic est quasi mucro, ut per se fœdæ uomẽdi necessitati, iam nihil ultra expectantibus, hanc quoq; adijceret deformitatem, ut cibus teneri non posset postridie. Solebat Aser Domitius traijcere in clausulas uerba tantũ asperandæ compositionis gratia, & maximè in procœmijs: ut pro Cloantilla, Gratias agam continuo. Et pro Lælia, Eis utrisq; apud te iudicẽ periclitatur Lælia. Adeo refugit tenerã delicatamq; modulandi uoluptatem, ut currẽtibus per se numeris, quo cos inhiberet obijceret. Amphiboliã quoq; fieri uitiosa locatione uerborũ, nemo est qui nesciat. Hæc arbitror, ut in breui, de ordine fuisse dicẽda: qui si uitiosus est, licet & iuncta sit, & apte cadens oratio, tamen merito incõposita dicatur. Iunctura sequitur. Ea est in uerbis, incisis, mẽbris, periodis. Omnia nãq; ista & uirtutes & uitia in cõplexu habent. Atq; ut ordinem sequar, Primũ quæ imperitis quoq; ad reprehensionem notabilia uidẽtur, id est, quæ cõmißis inter se uerbis duobus, ex ultima prioris, ac prima sequentis syllaba, deforme aliquod nomẽ efficiunt. Tum uocalium concursus: qui cum accidit, hiat & intersistit & quasi laborat oratio. Peßimè longæ quæ eadem inter se literas committunt, sonabunt. Præcipuus tamen erit

erit hiatus earum quæ cauo aut patulo maxime ore efferuntur. E plenior litera est, I angustior: ideoq; obscurius in his uitium. Minus peccabit qui longis breues subijciet, & adhuc qui præponet longæ breuem. Minima est in duabus breuibus offensio. Atque cum aliæ subiunguntur alijs, perinde asperiores erunt, prout oris hiatu simili aut diuerso proniũciabũtur. Non tamen id ut crimen ingens expauescẽdum est, ac nescio negligentia in hoc, an solicitudo sit peior. Inhibeat enim necesse est hic metus impetum dicendi, & à potioribus auertat. Quare ut negligentiæ pars est hoc pati, ita humilitatis ubiq; perhorrescere nimios q; non immerito in hac cura putant omnes Isocratem secutos, præcipueq; Theopompum. At Demosthenes & Cicero modicè respexerũt ad hanc partẽ. Nam & coëuntes literæ, quæ συνεκφωνὴ dicitur, etiam leniorem faciũt orationem, quàm si omnia uerba suo fine cludantur: & nonnunquam hiulca etiam decent, faciuntq; ampliora quædãm, Pulchra oratione acta omnino iactare. tum longæ per se, & uelut optimæ syllabæ aliquid etiam medij temporis inter uocales, quasi intersistatur, assumũt. Quæ de re utar Ciceronis po- In Oratore
tißimum uerbis: Habet, inquit, ille tanquam hiatus & concursus uocalium molle quiddam, & quod indicet non ingratam negligentiam de re hominis magis quàm de uerbis laborãtis. Cæterum consonantes quoq;, cæq; præcipuè quæ sunt asperiores, in commissura uerborum rixantur, & S ultima cum X proxima, quarũ tristior, etiã si binæ collidãtur, stridor est, ut, ars studiorũ. Quæ fuit caussa & Seruio (ut dixi) subtrahẽdæ S literæ, quoties ultima esset, aliaq; consonãte susciperetur, qđ reprehẽdit Lauranius, Messala defendit. Nã neq; Luciliũ putant uti eadẽ ultima cum dicit, Serenè fuit, & dignè loco. Quinetiã Cicero in Oratore plures antiquorũ tradit sic locutos: inde belligerare, pomeridiẽ, & illa Cẽsorij Catonis, Diẽ hanc,

Universidad de Deusto
Biblioteca

hanc, æque M litera in E mollita, quæ in ueteribus libris reperta mutare imperiti solent: & dum librariorum insciti am insectari uolunt, suam confitẽtur. Atqui eadem illa litera quoties ultima est, & uocalem uerbi sequentis ita contingit, ut in eam transire possit, etiã si scribitur, tamẽ parũ exprimitur: ut,

Multum ille.. & Quantum erat adeo ut penè cuiusdam

nouæ literæ sonũ reddat. Neq; enim eximitur, sed obscuratur, & tantum aliqua inter duas uocales uelut nota est, ne ipsæ coëant. Videndum etiam, ne syllabæ uerbi prioris ultimæ, sint primæ sequentis. Id ne quis præcipi miretur, Ciceroni in epistolis excidit, Res mihi inuisæ uisæ sunt Brute. Et in carmine,

O fortunatam natam me Consule Romam.

Etiam monosyllaba si plura sunt, male continuabuntur: quia necesse est compositio multis clausulis cõcisa subsultet. Ideoq; etiam breuium uerborum ac nominum utenda continuatio, & ex diuerso quoq; longorum. afferunt enim quandã dicẽdi tarditatẽ. Illa quoq; uitia sunt eiusdẽ loci: si cadentia similiter, & similiter desinẽtia, & eodẽ modo declinata, multa iungãtur. Nec uerba quidẽ uerbis, aut nomina nominibus, similiaq; his continuari decet: cum uirtutes etiam ipsæ tædium pariant, nisi gratia uarietatis adiutæ. Membrorum, incisorumq; iunctura non eo modo est obseruanda, quo uerborum: quanquam & in his extrema & prima coëunt. Sed plurimum refert compositionis, quæ quibus anteponas. Nam & uomens fru-

Philip. 2. tis esculentis, uinum redolentibus, gremium suum & totum tribunal impleuit. Et contrà, (nam frequentius utar ijsdem diuersarum quoque rerum exemplis, quò sint magis familiaria)

Pro Archia. Saxa atque solitudines uoci respondent, bestiæ sæpe immanes cantu flectuntur atque consistunt. Magis id insurgebat, si uerteretur. Nam etsi plus est saxa quàm bestias commoueri, inest tamẽ compositioni decor. Sed transeamus ad numeros.

meros. Omnis structura ac dimẽsio & copulatio uocũ constat aut numeris (numeros ῥυθμοὺς accipi uolo) aut μέτρῳ, id est, dimensione quadam. Quod etiã si cõstat utrunq; pedibus, habet tamẽ non simplicem differentiam. Nam rhythmi, id est, numeri, spatio temporum constant: metra etiam ordine: idcoq; alterum esse quantitatis uidetur, alterum qualitatis. Ῥυθμὸς aut par est, ut Dactylus. unam enim syllabam parem breuibus habet. Est quidem uis eadem & alijs pedibus, sed nomen illud tenet. Longam esse duorum temporum, breuem unius, etiam pueri sciunt. Aut sesquiplex, ut Pæon: cuius uis est ex longa & tribus breuibus: quiq; ei contrarius ex tribus breuibus & longa, uel alio quòquo modo tẽpora tria ad duo relata sesquiplum faciunt. Aut duplex, ut Iambus: nam est ex breui & longa: quiq; est ei contrarius. Sunt hi & metrici pedes: sed hoc interest, quòd rhythmo indifferens est, Dactylus ne ille priores habeat breues, an sequentes. Tempus enim * solum metitur, ut à *sonum

sublatione ad positionẽ iisdem sit spatijs pedum. In uersu pro Dactylo poni nõ poterit Anapæstus aut Spondeus: nec Pæon eadem ratione à breuibus incipiet ac desinet. Neq; solum aliũ pro alio pedem metrorum ratio non recipit, sed ne Dactylum quidem aut forte Spondeum alterũ pro altero. Itaq; si quinq; continuos Dactylos, ut sunt in illo,

Panditur interea domus omnipotentis olympi, Aeneid. 10.

confundas, solueris uersum. Sunt & illa discrimina, quòd rhythmis libera spatia, metris finita sunt: et his certæ clausulæ, illi quo modo cœperãt currũt usq; ad μεταβολὴν, id est, transitũ in aliud genus rhythmi. Et q. metrũ in uerbis modò, rhythmus etiam in corporis motu est. Inania quoq; tempora rhythmi facilius accipient, quanquàm hæc & in metris accidunt. maior tamen illic licentia est, ubi tempora etiam animo metiuntur, & pedum & digitorum ictu interualla signant quibus-

dam notis, atq; æstimant quot breues illud spatiũ habeat. inde τετράσημον, πεντάσημον. Deinceps longiores fiunt percussiones. Nam σημεῖον tempus est unum. In compositione orationis certior, & magis omnibus aperta seruari debet dimẽsio. Est igitur in pedibus. Et metrici quidem pedes adeo reperiuntur in oratione, ut in ea frequenter non sentientibus nobis omnium generum excidant uersus. Et contrà nihil est prosa scriptum, quod nõ redigi possit in quædam uersiculorum genera. Sed in adeò molestos incidimus Grãmaticos, quàm fuerunt qui Lyricorũ quædam carmina in uarias mensuras coëgerunt. At Cicero frequentißimè dicit totum hoc constare numeris, ideoq; reprehenditur à quibusdam, tanquam orationem ad rhythmos alliget. Nam sunt numeri rhythmi, ut & ipse constituit, & secuti eum, Virgilius eum dicit,

Aeglog. 10. _Numeros memini, si uerba tenerem. & Horatius,

Carm. 4. Numerisq; fertur Lege solutis.

Inuadunt ergo hãc inter cæteras uocẽ. Neq; enim Demosthenes fulmina tantopere uibrasse diceretur, nisi numeris cõtorta ferrẽtur. In quo si hoc sentimus, rhythmis contorta, dissentio. Nam rhythmi, ut dixi, neq; finem habẽt certum, nec ullam in contextu uarietatẽ, sed qua cœperunt sublatione ac positione ad finem usq; decurrunt: oratio non descendit ad strepitũ digitorum. Id quod Cicero optimè uidet, ac testatur frequenter, se quod numerosum sit quærere: ut magis non ἀρυθμὸν, quod esset insciti atq; agreste, quàm ἀνρυθμὸν, quod poëticũ est, esse compositionẽ uelit: sicut etiã quos palæstritas esse nolumus, peritos tamẽ palestræ esse uolumus, non ἀπαλαίστρους.

Verùm ea quæ efficitur ex pedibus æqua conclusio, nomẽ aliquod desiderat. Quid sit igitur potius quàm numerus, & Oratorius numerus, ut enthymema Rhetoricus syllogismus? Ego certè ne in calumniam cadam, qua ne M. quidem Tullius caruit,

caruit, posco hoc mihi, ut cũ pro cõpositio dixero numerũ, & ubicunq; iam dixi, Oratoriũ dicere intelligar. Collocatio autem uerba iam probata, & electa, & uelut aßignata sibi debet cõnectere: nã uel dura inter se cõmissa potiora sunt inutilibus. Tamẽ & eligere quædam, dum ex ijs quæ idem significent, atq; idem ualeant, permiserim: & adijcere, dum nõ ociosa: & detrahere, dum non necessaria: sed & figuris mutare & casus & numeros, quorũ uarietas frequẽter gratia cõpositionis adscita, etiã sine numero solet esse iucunda: etiam ubi aliud ratio, aliud cõsuetudo poscit, utrũ uolet sumat cõpositio, Vitauisse uel uitasse: Deprehendere uel deprendere. Coitus etiã syllabarũ nõ negabo, & quicquid sentẽtijs aut eloquẽtiæ non nocebit. Præcipuũ tamẽ in hoc opus est, scire quod quoq; loco uerbũ maximè quadret. Atq; is optimè cõponet, qui hoc solum componẽdi gratia faciet. Ratio uerò pedũ in oratione est multo quàm in uersu difficilior: primùm, quòd uersus paucis continetur, oratio longiores habet sæpe circuitus: deinde, quòd uersus semper similis sibi est, & una ratione decurrit: orationis cõpositio nisi uaria est, & offendit similitudine, & affectatione deprehenditur: & in omni quidẽ corpore, totoq; (ut ita dixerim) tractu, numeris inserta est. Neq; enim loqui possumus nisi è syllabis breuibus ac longis, ex quibus pedes fiunt. Magis tamẽ et desideratur in clausulis, & apparet: primùm, quia sensus omnis habet suum finem, posßidetq; naturale interuallum, quo à sequentis initio diuidatur: deinde, quòd aures continuam uocem secutæ, ductæq; uelut prono decurrẽtis orationis flumine, tum magis iudicant, cum ille impetus stetit, & intuendi tempus dedit. Non igitur durum sit, neque abruptum, quo animi uelut respirant ac reficiuntur. Hæc est sedes orationis, hoc auditor expectat, hic laus omnis declamat.

Proximam clausulis diligentiam postulant initia. nam

Universidad de Deusto Biblioteca

& ad hæc intentus auditor est. Sed eorum facilior ratio est. Non enim cohærēt alijs, nec præcedentibus seruiunt: sed nouū exordium sumunt, cum illa, quanlibet sit composita, ipsam gratiam perdat, si ad eam rupta uia ueniamus. Nanq; cum sit, ut uidetur, seuera Demosthenis compositio, πρῶτον μὲν ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις. & illa

Pro Ctesi.

Philip. 3.

quæ ab uno (quod sciam) Bruto minus probatur, cæteris placet, κἂν μήπω βάλλῃ, μηδὲ τοξεύῃ: non desunt qui Ciceronem carpant in his, Familiaris cœperat esse balneatori. &,

Pro Cælio.

Non minus dura archipiratæ. nā Balneatori & Archipiratæ idē finis est, qui πᾶσι καὶ πάσαις, et qui μηδὲ τοξεύῃ: sed propria sunt, ideo seueriora. Est in eo quoq; nōnihil, quòd hic singulis uerbis bini pedes continētur, quod etiam in carminibus est permolle: nec solum ubi quinæ syllabæ nectuntur, ut in his,

Hor. Ser. 1.

Satyr. 1.

Pers. satyr. 1.

Lucanus in 9.

Aeneid. 3.

Fortissima Tyndaridarū: sed etiam ubi quaternæ, cum uersus cluditur Apennino, & Armamentis, & Oriona. Quare hoc quoq; uitandum est, ne plurium syllabarum uerbis utamur in fine. Medijs quoq; nō ea modò cura sit, ut inter se cohæreāt, sed ne pigra, ne lōga sint: ne, quod nunc maximum uitium est, breuium contextu resultēt, ac sonum reddant penè puerilium crepitaculorum. Nam ut initia clausulæq; plurimum momēti habēt quoties incipit sensus aut desinit: sic in medijs quoq; sunt quidam conatus qui leuiter intersistunt: ut currētium pes etiā si non moratur, tamē uestigium facit. Itaq; non modo membra atq; incisa bene incipere atq; cludi decet, sed etiam in ijs quæ non dubiè contexta sunt, nec respiratione utuntur *illi uel occulti gradus. quis enim dubitet unum sensum & unius spiritus esse, Animaduerti iudices omnē accusatoris orationē in duas diuisam esse partes? Tamē & duo prima uerba, & tria proxima, & deinceps duo rursus ac tria, suos quasi numeros habēt spiritum sustinētes: sicut apud rhythmicos æstimantur hæ

*, spiritū sustinemus. quis.

Pro Cluent.

partic

particulæ prout sunt graues, acres, lētæ, celeres, remissæ, exultantes. Proinde id quod ex illis conficitur, aut seuerū, aut luxuriosum, aut quadratū, aut solutū erit. Quædam etiā clausulæ sunt claudæ atq; pēdentes, si relinquantur: sed sequētibus suscipi ac sustineri solēt: eoq; facto, uitiū quod erat in fine, cōtinuatio emēdat, Non uult P. R. obsoletis criminibus accusari

Act. 7.

Verrē. durū, si desinas: sed cū est continuatū ijs quæ sequūtur, quanquā natura ipsa diuisa sint, Noua postulat, inaudita desiderat: saluus est cursus. Vt adeas, tantū dabis: male cluderet. nā

In eadem.

Ibidem.

& trimetri uersus pars ultima est. excipit, Vt cibū uestitūq; introferre liceat, tantū: præceps adhuc, firmatur ac sustinetur ultima, Recusabat nemo. Versum in oratione fieri, multo fœdissimū est totū: sicut etiā in parte, deforme: utiq; si pars posterior in clausula deprehendatur, aut rursus prior in ingressu. Nā quod est cōtrà, sæpe etiā decet, quia & cludit interim optimè prima pars uersus, dū intra paucas syllabas, præcipuè senarij atq; octonarij. In Aphrica fuisse, initiū senarij est, primū pro Quin. Ligario caput: cludit, Esse uideatur. Nā nimis frequens, octonariū inchoat. Talia sunt Demosthenis, πᾶσι καὶ πάσαις, καὶ πᾶσιν ὑμῖν ὅσην εὔνοιαν. & totū penè principiū. Et ultima uersuum initio cōueniunt orationis: Etsi uereor, iudices. &, Animaduerti iudices. Sed initia initijs nō cōueniunt. T. Liuius hexametri exordio cœpit, Facturus ne operæ precium sim. Nam ita edidit, estq; melius quàm quo modo emendatur. Nec clausulæ clausulis: ut Cicero, Quo me uertam nescio. qui trimetri finis est. Trimetrū &, Pro misero dicere liceat. Sex enim pedes, tres percussiones habent. Peius claudit finis hexametri: ut Brutus in epistolis, Neq; enim illi malunt habere tutores aut defensores, quanquam sciunt placuisse Catoni. Illic minus sunt notabiles, quia hoc genus sermoni proximum est. Itaq; & uersus hi ferè excidunt, quos Brutus ipso

Pro lege Manilia.

Pro Ctesi.

Pro Milo.

Pro Cluent.

Tit. Liuius

Pro Ligario.

Universidad de Deusto
Biblioteca

componēdi ductus ſtudio ſæpiſſimè facit, non raro Aſinius: ſed etiam Cicero nōnunquam, ut in principio ſtatim orationis in Lucium Piſonē, Prò di immortales, quis hic illuxit dies? Non minore autē cura uitandum eſt quicquid ἀῤῥυθμόν, quale eſt
In Iugur. apud Salluſtium, Falſò queritur de natura ſua. Quamuis enim uincta ſit, tamē ſoluta uideri debet oratio. Atqui Plato diligētiſſimus cōpoſitionis, in Timæo prima ſtatim parte uitare iſta non potuit. Nam & initium hexametri ſtatim inuenias, & Anacreontion protinus colon efficias, & ſi uelis, trimetrō, & quod duobus pedibus & parte πενθημιμερὶς à græcis dicitur: & hæc omnia in tribus uerbis, ut Thucydidis, ὧν ὅμως σπάνιαι τὰς ἀφάνειαι, ex molliſſimo rhythmorum genere excidant. Sed quia orationē iam conſtare pedibus dixi, aliqua de ijs quoq;, quorū nomina quoniā uaria eſſe traduntur, cōſtituēdum eſt quo quenq; appellemus. Et quidē Ciceronē ſequar: nā is eminētiſſimos græcorū eſt ſecutus, excepto quòd pedes mihi triſyllabos non uidetur excedere, quāquam ille Pæone Dochimoq;, quorū prior in quatuor, ſecūdus in quinq; excurrit, utatur. Nec tamen ipſe diſſimulat quibuſdam numeros uideri, non pedes. nec immerito. Quicquid enim ſupra treis ſyllabas habet, id ex pluribus eſt pedibus. Ergo cum conſtent quatuor pedes binis, octo ternis: Spōdeum longis duabus, Pyrrhichiū, quē alij Pariambum uocant, breuibus: Iambum breui lōgaq;: huic contrarium è longa & breui, hunc Choreum nos, ut alij Trochæū, nominemus. Ex ijs uerò qui ternas ſyllabas habent, Dactylum longa duabusq; breuibus: huic tēporibus parē, ſed retroactum, appellari conſtat Anapæſton. Media inter longas breuis faciet Amphimacrum: ſed frequētius eius nomē eſt Creticus. Longa inter breues, Amphibrachys: duabus longis breuem ſequētibus, Bacchius: totidē longis breuem præcedētibus, huic cōtrarius Palimbacchius erit. Tres breues Trochæum,

chæum, quē Tribrachyn dici uolunt, qui Choreo Trochæi nomen imponunt: totidē longæ Moloſſon efficiunt. Horum pedum nullus non in orationē uenit: ſed quo quiq; ſunt tēporibus pleniores, longisq; ſyllabis magis ſtabiles, hoc grauiorem faciunt orationē, breues celerē ac mobilem. Vtrunq; locis utile. Nam & illud ubi opus eſt uelocitate, tardū & ſegne: & hoc Cic. & Terentianus.
ubi pondus exigitur, præceps ac reſultans, meritò damnetur. Sit in hoc quoq; aliquid fortaſſe momēti, quòd & longis longiores, & breuibus ſunt breuiores ſyllabæ: ut quamuis neque plus duobus temporibus, neq; uno minus habere uideantur (ideoq; in metris omnes breues longæq; inter ſe obſeſſæ ſunt pares) lateat tamē neſcio quid, ſi quicquam ſuperſit, aut deſit. Nam uerſuum propria cōditio eſt, ideoq; in his quædam etiā communes. Veritas uerò quia patitur æque breuē eſſe uel lōgam uocalem cum eſt ſola, quàm cum eam conſonantes una plures ue præcedunt: certè in dimenſione pedum, ſyllaba quæ eſt breuis, inſequente alia uel breui, quæ tamen duas primas conſonantes habeat, fit longa: ut,

Agreſtem tenui muſam meditaris auena. Aeglog. 1.

nam licet gre breuis, facit tamē longam A priorē. Dat igitur illi aliquid ex ſuo tempore: quo modo, niſi habeat plus quàm quæ breuiſſima, qualis ipſa eſſet detractis conſonantibus? nunc unum tēpus accommodat priori, & unum accipit à ſequente. ita duæ natura breues, poſitione ſunt tēporum quatuor. Miror autem in hac opinione doctiſſimos homines fuiſſe, ut alios pedes ita eligerēt, alios damnarēt, quaſi ullus eſſet quē non ſit neceſſe in oratione deprehendi. Licet enim Pæonem ſequatur Ephorus, inuentum à Thraſymacho, probatū ab Ariſtotele, Rhetor. 3.
Dactylumq;, ut temperatiores breuibus ac longis: fugiat Spōdeum & Trochæū, alterius tarditate, alterius celeritate damnata: & Herous, qui eſt idem Dactylus, Ariſtoteli amplior,

Iambus humanior uideatur: Trochæum ut nimis currentem damnet, eíq; *Cordacis nomẽ imponat, eademq; dicant Theodectes ac Theophrastus, similia post eos Halicarnasseus Dionysius: irrumpent etiam ad iucinos, nec semper illis Heroo, aut Pæone suo, quem quia uersus rarò facit, maximè laudant, uti licebit: ut sint tamen alijs alij crebriores, non uerba faciẽt, quæ neq; augeri, neq; minui, neq; sicut modulatione produci aut corripi possint: sed trãsmutatio & collocatio. Pleriq; enim ex commissuris eorum uel diuisione fiunt pedes: quo fit ut iisdem uerbis alij atq; alij uersus fiant: ut memini quendam non ignobilem poëtam ita lusisse,

*πολλάκις ἀναπαιστικὸν appellat Aristoteles.

Astra tenet cælũ, mare classes, area messem. Hic retrorsum sit Sotadeus. Itemq; Sotadeo adiungat retro trimetros,

Caput exeruit mobile pinus repetita.

Miscẽdi ergo sunt, curandumq; ut sint plures qui placeãt, & circũfusi bonis deteriores lateãt. Nec uerò in literis syllabisq; natura mutatur, sed refert quæ eĩ quæ optimè coëat. Plurimũ igitur authoritatis, ut dixi, & põderis habẽt longæ, celeritatis breues: quæ si nuscẽtur quibusdã lõgis, currũt: si cõtinuantur, exultant. Acres, quæ ex breuibus ad longas insurgunt: leniores, quæ à longis in breues descendunt. Optimè incipitur à longis, rectè aliquãdo à breuibus: ut, Novum crimẽ C. Cæsar. Pro Ligario
Lenius, ut, Animaduerti iudices. Quod initium partitioni simile est, quæ celeritate gaudet. Clausula quoq; è longis firmissima est: sed cludent & breues, quamuis habeatur indifferens ultima. Neq; enim ego ignoro, in fine pro longa accipi breuem, quòd uidetur aliquid uacanti tempori, ex eo quod insequitur, accedere: aures tamẽ consulens meas, intelligo multũ referre, utrumne lõga sit quæ cludit, an pro lõga. Neq; enim Pro Milo.
tam plenum est, Dicere incipientem timere: quàm illud, Ausus Pro Ligario.
est confiteri. Atqui si nihil refert, breuis an longa sit ultima,

idem pes erit: uerum, nescio quomodo, sedebit hoc, illud subsistet. Quo moti quidam, longæ ultimæ tria tempora dederũt, ut illud tempus quod breuis ex longa accipit, huic quoq; accederet. Nec solùm refert quis claudat, sed quis antecedat. Retrorsum autem neq; plus tribus (ijsq; si nõ ternas syllabas habebũt, repetendi sunt, absit tamẽ poëtica obseruatio) neq; minus duobus: alioqui pes erit, nõ numerus. Potest tamẽ uel unus esse Dichoreus, si unus est qui cõstat ex duobus Choreis. Itẽq; Pæon, qui est ex Choreo & Pyrrhichio, quem aptum initijs putant: uel contrà qui est è tribus breuibus & longa, cui clausulam assignant: de quibus ferè duobus scriptores huius artis loquũtur: alios omnes, quotcunq; sint temporum quæ ad orationem pertineant, Pæonas appellant. Est & Dochimus, qui fit ex Bacchio & Iambo, uel Iambo & Cretico, stabilis in clausulis, & seuerus. Spõdeus quoq; quo plurimũ est Demosthenes usus, morã semper per se habet: optimè præcedet eum Creticus: ut in hoc, De quo ego nihil dicã nisi depellendi criminis caussa. Illud est quod suprà dixi, multũ referre, uno ne uerbo pedes sint duo comprehensi, an uterq; liber. Sic enim fit forte, Criminis caussa: molle, Archipiratæ: mollius si Tribrachys præcedat, facilitates, temeritates. Est enim quoddam in ipsa diuisione uerborum latens tempus, ut in Pentametri medio Spondeo: quã nisi alterius uerbi fine, alterius initio constet, uersum non efficit. Potest, etiam si minus bene, præponi Anapæstus, Muliere nõ solùm nobili uerumetiã nota. Tum Ana- Pro Cælio.
pæstus & Creticus. Iambus quoque, qui est utroq; syllaba minor, præcedet enim tres longas breuis. Sed & Spondeus Iambo rectè præponitur, In armis fui. Tam Spondeus & Bac- Pro Ligario
chius, sic enim fiet ultimus Dochimus, iisdem in armis fui. Ex ijs quæ suprà probaui, apparet Molossum quoq; clausulæ cõuenire, dũ habeat ex quocũq; pede ante se breuẽ. Illud scimus,

In Oratore. ubicũq; ſunt, eſſe pro nobis. Minus grauis erit Spondeus præcedente Pyrrhichio, ut Iudicij Iunioni, & adhuc peius priore Pæone: ut, Brute dubitaui. niſi potius hoc eſſe uelimus Dactylum & Bacchium. Duo Spondei non ferè coniungi patiuntur: quæ in uerſu quoq; notabilis clauſula eſt, niſi cum id fieri poteſt ex tribus quaſi membris: Cur de perfugis noſtris copias cõparat is contra nos? una ſyllaba, duabus, una. Ne Dactylus quidem Spondeo bene præponitur, quia finem uerſus damnamus in fine orationis. Bacchius & cludit, & ſibi iungitur,
Pro Ligario Venenum timeres. Vitat Choreum, Spondeum autem amat: ut, non uenena timeres: ſed uirus timeres. Contrarius quoque qui eſt, cludet, niſi ſi ultimam longam eſſe uolumus: optimeq; habebit ante ſe Moloſſon: ut, Et ſpinis reſperſum. Aut Bac-
Act. 7. chium, Quod hic poteſt, nos poſſemus. Sed uerius erit cludere Chorcum præcedenti Spondeo. Nam hic potius eſt numerus, Nos poſſemus. &, Romanus ſum. Cludet & Dichoreus, ſi pes idem ſibijpſi iungetur, quo Aſiani ſunt uſi plurimum. Cuius
In Oratore. exemplum Cicero ponit, Patris dictum ſapiens, temeritas filij comprobauit. Accipiet ante ſe Choreus & Pyrrhichiũ. Omnes propè ciues uirtute, gloria, dignitate, ſuperabat. Cludet &
Act. 7. Dactylus, niſi cum obſeruatio ultimæ Creticum facit: ut, Mulierecula nixus in littore. Habebit autẽ bene creticum & iam-
Pro Ligario bum, ſpondeũ male, peius choreũ. Cludit amphibrachus, Q. Ligarium in Africa fuiſſe. ſi nõ eum malamus eſſe bacchium. Non optimus eſt trochæus, ſi ultima eſt breuis: quod certè ſit neceſſe eſt, alioqui quomodo cludet, qui placet pleriſq;, dichoreus? Illa obſeruatione ex trochæo fit anapæſtus. Idem trochæus præcedẽte longa fit pæon: quale eſt, Si potero: &, Dixit hoc Cicero. Obſtat inuidia. Sed hoc initijs dederunt. Cludit & Pyrrhichius choreo præcedẽte. nam ſic pæon eſt. Omnes ij qui in breues excidũt, minus erunt ſtabiles: nec alibi ferè ſatis

apti,

apti, quàm ubi curſus orationis exigitur, & clauſulis non interſiſtitur. Creticus eſt initijs optimus: Quod precatus à Pro Muræ.
dijs immortalibus ſum. & clauſulis, In conſpectu populi Romani uomere poſtridie. Apparet uerò quàm bene cum præcedãt, uel anapæſtus, uel ille qui uidetur fini aptior, pæon. Sed &
ſe ipſe ſequitur, Seruare quamplurimos. Sic melius quàm cho- Pro Ligario.
reo præcedente, Quis nõ turpe duceret? ſi ultima breuis pro Philip. 2.
longa ſit. Sed fingamus ſic, Nõ turpe, duceret. Sed hic eſt illud inane quod dixi. Paululũ enim moræ damus inter ultimũ atq; proximũ uerbũ, & turpe illud interuallo quodã producimus: alioqui ſit exultantiſſimũ, & trimetri finis, Quis nõ turpe duceret? Sicut illud, Ore ſpiritũ excipere liceret: ſi iungas, laſciui Act. 7.
carminis eſt: ſed interpũctis quibuſdã, & tribus quaſi initijs, fit plenũ authoritatis. Nec ego cum præcedentes pedes poſui, legem dedi, ne alij eſſent: ſed quid ferè accideret, quod in præſentia uideretur optimũ, oſtendi. Et quidẽ optimè eſt ſibi iunctus anapæſtus, ut qui ſit pẽtametri finis: uel Rhythmus, qui nomen ab eo traxit. Nam ubi libido dominatur, innocentiæ leue præ- Craſſus.
ſidium eſt. Nam ſynalœphe facit, ut ultimæ ſyllabæ pro una ſonent. Mollior fiet præcedente ſpondeo uel bacchio: ut ſi mutes idẽ, leue innocentiæ præſidium eſt. Non me caput (ut à magnis uiris diſſentiam) pæon qui eſt ex tribus breuibus & longa. Nam eſt ipſe una plus breui anapæſto, facilitas & agilitas. Quod quid ita placuerit his, non uideo, niſi quòd illum ferè probauerint, quibus loquendi magis quàm orandi ſtudium fuit. Nam & ante ſe breuibus gaudet pyrrhichio & choreo, mea facilitas, noſtra facilitas, At præcedente ſpondeo tum planè finis eſt trimetri: cum ſit per ſe quoq; et contrarius. Principijs merito laudatur. Nam & primam ſtabilẽ, & tres celeres habet: tamen hoc quoq; meliores alios puto. Totus uerò hic locus non ideo tractatur à nobis, ut oratio quæ ferri

debet

debet ac fluere, dimetiendis pedibus ac perpendendis syllabis consenescat. Nam id tum miseri, tum in minimis occupati est. Neq; enim qui se totum in hac cura consumpserit, potioribus uacabit: siquidem relicto rerum pondere, ac nitore cõtempto, tesserulas (ut ait Lucilius) struet, & uermiculatè inter se lexeis comittet. Non'ne ergo refrigeretur sic calor, & impetus pereat, ut equorum cursum qui dirigit, minuit: & passus qui æquat, cursum frangit? quasi numeri non fuerint in cõpositione deprehensi: sicut poema nemo dubitauerit imperito quodã initio fusum, & aurium mensura, & similiter decurrentium spatiorum obseruatione esse generatum, mox in eo repertos pedes. Satis igitur in hoc nos componit multa scribendi exercitatio, ut ex tempore etiam simulia fundamus. Neq; uerò tam sint intuenda pedes, quam uniuersa cõprehensio: ut uersum facientes, totum illum decursum, non sex uel quinq; partes, ex quibus constat uersus, aspiciunt. Ante enim carmen ortum est, quàm obseruatio carminis. Indeq; illud,

In Oratore.

Enni. in Oratore.

_Faunt uates q; canebant.

Ergo quem in poemate locum habet uersificatio, eum in oratione compositio. Optimè autem de illa iudicant aures, quæ & plena sentiunt, & parum expleta desiderant, & fragosis offenduntur, & lenibus mulcentur, & contortis excitantur, & stabilia probant, clauda deprehendunt, redundantia & nimia fastidiunt. Ideoq; docti rationem componendi intelligunt, indocti uoluptatem. Quædam uerò arte tradi non possunt. Mutandus est casus si durius is quo cœperamus feratur. Num in quem transeamus ex quo, præcipi potest? Figuræ laboranti etiam compositioni uariatæ sæpe succurrunt. Quæ? cum orationis, tum etiam sententiæ. Num præscriptum eius rei ullum est? Occasionibus utendum, & cum re præsenti deliberandum. Enimuero spatia ipsa, quæ in hac quidem

dem parte plurimum ualent, quod possunt nisi aurium habere iudicium? Cur aliæ paucioribus uerbis satis plena, uel nimium, aliæ pluribus breuia & abscissa sunt? Cur in circũductionibus etiam cum sensus finitus est, aliquid tamen loci uacare uideatur? Neminem uestrum ignorare arbitror, Iudices, hunc per hosce dies sermonem uulgi, atq; hanc opinionem populi Romani fuisse. Cur hosce potius quàm hos? Neq; enim erat asperum. Rationem fortasse non reddam, sentiam esse melius. Cur non satis sit, sermonem uulgi fuisse? Compositio enim patiebatur. Ignorabam, sed ita ut audio, hoc animus accipit, plenum sine hac geminatione non esse. Ad sensum igitur referẽda sunt. Nequeas satis fortè quid seuerum, quid iucũdum sit, intelligere: facias quidem natura duce melius quàm arte: sed naturæ ipsi ars inerit. Illud prorsus Oratoris, scire ubi quoque genere compositionis sit utendum. Ea duplex obseruatio: altera, quæ ad pedes refertur: altera, quæ ad comprehensiones, quæ efficiuntur ex pedibus. Et de his prius. Diximus igitur esse incisa, membra, circuitus. Incisum (quantum mea fert opinio) erit sensus non expleto numero conclusus: plerisque pars membri. Tale est enim quo Cicero utitur, Domus tibi deerat? at habebas. pecunia superabat? at egebas. Fiunt autem etiam singulis uerbis incisa: ut, Diximus, testes dare uolumus. Incisum est, diximus. Membrum autem est sensus numeris conclusus, sed à toto corpore abruptus, & per se nihil efficiens. Id enim, O callidos homines, perfectum est: at remotum à cæteris, uim non habet: ut per se manus, & pes, & caput. & O rem excogitatam, ô ingenia metuenda. Quando ergo incipit corpus esse? cum uenit extrema cõclusio, Quem, quæso, nostrum fefellit, id uos ita esse facturos? Quum Cicero breuissimam putat. Itaq; ferè incisa & membra mista sunt, & conclusionem utiq; desiderant. Periodo plurima nomina dat Cicero, ambitum, circui

Act. 4.

In Corn. 2.

In Oratore.

circuitum,comprehenſionem,continuationem,circunſcriptionem. Genera eius duo ſunt:alterum ſimplex, cum ſenſus unus longiore ambitu circunducitur:alterum, quod cõſtat membris
Act.7. & inciſis,quæ plures ſenſus habent: Aderat ianitor carceris, & carnifex prætoris. & reliqua. Habet periodus membra minimùm duo. Medius numerus uidetur quatuor: ſed recipit
In Oratore. frequenter & plura. Modus ei à Cicerone aut quatuor ſenarijs uerſibus,aut ipſius ſpiritus modo terminatur. Præſtare debet,ut ſenſum concludat:ſit aperta,ut intelligi poßit:nõ immodica,ut memoria contineri. Membrum longius iuſto,tardum: breuius,inſtabile eſt. Vbicunque acriter erit & inſtanter pugnaciterq; dicendum, membratim cæſimq; dicemus. Nam hoc in oratione plurimum ualet: adeoq; rebus accommodanda compoſitio,ut aſperis aſperos etiam numeros adhiberi oporteat, & cum dicente æquè audientem inhorreſcere. Membratim plerunq; narrabimus,aut ipſas periodos maioribus interuallis, & uelut laxioribus nodis reſoluemus:exceptis quæ nõ
Act.5. docendi gratia, ſed ornandi narrantur:ut in Verrem Proſerpinæ raptus. Hæc enim lenis & fluens contextus decet. Periodus apta proœmijs maiorum cauſſarum, ubi ſolicitudine, commendatione, miſeratione res eget. Item communibus locis. & in omni amplificatione:ſed poſcitur tum auſtera, ſi accuſes: tum fuſa,ſi laudes. Multum & in epilogis pollet. Totũ autem adhibendum eſt,quò ſit amplius, compoſitionis genus, cum iudex non ſolùm rem tenet,ſed etiam captus eſt oratione, & ſe credit actori, & uoluptate iam ducitur. Hiſtoria non tam finitos numeros,quàm orbem quendam contextumq; deſiderat. Nanq; omnia eius mẽbra cõnexa ſunt, quoniã lubrica eſt, ac fluit: ut homines qui manibus inuicem apprehenſis gradum firmant:continent & continentur. Demonſtratiuum genus omne fuſiores habet liberioresq; numeros. Iudiciale

& con

& concionale,ut materia uarium eſt,ſic etiam ipſa collocatione uerborũ. Vbi iã nobis pars ex duabus quas modo fecimus, ſecunda tractanda eſt. Nam quis dubitat alia lenius,alia concitatius,alia ſublimius,alia pugnacius,alia grauius eſſe dicẽda? Grauibus,ſublimibus,ornatis,longas magis ſyllabas cõuenire? Ita ut lenia ſpatiũ, ſublimia & ornata claritatem quoq; uocũ poſcãt,potius quàm his cõtraria. Magis laudarẽ breuibus argumenta,partitiones,iocos, & quicquid eſt ſermoni magis ſimile. Itaq; cõponemus proœmium uariè,atq; ut ſenſus eius poſtulabit. Neq; enim acceſſerim Celſo,qui unã quandam huic parti formam dedit: & optimã cõpoſitionem eſſe proœmij,ut apud Aſinium,dixit,Si Cæſar ex omnibus mortalibus qui ſint ac fuerint,poſſet huic cauſſæ diſceptator legi,non quiſquam te potius optãdus nobis fuit. Non quia negẽ hoc bene eſſe cõpoſitũ,ſed quia legem hanc eſſe cõponẽdi in omnibus principijs recuſem. Nã iudicis animus uariè præparatur: tũ miſerabiles eſſe uolumus,tũ modeſti,tũ acres,tum graues,tũ blandi: tum flectere tũ ad diligentiam hortari. Hæc ut ſunt diuerſa natura, diſſimilẽ cõponendi quoq; rationẽ deſiderãt. An ſimilibus Cicero uſus eſt numeris in exordio pro Milone, pro Cluentio, pro Ligario? Narratio ferè tardiores, atq;, ut ſic dixerim, modeſtiores deſiderat pedes, & nominibus maximè mixtos. Nã & uerbis ut ſæpius preſſa eſt, ita interim inſurgit: ſed docere & infigere animis res ſemper cupit: quod minimè feſtinantiũ opus eſt. Ac mihi uidetur tota narratio cõſtare lõgioribus mẽbris,breuioribus periodis. Argumẽta acria & citata, pedibus quoq; ad hanc naturã accõmodatis utẽtur,nõ tamẽ ita ut Trochæis,quæ celeria quidem,ſed ſine uiribus ſunt. Verùm quãuis ſint breuibus lõgisq; miſta, nõ tamẽ plures lõgas q̃ breues habẽtia. Illa ſublimia ſpatioſas claraſq; uoces habẽt, amãt amplitudinẽ dactyli quoq;, ac Pæonis, etiã ſi maiori ex parte

ſyllabis

ſyllabis breuibus,temporibus tamen ſatis pleni. Aſpera contrà iambis maximè cõcizantur:nõ ſolùm quòd ſint è duabus modò ſyllabis,eoq; frequentiorẽ quaſi pulſum habẽt,quæ res lenitati cõtraria eſt:ſed etiam quòd omnibus partibus inſurgunt, & à breuibus in lõgas nituntur & creſcunt,ideoq; meliores Choreis,qui à longis in breues cadunt.Sũmiſſa,qualia in epilogis, lentas & ipſa & minus exclamãtes exigunt.Vult eſſe Celſus aliquã & ſuperiorẽ compoſitionem, quam ſi quidẽ ſciremus, doceremus: ſed ſit neceſſe eſt tarda & ſupina. Verùm niſi ex uerbis atq; ſententijs per ſe ſe id quæritur,ſatis odioſa eſſe non poterit. Deniq;,ut ſemel finiam,ſic ferè componendum,quo modo pronunciandum erit.An non in procœmijs plerũq; ſummiſsi(niſi cum in accuſatione concitãdus eſt iudex, aut aliqua indignatione cõplendus) in narratione pleni atq; expreſsi, in argumentis citati, atque ipſo etiam motu celeres ſumus? ut in locis ac deſcriptionibus fuſi ac fluentes, in epilogis plerunq; deiecti & infracti? Atqui corporis quoq; motui ſua quædam tempora, & ad ſigna pedum non nunus ſaltationi quàm modulationibus adhibet muſica ratio numeros. Quid?nõ uox ad actus accommodatur naturæ ipſarum de quibus dicimus rerum?Quo minus id rarum in pedibus orationis, cum debeãt ſublimia ingredi, lenia duci, acria currere, delicata fluere. Itaque ubi eſt neceſſe, affectamus etiam tumorem, qui ſpondeis atque iambis maximè continetur,

ὑπέρογκος. Hyperoargus ſceptra mihi liquit Pelops. At ille comicus æque ſenarius, quem Trochaicum uocant, pluribus Choreis,qui Trochæi ab aliis dicũtur.Pyrrhichius quidẽ decurrit: ſed quantum celeritatis habet,tantum grauitatis amittit,

Terent.in Enuucho. Quid igitur faciam?non eam ne nunc quidem?
Aſperum uerò & maledicũ etiã in carmine iambis graſſatur,
Quis hoc poteſt uidere,quis poteſt pati,

Niſi

Niſi impudicus,& uorax,& aleo? In uniuerſam autẽ, ſi ſit neceſſe, durã potius atq; aſperam compoſitionem malim eſſe,quàm eſſœminatam & eneruem, qualis apud multos:& quotidie magis laſciuimus,* ſyntonorum modis ſaltitantes. Ac ne tam bona quidem ulla erit, ut debeat eſſe continua, & in eoſdem ſemper pedes ire.Nam & uerſificandi genus eſt, unã legem omnibus ſermonibus dare:& id cum manifeſta affectatione(cuius rei maxime cauẽda ſuſpicio eſt)tum etiam ſimilitudine tædiũ ac ſatietatem creat:quoq; eſt dulcius,magis perit: amittitq; & fidem,& affectus,motuq; omnes, qui eſt in hac cura deprehenſus:nec poteſt ei credere,aut propter eum dolere et iraſci iudex,cui putat hoc uacare. Ideoq; uincta quædã quaſi ſoluenda de induſtria ſunt, illa quidem maximi laboris, ne laborata uideãtur. Sed neq; longioribus quàm oportet hyperbatis cõpoſitioni ſeruiamus, ne quæ eius gratia fecerimus, propter eam feciſſe uideamur.Et certè nullum aptũ atq; idoneum uerbũ prætermittemus gratia lenitatis. Neq; enim erit ullam tam difficile,quod non commodè inſeri poſsit, niſi quòd in euitandis eiuſmodi uerbis nõ decorem compoſitionis quærimus,ſed facilitatem. Non tamen mirabor Latinos magis indulſiſſe compoſitioni,quàm Atticos,quamuis minus in uerbis habeant uarietatis & gratiæ.Nec uitium dixerim ſi Cicero à Demoſthene paululum in hac parte deſciuit. Sed quæ ſit differentia noſtri Græciq; ſermonis,explicabit ſummus liber.

*Sybaritarum

Compoſitio(nam finem imponere egreſſo deſtinatum modum uolumini feſtino)debet eſſe honeſta,iucunda,uaria. Eius tres partes,ordo, coniunctio, numerus. Ratio, in adiectione, detractione, mutatione. Vſus,pro natura rerum quas dicimus. Cura magna,ut ſentiendi atq; loquendi prior ſit. Diſsimulatio curæ præcipua,ut numeri ſponte fluxiſſe, non arceſsiti & coacti eſſe uideantur.

Partes & propria compoſitionis breuiter repetit.

M. FAB. QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA LIB. X.

De Copia uerborum. CAP. I.

Facilitas dicendi.

SED hæc eloquẽdi præcepta sicut cognitioni sunt necessaria, ita nõ satis ad uim dicendi ualent, nisi illis firma quædam facilitas, quæ apud Græcos ἕξις nominatur, accesserit: quã, scribẽdo plus, an legẽdo, an dicẽdo cõsequamur, solere quæri scio. Quod esset diligẽtius nobis examinãdum, si qualibet earũ rerũ possemus una esse cõtẽti. Verùm ita sunt inter se cõnexa & indiscreta omnia, ut si quid ex his defuerit, frustra sit in cæteris laboratũ. Nã neq; solida atq; robusta fuerit unquã eloquẽtia, nisi multo stylo uires acceperit: & citra lectionis exẽplum labor ille carẽs rectore, fluit. Qui autẽ scierit quo sint quæq; modo dicẽda, nisi tãquã in procinctu peragam quidẽ ad omnes casus habuerit eloquentiã, uelut clausis thesauris incubabit. Nõ autem ut quicq; præcipuè necessariũ est, sic ad efficiẽdũ Oratorẽ maximi protinus erit momenti. Nã certè cũ sit in eloquẽdo positũ Oratoris officiũ, dicere ante omnia est: atq; hinc initiũ eius artis fuisse manifestũ est: proximã deinde imitationẽ: nouissimã scribẽdi quoq; diligentiã. Sed ut peruenire ad summa nisi ex principijs non potest: ita procedẽte iam opere, nunima incipiũt esse, quæ prima sunt. Verùm nos nõ quomodo sit instituẽdus Orator, hoc loco dicimus: (nã id quidẽ aut satis, aut certè uti potuimus à nobis dictũ est) sed ut athletã qui omnia iã perdidicerit à præceptore, nimirũ quo genere exercitationis ad certamina præparãdus sit: ita eũ qui res inuenire & disponere sciet, uerba quoq; & eligẽdi & collocãdi rationem perceperit, instruamus qua ratione quæ didicit, facere quàm optimè & q̃ facillimè possit.

Eloquentia quibus perficitur.

Lib. 1. & 2.

Nõ ergo dubiũ est, quin ei uelut opes sint quædã parãdæ, quibus uti ubicũq; desideratũ erit, possit. Eæ cõstãt copia rerũ ac uerborũ. Sed res propriæ sunt cuiusq; causſæ, aut paucis cõmunes: uerba in uniuersas parãda: quæ si rebus singulis essent singula, minorẽ curã postularẽt: nã cũcta sese cum ipsis protinus rebus offerrẽt. Sed cum sint alijs alia aut magis propria, aut magis ornata, aut plus efficiẽtia, aut melius sonãtia, debẽt esse nõ solũ nota omnia, sed in prõptu, atq; (ut ita dicã) in cõspectu, ut cũ se iudicio dicentis ostẽderint, facilis ex his optimorũ sit electio. Equidẽ scio quosdã collecta quæ idẽ significarẽt uocabula solitos ediscere, quò facilius & occurreret unũ ex pluribus: & cũ esset usi aliquo, si breue intra spaciũ rursus desideraretur, effugiendæ repetitionis gratia sumerẽt aliud quo idẽ intelligi posset. Quod cũ est puerile, & cuiusdã infelicis operæ, tũ ctiã utile parũ. turbã enim modò congregat, ex qua sine discrimine occupet proximũ quodq;. Nobis autẽ copia cũ iudicio parãda est: uim orãdi, nõ circulatoriã uolubilitatẽ spectãtibus. Id autẽ cõsequemur optima legẽdo atq; audiẽdo. Nõ solùm enim nomina ipsa rerum cognoscemus hac cura, sed cui quodq; loco sit aptißimum. Omnibus enim ferè uerbis, præter pauca quæ sunt parũ uerecũda, in oratione locus est. Nã scriptores quidẽ iãborũ, ueterisq; comœdiæ, etiã in illis sæpe laudãtur: sed nobis nostrũ opus interim tueri satis est. Omnia uerba (exceptis de quibus dixi) sunt alicubi optima: nã & humilibus interim & uulgaribus est opus: & quæ cultiore in parte uidentur sordida, ubi res poscit, propriè dicuntur. Hæc ut sciamus, atq; eorum non significationem modò, sed formas etiam mensuras q̃; norimus, ut ubicunq; erunt posita, conueniant, nisi multa lectione atq; auditione assequi non possumus: cum omnẽ sermonem auribus primum accipiamus. Propter quod infantes à mutis nutricibus iussu regum in solitudine educati,

Verborũ copia legendo atque audiendo paranda.

Synonyma ediscẽdi ridicula ratio.

Copia cũ iudicio paranda est.

Verba suis locis aptanda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Herod. 2. *etiam si uerba quædã emisisse traduntur, tamẽ loquendi facultate caruerũt. Sunt autẽ alia huius naturæ, ut idem pluribus*

Verborũ idẽ ualentium uarietas. *uocibus declarẽt, ita ut nihil significationis, quo potius uaris, interfit: ut ensis & gladius. Alia, quæ etiam si propria rerũ aliquarum sint nomina, promiscuẽ tamen ad eundem intellectũ feruntur, ut ferrum & mucro. Nam per abusionem sicarios*

Sicarii. *etiam omnes uocamus qui cædem telo quocunq; commiserint. Alia circuitu uerborum plurium ostendimus: quale est,*

Aeglog. 1. *–Et pressi copia lactis. Plurima uerò mutatione figuramus. Scio, Nõ ignoro, &, Nõ me fugit, Non me præterit, &,*

Scio, quàm multis uerbis dicitur. *Quis nescit? Nemini dubiũ est. Sed etiã ex proximo mutuari licet. Nã & intelligo, & sentio, & uideo, sæpe idẽ ualẽt quod scio. Quorũ nobis ubertatem ac diuitias dabit lectio, ut his nõ solùm quomodo occurrerint, sed etiã quomodo oporteat, utamur. Nõ semp enim hæc inter se idẽ faciũt: nec sicut de intellectu animi rectè dixerim, Video: ita de usu oculorũ, Intelligo. Nec ut mucro gladiũ, sic mucronẽ gladius ostẽdit. Sed ut copia uerborũ sic paratur, ita nõ uerborũ tãtùm gratia legendũ*

Exempla ad docendũ efficacissima. *uel audiẽdũ est. Nã omniũ quæcũq; docemus, hoc sunt exẽpla potẽtiora etiã ipsis quæ tradũtur artibus, cũ eò qui discit perductus est, ut intelligere ea sine demõstrãte, & sequi iã suis uiribus possit: quia quæ doctor præcipit, Orator ostendit. Alia*

Audiționis ratio. *uerò legẽtes, alia audiẽtes magis adiuuãt. Excitat q dicit spiritu ipso, nec imagine & ambitu rerũ, sed rebus incẽdit. Viuunt enim omnia, & mouẽtur, excipiũtq; nouæ illæ uelut nascẽtia cũ fauore ac solicitudine. Nec fortuna modò iudicij, sed etiam ipsorũ qui orãt periculo afficimur. Præter hæc, uox & actio decora, cõmoda ut quisq; locus postulabit, pronũciãdi uel potentissima in dicẽdo ratio, & ut semel dicã, pariter omnia docẽt. In lectione certius iudiciũ, quod audiẽtũ frequẽter aut suus cuiq; fauor, aut ille laudantium clamor extorquet. Pudet enim*

dissent

dissentire, & uelut tacita quadam uerecundia inhibemur plus nobis credere, cũ interim et uitiosa pluribus placeãt, & à cor rogatis laudẽtur etiã quæ nõ placẽt. Sed è cõtrario quoq; accidit, ut optimè dictis gratiã praua iudicia nõ referãt. Lectio

Lectionis ratio. *libera est, nec actionis impetu transcurrit: sed repetere sæpius licet, siue dubites, siue memoriæ penitus affigere uelis. Repetamus autẽ, & tractemus, & ut cibos mãsos ac prope liquefactos demittimus, quò facilius digerãtur, ita lectio non cruda, sed multa iteratione mollita, & uelut cõfecta, memoriæ immutationiq; tradatur. Ac diu nõ nisi optimus quisq;, & qui credẽtem sibi minimè fallat, legẽdus est, sed diligẽter, ac pene ad scribendi solicitudinem: nec per partes modò scrutãda omnia, sed*

Optimi authores quomodo legẽdi. *perlectus liber utiq; ex integro resumẽdus, præcipueq; oratio, cuius uirtutes frequẽter ex industria quoq; occultãtur. Sæpe enim præparat, dissimulat, insidiatur Orator, eaq; in prima parte actionis dicit, quæ sunt forte in summa profutura. Itaq; suo loco minus placẽt, adhuc nobis quare dicta sint ignorantibus: ideoq; erũt cognitis omnibus repetẽda. Illud uerò utilissimũ, nosse eas causas quarũ orationes in manus sumpsemus: & quoties cõtinget, utrinq; habitas legere actiones: ut Demosthenis atq; Aeschinis inter se contrariatus: ut Seruij Sulpitij, & Messalæ, quorũ alter pro Aufidia, contrà dixit alter: & Pollionis et Cassij reo Asperate, aliasq; plurimas. Quinetiã si munus pares iudebũtur, aliquæ tamẽ ad cognoscẽdã litiũ quæstionẽ rectè requirẽtur: ut cõtra Ciceronis orationes, Tuberonis in Q. Ligariũ, & Hortensij pro Verre. Quinettã eadem causas ut quisq; egerit, utile erit scire. Nam pro domo Ciceronis dixit Callidius: & pro Milone orationem Brutus exercitationis gratia scripsit, etiã si egisse cũ Cornelius Celsus falsò existimat. Et Pollio ac Messala defenderũt eosdẽ: & nobis pueris insignes pro Volusẽno Catulo, Domitij Afri,*

Crispi Passieni, Decimi Laelij, orationes ferebantur. Neq; id statim legenti persuasum sit, omnia quæ magni authores dixerint, utiq; esse perfecta. Nã & labũtur aliquãdo, & oneri cedunt, & indulgẽt ingeniorũ suorũ uoluptati: nec semper intẽdunt animũ, & nõnunquã fatigãtur: cum Ciceroni dormitare interim Demosthenes, Horatio uerò etiã Homerus ipse uidetur. Summi enim sunt, homines tamẽ: accidũtq; ijs qui quicquid apud illos repererũt, dicẽdi legẽ putant, ut deteriora imitẽtur (id enim est facilius) ac se abũde similes putẽt, si uitia magnorum cõsequãtur. Modestè tamẽ & circũspecto iudicio de tantis uiris pronunciandũ est, ne (quod plerisq; accidit) damnent quæ nõ intelligunt. Ac si necesse est in alteram errare partẽ, omnia eorũ legentibus placere, quàm multa displicere maluerim. Plurimum dicit Oratori cõferre Theophrastus lectionẽ poëtarum: multiq; eius iudicium sequuntur: neq; id immeritò. Nanq; ab his & in rebus spiritus, & in uerbis sublimitas, & in affectibus motus omnis, & in personis decor petitur, præcipueq; uelut attrita quotidiano actu forensi ingenia, optimè rerum talium blanditia reparãtur. Ideoq; in hac lectione Cicero requiescendum putat. Meminerimus tamẽ nõ per omnia Poëtas esse Oratori sequẽdos, nec libertate uerborũ, nec licentia figurarũ: totumq; illud studiorum genus ostentationi comparatũ, præter id quòd solam petit uoluptatẽ, eamq;, fingendo non falsa modò, sed etiam quædam incredibilia, sectatur, patrocinio quoq; aliquo iuuari: quòd alligati ad certum pedum necessitatem, nõ semper proprijs uti possint, sed depulsi à recta uia, necessariò ad eloquẽdi quædam diuerticula confugiãt: nec mutare quædam modò uerba, sed extendere, corripere, conuertere, diuidere cogãtur: nos uerò armatos stare in acie, & summis de rebus decernere, & ad uictoriã niti. Neq; ego arma squallere situ ac rubigine uelim, sed fulgorem his inesse, qui

qui terreat, qualis est ferri, quo mens simul uisusq; perstringatur: non qualis auri argentiq;, imbellis, & potius habenti periculosus. Historia quoq; alere orationẽ quodam molli iucundoq; succo potest. Verùm & ipsa sic est legẽda, ut sciamus pleraq; eius uirtutes Oratori esse uitandas. Est enim proxima poëtis, & quodammodo carmẽ solutum: & scribitur ad narrandum, non ad probandum: totumq; opus non ad actum rei, pugnamq; præsentem, sed ad memoriam posteritatis, & ingenij famã componitur: ideoq; & uerbis liberioribus, & remotioribus figuris narrãdi tædiũ euitat. Itaq;, ut dixi, neq; illa Sallustiana breuitas, qua nihil apud aures uacuas atq; eruditas potest esse perfectius, apud occupatum uarijs cogitationibus iudicem, & sæpius inerudítum, captanda nobis est: neq; illa Liuij lactea ubertas satis docebit eũ, qui non speciem expositionis, sed fidem quærit. Adde quòd M. Tullius ne Thucydidem quidem aut Xenophontẽ utiles Oratori putat, quanquam illum belluam canere, huius ore Musas esse locutas existimet. Licet tamen nobis in digressionibus uti uel historico nonnunquam nitore, dum in ijs de quibus erit quæstio, meminerimus non athletarum toros, sed militum lacertos esse: nec uersicolorem illam, qua Demetrius Phalereus dicebatur uti, uestem bene ad forensem pulueren facere. Est & alius ex historijs usus, & is quidem maximus. sed non ad præsentẽ pertinens locum, ex cognitione rerum exemplorumq;, quibus in primis instructus esse debet Orator, ne omnia testimonia expetat à litigatore: sed pleraq; ex uetustate diligenter sibi cognita sumat: hoc potentiora, quòd ea sola crimínibus odij & gratiæ uacant. A philosophorum uerò lectione ut essent nobis multa petenda, uitio factum est Oratorum, qui quidem illis optima sui operis parte cesserunt. Nam & de iustis, honestis, utilibus, quæq; sunt his contraria, & de rebus diuinis

Lib. 2. cap. de narratio.

In Orat.

Vide Laertiã in uita Xenophontis.

maximè dicũt, & argumentantur acriter: & altercationibus atq; interrogationibus Oratorẽ futurũ optimè Socratici præparant. Sed his quoq; adhibendũ est simile iudiciũ, ut etiam cũ in rebus uersemur ipsis eadem, non tamẽ eandem esse conditionem sciamus litium ac disputationum, fori & auditorij, præceptorum & periculorum. Credo exacturos plerosq;, cum tantum esse utilitatis in legendo iudicemus, ut id quoq; adiungamus operi, qui sint legendi, quæ in quoq; authore præcipua uirtus. Sed persequi singulos, infiniti fuerit operis. Quippe cũ in Bruto M. Tullius tot millibus uersuũ de Romanis tantùm Oratoribus loquatur, & tamen de omnibus ætatis suæ, quibuscum uixerat, exceptis Cæsare atq; Marcello, silentiũ egerit: quis erit modus, si & illos, & qui postea fuerũt, & Græcos omnes & Philosophos & poëtas persequi uelimus? Fuerit igitur breuitas illa tutissima, quæ est apud Liuiũ in epistola ad filiũ scripta, legendos Demosthenẽ atq; Ciceronem: tum ita ut quisq; esset Demosthenì & Ciceroni simillimus. Non est tamen dissimulanda nostri quoq; iudicij summa. Paucos enim, uel potius uix ullũ ex ijs qui uetustatẽ pertulerunt, existimo posse reperiri, qui iudicũ adhibẽtibus nõ allaturus sit utilitatis aliquid: eum se Cicero ab illis quoq; uetustissimis authoribus, ingeniosis quidẽ, sed arte carẽtibus, plurimũ fateatur adutũ. Nec multo aliter de nobis sentio. Quotus enim quisq; inueniri tam demẽs potest, qui ne minima quidem alicuius certè fiducia partis, memoriã posteritatis speraverit? qui si quis est, intra primos statim uersus deprehẽdetur, & citius nos dimittet, quàm ut eius nobis magno tẽporis detrimento constet experimentum. Sed non quicquid ad aliquã partẽ scientiæ pertinet, protinus ad faciendã etiam πρᾶξιν de qua loquimur, accõmodatum est. Verùm antequam de singulis loquar, pauca ut universam de uarietate opinionum dicenda sunt. Nam quidam

dam solos ueteres legẽdos putant, neq; in ullis alijs esse naturalẽ eloquentiã, & robur uiris dignũ, arbitrantur. Alios recẽs hæc lasciua, deliciæq;, & omnia ad uoluptatem multitudinis imperitæ cõposita delectãt. Sũt etiã qui rectũ dicẽdi genus sequi uolũt. Alij pressa demũ & tenuia, & quæ minimũ ab usu quotidiano recedãt, sana & uerè Attica putãt. Quosdam elatior ingenij uis, & magis cõcitata, & plena spiritus capit. Sũt & lenis, & nitidi, & cõpositi generis nõ pauci amatores. De qua differẽtia differã diligẽtius, cũ de genere dicẽdi quærendũ erit. Interim summatim quid à qua lectione petere possint, qui cõfirmare facultatẽ dicẽdi uolunt, attingam. Paucos enim, qui sunt eminẽtissimi, excerpere in animo est. facile est autẽ studiosis, qui sint his simillimi, iudicare: ne quisquã queratur omissos fortè aliquos eorũ quos ipse ualde probet. Fateor enim plures legẽdos esse, quàm qui à me nominabũtur. Sed nũc genera ipsa lectionũ quæ præcipuè cõuenire intẽdẽtibus ut Oratores fiãt existimẽ, persequar. Igitur ut Aratus ab Ioue incipiendũ putat, ita nos rite cœpturi ab Homero uidemur. Hic enim (quẽ admodũ ex Oceano dicit ipse amnium uim fontiumq; cursus initiũ capere) omnibus eloquẽtiæ partibus exẽplum & ortũ dedit. Hũc nemo in magnis sublimitate, in paruis proprietate superauerit. Idẽ lætus ac pressus, iucũdus & grauis, tũ copia, tũ breuitate mirabilis: nec poëtica modò, sed oratoria uirtute eminẽtissimus. Nam ut de laudibus, exhortationibus, cõsolationibus taceã: non'ne uel nouus liber, quo missa ad Achillem legatio continetur, uel in primo inter duces illa contentio, uel dictæ in secundo sententiæ, omnes litium ac cõsiliorum explicant artes? Affectus quidem uel illos mites, uel hos cõcitatos, nemo erit tam indoctus, qui non in sua potestate hunc authorem habuisse fateatur. Age uerò non'ne in utrumque sui operis ingressu paucissimis uersibus legem procœmiorũ non dico ser-

Lib. 12. ca. 10

Homerus Iliad. 21.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uauit.sed constituit? Nam & beneuolum auditorē inuocatione dearū quas præsidere uatibus creduū est, & intentū proposita rerū magnitudine, & docilē summa celeriter cōprehēsa facit. Narrare uerò quis breuius, quàm qui morīē nūciat Patroclī? quis significatius potest, quàm qui Curetam Actolorumq; Iliad.17. Iliad. 9. prælīū exponit? Iā similitudines, amplificationes, exēpla, digressus, signa rerū & argumēta, cæteraq; probādi ac refutādi, sunt ita multa, ut etiā qui de artibus scripserūt, plurima earū rerū testimonia ab hoc Poēta petāt. Nam epilogus quidē quis Iliad.24. unquā poterit illis Priami rogantis Achillem precibus æquari? Quid? in uerbis, sentētijs, figuris, dispositione totius operis, non ne humani ingenij modū excedit? V t magni sit uiri, uirtutes eius nō æmulatione (quod fieri nō potest) sed intellectu sequi. Verum hic omnes sine dubio, & in omni genere eloquētiæ procul à se reliquit, Heroicos tamē præcipuè, uidelicet quia clarissima in materia simili cōparatio est. Rarò assurgit Hesiodus, magnaq; pars eius in nominibus est occupata, tamē utiles circa præcepta sentētiæ, lenitasq; uerborū, & compositionis probabilis: datur q; ei palma in illo medio genere dicēdi. Cōtrà in Antimacho uis & grauitas, & minimè uulgare eloquendi genus habet laudē. Sed quāuis ei secundas fere Grāmaticorū cōsensus deferat, & affectibus, & inuentione, & dispositione, & omnino arte deficitur, ut planè manifesto appareat Panyasis. quanto sit aliud proximum esse, aliud secundum. Panyasin ex utroq; nostrū putāt, in eloquēdo neutrius æquare uirtutes: alterum tamē ab eo materia, alterum disponēdi ratione superari. Apollonius. Apollonius in ordinē à Grāmaticis datū non uenit, quia Aristarchus atq; Aristophanes Poetarū iudices, neminē sui tēporis in numerū redegerūt: non tamē contemnendū edidit opus Aratus. æquali quadam mediocritate. Arati materia motu caret, ut in quā nulla uarietas, nullus affectus, nulla persona cui usquā sit oratio: sufficit tamen operi, cui se parem credidit. Admirabilis

in suo genere Theocritus, sed Musa illa rustica & pastoralis Theocritus. non fōrū modò, uerùm ipsam etiā urbem reformidat. Audere uideor undiq; congerētes nomina plurimorū poetarū. Quid? Herculis acta nō bene Pisandros? Quid? Nicandrū frustra secuti Macer atq; Virgilius? Quid? Euphorionē trāsibimus? quē nisi probasset Virgilius, idē nunquā certè cōditorū Chalcidico uersu carminū feciſſet in Bucolicis mentionē. Quid? Horatius frustra Tyrtæū Homero subiūgit? Nec sanè quisquā est tā procul à cognitione eorum remotus, ut nō indicē certè ex bibliotheca sumptū trāsferre in libros suos possit. Nec ignoro igitur quos transeo, nec utiq; damno: ut qui dixerim esse in omnibus utilitatis aliquid: sed ad illos tam perfectis constitutisq; uiribus reuertemur. Quod etiā in cœnis grādibus sæpe facimus, ut cū optimis satiati simus, uarietas tamen nobis ex uilioribus grata sit. Tūc & elegiā uacabit in manus sumere, cuius princeps habetur Callimachus. Secūdas cōfessione plurimorū Philætas occupauit. Sed dū assequimur illā firmā (ut dixi) facilitatē, optimis assuescēdū est: & multa magis quàm multorū lectione firmāda mens, & ducēdus est color. Itaq; ex tribus receptis Aristarchi iudicio scriptoribus iāborū, ad ὕψος maximè pertinebit unus Archilochus. Sūma in hoc uis elocutionis, cū ualidæ, tum breues uibrātesq; sentētiæ, plurimū sanguinis atq; neruorum: adeò ut uideatur quibusdā, quòd quoquam minor est, materiæ esse, nō ingenij uitiū. Nouē uerò Lyricorum longè Pindarus princeps, spiritus magnificētia, sentētijs, figuris, beatissima rerū uerborūq; copia, & uelut quodā eloquentiæ flumine: propter quæ Horatius cū meritò credidit nemini imitabilē. Stesichorus quàm sit ingenio ualidus, materiæ quoq; ostēdunt, maxima bella & clarissimos canentem duces, & epici carminis onera lyra sustinētē. Reddit enim personis in agēdo simul loquēdoq; debitā dignitatē: ac si tenuisset modū, uidetur æmulari proximus Homerū potuisse: sed redūdat, atq; effunditur: q[illegible]

Elegia. Callimachus. Philætas.

Archilochus

Lyrici, quorū Pindarus princeps.

Carm. 4.

Stesichorus.

Alcæus. ut est reprehẽdendũ, ita copiæ uitiũ est. Alcæus in parte operis aureo plectro meritò donatur, qua tyrãnos insectatur: multũ etiã moribus cõfert: in eloquẽdo quoq; breuis & magnificus, & diligẽs, plurimũq; Homero similis, sed in lusus & amores descẽdit, maioribus tamen aptior. Simonides tenuis, alioqui sermone proprio & iucũditate quadã cõmẽdari potest: præcipua tamẽ eius in cõmouẽda miseratione uirtus, ut quidam in hac eũ parte omnibus eiusdẽ operis authoribus præferãt. Antiqua comœdia cũ syncerã illã sermonis Attici gratiã propè sola retinet, tũ facũdissimæ libertatis, etsi est in insectãdis uitijs præcipua, plurimũ tamẽ uiriũ etiam in cæteris partibus habet. Nam & grãdis, & elegãs, & uenusta, & nescio an ulla, post Homerũ tamẽ, quẽ ut Achillẽ semper excipi par est, aut similior fit Oratoribus, aut ad Oratores faciendos aptior. Plures eius authores: Aristophanes tamẽ & Eupolis Cratinusq; præcipui. Tragœdias primus in lucẽ Aeschylus protulit, sublimis & grauis, & grãdiloquus sæpe usq; ad uitiũ: sed rudis in pleriſq;, & incõpositus: ppter qđ correctas eius fãbulas in certamẽ deferre posterioribus poetis Athenienses permisere: suntq; eo modo multi coronati. Sed lõge clarius illustrauerũt hoc opus Sophocles atq; Euripides: quorũ in dispari dicẽdi uia uter sit poeta melior, inter plurimos quæritur. Idq; ego sane, quoniã ad præsentẽ materiam nihil pertinet, iniudicatũ relinquo. Illud quidẽ nemo nõ fateatur necesse est, ijs qui se ad agẽdũ cõparẽt, utilorẽ longè Euripidẽ fore. Nanq; is & in sermone (quod ipsum reprehẽdũt, quibus grauitas & cothurnus & sonus Sophoclis uidetur esse sublimior) magis accedit oratorio generi: & sentẽtijs dẽsus, & in ijs quæ à sapiẽtibus tradita sunt, penè ipsis par, & in dicẽdo ac respõdẽdo cuilibet eorũ qui fuerunt in foro diserti, cõparandus. In affectibus uerò cũ omnibus mirus, tũ in ijs qui miseratione cõstãt, facilè præcipuus. Hunc & admiratus maximè est (ut sæpe testatur) & secutus, quanquã

in opere diuerso, Menãder: qui uel unus, meo quidẽ iudicio, diligẽter lectus ad cũcta quæ præcipimus effingẽda sufficiat: ita omnẽ uitæ imaginem expressit: tãta in eo inueniẽdi copia, & eloquẽdi facultas: ita est omnibus rebus, personis, affectibus accõmodatus. Nec nihil profectò uiderũt, qui orationes quæ Charisij nomine ediũtur, à Menãdro scriptas putãt. Sed mihi lõgè magis Orator probari in opere suo uidetur, nisi fortè aut illa mala iudicia, quæ Epitrepõtas, Epicleros, Lochos habent: aut meditationes in Psophoda, & Nomotheta, & Hypobolimæo, nõ omnibus oratorijs numeris sunt absolutæ. Ego tamen plus adhuc quiddã collaturũ declamatoribus puto, quoniã his necesse est secundũ conditionẽ cõtrouersiarũ plures subire personas, patrũ, filiorũ, maritorũ, militũ, rusticorũ, diuitũ, pauperũ, iracundiarũ, deprecantiũ, mitium, asperorũ. In quibus omnibus mire custoditur ab hoc poeta decorũ. Atq; ille quidẽ omnibus eiusdẽ operis authoribus absoluit nomẽ, & fulgore quodã suæ claritatis tenebras obduxit. Habẽt tamen alij quoq; Comici, si cũ uenia legantur, quædã quæ possis decerpere: & præcipuè Philemõ, qui ut prauis sui tẽporis iudicijs Menãdro sæpe præfertur est, ita cõsensu omnium meruit credi secũdus. Historiam multi scripsere præclarè, sed nemo dubitat duos lõgè cæteris præferẽdos, quorũ diuersa uirtus laudẽ penè est parẽ cõsecuta. Dẽsus, & breuis, & semper iustãs, sibi Thucydides: dulcis, & candidus, & fusus Herodotus. Ille cõcitatis, hic remissis affectibus melior: ille concionibus, hic sermonibus: ille ui, hic uoluptate. Theopõpus his proximus, ut in historia prædictis minor, ita oratori magis similis: ut qui antequã est ad hoc opus solicitatus, diu fuerit orator. Philistus quoq; meretur qui turbæ quãuis bonorũ post hos authorũ eximatur, imitator Thucydidis: et ut multo infirmior, ita aliquatenus lucidior. Ephorus, ut Isocrati uisum, calcaribus eget: Clitarchi probatur ingeniũ, fides infamatur. Lõgo pòst interuallo tẽporis natus Timagenes,

uel hoc est ipso probabilis, quòd intermissam historiæ scribẽdi industriã noua laude reparauit. Xenophõ nõ excidit mihi, sed inter philosophos reddẽdus est. Sequitur oratorũ ingens manus, cum decẽ simul Athenis ætas una tulerit: quorũ longè princeps Demosthenes, ac penè lex orãdi fuit. tãta uis in eo, tã dẽsa omnia, ita quibusdã neruis intẽta sunt, tam nihil ociosum, is dicẽdi modus, ut nec quod desit in eo, nec quod redũdet inueniat. Plenior Aeschines, & magis fusus, & grandiori simi lis, quo minus strictus est: carnis tamẽ plus habet, lacertorũ mi nus. Dulcis in primis et acutus Hyperides: sed minoribus caus sis, ut non dixerim utilior, magis par. His ætate Lysiæ maior, subtilis atque elegans, & quo nihil, si oratori satis sit docere, quæras perfectius, nihil enim est inane, nihil arcessitũ: puro ta men fonti quàm magno flumini propior. Isocrates in diuerso genere dicẽdi nitidus & comptus, & palæstræ quàm pugnæ magis accõmodatus, omnes dicẽdi uenereꝰ sectatus est: nec im merito: auditorijs enim se, nõ iudicijs cõpararat: in inuẽtione fa cilis, honesti studiosus: in cõpositione adeò diligẽs, ut cura eius reprehẽdatur. Neq; ego in his, de quibus sum locutus, has so las uirtutes, sed has præcipuas puto: nec cæteros parum fuisse magnos. Quintiã Phalereũ illũ Demetriũ (quãquã is primus inclinasse eloquẽtiã dicitur) multũ ingenij habuisse & facũdiæ fateor, uel ob hoc memoria dignum, quòd ultimus est ferè ex Atticis qui dici posit orator: quẽ tamẽ in illo medio genere dicẽdi præfert omnibus Cicero. Philosophorũ, ex quibus plu rimũ se traxisse eloquẽtiæ M. Tullius confitetur, quis dubitet Platonẽ esse præcipuũ, siue acumine differẽdi, siue eloquendi facultate diuina quadã & Homerica? multũ enim supra pro sam orationẽ, & quã pedestrẽ Græci uocãt, surgit: ut mihi nõ hominis ingenio, sed quodã Delphico uideatur oraculo instin ctus. Quid ego cõmemorẽ Xenophontis iucunditatẽ illã inaf fectatã, sed quã nulla posit affectato cõsequi? ut ipse finxisse

sermonem Græciæ uideantur: & quod de Pericle uetcris co mœdiæ testimonium est, in hunc transferri iustissimè posit, in labris eius sedisse quãdam persuadendi deam. Quid reliquorũ Socraticorum elegantiam? Quid Aristotelem? quem dubito scientia rerum, an scriptorum copia, an eloquẽdi suauitate, an inuentionum acumine, an uarietate operũ, clariorem putem. Nam in Theophasto tam est eloquendi nitor ille diuinus, ut ex eo nomen quoque traxisse dicatur. Minus indulsere eloquen tiæ Stoici ueteres: sed cum honesta suaserunt, tum in colligen do probandoq; quæ instituerant, plurimum ualuerunt: rebus tamen acuti magis, quàm (id quod sanè non affectarunt) ora tione magnifici. Idem nobis per Romanos quoque author es ordo ducendus est. Atque ut apud illos Homerus, sic apud nos Virgilius auspicatissimum dederit exordiam, omnium eius generis poẽtarum Græcorum nostrorumq; illi haud du biè proximus. Vtar enim uerbis ijsdem, quæ ex Afro Domi tio iuuenis accepi: qui mihi interroganti, quem Homero cre deret maximè accedere, Secundus, inquit, est Virgilius, propi or tamen primo quàm tertio. Et herele ut illi naturæ cæ lesti atq; immortali cesserimus, ita curæ & diligentiæ, uel ideo in hoc plus est, quòd ei fuit magis laborandum: & quantum eminentioribus uincimur, fortasse æqualitate pensamus. Cæ teri omnes longè sequentur. Nam Macer & Lucretius legẽ di quidem, sed nõ ut phrasin, id est corpus eloquentiæ faciant: elegantes in sua quisq; materia, sed alter humilis, alter diffici lis. Attacinus Varro in ijs per quæ nomen est assecutus, inter pres operis alieni, non spernendus quidem, uerum ad augen dam facultatem dicendi parùm locuples. Ennium sicut sacros uetustate lucos adoremus, in quibus grãdia & antiqua robo ra iã non tantã habẽt speciẽ, quantã religionẽ. Propiores alij, atq; ad hanc phrasin de qua loquimur, magis utiles. Lasciuus

qui

quidem in Heroicis quoq; Ouidius, & nimium amator ingenij sui, laudandus tamen in partibus. Cornelius autem Seuerus, etiam si uersificator quàm poeta melior, si tamẽ, ut est dictum, ad exemplar primi libri bellum Siculum perscripsisset, uenditaret sibi iure secundum locũ. *Sed eum consummari mors immatura non passa est: puerilia tamen eius opera & maximam indolem ostendunt, & mirabilem præcipuè in ætate illa recti generis uoluntatem. Multum in Valerio Flacco nuper amisimus. Vehemens & poëticum ingenium Saleij fuit, nec ipsum senectute maturũ. Rabirius ac Pedo non indigni cognitione, si uacet. Lucanus ardens, & concitatus, & sententijs clarissimus, & (ut dicam, quod sentio) magis oratoribus quàm poëtis annumerandus. Hos nominauimus, quia Germanicum Augustum ab institutis studijs deflexit cura terrarum, parumq; dijs uisum est esse eum maximum poëtarum. Quid tamen ijs ipsis eius operibus, in quæ donatus imperio iuuentis successerat, sublimius, doctius, omnibus denique numeris præstantius? Quis enim caneret bella melius, quàm qui sic gerit? Quem præsidentes studijs deæ propius audirent? Cui magis suas artes aperiret familiare numen Mineruæ? Dicent hæc plenius futura secula. Nunc enim cæterarum fulgore uirtutum laus ista præstringitur. Nos tamen sacra literarum colentes feras Cæsar si non tacitum hoc præterimus, & Virgiliano certè uersu testamur,

*Varenum consum.

Inter victrices hederam tibi serpere lauros.

Elegia Græcos quoq; prouocamus: cuius mihi tersus atque elegans maximè uidetur author Tibullus. Sunt qui Propertium malint. Ouidius utroq; lasciuior: sicut durior Gallus. Satyra quidem tota nostra est, in qua primus insignem laudem adeptus est Lucilius, qui quosdam ita deditos sibi adhuc habet amatores, ut eum non eiusdem modò operis authoribus, sed omni

omnibus poëtis præferre nõ dubitẽt. Ego quantũ ab illis, tantum ab Horatio dissentio, qui Luciliũ fluere lutulentũ, & esse aliquid quod tollere possis, putat. Nã & eruditio in eo mira, & libertas, atq; inde acerbitas, & abũde salis. Multo est tersior ac purus magis Horatius, & ad notandos hominũ mores præcipuus. Multũ & ueræ gloriæ, quãuis uno libro, Persius meruit. Sunt clari hodieq;, & qui olim nominabũtur. Alterum illud est, & prius Satyræ genus, quod nõ sola carminũ uarietate mistum condidit Terẽtius Varro, uir Romanorũ eruditissimus. Plurimos hic libros & doctissimos cõposuit, peritissimus linguæ latinæ, & omnis antiquitatis, & rerũ græcarũ, nostrarumq;: plus tamẽ scientiæ collaturus, quàm eloquentiæ. Ser. 1. Sat. 4.

Iambus nõ sanè à Romanis celebratus est ut propriũ opus, à quibusdã interpositus: cuius acerbitas in Catullo, Bibaculo, Horatio: quanquã illi epodos interuenire reperiatur. At Lyricorum idem Horatius ferè solus legi dignus. Nam & insurgit aliquando, & plenus est iucunditatis & gratiæ, & uarijs figuris & uerbis felicissimè audax. Si quẽ adijcere uelis, is erit Cæsius Bassus, quẽ nuper uidimus: sed eum longè præcedunt ingenia uiuentium. Tragœdiæ scriptores Accius atq; Pacuuius clarissimi, grauitate sententiarũ, uerborum pondere, & authoritate personarum. Cæterùm nitor, & summa in excolendis operibus manus, magis uideri potest temporibus quàm ipsis defuisse. Virium tamen Accio plus tribuitur: Pacuuiũ uideri doctiorẽ, qui esse docti affectant, uolũt. Iam Varij Thyestes cuilibet Græcorum comparari potest. Ouidij Medea uidetur mihi ostendere quantum uir ille præstare potuerit, si ingenio suo temperare quàm indulgere maluisset. Eorũ quos uiderim, longè princeps Pomponius Secundus: quem senes parum Tragicum putabant, eruditione ac nitore præstare confitebantur. In comœdia maximè claudicamus: licet Varro

dicat Musas, Aelij Stolonis sentẽtia, Plautino sermone locuturas fuisse, si latine loqui uellent: licet Cæciliũ ueteres laudibus ferãt: licet Terẽtij scripta ad Scipionẽ Africanum referantur: quæ tamẽ sunt in hoc genere elegãtißima, & plus adhuc habitura gratiæ, si intra uersus trimetros stetissent. Vix leuẽ cõsequimur umbrã, adeò ut mihi sermo ipse Romanus non recipere uideatur illam solis concessam Atticis uenerem, quandò eam ne Græci quidẽ in alio genere linguæ obtinuerint. Togatis excellit Afranius, utinamq; non inquinasset argumẽta puerorum fœdis amoribus, mores suos fassus. At historia nõ cesserit Græcis, nec opponere Thucydidi Sallustium uereatur: nec indignetur sibi Herodotus æquari T. Liuium, cum in narrando miræ iucũditatis, clarißimiq; candoris, tum in concionibus suprà quàm enarrari potest eloquentẽ: ita dicũtur omnia cum rebus tum personis accõmodata: sed affectus quidẽ, præcipuè eos qui sunt dulciores, ut parcißimè dicam, nemo historicorũ commendauit magis. Idcoq; immortalem illam Sallustij uelocitatẽ, diuersis uirtutibus consecutus est. Nam mihi egregie dixisse uidetur Seruilius Nouianus pares eos magis quàm similes, qui & ipse à nobis auditus est, clari uir ingenij, & sententijs creber, sed minus pressus, quàm historiæ authoritas postulat. Quam paulùm ætate præcedens cum Bassus Aufidius egregiè utiq; in libris belli Germanici præstitit, genere ipso probabilis in omnibus, sed in quibusdam suis ipse uiribus minor. Supersit adhuc, & exornat ætatis nostræ gloriã, uir seculorũ memoria dignus, qui olim nominabitur, nũc intelligitur. Habet amatores, nec imitatores, ut libertas, quanquã circumcisis quæ dixisset, ei nocuerit. Sed elatum abunde spiritum, & audaces sententias deprehendas etiam in ijs quæ manent. Sunt & alij scriptores boni: sed nos genera degustamus, non bibliothecas excutimus. Oratores uerò uel præcipuè Latinã eloq

eloquentiã parẽ facere Græcæ possunt. Nam Ciceronem cuicunq; eorum fortiter opposuerim. Nec ignoro quantam mihi concitẽ pugnã, cum præsertim id nõ sit propositi, ut cum Demosthene comparem hoc tempore: neq; enim attinet, cum Demosthenẽ in primis legẽdum, uel ediscẽdũ potius putẽ. Quorum ego uirtutes pleraſq; arbitror similes, consilium, ordinem, diuidendi, præparãdi, probãdi rationẽ, omnia deniq; quæ sunt inuentionis. In eloquẽdo est aliqua diuersitas: densior ille, hic copiosior: ille concludit adstrictius, hic latius pugnat: ille acumine semper, hic frequenter & pondere: illi nihil detrahi potest, huic nihil adijci: curæ plus in illo, in hoc naturæ. Salibus certè, & cõmiseratione (qui duo plurimũ affectus ualent) uincimus. Et fortassè epilogos illi mos ciuitatis abstulerit: sed & nobis illa quæ Attici mirãtur, diuersa Latini sermonis ratio minus permiserit. In epistolis quidẽ, quãquã sunt utriusq;, nulla contentio est. Cedendum uerò in hoc quidẽ, quòd ille & prior fuit, & ex magna parte Ciceronẽ quãtus est fecit. Nam mihi uidetur M. Tullius cum se totum ad imitationem Græcorum contulisset, effinxisse uim Demosthenis, copiam Platonis, iucunditatem Isocratis. Nec uerò quod in quoq; optimum fuit, studio cõsecutus est tantùm, sed plurimas uel potius omnes ex seipso uirtutes extulit immortalis ingenij beatißima ubertate. Non enim pluuias (ut ait Pindarus) aquas colligit, sed uiuo gurgite exundat, dono quodam Prouidentiæ genitus, in quo totas uires suas eloquentia experiretur. Nam quis docere diligentius, mouere uehementius potest? Cui tanta unquam iucunditas affuit? ut ipsa illa quæ extorquet, impetrare eum credas: & cum transuersum ui sua iudicem ferat, tamen ille non rapi uideatur, sed sequi. Iam in omnibus quæ dicit, tanta authoritas inest, ut dissentire pudeat: nec aduocati studium, sed testis aut iudicis afferat fidem. Cum interim hæc

omnia, quæ uix singula quisquã intentißima cura cõsequi posset, fluũt illaborata: & illa qua nihil pulchrius auditu est, oratio, præ se fert tamẽ felicißimã facilitatẽ. Quare nõ immerito ab hominibus ætatis suæ regnare in iudicijs dictus est: apud posteros uerò id consecutus, ut Cicero iam non hominis, sed eloquẽtiæ nomẽ habeatur. Hunc igitur spectemus: hoc propositũ nobis sit exẽplum. Ille se profecisse sciat, cui Cicero ualde placebit. Multa in Asinio Pollione inuẽtio, summa diligentia: adeò ut quibusdã etiã nimia uideatur: & consilij & animi satis: à nitore & iucunditate Ciceronis ita longè abest, ut uideri possit seculo prior. At Messala nitidus & candidus, & quodammodo præ se ferens in dicẽdo nobilitatẽ suam: uiribus minor. C. uerò Cæsar si foro tantum uacasset, nõ alius ex nostris contra Ciceronẽ nominaretur. tanta in eo uis est, id acumẽ, ea concinnitio, ut illum eodem animo dixisse, quo bellauit, appareat. Exornat tamen hæc omnia mira sermonis, cuius propriè studiosus fuit, elegantia. Multum ingenij in Cælio, & præcipuè in accusando multa urbanitas: dignusq; uir, cui & mens melior, & uita longior contigisset. Inueni qui Caluũ præferrent omnibus, inueni qui Ciceroni crederẽt eum nimia cõtra se calumnia uerum sanguinẽ perdidisse. sed est & sancta & grauis oratio, & castigata, & frequenter uehemens quoq;. Imitator est autẽ Atticorum: fecitq; illi properata mors iniuriam, si quid adiecturus, nõ si quid detracturus fuit. Et Seruius Sulpitius insignẽ non immerito famam tribus orationibus meruit. Multa, si cũ iudicio legatur, dabit imitatione digna Cassius Seuerus, qui si cæteris uirtutibus colorem & grauitatem orationis adiecisset, ponendus inter præcipuos foret. Nam & ingenij plurimum est in eo, & acerbitas mira & urbanitas, & uis summa: sed plus stomacho quàm cõsilio dedit: præterea ut amari sales, ita frequenter amaritudo ipsa ridicula est.

Sunt

Sunt & alij multi diserti, quos persequi longũ est. Eorũ quos uiderim, Domitius Afer, & Iulius Africanus, longè præstantißimi. Verborũ arte ille, & toto genere dicẽdi præferendus, & quẽ in numero ueterum habere non timeas: hic cõcitatior, sed in cura uerborum nimius, & compositione nonnunquam longior, & translationibus parum modicus. Erant clara & nuper ingenia. Nam & Trachallus plerunq; sublimis, & satis apertus fuit, & quem uelle optima crederes: auditus tamẽ maior. Nam & uocis, quantam in nullo cognoui, felicitas, & pronunciatio uel scenis sufficiura, & decor omnia deniq; ei, quæ sunt extrà, superfuerũt. Et Vibius Crispus, cõpositus, & iucũdus, & delectationi natus, priuatis tamẽ causis quàm publicis melior. Iulio Secundo si longior contigisset ætas, clarissimum profectò nomẽ oratoris apud posteros foret. Adiecisset enim, atq; adijciebat cæteris uirtutibus suis, quod desiderari potest. id est autẽ, ut esset multo magis pugnax, & sæpius ad curã rerum ab elocutione respiceret. Cæterum interceptus quoq; magnum sibi uẽdicat locũ. Ea est facundia, tanta in explicando quod uelit, gratia: tam candidum & lene & speciosum dicendi genus: tanta uerborum etiam quæ assumpta sunt, proprietas: tanta in quibusdam ex periculo petitis significantia. Habebunt qui post nos de oratoribus scribẽt, magnam eos qui nunc uigẽt materiam uerè laudandi. Sunt enim summa hodie, quibus illustratur forum, ingenia. Nanq; & consummati iam patroni ueteribus æmulantur, & eos iuuenum ad optima tendentium imitatur ac sequitur industria. Supersunt qui de Philosophia scripserunt: quo in genere paucißimos adhuc eloquentes literæ Romanæ tulerunt. Idem igitur M. Tullius, qui ubiq;, etiam in hoc opere Platonis æmulus extitit. Egregius uerò, multoq; quàm in orationibus præstantior Brutus, sufficit ponderi rerum: scias cum sentire quæ dicit. Scripsit

non parũ multa Cornelius Celsus, Scepticos secutus, non sine cultu ac nitore. Plancus in Stoicis rerum cognitioni utilis. In Epicureis leuis quidẽ, sed nõ iniucundus tamẽ author est Catius. Ex industria Senecam in omni genere eloquẽtiæ distuli, propter uulgatam falsò de me opinionẽ, qua damnare cũ, & inuisum quoq; habere sum creditus. Quod accidit mihi, dum corruptũ, & omnibus uitijs fractũ dicendi genus reuocare ad seueriora iudicia cõtendo. Tum autẽ solus hic ferè in manibus adolescẽtium fuit. Quem nõ equidem omnino conabar excutere, sed potioribus præferri non sinebã, quos ille non destiterat incessere, cum diuersi sibi conscius generis, placere se in dicendo posse ijs quibus illi placerent, diffideret. Amabãt autẽ eum magis, quàm imitabantur: tantumq; ab illo defluebant, quantũ ille ab antiquis descẽderat. Foret enim optandum, pares, aut saltẽ proximos illi uiro fieri. Sed placebat propter sola uitia, & ad ea se quisq; dirigebat effingenda, quæ poterat: deinde cum se iactaret, eodẽ modo dicere Senecam infamabat. Cuius & multæ alioqui, & magnæ uirtutes fuerũt, ingeniũ facile & copiosum, plurimũ studij, multarũ rerũ cognitio: in qua tamen aliquando ab ijs quibus inquirenda quædam mandabat, deceptus est. Tractauit etiam omnẽ ferè studiorum materiam. Nam & orationes eius, & poëmata, & epistolæ, & dialogi feruntur. In Philosophia parũ diligens, egregius tamen uitiorum insectator fuit. Multæ in eo claræq; sententiæ, multa etiã morũ gratia legenda: sed in eloquendo corrupta pleraq;, atq; eò pernicioſissima, quòd abundant dulcibus uitijs. Velles eum suo ingenio dixisse, alieno iudicio. Nam si aliqua contempsisset, si parum concupisset, si non omnia sua amasset, si rerum pondera minutissimis sententijs non fregisset: consensu potius eruditorum, quàm puerorum amore comprobaretur. Verùm sic quoq; iam robustis, & seueriore genere satis firmatis

matis legendus uel ideò, quòd exercere potest utrinque iudicium. Multa enim (ut dixi) probanda in eo, multa etiam admiranda sunt: eligere modò curæ sit: quod utinam ipse fecisset. Digna enim fuit illa natura, quæ meliora uellet, quæ quod uoluit effecit.

De Imitatione. CAP. II.

EX his cæterisq; lectione dignis authoribus & uerborũ sumẽda copia est, & uarietas figurarũ, & cõponẽdi ratio: tum ad exẽplum uirtutũ omniũ mens dirigẽda. Neq; enim dubitari potest, quin artis pars magna cõtineatur imitatione. Nam ut inuenire primum fuit, estq; præcipuũ: sic ea quæ bene inuenta sunt, utile sequi. Atq; omnis uitæ ratio sic constat, ut quæ probamus in alijs, facere ipsi uelimus. Sic literarum ductus, ut scribendi fiat usus, pueri sequuntur: sic musici uocem docentium, pictores opera priorum, rustici probatum experimento culturã in exemplum intuentur. Omnis deniq; disciplinæ initia ad propositũ sibi præscriptũ formari uidemus. Et hercle necesse est aut simules aut dissimiles bonis simus. Similem rarò natura præstat, frequenter imitatio. Sed hoc ipsum, quod tanto faciliorẽ nobis rationẽ rerum omnium facit, quàm fuit ijs qui nihil quod sequerentur habuerunt, nisi cautè & cũ iudicio apprehẽdatur, nocet. Ante omnia igitur imitatio per se ipsa non sufficit, uel quia pigri est ingenij, cõtentum esse ijs quæ sunt ab alijs inuenta. Quid enim futurum erat temporibus illis quæ sine exemplo fuerunt, si homines nihil nisi quod iam cognouissent, faciendum sibi aut cogitandum putasserut? Nempe nihil fuisset inuentũ. Cur igitur nefas est reperiri aliquid à nobis, quod antè non fuerit? An illi rudes solæ mentis natura ducti sunt in hoc ut tam multa generarẽt, nos ad quærendum non eo ipso concitemur, quod certè scimus inuenisse eos qui quæsierunt? Et cum illi, qui nullum cuiusquam

rei habuerunt magistrũ, plurima in posteros tradiderint, nobis usus aliarũ rerum ad eruẽdas alias non proderit, sed nihil habebimus nisi beneficij alienĩ: quẽadmodum quidam pictores in id solum studẽt, ut describere tabulas mensuris ac lineis sciãt. Turpe etiam illud est, contentũ esse id consequi, quod imiteris. Nam rursus quid erat futurum, si nemo plus effecisset eo quẽ sequebatur? Nihil in poẽtis supra Liuium Andronicũ, nihil in historijs supra Pontificum annales haberemus: ratibus adhuc nauigaremus: nõ esset pictura, nisi quæ lineas modò extremas umbræ quam corpora in sole feciſſent, circunscriberet. Ac si omnia percenseas, nulla sit ars qualis inuenta est, nec intra initium stetit: nisi fortè nostra potißimum tẽpora damnamus huius infelicitatis, ut nũc demum nihil crescat. Nihil enim creſcit sola imitatione. Quòd si prioribus adijcere fas non est, quomodo sperare possumus ullum oratorem perfectum? cum in ijs quos maximos adhuc nouimus, nemo sit inuentus in quo nihil aut desideretur, aut reprehẽdatur. Sed etiam qui summa non appetunt, contendere potius quàm sequi debent. Nam qui agit ut prior sit, forsitan etiam si non transierit, æquabit. Eum uerò nemo potest æquare, cuius uestigijs sibi utiq; insistendũ putat. Necesse est enim semper sit posterior, qui sequitur. Adde quòd plerunq; facilius est plus facere, quàm idem. Tantum enim difficultatem habet similitudo, ut ne ipsa quidem natura in hoc ita ualuerit, ut non res quæ simillimæ iudicantur, discrimine aliquo discernãtur. Adde quòd quicquid alteri simile est, necesse est minus sit eo quod imitatur, ut umbra corpore, & imago facie, & actus histrionum ueris affectibus. Quod in orationibus quoq; euenit. Nanq; ijs quæ in exemplum assumimus, subest natura, & uera uis: contrà omnis imitatio ficta est, & ad alienũ propositũ cõmodatur. Quo fit ut minus sanguinis ac uirium declamationes habeant: quàm orationes quòd

quòd in illis uera, in his assimulata materia est. Adde quòd ea quæ in oratore maxima sunt, imitabilia non sunt, ingenium, iudicium, facilitas, & quicquid arte nõ traditur. Ideoq; plerique cũ uerba quædã ex orationibus excerpſerũt, aut aliquos compositionis certos pedes, mirè à se quæ legerunt, effingi arbitrantur: cum & uerba intercidant inualescantq; temporibus, ut quorum certißima sit regula in consuetudine, eaq; non sua natura sint bona aut mala, (nam per se soni tantum sunt) sed prout opportunè proprieq; aut secus collocata sunt: & cõpositio cum rebus accõmodata sit, tum ipsa uarietate gratißima.

Quapropter exactißimo iudicio circa hanc partem studiorũ examinanda sunt omnia: Primũ, quos imitemur. nam sunt plurimi qui similitudinẽ peßimi cuiusq; & corruptißimi concupierint. Deinde in ipsis quos elegerimus, quid sit ad quod efficiẽdum nos cõparemus. Nam in magnis quoq; authoribus incidũt aliqua uitiosa, & à doctis inter ipsos etiam mutuò reprehensa. atq; utinam tam bona imitãtes dicerẽt melius, quàm mala peius dicunt. Nec uerò saltem ijs quibus ad euitanda uitia iudicij satis fuit, sufficiat imaginem uirtutis effingere, & solã, ut sic dixerim, cutem, uel potius illas Epicuri figuras, quas è summis corporibus dicit effluere. Hoc autẽ ijs accidit, qui non introspectis penitus uirtutibus, ad primum se uelut aspectum orationis aptarunt: & cum ijs felicißime ceßit imitatio, qu uerbis atq; numeris sunt non multum differentes, uim dicendi atq; inuentionis non assequuntur, sed plerunque declinant ini peius, & proxima uirtutibus uitia comprehendũt, fiuntq; pro grandibus tumidi, preßis exiles, fortibus temerarij, lætis corrupti, cõpositis exultantes, simplicibus negligentes. Ideoq; qui horridè atq; incõpositè quadlibet frigidum illud & inane extulerunt, antiquis se pares credunt: qui carent cultu atq; sentẽtijs, Atticis scilicet: qui præcisis cõclusionibus obscuri, Salluſtiũ

atq; Thucydidē ſuperant: triſtes ac iciuni Pollionē æmulātur: ociosi & ſupini, ſiquid modò lōgius circūduxerūt, iurāt ita Ciceronē loquuturū fuiſſe. Nouerā quoſdam, qui ſe pulchre expreßiſſe genus illud cæleſtis huius in dicēdo uiri ſibi uiderentur, ſi in clauſula poſuiſſent, Eſſe uideatur. Ergo primū eſt, ut quod imitaturus eſt quiſq; intelligat: & quare bonum ſit, ſciat. Tū in ſuſcipiēdo onere conſulat ſuas uires. Nam quædam ſunt inimitabilia, quibus aut infirmitas naturæ nō ſufficiat, aut diuerſitas repugnet. Nec cui tenue ingeniū erit, ſola uelit fortia & abrupta: cui fortè quidem, ſed indomitum, amore ſubtilitatis & uim ſuam perdat, & elegantiam quam cupit, non aſſequatur. Nihil eſt enim tam indecens, quàm cum mollia durę fiunt. Atq; ego illi præceptōri quem inſtituerā in libro ſecundo, tradidi non ea ſola docenda eſſe, ad quæ quēq; diſcipulorum natura compoſitum uideret. Nam is & adiuuare debet quæ in quoq; eorum inuenerit bona, & quantum fieri poteſt, adijcere quæ deſunt, & emēdare quædam, & mutare. Rector enim eſt alienorum ingeniorum atq; formator. difficilius eſt naturam ſuam fingere. Sed ne ille quidē doctor, quanqā omnia quæ rectā ſunt, uelit eſſe in ſuis auditoribus quamplenißima, in eo tamē cui naturā obſtare uiderit, laborabit. Id quoq; uitādum (in quo magna pars errat) ne in oratione poëtas nobis & hiſtoricos, in illorum operibus oratores aut declamatores imitādos putemus. Sua cuiq; propoſita lex, ſuus decor eſt. Nec comœdia in cothurnos aſſurgit, nec contrà tragœdia ſocco ingreditur. Habet tamen omnis eloquentia aliquid commune. Id imitemur, quod cōmune eſt. Etiā hoc ſolet incōmodi accidere ijs qui ſe uni alicui generi dediderunt, ut ſi aſperitas his placuit alicuius, hāc etiam in leni ac remiſſo cauſſarū genere non exuant: ſi tenuitas aut nuditas, in aſperis grauibusq; cauſsis ponderi rerū parum reſpōdeant: cum ſit diuerſa non cauſſarū modò

modò inter ipſas conditio, ſed in ſingulis etiā cauſsis partium: ſintq; alia leniter, alia aſperè, alia concitatè, alia remißè, alia docendi, alia mouendi gratia dicenda: quorū omniū diſsimilis atq; diuerſa inter ſe ratio eſt. Itaq; ne hoc quidem ſuaſerim, ut ſe alicui propriè, quem per omnia ſequatur, addicere. Lōgè perfectißimus Græcorum Demoſthenes, aliquid tamen aliquo in loco melius alij, plurima ille: ſed non qui maximè imitandus, etiam ſolus imitandus eſt. Quid ergo? non eſt ſatis omnia ſic dicere quomodo Marcus Tullius dixit? Mihi quidem ſatis eſſet, ſi omnia conſequi poſſem. Quid tamē noceret, uim Cæſaris, aſperitatem Cælij, diligentiam Pollionis, iudicium Calui, quibuſdam in locis aſſumeret? Nam præter id quòd prudentis eſt, quod in quoq; optimum eſt, ſi poßit, ſuū facere: tum in tanta rei difficultate unum intuentes, uix aliqua pars ſequitur. Ideoq; cum totum exprimere quem elegeris, penè ſit homini incōceſſum: plurium bona ponamus ante oculos, ut aliud ex alio hæreat, & quo quicq; loco conueniat, aptemus. Imitatio autem (nam ſæpius idem dicam) non ſit tantum in uerbis. Illuc intendenda mēs, quantum fuerit illis uiris decoris in rebus atq; perſonis, quod conſilium, quæ diſpoſitio, quàm omnia etiam quæ delectationi uideantur data, ad uictoriā ſpectent: quid agatur procemio: quæ ratio & quàm uaria narrādi: quæ uis probandi ac refellendi: quanta in affectibus omnis generis mouendis ſcientia, quātaq; laus ipſa popularis utilitatis gratia aſſumpta. quæ tum eſt pulcherrima, cum ſequitur, non cū arceßitur. Hæc ſi peruiderimus, tum uerè imitabimur. Qui uerò etiam propria his bona adiecerit, ut ſuppleat quæ deerāt, circūcidat ſiquid redūdabit, is erit (quē quærimus) perfectus Orator: quem nunc conſummari potißimū oportebat, cum tanto plura exēpla bene dicendi ſuperſint, quàm illis qui adhuc ſummi ſunt, contigerūt. Nā erit hæc quoq; laus eorū, ut prio

Universidad de Deusto
Biblioteca

priores superasse, posteros docuisse dicantur.

Quomodo scribendum sit. CAP. III.

ET hæc quidē auxilia extrinsecus adhibētur: in ijs autē quæ nobis ipsis parāda sunt, ut laboris, sic utilitatis etiam lōgè plurimū affert stylus. Nec immeritò M. Tullius hūc optimum effectorem ac magistrum dicendi uocat. Cui sententiæ personam L. Crassi in disputationibus quæ sunt de Oratore assignādo, iudicium suum cum illius authoritate coniunxit. Scribendum ergo quamdiligentissimè, & quamplurimum. Nam ut terra altè essossa, generādis alendisq; seminibus fœcūdior est: sic profectus non à summo petitus, studiorum fructus effundit uberius, & fidelius continet. Nam sine hac quidem conscientia, ipsa illa ex tempore dicendi facultas, inanem modò loquacitatē dabit, & uerba in labris nascētia. Illic radices, illic fundamenta sunt: illic opes uelut sanctiore quodam ærario reconditæ, unde ad subitos quoq; casus, cum res exiget, proferātur. Vires faciamus ante omnia, quæ sufficiāt labori certaminū, & usu non exhauriantur. Nihil enim rerum ipsa natura uoluit magnum effici citò, præposuitq; pulcherrimo cuiq; operi difficultatem: quæ nascendi quoq; hanc fecerit legem, ut maiora animalia diutius uisceribus parentum cōtinerentur. Sed cum sit duplex quæstio, quomodo, & quæ maximè scribi oporteat, iam hinc ordinem sequar. Sit primò uel tardus, dum diligens, stylus: quæramus optima, nec protinus se offerētibus gaudeamus: adhibeatur iudiciū inuentis, dispositio probatis. Delectus enim rerū uerborumq; agendus est, & pondera singulorum examināda. Pòst subeat ratio collocādi, uersenturq; omni modo numeri: non ut quodq; se proferet uerbum, occupet locum. Quæ quidem ut diligētius exequamur, repetenda sæpius erūt scriptorum proxima. Nam præter id quòd sic melius iunguntur prioribus sequentia, calor quoq; ille cogitationis, qui scribendi

De Orat. 1.

Magna non facilè & citò fiunt. vide Pli. lib. 8. de Elephantis.

bendi mora refrixit, recipit exintegro nires, & uelut repetito spatio sumit impetum. quod in certamine saliēdi fieri uidemus, ut conatum longius petant, & ad illud quò contēditur spatiū, cursu ferantur: utiq; in iaculando brachia reducimus, & expulsuri tela, neruos retro tendimus. Interim tamen, si ferat status, danda sunt uela, dum nos indulgentia illa non fallat. Omnia enim nostra dum nascuntur, placent: alioqui nec scriberētur. Sed redeamus ad iudiciū, & retractemus suspectam facilitatem. Sic scripsisse Sallustium accepimus: & sanè manifestus est etiam ex opere ipso labor. Virgilium quoque pauciſſimos die composuisse uersus, author est Varus. Oratoris quidem alia conditio est. Itaq; hanc moram & solicitudinem initijs impero. Nam primùm hoc constituendū, hoc obtinendū est, ut quamoptimè scribamus: celeritatem dabit consuetudo. Paulatim res facilius se ostendent, uerba respondebunt, compositio sequetur: cuncta denique, ut in familia bene instituta, in officio erunt. Summa hæc est rei, Citò scribēdo non fit ut bene scribatur: bene scribendo fit ut citò. Sed tum maximè cum facultas illa cōtigerit, resistamus, ut prouideamus, & ferocientes equos frenis quibusdam coërceamus: quod non tam moram faciet, quàm nouos impetus dabit. Nec enim rursus eos qui robur ali quod in stylo secerint, ad infelicē calumniandi se pœnam alligandos puto. Nam quomodo sufficere ciuilibus officijs possit, qui singulis actionū partibus insenescat? Sunt autem quibus nihil sit satis: omnia mutare, omnia aliter dicere quàm occurrit, uelint: increduli quidam, & de ingenio suo peßimè meriti, qui diligentiam putant, facere sibi scribendi difficultatem. Nec promptū est dicere, utros peccare ualidius putē, quibus omnia sua placēt, an quibus nihil. Accidit enim etiam ingenijs adolescentibus frequenter, ut labore consumantur, & in silentium usq; descendant nimia bene dicēdi cupiditate. Qua de re memini

Vide Gellium lib. 17. ca. 10.

mini narrasse mihi Iulium Secundum illum æqualem meum, atq; à me, ut notum est, familiariter amatum, miræ facūdiæ uirum, infinitæ tamē curæ, quid esset sibi à patruo suo dictum. Is fuit Iulius Florus, in eloquētia Galliarum (quoniam ibi demū exercuit eam) princeps, alioqui inter paucos disertus, & dignus illa propinquitate. Is cum Secundum scholæ adhuc operatum, tristem fortè uidisset, interrogauit, Quæ causſa frontis tam adductæ? nec dissimulauit adolescens, tertiū iam diem esse, ex quo omni labore materiæ ad scribendum destinatæ non inueniret exordiū: quo sibi non præsens tantùm dolor, sed etiam desperatio in posterum fieret. Tum Florus arridens, Nunquid tu, inquit, melius dicere uis, quàm potes? Ita se res habet, Curandum est ut quamoptimè dicamus: dicendum tamen pro facultate. Ad profectum enim opus est studio, non indignatione. Vt posimus autem scribere etiam plura, & celerius, non exercitatio modò præstabit, in qua sine dubio multum est, sed etiam ratio: si non resupini, spectantesq; tectum, & cogitationem murmure agitantes, expectauerimus quid obueniat: sed quid res poscat, quid personam deceat, quod sit tempus, qui iudicis animus, intuiti, humano quodam modo ad scribendum accesserimus. Sic nobis & initia, & quæ sequuntur, natura ipsa præscribit. Certa sunt enim pleraq;, & nisi connitentibus, in oculos incurrunt: ideoq; nec indocti nec rustici diu quærunt unde incipiant: quo pudendum est magis si difficultatem facit doctrina. Non ergo putemus semper optimum esse, quod latet: immutescamus alioqui, si nihil dicendum uideatur, nisi quod non inuenimus. Diuersum est huic eorum uitium, qui primò decurrere per materiam stylo quamuelocissimo uolunt, & sequentes calorem atque impetum, ex tempore scribunt (hanc syluam uocant) repetūt deinde, & componunt quæ effuderāt: sed uerba emēdātur & numeri, manet in rebus temere

nere congestis quæ fuit leuitas. Protinus ergo adhibere curam rectius erit, atq; ab initio sic opus ducere, ut cælandum, non eximegro fabricandum sit. Aliquando tamen affectus sequemur, in quibus ferè plus calor quàm diligentia ualet. Satis apparet ex eo quòd hanc scribentium negligentiam damno, quid de illis dicendi delicijs sentiam. Nam in stylo quidem quanlibet properato dat aliquam cogitationi moram non cōsequens celeritatem eius manus: ille cui dictamus, urget, atque interim pudet etiam dubitare, aut resistere, aut mutare, quasi conſciam infirmitatis nostræ timentes. Quo fit, ut non rudia tantùm, & fortuita, sed impropria interim, dum sola est connectendi sermonis cupiditas, effluant: quæ nec scribentium curam, nec dicentium impetum consequantur. At idem ille qui excipit, si tardior in scribēdo, aut inertior in legendo uelut offensator fuerit, inhibetur cursus, atq; omnis quæ erat cōceptæ mentis intentio, mora & interdum iracundia excutitur. Tum illa quæ apertiorē animi motum sequuntur, quæq; ipsa animū quodammodo cōcitant, quorum est iactare manum, torquere uultum simul & interim obiurgare, quæq; Persius notat, cum leuiter dicendi genus significat,

Nec pluteum, inquit, cædit, nec demorsos sapit ungues: Satyr. 1.
etiam ridicula sunt, nisi cum soli sumus. Deniq; ut semel quod est potentissimum dicam: secretum (quod dictando perit) atque liberum arbitris locum, & quamaltissimum silentium scribentibus maximè conuenire nemo dubitauerit. Non tamen protinus audiendi, qui credunt aptissima in hoc nemora, syluasq;, quòd illa cæli libertas, locorumq; amœnitas, sublimem animum, & beatiorem spiritum parent. Mihi certè iucundus hic magis, quàm studiorum hortator uidetur esse secessus. Nāq; illa ipsa quæ delectāt, necesse est auocēt ab intētione operis destinati. Neq; enim se bona fide in multa simul intendere

anim

Universidad de Deusto Biblioteca

animus totum potest: & quocunq; respexerit, desinit intueri quod propositũ erat. Quare syluarum amœnitas, & præterlabẽtia flumina, & insprantes ramis arborũ auræ, uolucrũq; cantus, & ipsa latè circunspiciendi libertas, ad se trahunt: ut mihi remittere potius uoluptas ista uideatur cogitationẽ, quàm intẽdere. Demosthenes melius, qui se in locũ ex quo nulla exaudiri uox, nihilq; prospici posset, recondebat, ne aliud agere mentẽ cogerẽt oculi. Ideoq; lucubrantes, silentium noctis, & clausum cubiculum, & lumen unum uelut rectos maximè teneat. Sed cum in omni studiorũ genere, tum in hoc præcipuè bona ualetudo, quæq; eam maximè præstat frugalitas, necessaria est: cum tẽpora ab ipsa rerum natura ad quietẽ refectionemq; nobis data, in acerrimum laborẽ cõuertimus. Cui tamẽ non plus irrogandum est, quàm quod somno supererit, haud deerit. Obstat enim diligentiæ scribendi etiam fatigatio: & abunde, si uacet, lucis spatia sufficiunt: occupatos, in noctem necessitas agit. Est tamen lucubratio, quoties ad eam integri ac refecti uenimus, optimum secreti genus. Sed silentium, & secessus, & undiq; liber animus, ut sunt maximè optanda, ita non semper possunt contingere: ideoq; non statim siquid obstrepet, abijciendi codices erunt, & deplorandus dies: uerùm incommodis repugnandum: & hic faciendus usus, ut omnia quæ impediunt, uincat intentio. quam si tota mente in opus ipsum direxeris, nihil eorũ quæ oculis uel auribus incursant, ad animum perueniet. An uerò frequenter etiam fortuita hoc cogitatio præstat, ut obuios non uideamus, & itinere deerremus: non consequemur idem si & uoluerimus? Non est indulgendum caussis desidiæ. Nam si non nisi refecti, non nisi hilares, non nisi omnibus alijs curis uacantes, studendum existimauerimus, semper erit propter quod nobis ignoscamus. Quare in turba, itinere, conuiuijs etiam faciat sibi cogitatio ipsa

ipsa secretum. Quid alioqui fiet, cum in medio foro, tot circũstantibus iudicijs, iurgijs, fortuitis etiam clamoribus, erit subitò continua oratione dicendum, si particulas quas ceris mandamus, nisi in solitudine reperire non possumus? Propter quæ idem ille tãtus amator secreti Demosthenes, in littore in quod se maximo cum sono fluctus illideret, meditans, consuescebat concionũ fremitus non expauescere. Illa quoq; minora (sed nihil in studijs paruum est) non sunt transeunda, scribi optimè ceris, in quibus facillima est ratio delendi: nisi fortè uisus infirmior membranarum potius usum exiget: quæ ut iuuãt aciem, ita crebra relatione, quoad intinguntur calami, morãtur manum, & cogitationis impetum frangunt. Relinquendæ autem in utrolibet genere uacuæ tabellæ, in quibus libera adijcienti sit excursio. Nam interim pigritiam emendandi angustiæ faciunt, aut certè nouorum interpositione priora confundunt. Ne latas quidem ultra modum esse ceras uelim, expertus iuuenem studiosum alioqui prælongos habuisse sermones, quia illos numero uersuum metiebatur: idq; uitium, quod frequenti admonitione corrigi non potuerat, mutatis codicibus esse sublatum. Debet uacare etiam locus, in quo notẽtur quæ scribentibus solent extra ordinem, id est ex alijs quàm qui sunt in manibus loci, occurrere. Irrumpunt enim optimi nonnunquam sensus, quos neq; inserere oportet, neq; differre tutũ est: quia interim elabuntur: interim memoriæ sui intentos, ab alia inuentione declinant: ideoq; optimè sunt in deposito.

De Emendatione. CAP. IIII.

SEquitur emendatio, pars studiorum longè utilissima. Neq; enim sine caussa creditũ est, stylũ nõ minus agere, cum delet. Huius autẽ operis est, adijcere, detrahere, mutare. Sed facilius in his simpliciusq; iudiciũ, quæ replenda uel deijcienda sunt. premere uerò tumentia, humilia extollere, luxuriantia

adſtringere, inordinata digerere, ſoluta componere, exultãtia coërcere, duplicis operæ. Nam & damnanda ſunt quæ placuerãt, & inuenienda quæ fugerãt. Nec dubium eſt, optimum eſſe emẽdandi genus ſi ſcripta in aliquod tẽpus reponãtur, ut ad ea poſt interuallũ uelut noua atq; aliena redeamus, ne nobis ſcripta noſtra tanquã recẽtes fœtus blandiantur. Sed neq; hoc contingere ſemper poteſt, præſertim Oratori, cui ſæpius ſcribere ad præſentes uſus neceſſe eſt. Et ipſa emendatio finem habet. Sunt enim qui ad omnia ſcripta tanquã uitioſa redeant, & quaſi nihil fas ſit rectum eſſe quod primum eſt, melius exiſtiment quicquid eſt aliud: idq; faciant quoties librum in manus reſumpſerint, ſimiles medicis etiam integra ſecantibus. Accidit itaq; ut cicatricoſa ſint, & exãguia, & cura peiora. Sit igitur aliquando quod placeat, aut certè quod ſufficiat: ut opus poliat lima, non exterat. Temporis quoq; eſſe debet modus. Nam quòd Cinnæ Smyrnam nouem annis accepimus ſcriptam, & Panegyricum Iſocratis, qui parciſſimè, decem annis dicunt elaboratum, ad Oratorem nihil pertinet: cuius nullum erit, ſi tam tardum fuerit, auxilium.

Quæ ſcribenda ſint præcipuè. CAP. V.

PRoximũ eſt ut dicamus quæ præcipuè ſcribẽda ſint. Hoc exuberãtis quidẽ eſt operis, ut explicemus quæ ſint materiæ: quæ prima aut ſecũda, aut deinceps tractãda ſint. Nam id factũ eſt etiã primo libro, quo puerorũ: & ſecũdo, quo iam robuſtiorũ ſtudijs ordinem dedimus. Sed de quo nũc agitur, unde copia ac facilitas maximè ueniat, uertere græca in latinũ ueteres noſtri Oratores optimũ iudicabãt. Id ſe L. Craſſus in illis Ciceronis de Oratore libris dicit factitaſſe. Id Cicero ſua ipſe perſona frequẽtiſſimè præcipit: quin etiã libros Platonis atq; Xenophõtis edidit hoc genere trãslatos. Id Meſſalæ placuit: multæq; ſunt ab eo ſcriptæ ad hũc modũ orationes: adeò ut etiam

Lib. 1.

Timæum, & Oeconomicum.

ut etiã cum illa Hyperidis pro Phryne difficillima Romanis ſubtilitate contenderet. Et manifeſta eſt exercitationis huiuſce ratio. Nam & rerũ copia græci authores abundant, & plurimũ artis in eloquentiã intulerũt: & hos trãsferentibus, uerbis uti optimis licet. Omnibus enim utimur noſtris: figuras uerò, quibus maximè ornatur oratio, multas ac uarias excogitandi etiã neceſſitas quædam eſt: quia pleriq; à græcis Romana diſſentiũt. Sed & illa ex latinis cõuerſio, multũ & ipſa contulerit. Ac de carminibus quidem neminẽ credo dubitare, quo ſolo genere exercitationis dicitur uſus eſſe Sulpitius. Nã & ſublimis ſpiritus attollere orationẽ poteſt, & uerba poëtica libertate audaciora, præſumunt eandẽ propriè dicendi facultatẽ. Sed & ipſis ſentẽtijs adijcere licet oratoriũ robur, & omiſſa ſupplere, & effuſa ſubſtringere. Neq; ego παράφρασιν eſſe interpretationem tantùm uolo, ſed circa eoſdem ſenſus certamen atq; æmulationem. Ideoq; ab illis diſſentio, qui uertere orationes latinas uetant, quia optimis occupatis, quicquid aliter dixerimus, neceſſe ſit eſſe deterius. Nam neq; ſemper eſt deſperandum, aliquid illis quæ dicta ſunt, melius poſſe reperiri: neq; adeò ieiunam ac pauperem natura eloquentiam fecit, ut una de re bene dici niſi ſemel non poßit. Niſi fortè hiſtrionũ multa circa uoces eaſdem uariare geſtus poteſt, orãdi minorius, ut dicatur aliquid, poſt quod in eadem materia nihil dicendum ſit. Sed eſto, neq; melius quod inuenimus ſit, neque par: eſt certè proximis locus. An uerò ipſi non bis ac ſæpius de eadem re dicimus, & quidem continuas nonnunquam ſententias? Niſi fortè contendere nobiſcum poſſumus, cum alijs non poſſumus. Nam ſi uno tantùm genere bene diceretur, fas erat exiſtimari præcluſam nobis à prioribus uiam. Nunc uerò innumerabiles ſunt modi, plurimæq; eodem uiæ ducũt. Sua breuitati gratia. Sua copiæ: alia trãslatis uirtus, alia

Craſſi opinio in Oratore Cice.

Universidad de Deusto
Biblioteca

proprijs. Hoc oratio recta, illud figura declinata cõmendat. Ipsa deniq; utilissima est exercitationi difficultas. Quid quòd authores maximi sic diligẽtius cognoscũtur? Nõ enim scripta, lectione secura transcurrimus: sed tractamus singula, & necessariò introspicimus: & quantũ uirtutis habeãt, uel hoc ipso cognoscimus, quòd imitari non possumus. Nec aliena tantum transferre, sed etiã nostra pluribus modis tractare proderit: ut ex industria sumamus sententias quasdam, easq; uersemus quàm numerosissimè, uelut eadẽ cera aliæ atq; aliæ fórmæ duci solent. Plurimũ autẽ parari facultatis existimo ex simplicissima quaq; materia. Nam in illa multiplici personarũ, caussarum, temporũ, locorũ, dictorum, factorum diuersitate facilè delitesceret infirmitas, tot se undiq; rebus, ex quibus aliquã apprehendas, offerẽtibus. Illud uirtutis indicium est, fundere quæ natura contracta sunt, augere parua: uarietatẽ similibus, uoluptatẽ expositis dare, & bene dicere multa de paucis. In hoc
Lib. 3 cap. 5. optimè faciẽt infinitæ quæstiones, quas uocari Θέσεις diximus: quibus Cicero iam princeps in Repub. exerceri solebat. His confinis est destructio & confirmatio sententiarũ. Nam cum sit sententia, decretũ quoddã atq; præceptũ: quod de re, idem de iudicio rei quæri potest. Tum loci cõmunes, quos etiã scriptos ab Oratoribus scimus. Nam qui hæc recta tantum, & in nullos flexus recedentia copiosè tractauerit, utiq; in illis plures excursus recipientibus magis abundabit, eritq; in omnes caussas gratus. Omnes enim generalibus quæstionibus constant. Nã quid interest, Cornelius Tribunus plebis quòd codicem legerit, reus sit: an quæramus, uioletur'ne maiestas, si magistratus rogationẽ suã populo ipse recitauerit? Milo Clodiũ rectè'ne occiderit, ueniat in iudiciũ: an oporteat'ne insidiatorẽ interfici, uel perniciosum Reipub. ciuẽ, etiam si nõ insidietur? Cato Martiã honestè'ne tradiderit Hortensio: an, cõueniat'ne

res

res talis bono uiro? De personis iudicatur, sed de rebus contenditur. Declamationes uerò, quales in scholis Rhetorũ dicuntur, si modò sunt ad ueritatẽ accõmodatæ, & orationibus similes, non tantùm dum adolescit profectus, sunt utilissimæ, quæ inuentionem & dispositionem pariter exercent, sed etiã cum est consummatus, ac iam in fòro clarus. Aliter enim atq; enitescit uelut pabulo lætiore facundia, & assidua contentionum asperitate fatigata renouatur. Quapropter historiæ nõnunquam ubertas in aliqua exercendi stili parte ponenda: & dialogorum libertate gestiendum. Ne carmine quidem ludere, contrarium fuerit: sicut athletæ remissa quibusdam temporibus ciborum atq; exercitationum certa necessitate, ocio & iucundioribus epulis reficiuntur. Ideoq; mihi uidetur M. Tullius tantum intulisse eloquentiæ lumen, quòd in hos quoq; stu diorum secessus excurrit. Nam si nobis sola materia fuerit ex litibus, necesse est deteratur fulgor, & durescat articulus, & ipse ille mucro ingenij quotidiana pugna retundatur. Sed quemadmodum forensibus certaminibus exercitatos, & quasi nulitantes reficit ac reparat hæc uelut sagina dicendi: sic adolescentes non debent nimium in falsa rerum imagine detineri, & inanibus simulacris: usqueadeò ut difficile ab his digressos sit assuefacere ne ab illa in qua propè cõsenuerint umbra, uera discrimina uelint quendam solem reformident: quod accidisse etiam Porcio Latroni, qui primus clari nominis professor fiat, traditur: ut cum ei summam in scholis opinionem obtinenti, caussa in fòro esset oranda, impensè petierit, uti subsellia in basilicam transferrentur. ita illi cælum nouum fuit, ut omnis eius eloquentia contineri tecto ac parietibus uideretur. Quare iuuenis qui rationem inueniendi eloquẽdiq; à præceptoribus diligenter acceperit (quod non est infiniti operis, si docere sciant) & exercitationem quoq; modicam fuerit consecutus,

secutus, Oratorẽ sibi aliquem (quod apud maiores fieri solebat) deligat, quẽ sequatur, quẽ imitetur: iudicijs interſit quamplurimis, & ſit certaminis cui deſtinatur, frequẽs ſpectator: tam cauſſas uel caſãdi quas agi audierit, ſtylo & ipſe cõponat, uel etiã alias, ueras modò: & utrinq; tractet: &, quod in gladiatoribus fieri uidemus, in rebus actis exerceatur: ut feciſſe Brutũ diximus pro Milone. Melius hoc, quàm referibere ueteribus orationibus, ut fecit Seſtius cõtra Ciceronis actionem habitã pro eodẽ, cũ alterã partẽ ſatis noſſe non poſſet ex ſola defenſione. Citius autẽ ſic idoneus erit iuuenis, quẽ præceptor coẽgerit in declamãdo quamſimillimũ eſſe ueritati, et per totas ire materias: quarum nũc facillima & maximè fauorabilia decerpũt. Obſtat huic, quod ſecũdo libro poſui, frequens turba diſcipulorũ, & cõſuetudo claſſiũ certis diebus audiendarum: nonnihil etiã perſuaſio patrũ, numerantiũ potius declamationes, quàm æſtimantium. Sed (quod dixi primo, ut arbitror, libro) nec ille ſe bonus præceptor maiore numero quàm ſuſtinere poſſit, onerabit: & nimiã loquacitatem recidet, ut omnia quæ ſunt in cõtrouerſia, nõ (ut quidã uolunt) quæ in rerũ natura, dicãtur: & uel lõgiore potius dierũ ſpatio laxabit dicẽdi neceſſitatẽ, uel materias diuidere permittet. Vna enim diligẽter effecta plus proderit, quàm plures inchoatæ, & quaſi deguſtatæ. Propter quod accidit, ut nec ſuo loco quicq; ponatur: nec illa quæ prima ſunt, ſeruent ſuã legẽ, iuuenibus floſculos omnium partium in ea quæ ſunt dicturi cõgerentibus: quo fit, ut timentes ne ſequentia perdant, priora confundant.

Lib.3.cap.6.

De Cogitatione. CAP. VI.

PRoxima ſtylo cogitatio eſt, quæ & ipſa uires ab hoc accipit, & eſt inter ſcribẽdi laborẽ, extẽporalemq; fortunã media quædã, et neſcio an uſus frequẽtiſſimi. Nã ſcribere nec ubiq; nec ſemper poſſumus: cogitationi tẽporis ac loci plurimum

mum eſt. Hæc paucis admodũ horis magnas etiã cauſſas complectitur. Hæc quoties interminiſſus eſt ſomnus, ipſis noctis tenebris adiuuatur. Hæc inter medios rerũ actus aliquid inuenit uacui, nec ociũ patitur. Neq; uerò rerum ordinẽ modò (quod ipſum ſatis erat) intra ſe ipſa diſponit, ſed uerba etiã copulat, totamq; ita contexit orationẽ, ut ei nihil præter manum deſit. Nam memoriæ quoq; plerunq; inhæret fidelius, quod nulla ſcribendi ſecuritate laxatur. Sed ne ad hãc quidẽ uim cogitandi peruenire poteſt aut ſubitò, aut citò. Nam primùm faciẽda multo ſtylo forma eſt, quæ nos etiam cogitantes ſequatur: tum aſſumendus uſus paulatim, ut pauca primùm complectamur animo, quæ reddi fideliter poſſint: mox per incrementa tam modica, ut onerari ſe labor ille non ſentiat, augenda uſu: & exercitatione multa continenda eſt: quæ quidem maxima ex parte memoria conſtat: ideoq; aliqua mihi in illum locum differenda ſunt. Eò tamen peruenit, ut is cui non refragetur ingenium, acri ſtudio adiutus tantum conſequatur, ut ea etiam quæ cogitarit, quæq; ſcripſerit atq; edidicerit, in dicendo fidẽ ſeruent. Cicero certe Græcorum Metrodorum Scepſium, & Eriphylum Rhodium, noſtrorumq; Hortẽſiam tradidit, quæ cogitauerant, ad uerbum in agendo retuliſſe. Sed ſi fortè aliquis inter dicendum effulſerit extemporalis color, non ſuperſtitioſè cogitatis demum eſt inhærendum. Neq; enim tantum habent curæ, ut non ſit dandus & fortunæ locus: cum ſæpe etiam ſcriptis ea quæ ſubitò nata ſunt, inſerantur. Ideoq; totum hoc exercitationis genus ita inſtituendum eſt, ut & digredi ex eo, & redire in id facilè poſſimus. Nam ut primum eſt domo afferre paratum dicendi copiam, & certum: ita reſuzare temporis munera, longè ſtultiſſimũ eſt. Quare cogitatio in hoc præparetur, ut nos fortuna decipere nõ poſſit, adiuuare poſſit. Id autẽ fiet memoriæ uiribus, ut illa quæ cõplexi

Lib.11.cap.2.

Lib.2.de Oratore.

In Bruto.

Universidad de Deusto Biblioteca

animo sumus, fluant secura: non solicitos & respicientes, & una spe suspensos recordationis, non sinant prouidere: alioqui uel extemporalem temeritatem malo, quàm male cohærentem cogitationem. Peius enim quæritur retrorsus: quia cum illa desideramus, ab alijs auertimur: & ex memoria potius repetimus, quàm ex materia. Plura sunt autem, si utrunq; quærendum est, quæ inueniri possunt, quàm quæ inuenta sunt.

Quemadmodum extemporalis facultas paretur & contineatur. CAP. VII.

MAximus uerò studiorũ fructus est, & uelut præmium quoddã amplissimũ lõgi laboris, ex tẽpore dicẽdi facultas: quã qui nõ erit cõsecutus, mea quidẽ sentẽtia ciuilibus officijs renũciabit, & solã scribẽdi facultatẽ potius ad alia opera conuertet. Vix enim bonæ fidei uiro cõuenit, auxiliũ in publicum polliceri, quod in præsentissimis quibusq; periculis desit: ut indicare portũ, ad quẽ nauis accedere, nisi lenibus uẽtis uecta, non possit. Siquidẽ inumerabiles accidunt subitæ necessitates, uel apud magistratus, uel repræsentatis iudicijs continuò agendi: quarum siqua non dico cuicunque innocentium ciuium, sed amicorum ac propinquorũ alicui euenerit, stabit ne mutus, & salutarem petentibus uocẽ, statim, si non succurratur, perituris, moras & secessum & silentium quæret, dum illa uerba fabricentur, & memoriæ insidant, & uox ac latus præparetur? Quæ uerò patitur hoc ratio, ut quisquã sit Orator imparatus ad casus? Quid cũ aduersario respõdendũ erit, fiet? Nam sæpe ea quæ opinati sumus, & contrà quæ scripsimus, fallũt, ac tota subitò caussa mutatur. Atq; ut gubernatori ad incursus tempestatũ, sic agenti ad uarietatem caussarũ ratio mutanda est. Quid porrò multus stylus, & assidua lectio, & lõga studiorũ ætas facit, si manet eadẽ quæ fuit incipientibus difficultas? Perisse profectò confitendum est præteritum labo

laborem, cui semper idem laborandum est. Neque ego hoc ago, ut ex tempore dicere malit, sed ut possit. Id autem maximè hoc modo consequemur. Nota sit primùm dicendi uia. Neque enim prius contingere cursus potest, quàm scierimus quò sit & quà perueniendum. Nec satis est non ignorare quæ sunt caussarum iudicialium partes, aut quæstionum ordinem rectè disponere, quanquam ista sunt præcipua: sed quid quoq; loco primum sit, quid secundum, ac deinceps: quæ ita sunt natura copulata, ut mutari aut interuelli sine confusione non possint. Quisquis autem uia dicet, ducetur ante omnia rerum ipsa serie, uelut duce: propter quod homines etiam modicè exercitati, facillimè tenorem in narrationibus seruant. Deinde, quid quoque loco quærant, scient: nec circunspectabunt, nec offerentibus se aliunde sensibus turbabuntur: nec confundent ex diuersis orationem, uelut salientes huc, illuc, nec usquam insistentes. Postremò habebunt modum & finem, qui esse citra diuisionem nullus potest. Expletis pro facultate omnibus quæ proposuerint, peruenisse se ad ultimum sentient. Et hæc quidem ex arte. Illa uerò ex studio, ut copiam sermonis optimi, quemadmodum præceptum est, comparemus: multo ac fideli stylo sic formetur oratio, ut scriptorum colorem etiam quæ subitò effusa sunt, reddant: ut cum multa scripserimus, etiam multa dicamus. Nam consuetudo & exercitatio facilitatem maximè parit: quæ si paululum intermissa fuerit, non uelocitas illa modò tardatur, sed & νάρκημα ipsum coit atq; concurrit. Quanquam enim opus est naturali quadam mobilitate animi, ut dum proxima dicimus, struere ulteriora possimus, semperq; nostram uocem prouisa & formata cogitatio excipiat, uix tamen aut natura aut ratio in tam multiplex officium diducere animum queat, ut inuentioni, dispositioni, elocutioni, ordini

Universidad de Deusto Biblioteca

rerũ uerborumq́;, tum ijs quæ dicit, quæ subiuncturus est, quæ ultrà spectãda sunt, adhibita uocis, pronunciationus, gestus obseruatione, unà sufficiat. Lõgè enim præcedat oportet intẽtio, ac præ se res agat: quantumq́; dicendo consumitur, tantum ex ultimo prorogetur: ut donec perueniamus ad finem, nõ minus prospectu procedamus quàm gradu, si non intersistentes offensantesq́; breuia illa atq; concisa singultãtium modo eiecturi simus. Est igitur usus quidam irrationalis, quam græci ἀλογον τριβὴν uocant, quo manus in scribendo decurrit, quo oculi totos simul in lectione uersus, flexusq́; eorum & trãsitus intuentur, & antè sequentia uident, quàm priora dixerunt. Quo constant miracula illa in scenis pilariorum ac uentilatorum, ut ea quæ emiserint, ultro uenire in manus credas, & quà iubentur decurrere. Sed hic usus ita proderit, si ea de qua locuti sumus ars antecesserit, ut ipsum illud quod in se raionem non habet, in ratione uersetur. Nam mihi ne dicere quidem uidetur, nisi qui dispositè, ornatè, copiose dicit. Sed nec tumultuarij nec fortuiti sermonis cõtextum mirabor unquam, quem iurgãtibus etiam mulierculis superfluere uideo: quem si calor ac spiritus tulit (frequenter enim accidit, ut successum extemporalem consequi cura non poßit) Deum tunc affuisse, cum
2. de Orato. id euenisset, ueteres Oratores (ut Cicero dicit) aiebant. Sed ratio manifesta est. Nam bene cõcepti affectus, & recentes rerũ imagines continuo impetu feruntur, quæ nonnunquam mora styli refrigescunt, & dilatæ non reuertũtur. Vtiq; uerò cũ infelix illa uerborũ cauillatio acceßit, & cursus ad singula uestigia restitit, non potest ferri cõtorta uis. Sed ut optimè uocum singularũ cedat electio, non continua, sed cõposita est. Quare
Lib. 6. cap. 3. capiendæ sunt illæ de quibus dixi rerum imagines, quas uocari φαντασίας indicauimus, omniaq́; de quibus dicturi erimus, personæ quæstiones, spes, metus, habẽda in oculis, in affectus

ctus recipienda. Pectus est enim quod disertos facit, & uis mentis. Ideoq́; imperitis quoque, si modò sunt aliquo affectu concitati, uerba non desunt. Tum intendendus animus, non in aliquam rem unam, sed in plures simul continuas: ut si per aliquam rectam uiam mittamus oculos, simul omnia quæ sunt in ea, circaq́;, intuemur, non ultimum tantùm uidemus, sed usq; ad ultimum. Addit ad dicendum etiam pudor stimulos, addit & dicendorum expectata laus: mirumq́; uideri potest, quòd cum stylus secreto gaudeat, atque omnes arbitros reformidet, extemporalis actio auditorum frequentia, ut miles congestu signorum, excitatur. Nanque & difficiliorem cogitationem exprimit & expolit dicendi neceßitas, & secundos impetus auget placendi cupido. Adeo præmium omnia spectant, ut eloquentia quoque, quanquam plurimum habeat in se uoluptatis, maximè tamẽ præsenti fructu laudis opinionisq; ducatur. Nec quisquam tantum fidat ingenio, ut id sibi speret incipienti statim posse contingere: sed sicut in cogitatione præcepimus, ita facilitatem quoque extemporalem à paruis initijs paulatim perducemus ad summam: quæ neq; perfici neque contineri nisi usu potest: cæterùm peruenire eò debet, ut cogitatio non utique melior sit ea, sed tutior: cum hanc felicitatem non in prosa modò multi sint consecuti, sed etiam in carmine, ut Antipater Sidonius, & Licinius Archias. Credendum enim Ciceroni est: non quia nostris quoque temporibus non & fecerint quidam hoc, & faciant: quod tamen ipsum non tam probabile puto (neque enim habet aut usum res, aut neceßitatem) quàm exhortandis in hanc spem, qui foro præparantur, utile exemplum. Neque uerò tantam esse unquam fiduciã facilitatis uelim, ut non breue saltem tempus, quod nusquã ferè deerit, ad ea quæ dicturi sumus dispiciẽda sumamus. quod quidem in iudicijs ac foro datur semper.

In Oratore

Pro Archia poëta.

neq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

neq; enim quisquam est, qui causſam quam non didicerit, agat. Declamatores quosdam peruersa ducit ambitio, ut exposita cõtrouersia protinus dicere uelint: quin etiã, quod est in primis friuolũ ac scenicum, uerbũ petant quo incipiant. Sed tam contumelioſos in se videt inuicem eloquentia: & quã stultis uideri eruditi uolunt, stulti eruditis uidentur. Siqua tamen fortuna tam subitã fecerit agendi neceſsitatẽ, mobiliore quodã opus erit ingenio, & uis omnis intendenda rebus, & in præsentia remittendũ aliquid ex cura uerborũ, si utrunq; non dabitur. tum & tardior pronũciato moras habet, & suſpensa ac uelut dubitans oratio: ut tamẽ deliberare, nõ hæsitare uideamur. Hoc, dum egredimur è portu, si nos nondũ aptatis satis armamentis aget uẽtus: deinde paulatim simul eũtes aptabimus uela, & disponemus rudentes, & impleri sinus optabimus. Id potius, quàm se inani uerborum torrẽti dare quasi tempeſtatibus quò uolent auferẽdum. Sed minore studio cõtinetur hæc facultas, quàm paratur. Ars enim semel præcepta, non capitur: stylus quoq; intermiſsione paulum admodũ de celeritate deperdit: promptũ hoc, & in expedito positũ, exercitatione sola cõtinetur. Hæc uti sic optimũ est, ut quotidie dicamus audiẽtibus pluribus, maximè de quorũ simus iudicio ac opinione soliciti. rarũ est enim ut satis se quisquã uereatur. Vel soli tamẽ dicamus potius, quàm non omnino dicamus. Est illa exercitatio cogitãdi, totasq; materias uel silẽtio (dum tamẽ quasi dicat intra seipsum) perſequẽdi, quæ nullo non & tempore & loco, quãdo nõ aliud agimus, explicari poteſt: & est in parte utilior, quàm hæc proxima. Diligentius enim componitur, quàm illa, in qua contextum dicendi intermittere ueremur. Rursus illa prior plus confert, uocis firmitatem, oris facilitatem, motum corporis, qui & ipse, ut dixi, excitat Oratorem, & iactatione manus, pedis supploſione, sicut cauda leones facere dicuntur, horta

hortatur. Studendum uero semper, & ubiq;. Neq; enim ferè tam est ullus dies occupatus, ut nihil lucratiuæ, ut Cicero Brutum facere tradit, operæ ad scribendum aut dicendum rapi aliquo momento temporis poſsit. Siquidem C. Carbo etiam in tabernaculo solebat hac uti exercitatione dicẽdi. Ne id quidem tacendum est, quod eidem Ciceroni placet, nullum nostrũ usquam negligẽtiem esse sermonẽ, quicquid loquemur, ubicũq; sit, pro sua scilicet portione perfectum. Scribẽdum certè nunquam est magis, quàm cum multa dicemus ex tempore. Ita enim seruabitur pondus, & innatans illa uerborũ facilitas in altum reducetur: sicut ruſtici proximas uitis radices amputant, quæ illam in summum solum ducant, ut inferiores penitus descendendo firmentur. Ac neſcio an utrunq; cum cura & studio fecerimus, inuicem prosit, ut scribendo dicamus diligentius, dicendo scribamus facilius. Scribendũ ergo, quoties licebit: si id nõ dabitur, cogitandum: ab utroq; excluſi, debent tamen adniti, ut neq; deprehenſus Orator, neq; litigator deſtitutus esse uideatur. Plerunq; autem multa agentibus accidit, ut maximè neceſsaria, & utiq; initia scribant: cætera quæ domo afferũt, cogitatione cõplectantur: subitis ex tempore occurrãt. Quod feciſse M. Tullii cõmentarijs ipsius apparet. Sed ferũtur aliorũ quoq; & inuenti fortè ut eos dicturus quisq; cõposuerat, & in libros digeſti: ut causſarũ quæ sunt actæ à Seruio Sulpitio, cuius tres orationes extãt. Sed hi, de quibus loquor, cõmentarij ita sunt exacti, ut ab ipso mihi in memoriã posteritatis esse uideantur cõpoſiti. Nam Ciceronis ad præsens modò tẽpus aptatos libertus Tyro cõtraxit: quos nõ ideo excuſo, quia nõ probem, sed ut sint magis admirabiles. In hoc genere prorsus recipio hanc breuem annotationem, libelloſq; qui uel manu tenẽtur, & ad quos interim respicere fas sit. Illud quod Lenas præcipit, displicet mihi, quæ scripserimus, in summas siue

In Bruto. C. Carbo.

siue commentarios & capita conferre. Facit enim & discendi negligentiam hæc ipsa fiducia, & lacerat ac deformat orationem. Ego autem ne scribendum quidem puto, quod simus memoria persecuturi. Nam hic quoque accidit, ut reuocet nos cogitatio ad illa elaborata, nec sinat præsentem fortunam experiri. Sic anceps inter utrunq; animus æstuat, cum & scripta perdidit, & non quærit noua. Sed de memoria destinatus est libro proximo locus, nec huic parti subiungendus, quia sunt alia prius nobis dicenda.

M. FAB. QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA LIBER VNDECIMVS.

Præfatio, & de aptè dicendo. CAP. I.

PARATA, sicut superiore libro cõtinetur, facultate scribendi, cogitandiq;, & extempore etiam, cum res poscet, orãdi: proxima est cura, ut dicamus aptè: quam uirtutem quartam elocutionis Cicero demonstrat, quæq; meo quidem iudicio maximè necessaria est. Nam cum sit ornatus orationis uarius & multiplex, conueniatq; alius alij: nisi fuerit accommodatus rebus atque personis, non modò non illustrabit eam, sed etiam destruet, & uim rerum in contrarium uertet. Quid enim prodest esse uerba & latina, & significantia, & nitida, figuris etiam numerisq; elaborata, nisi cum ijs in quæ iudicem duci formariq; uolumus, consentiant? Si genus sublime dicendi paruis in causis, parum limatumq; grandibus, lætum tristibus, lene asperis, minax supplici

2. & 3. de Oratore.

plicibus, summissum concitatis, trux atq; uiolentum iucundis adhibeamus? Vt monilibus, & margaritis, ac ueste longa, quæ sunt ornamẽta fœminarũ, deformẽtur uiri: nec habitus triumphalis, quo nihil excogitari potest augustius, fœminas deceat. Hunc locum Cicero breuiter in tertio de Oratore libro perstringit: neq; tamẽ uideri potest quicquã omisisse, dicendo, non omni causæ, nec auditori, nec personæ, nec tempori cõgruere orationis unum genus. Nec ferè pluribus in Oratore eadem. Sed illic L. Crassus, cum apud summos Oratores, hominesq; eruditissimos dicat satis habet partem hanc uelut notare inter agnoscẽtes: & hic Cicero alloquens Brutum testatur esse hæc in Oratore.
ei notа, ideoq; breuius à se dici, quanquam sit susus locus, tractaturq; à philosophis latius. Nos institutionem professi, non solùm scientibus ista, sed etiam discentibus tradimus: ideoq; paulo pluribus uerbis debet haberi uenia. Quare notum sit nobis ante omnia, quid conciliando, docendo, mouẽdo iudici conueniat: quid quaq; parte orationis petamus. Ita neq; uetera, aut translata, aut ficta uerba in incipiendo, narrando, argumentãdo tractabimus, neq; decurrẽtis contexto nitore circuitus, ubi diuidẽda erit causa, & in partes suas digerẽda, neque humile atq; quotidianum sermonis genus, & compositione ipsa dissolutum, epilogis dabimus: nec iocis lacrymas, ubi opus erit miseratione, siccabimus. Nam ornatus omnis non tam sua quam rei cui adhibetur conditione constat: nec plus refert quid dicas, quàm quo loco. Sed totum hoc aptè dicere, non elocutionis tantùm genere constat, sed est cum inuentione commune. Nam si tantum habẽt etiam uerba momentũ, quanto res ipsæ maius? quarum quæ esset obseruatio, suis locis subinde subiecimus. Illud est diligẽtius docendum, cum demum dicere aptè, qui non solùm quid expediat, sed etiam quid deceat, inspexerit. Nec me fugit plerunq; hæc esse coniuncta.

Nam

Nam quod decet, ferè prodest: neq; alio magis animi Iudicum conciliari, aut, si res in contrarium tulit, alienari solent. Aliquando tamen & hæc dissentiunt. Quoties autem pugnabũt, ipsam utilitatẽ uincet quod decet. Nam quis nescit nihil magis profuturũ ad absolutionẽ Socrati fuisse, quàm si esset usus illo iudiciali genere defensionis, & oratione summissa cõciliasset Iudicum animos sibi, crimenq; ipsum solicitè redarguisset? Verùm id eum minimè decebat: ideoq; sic egit, ut qui pœnam suam honoribus summis esset æstimaturus. Maluit enim uir sapientißimus, quod supereſſet ex uita, sibi perire, quàm quod præteriſſet: & quandò ab hominibus sui temporis parum intelligebatur, posterorum se iudicijs reseruauit, breui detrimẽto iam ultimæ senectutis, æuum seculorum omnium consecutus. Itaq; quãuis Lysias, qui tum in dicẽdo præstantißimus habebatur, defensionem illi scriptam attuliſſet, uti ea noluit: eum bonã quidem, sed parũ sibi conuenientem iudicasset. Quo uel solo patet, non persuadendi, sed bene dicendi finẽ in Oratore seruandum, cum interim persuadere deforme sit. Non fuit hoc utile absolutioni: sed (quod est maius) homini fuit. Et nos secundum communem potius loquendi consuetudinem, quàm ipsam ueritatis regulã, diuisione hac utimur, ut ab eo quod decet, utilitatem separemus. Nisi forte prior ille Aphricanus, qui patria cedere, quàm cum Tribuno pleb. humillimo contendere de innocẽtia sua maluit, inutiliter sibi uidetur cõsuluiſse: aut P. Rutilius uel quum illo penè Socratico genere defensionis est usus, uel quum reuocante eum P. Sylla manere in exilio maluit, quid sibi maximè conduceret nesciebat. Hi uero parua illa, quæ abiectißimus quisq; animus utilia credit, si cum uirtute conferantur, despicienda iudicauerunt: ideoq; perpetua seculorum admiratione celebrantur. Neq; nos simus tam humiles, ut quæ laudamus, inutilia credamus. Sed hoc qualecunq;

Cicero 1. de Orarore, & Val. lib. 6. titu. 4.

Cicero 1. de Oratore.

discrimen rarò admodum euenit. Cæterùm idem ferè (ut dixi) in omni genere caussarũ et proderit, & decebit. Est autẽ quod omnes & semper & ubiq; suadere ac dicere honestè facereq; deceat, contraq; neminẽ ullo unquã in loco turpiter. Minora uerò, quæq; sunt ex medijs, plura sunt talia, ut alijs sint concedenda, alijs non sint: aut pro persona, tempore, loco, caussa, magis ac minus uel excusanda debẽãt uideri, uel reprehẽdenda. Cum dicamus autẽ de rebus aut alienis, aut nostris, diuidẽda ratio est eorũ, dũ sciamus pleraq; neutro loco conuenire. In primis igitur omnis sui uitiosa iactatio est, eloquentiæ tamẽ in Oratore præcipuè: affertq; audiẽtibus nõ fastidium modò, sed plerunq; etiam odium. Habet enim mẽs nostra natura sublime quiddam & erectum, & impatiens superioris. Ideoq; abiectos, aut summittentes se, libenter alleuamus, quia hoc facere tanquam maiores uidemur: & quoties discessit æmulatio, succedit humanitas. At qui se supra modum extollit, premere ac despicere creditur, nec tam se maiorem, quàm minores cæteros facere. Inde inuident humiliores. Hoc uitium est eorum, qui nec cedere uolunt, nec possunt contendere: rident superiores, improbant bonos. Plerunq; uerò deprehendas arrogantium fallacem de se opinionem: sed in his ueri quoq; sufficit conscientia. Reprehensus est in hac parte nõ mediocriter Cicero, quãquam is quidem rerum à se gestarum maior, quàm eloquentiæ fuit in orationibus utiq; iactator. Ac plerunq; illud quoq; non sine aliqua ratione fecit. Aut enim tuebatur eos quibus erat usus adiutoribus in opprimenda conspiratione: aut respondebat inuidiæ, cui tamen non fuit par, seruatæ patriæ pœnam passus exilium: ut illorum quæ egerat in consulatu, frequens commemoratio, posßit uideri non gloriæ magis quàm defensioni data. Eloquentiam quidem cum plenißimam diuersæ partis aduocatis concederet, sibi nunquam

Universidad de Deusto
Biblioteca

in agendo immodicè arrogauit. Illius sunt enim, Siquid est in
Pro Arch. *me ingenij, Iudices, quod sentio quàm sit exiguum. &, Nam*
Pro Quint. *quo minus ingenio possum, subsidium mihi diligẽtia compa-*
In Diuin. *rauí. Quinetiam cõtra Q. Cæcilium de accusatore in Verrẽ*
constituendo, quamuis multum esset in hoc quoq; momenti,
uter ad agendum magis idoneus ueniret, dicendi tamen facul-
tatem magis illi detraxit, quàm arrogauit sibi: seq; non conse-
cutum, sed omnia feciſſe ut posset eam consequi, dixit. In epi-
3. lib. de Ora- *stolis aliquando familiariter apud amicos, nonnunquã in dia-*
tore, & in *logis, aliena tamen persona, uerum de eloquentia sua dicit. Et*
Bruto. *apertè tamen gloriari, nescio an sit magis tolerabile uel ipsa*
uitij huius simplicitate, quàm illa iactatione peruersa, si abun-
dans opibus pauperem se, nobilis obscurum, potens infirmũ,
& disertus imperitum planè & infantem uocet. Ambitiosis-
simum gloriandi genus est etiam deridere. Ab alijs ergo lau-
demur. Nam ipsos, ut Demosthenes ait, erubescere etiam cum
ab alijs laudabimur, decet. Neq; hoc dico, nõ aliquãdo de re-
bus à se gestis Oratori esse dicendum, sicut eidem Demosthe-
ni pro Ctesiphonte: quod tamen ita emendauit, ut necessitatem
id faciendi ostenderet, inuidiamq; omnẽ in eum regereret, qui
In Pisonem. *hoc se coëgisset. Et M. Tullius sæpe dicit de oppressa coniu-*
ratione Catilinæ, sed modò id uirtuti Senatus, modò proui-
dentiæ deorum immortalium assignat. Plerunq; contra inimi-
Pro Rabirio. *cos atq; obtrectatores plus uindicat sibi, erant enim tuenda*
Cic. carmina *eum obijcerentur. In carminibus utinam pepercisset, quæ nõ*
desierunt carpere maligni,

Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ. &,

In lib. tempo- *O fortunatam natam me consule Romam.*
rum suorum. *Et Iouem illum, à quo in concilium deorũ aduocatur: & Mi-*
neruã, quæ omnes cũ artes edocuit. quæ sibi ille, secutus quæ-
dam Græcorũ exempla, permiserat. Verùm eloquentiæ ut
indec

indecora iactatio, sic nonnunquã cõcedenda fiducia est. Nam
quis reprehendat hæc, Quid putẽ? contemptum ne meĩ? Non Philip. 2.
uideo nec in uita, nec in gratia, nec in rebus gestis, nec in hac
mea mediocritate ingenij, quid despicere posit Antonius. Et
paulò pòst apertius, An decertare mecum uoluit contentione
dicendi? Hoc quidem beneficium est. Quid enim plenius, quid
uberius, quàm mihi promere, & contra Antonium dicere? Ar-
rogantes & illi, qui se iudicasse de caussa, nec aliter affuturos
fuisse proponunt. Nam & inuiti iudices audiunt præsumentẽ
partes suas: nec hoc Oratori contingere inter aduersarios,
quod Pythagoræ inter discipulos contigit, potest, Ipse dixit. Cic. 1. de nat.
Sed istud magis minus ue uitiosum est pro personis dicẽtium. Deo. αὐτὸς
Defenditur enim aliquatenus ætate, dignitate, authoritate: quæ ἔφα.
tamen uix in ullo tanta fuerint, ut non hoc affirmationis ge-
nus temperandum sit aliqua moderatione, sicut omnia in qui-
bus patronus argumentũ ex scipso petet. Quod fuisset tumi-
dius, si criminis loco esse negasset Cicero, Equitis Romani es-
se filium se defendente: ille fecit hoc etiam fauorabile, coniun-
gendo cum iudicibus dignitatem suam: Equitis autem Romani Pro Cælio.
esse filiũ, criminis loco poni ab accusatoribus, neq; his iudicã-
tibus oportuit, neq; defendentibus nobis. Impudens, tumul-
tuosa, iracunda actio, omnibus indecora: sed ut quisq; ætate,
dignitate, usu præcedit, magis in ea reprehendendus. Videas
autem rixatores quosdam neq; Iudicum reuerentia, neq; agẽ-
di more ac modo contineri: quo ipso mentis habitu mani-
festum sit tam in suscipiẽdis quàm in agendis caussis nihil pensi
habere. Profert enim mores plerunq; oratio, & animi secreta
detegit. Nec sine caussa Græci prodiderunt, Vt uiuat, quem-
que etiam dicere. Humiliora illa uitia, summissa adulatio, affẽ-
ctata seruilitas, in rebus ac uerbis parum modestis ac pu-
dicis uilis pudor, in omni negocio neglecta authoritas: quæ

ferè accidunt ijs qui nimũ aut blandi esse, aut ridiculi uolunt.

Ipsum etiã eloquẽtiæ genus alios aliud decet. Nam neq; tam plenum & erectum & audax, & præcultum senibus cõuenerit, quàm pressum, & mite, & limatum, & quale intelligi uult Cicero cum dicit orationem suam cœpisse canescere: sicut uestibus quoq; non purpura coccoq; fulgentibus illa ætas satis apta sit. In iuuenibus etiam uberiora paulo, & penè periclitantia feruntur. At in ijsdem siccum & solicitum & contractum dicendi propositum, plerunq; affectatione ipsa seueritatis inuisum est: quãdò etiam morum senilis authoritas, immatura in adolescentibus creditur. Simpliciora militares decent. Philosophiam ex professo (ut quidã faciunt) ostentantibus, parũ decori sunt pleriq; orationis ornatus, maximéq; ex affectibus, quos illi uitia dicunt. Verba quoq; exquisitiora, & compositio numerosa tali proposito diuersa. Non enim solùm illa lætiora, qualia à Cicerone dicuntur, Saxa atq; solitudines uoci respondent: sed etiã illa, quanquam plena sanguinis, Vos enim iam Albani tumuli atq; luci, uos inquã imploro atq; testor, uosq; Albanorum obrutæ aræ, sacrorum populi Romani sociæ & æquales: non conueniant barbæ illi atq; tristitiæ. At uir ciuilis, utereq; sapiens, qui se nõ ociosis disputationibus, sed administrationi Reipub. dederit (à qua longissimè isti qui philosophi uocãtur, recesserũt) omnia quæ ad efficiendũ oratione quod proposuerit ualent, libenter adhibebit: cum prius quod honestũ sit, efficere in animo suo constituerit. Est quod principes deceat, alijs nõ cõcesseris. Imperatorum ac triumphalium separata est aliqua ex parte ratio eloquentiæ: sicut Pompeius abunde disertus rerum suarũ narrator: & hic qui bello ciuili se interfecit, Cato, eloquens senator fuit. Idem dictum, sæpe in alio liberũ, in alio furiosum, in alio superbũ est. Verba aduersus Agamemnonẽ à Thersite habita ridentur: da illa

In Bruto.

Pro Arch.

Pro Milo.

Iliad. 2.

illa Diomedi, alijue cui pari, magnum animũ ferre præ se uidebũtur. Ego te consulem putẽ, inquit L. Crassus Philippo, cũ tu me nõ putes senatorẽ? Vox honestissimæ libertatis, non tamen ferres quencunq; dicentẽ. Negat se magni facere aliquis poëtarũ, utrum Cæsar ater an albus homo sit: insania. uerte, ut idem Cæsar de illo dixerit, arrogãtia est. Maior in personis obseruatio est apud comicos tragicosq;. Multis enim utiũtur, & uarijs. Eadem & eorum qui orationes alijs scribebãt, fuit ratio, & declamantium est. Non enim semper ut aduocati, sed plerũq; ut litigatores dicimus. Verumetiã in ijs caussis quibus aduocamur, eadẽ differentia diligenter est custodienda. Vtimur enim fictione personarũ, & uelut ore alieno loquimur: dandiq; sunt ijs quibus uocem accõmodamus, sui mores. Aliter enim P. Clodius, aliter Appius cæcus, aliter Cæcilianus ille, aliter Terẽtianus pater fingitur. Quid asperius lictore Verris, Vt adeas, tantum dabis? Quid fortius illo, Cuius inter ipsa uerberũ supplicia, una uox audiebatur, Ciuis Romanus sum? Quàm dignæ Milonis in peroratione ipsa uoces eo uiro, qui pro Repub. seditiosum ciuẽ toties compescuisset, quiq; insidias uirtute superasset? Deniq; nõ modò quot in caussa, totidem in prosopopœia sunt uarietates: sed hoc etiam plures, quòd in his puerorũ, fœminarũ, populorum, mutarum etiam rerum assimulamus affectus, quibus omnibus debetur suus decor. Eadem in ijs pro quibus agemus, obseruanda sunt. Aliter enim pro alio sæpe dicendũ est, ut quisq; honestus, humilis, inuidiosus, fauorabilis erit, adiecta proposítorum quoq; & anteactæ uitæ differentia. Iucũdissima uerò in Oratore humanitas, facilitas, moderatio, beneuolentia. Sed illa quoq; diuersa bonum uirum decent, malos odisse, publica uice commoueri, ultum ire scelera & iniurias: & omnia, ut initio dixi, honesta. Nec tantum quis, & pro quo, sed etiam apud quem dicas, interest. Facit

Pro Cælio.

Act. 7. in Verrem.

enim & fortuna dicrimẽ, & poteſtas: nec eadẽ apud principem, magiſtratũ, ſenatorẽ, priuatũ tantum liberũ, ratio eſt: nec eodem ſono publica iudicia, & arbitrorũ diſceptationes agũtur. Nam ut orantẽ pro capite ſolicitudo deceat & cura, & omnes ad amplificandã orationẽ quaſi machinæ: ita in paruis rebus iudicijs q; uana ſint eadem, rideaturq; meritò qui apud diſceptatorẽ de re leuiſſima ſedẽs dicturus, utatur illa Ciceronis confeßione, nõ modò ſe animo cõmoueri, ſed etiã corpore ipſo perhorreſcere. Quis uerò neſciat quin aliud dicẽdi genus poſcat grauitas ſenatoria, aliud aura populariſ: cum etiã ſingulis iudicantibus. nõ idem apud graues uiros, quod leuiores: nõ idem apud eruditũ, quod militarẽ ac ruſticum deceat: ſitq; nonnunquã ſummittẽda & cõtrahenda oratio, ne iudex eam uel intelligere uel capere non poßit. Tempus quoq; ac locus egẽt obſeruatione propria. Nam & tẽpus tum lætũ, tum triſte, tum liberũ, tum anguſtum eſt. Atq; ad hæc omnia componẽdus orator. Et loco publico priuato'ne, celebri an ſecreto, aliena ciuitate an tua, in caſtris deniq; an foro dicas, intereſt plurimũ: ac ſuã quicq; formã, & proprium quendam modum eloquentiæ poſcit: cum etiam in cæteris actibus uitæ non idem in foro, curia, campo, theatro, domi, facere cõueniat: & pleraq; quæ natura non ſunt reprehẽdenda, atq; ideo interim ſunt neceſſaria, alibi quàm mos permiſerit, turpia habeantur.

Pro Milo.

Lib. 8. cap. 3. Illud iam diximus, quanto plus nitoris & cultus demõſtratiuæ materiæ, ut ad delectationẽ audientium cõpoſitæ, quàm, quæ ſunt in actu & cõtentione, ſuaſoriæ iudiciales q; permittant. Hoc adhuc adijciendũ, aliquas etiã quæ ſunt egregiæ dicendi uirtutes, quo munus deceat, effici conditione cauſſarum. An quiſquam tulerit reum in diſcrimine capitis, præcipuè qui apud iudicẽ & principẽ pro ſe ipſe dicat, frequenti translatione, fictis ac repetitis ex uetuſtate uerbis, compoſitione quæ ſit

ſit maximè à uulgari uſu remota, decurrẽtibus periodis, quã lætißimis locis ſentẽtijs q; dicẽtẽ? Non perdãt hæc omnia neceſſarium periclitanti ſolicitudinis colorẽ, petendumq; etiam innocentibus miſericordiæ auxilium? Moueatur'ne quiſquam eius fortuna, quem tumidum, ac ſui iactantem, & ambitioſum inſtitorẽ eloquentiæ in ancipiti ſorte uideat? Non: imò oderit reum uerba aucupantem, & anxium de fama ingenij, & cui eſſe diſerto uacet. Quod mirè Cælius in defenſione cauſſæ qua reus de ui fuit, comprehendiſſe mihi uidetur, Ne cui ueſtrum, atq; etiam omnium qui ad rem agendam adſunt, meus aut uultus moleſtior, aut uox immoderatior aliqua, aut deniq;, quod nimium eſt, iactantior geſtus fuiſſe uideatur. Atqui ſunt quædam actiones in ſatisfactione, deprecatione, confeſſione poſitæ: ſententiolis'ne flendum erit? Epiphonemata aut enthymemata exorabunt? Non quicquid meris adijcietur affectibus, omnes eorum diluet uires, & miſerationem ſecuritate laxabit? Age ſi de morte filij ſui, uel iniuria quæ morte ſit grauior, dicendum patri fuerit, aut in narrãdo gratiam illam expoſitionis, quæ continget ex ſermone puro atq; dilucido, quæret, breuiter ac ſignificanter ordinẽ rei protuliſſe contentus, aut argumenta diducet in digitos, & propoſitionum ac partitionum captabit lepõrem, & (ut plerunq; in hoc genere moris eſt, intentione omni remiſſa loquetur? Quò fugerit interim dolor ille? ubi lacrymæ ſubſtiterint? unde ſe in medium tam ſecura obſeruatio artium miſerit? Nõ ab exordio uſq; ad ultimam uocem continuus quidam gemitus, & idem triſtitiæ uultus ſeruabitur, ſi quidem uolet dolorem ſuum etiam in audientes transfundere? quem ſi uſquã remiſerit, in animum iudicantium non reducet. Quod præcipuè declamantibus (neq; enim me pœnitet ad hoc quoq; opus meum, & curam ſuſceptorum ſemel adoleſcentium reſpicere) cuſtodiendum eſt, quo

plures in schola finguntur affectus, quos nō ut aduocati, sed ut passi subimus. Cum etiā hoc genus simulari utiū soleat, cū ius mortis à senatu quidā uel ob aliquā magnam infelicitatē, uel etiā pœnitentiā petunt: in quibus non solum cantare, quod uitium peruasit, aut lasciuire, sed ne argumentari quidē nisi mistis, & quidem ita, ut in ipsa probatione magis emineāt, affectibus decet. Nam qui intermittere in agēdo dolorē potest, uidetur posse etiā deponere. Nescio tamen an huius (de quo loquimur) decoris custodia maximè circa eos contra quos dicimus, examinanda sit. Nam sine dubio in omnibus statim accusationibus hoc agendum est, ne ad eas libenter descendisse uideamur. Ideoq; mihi illud Cassij Seueri nō mediocriter displicet, Dij boni, uiuo: & quò me uiuere iuuet, Aspernatem reum uideo. Non enim iusta ex caussa uel necessaria uideri potest postulasse eum, sed quadam accusandi uoluptate. Præter hoc tamen, quod est cōmune, propriam moderationē quædā caussæ desiderāt. Quapropter & qui curationē bonorum patris postulabit, doleat eius ualetudine: & quanlibet grauia filio pater obiecturus, miserrimā sibi ostendat esse hanc ipsam necessitatē: nec hoc paucis modò uerbis, sed toto colore actionis, ut id eum nō dicere modò, sed etiā uerè dicere appareat. Nec caussanti pupillo sic tutor irascatur unquam, ut nō remaneant amoris uestigia, & sacra quædam patris eius memoria. Iam quo modo cōtra abdicantē patrē, querentem uxorē, agi caussam oporteret, in libro, ut arbitror, septimo dixi. Quādo etiā ipsos loqui, quādo aduocati uoce uti deceret, quartus liber, in quo procemij præcepta sunt, continet. Esse & in uerbis quod deceat, aut turpe sit, nemini dubiū est. Vnū iā igitur huic loco, quod est sanè summæ difficultatis, adijeicēdum uidetur, quibus modis ea quæ sunt natura parum speciosa, quæq; nō dicere, si utrunlibet esset liberū, maluissemus, non tamen sint indecora dicent

Cap. de qualitate.

dicentibus. Quid asperiorem habere frontem potest, aut quid aures hominum magis respuūt, quàm cum est filio filiue aduocatis in matrem perorandum? aliquādo tamē necesse est, ut in caussa Cluentij Habiti: sed non semper illa uia, qua contra Sassiam Cicero usus est: non quia non ille optimè, sed quia plurimum refert, qua in re & quomodo lædat. Itaque illa cum filij caput palàm impugnaret, fortiter fuit repellenda. Duo tamen quæ sola supererant, diuinè Cicero seruauit, Primùm, ne obliuisceretur reuerentiæ quæ parentibus debetur: deinde ut repetitis altius caussis, diligentissimè ostenderet, quàm id quod erat in matrem dicturus, non oporteret modò fieri, sed etiam necesse esset. primaq; hæc expositio fuit, quanquam ad præsentem quæstionē nihil pertinebat, adeò in caussa difficili atq; perplexa nihil prius intuēdū credidit, quàm quid deceret. Fecit itaq; nomen parentis non filio inuidiosum, sed ipsi in quam dicebatur. Potest tamen aliquādo mater & in re leuiore aut minus infesta contra filium stare. tum lenior atq; summissior decebit oratio. Nam & satisfaciēdo, aut nostram minuemus inuidiā, aut etiā in diuersum eam trāsferemus: & si grauiter dolere filium palàm fuerit, credetur abesse ab eo culpa, fietq; ultro miserabilis. Auertere quoq; in alios crimen decet, ut fraude aliquorū concita credatur: & omnia nos passuros, nihil asperè dicturos, testandum: ut etiam si non posssimus non conuitiari, nolle uideamur. Etiā siquid obijciendū erit, officiū est patroni, ut id filio inuito, sed fide cogēte facere credatur. Ita poterit uterq; laudari. Quod de matre dixi, de utroq; parente accipiendum est. Nā inter patres etiā filiosq;, cū interuenisset emācipatio, litigatū scio. In alijs quoq; propinquitatibus custodiēdū est, ut inuiti, & necessariò, & parcè iudicemur dixisse: magis autē aut minus, ut cuiq; persōnæ debetur reuerētia. Eadem pro libertis aduersus patronos obseruantia. Et ut semel

Decorum in oratione pro Cluentio à Cicerone seruatum.

plura complectar, nunquam decebit sic aduersus tales agere personas, quo modo contra nos agi ab hominibus conditionis eiusdē iniquo animo tulissemus. Præstatur hoc aliquando etiā dignitatibus, ut libertatis nostræ ratio reddatur, ne quis nos aut petulātes in lædendis his, aut etiam ambitiosos putet. Itaq; Cicero quanquā erat in Cottā grauissimè dicturus, neq; aliter agi P. Oppij causa poterat, lōga tamen præfatione excusauit officij sui necessitatem. Aliquādo etiā inferioribus, præcipueq; adolescētulis parcere aut mederi decet. Vtitur hac moderatione Cicero pro Cælio contra Atracinū, ut eum nō inimicè corripere, sed penè patrie monere uideatur. Nam & iuuenis, & nobilis, & non iniusto dolore uenerat ad accusandum. Sed in ijs quidē, in quibus uel iudici, uel etiam assistētibus ratio nostræ moderationis probari debet, minor est labor: illic plus difficultatis, ubi ipsos contra quos dicimus, ueremur offendere. Duæ simul huiusmodi personæ Ciceroni pro Muræna dicēti obstiterūt, M. Catonis, Seruijq; Sulpitij: quàm decenter tamen Sulpitio cum omnes cōcess. isset uirtutes, scientiā petēdi cōsulatus ademit? Quid enim aliud esset quo se uictum homo nobilis & iuris antistes magis ferret? Vt uerò rationem defensionis suæ reddidit, cum se studuisse petitioni Sulpitij cōtra honorem Murænæ, non idem debere accusationi contra caput diceret? Quàm molli autem articulo tractauit Catonē? cuius naturam summè admiratus, non ipsius uitio, sed Stoicæ sectæ quibusdā in rebus factam duriorem uideri uolebat: ut inter eos non fōrensem contentionem, sed studiosam disputationem crederes incidisse. Hæc est profectò ratio, & certissimum præceptorum genus, illius uiri obseruatio, ut cum aliquid detrahere salua gratia uelis, concedas alia omnia: in hoc solo uel minus peritum quàm in cæteris, adiecta, si potuit fieri, etiam causa cur ita sit: uel paulo pertinaciorem, uel credulum, uel iratum

iratum, uel impulsum ab alijs. Hoc illis commune remediū est, si in tota actione æqualiter appareat nō honor modò, sed etiā charitas: præterea causa sit nobis iusta sic dicendi: neque id moderate tantum faciamus, sed etiam necessario. Diuersum ab hoc, sed facilius, cum hominum aut alioqui turpium, aut nobis inuisorum quædam facta laudanda sunt. Decet enim rem ipsam probare in qualicunq; persona. Dixit Cicero pro Gabinio & P. Vatinio inimicissimis antea sibi hominibus, & in quos orationes etiam scripserat: uerùm causa iusta fit fātendo non se de ingenij fama, sed de fide esse solicitum. Difficilior ei ratio in iudicio Cluentiano fuit, cum Scamandrū necesse haberet dicere nocentem, cuius egerat causam. Verùm illud elegantissimè, cum eorum à quibus ipse productus esset, preces, tum etiā adolescētiam suam excusat: detracturus alioqui plus authoritatis, si in causa præsertim suspecta, se eum esse, qui temere nocentes reos susciperet, fateretur. Apud iudicem uerò quū aut proponitur alienum commodum in causa quā susceperimus, aut suum, ut persuadendi ardua ratio, ita dicēdi expeditissima. Fiducia enim iustitiæ eius, non causæ, nihil nos timere simulabimus. Ipse erit gloria inflādus, ut tāto clarior futura sit fides ac religio in pronunciando, quanto minus uel offensæ uel utilitati suæ indulserit. Hoc modo & apud eos à quibus appellatum erit, si fortè ad eosdem remittemur, adijcienda ratio uel necessitatis alicuius, si id causæ cedit, uel erroris, uel suspicionis. Tutissimū ergo pœnitentiæ confessio, & satisfactio culpæ: perducēdusq; omni modo iudex ad iræ pudorem. Accidit etiā nonnunquā, ut eandem causam de qua pronunciauit, cognoscas iterū: tum illud quidē cōmune, apud aliū nos iudicem disputaturos de illius sententia non fuisse: neque enim emendari ab alio quàm ab ipso fas esse: cæterum ex causa, ut quæque permittet, aut ignorata quædam, aut defuisse testes,

testes, aut (quod timidissimè, & si nihil aliud planè fuerit, dicẽdum est) patronos nõ satis fecisse succurret, etiam si apud alios iudices agetur, ut in secunda assertione, aut in centumuiralibus iudicijs duplicibus, parte uicta. Decentius erit, quoties cõgerit, seruare iudicum pudorem: de qua re latius in probationũ loco dictum est. Potest euenire, ut in alijs reprehendẽda sint quæ ipsi fecerimus: ut obiecit Tubero Ligario, quòd in Africa fuerit. Et ambitus quidã damnati, recuperandæ dignitatis gratia reos eiusdem crimunis detulerunt: ut in scholis luxuriantem patrem luxuriosus ipse iuuenis accusat. Id quàm decenter fieri posit, equidem non inuenio, nisi aliquid reperiatur quod interfit, persona, ætas, tẽpus, causſa, locus, animus. Tubero iuuenem se patri hæsisse, illũ à senatu missum nõ ad bellũ, sed ad frumentũ coëmendũ ait: ut primùm licuerit, à partibus recessisse: Ligariũ & perseuerasse, & non pro Cn. Pompeio, interquè & Cæsarẽ dignitatis fuerit contentio, cum saluam utercq; Rempublicã uellet, sed pro Iuba atq; Afris inimicissimis populo Romano stetisse. Cæterùm uel facillimum est ibi alienam culpam accusare, ubi fateris tuã. Verùm id iam iudicis est, non actoris. Quòd si nulla contingit excusatio, sola dolorem habet pœnitentia. Potest enim uideri satis emendatus, qui in odiũ eorum in quibus errauerat, ipse conuersus est. Sunt enim quidã, qui hoc natura ipsa rei non indecens faciunt: ut cum pater ex meretrice natum, quòd amet meretricem in matrimonium, abdicat. Scholastica materia, sed non quæ non possit accidere. Hic igitur multa non deformiter dicet: uel quòd omnium sit uotũ parentum, ut honestiores quàm sint ipsi, liberos habeant (nam & filia nata, meretrix eam mater pudicã esse uoluisset) uel quòd humilior ipse fuerit (licet enim hoc dicere) uel quòd non habuerit patrem qui moneret: quin eo minus faciendum filio fuisse, ne renouaret domus pudorem, & exprobraret patri

Lib. 5. cap. 2. Reprehendẽdi quæ fecerís, ratio.

patri nuptias, matri prioris uitæ necessitatem: ne deniq; legem quãdam suis quoq; subinde liberis daret. & credibilis erit etiã propria quædã in illa meretrice turpitudo, quam nunc hic pater ferre non possit. alia prætereo. Neq; enim nunc declamamus, sed ostendimus nonnunquã posse ipsis incommodis dicẽtem bene uti. Illic maior æstus, ubi quis pudenda queritur, ut stuprum, præcipuè in maribus: aut os prophanatũ. Nõ dico si loquatur ipse (nam quid aliud ei quàm gemitus ac fletus, & execratio uitæ conueniat? ut iudex intelligat potius dolorem illum, quàm audiat) sed patrono quoque per similes affectus eundum erit, quia hoc iniuriæ genus uerecundius inest passis quàm ausis. Mollienda est in plerisque alio colore asperitas orationis, ut Cicero de proscriptorum liberis fecit, Quid enim crudelius, quàm homines honestis parẽtibus ac maioribus natos, à Republica summouerit? Itaq; durum id esse summus ille tractandorum animorũ artifex cõfitetur: sed ita legibus Syllæ cohærere statũ ciuitatis affirmat, ut his solutis stare ipsa non possit. Assecutus itaq; est, ut aliquid eorũ quoq; causſa uideretur facere, cõtra quos diceret. Illud etiã in locis monui, quàm turpis esset fortunæ infectatio: & ne in totos ordines, aut gentes aut populos petulantia incurreret. Sed interim fides patrocinij cogit quædã de uniuerso genere aliquorũ hominum dicere, ut Libertinorũ, uel Militũ, uel Publicanorũ, uel similiter aliorum: in quibus omnibus commune remedium est, ut ea quæ lædunt, non libẽter tractare uidearis: nec in omnia impetum facias, sed in id quod expugnãdum est: & reprehendens, alia laude cõpenses. Si milites cupidos dicas esse, non mirum, quòd periculorum ac sanguinis maiora sibi deberi præmia putent: eosdem petulantes, & hoc fieri, quòd bellis magis quàm paci assueuerint. Libertinis detrahenda est authoritas: licet his testimoniũ reddere industriæ, per quã exierint de seruitu

Pro Flaco, Vareno, Fonteio.

uitute. Quod ad nationes exteras pertinet, Cicero uariè de-tractaturus Græcis teſtibus fidē, doctrinā his cōcedit ac literas: ſeq; eius gētis amatorē eſſe profitetur. Sardos contēnit, Allobrogas ut hoſteis inſectatur: quorum nihil tunc cum diceretur, parum aptum, aut remotum à cura decoris fuit. Verborum etiam moderatione detrahi ſolet ſiqua eſt rei inuidia, ſi aſperū dicas nimium ſeuerum, iniuſtum perſuaſione labi, pertinacem ultra modum tenacem eſſe propoſiti: plerunq; uelut ipſos coneris ratione uincere, quod eſt molliſſimum. Indecorum eſt ſuper hæc omnia nimium: ideoq; etiam quod natura rei ſatis aptum eſt, niſi modo quoq; temperetur, gratiam perdit. Cuius rei obſeruatio iudicio magis quodam ſentiri, quàm præceptis tradi poteſt. Quantum ſatis ſit, & quantum recipiant aures, non habet hæc res menſuram, & quaſi pondus:

Virtutes dicendi.

quia ut in cibis, alia alijs magis complent. Adijciendum etiam breuiter uidetur, quòd ferè dicendi uirtutes diuerſiſſimæ, non ſolùm ſuos amatores habeant, ſed ab eiſdē ſæpe laudentur. Nā

In Orato.

Cicero quodā loco ſcribit id eſſe optimum, quod cum te facilè credideris conſequi imitatione, non poſſis. Alio uerò, non ſe id egiſſe, ut ita diceret quomodo ſe quilibet poſſe confideret, ſed quomodo nemo. Quod poteſt pugnare inter ſe uideri. Verùm utrunq;, ac meritò, laudatur. Cauſſa enim modò diſtat: quia ſimplicitas illa, & uelut ſecuritas inaffectatæ orationis, mirè tenues cauſſas decet: maioribus illud admirabile dicendi genus magis conuenit. In utroq; eminet Cicero, ex quibus alterum imperiti ſe poſſe conſequi credent, neutrum qui intelligunt.

De Memoria. CAP. II.

MEmoriā q̄dā naturæ modo eſſe munus exiſtimauerūt: eſtq; in ea non dubiè plurimum: ſed ipſa excolēdo, ſicut alia omnia, augetur: & totus de quo diximus, adhuc inanis eſt labor, niſi cæteræ partes hoc uelut ſpiritu continentur. Nā & omnis

omnis diſciplina memoria conſtat, fruſtraq; docemur, ſi quicquid audimus, præterfluat: & exemplorum, legū, reſponſorū, dictorum, beneq; factorum uelut quaſdam copias, quibus abūdare, quasq; in promptu ſemper habere debet orator, eadem illa uis repræſentat. Neq; immeritò theſaurus hic eloquentiæ dicitur. Sed non firmè tantùm cōtinere, uerumetiam citò percipere, mulex actuos oportet: nec quæ ſcripſeris modò, iterata lectione complecti: ſed in cogitatis quoq; rerum ac uerborū contextum ſequi: & quæ ſint ab aduerſa parte dicta, meminiſſe: nec utiq; eo quo dicta ſunt ordine refutare, ſed opportunis locis ponere. Quid? extemporalis oratio non alio mihi uidetur mentis uigore cōſtare. Nam dū alia dicimus: quæ dicturi ſumus, intuēda ſunt. ita cum ſemper cogitatio ultra id quod eſt, lōgius quærit: quicquid interim reperit, quodāmodo apud memoriā deponit: quod illa quaſi media quædā manus acceptum ab inuentione, tradit elocutioni. Non arbitror autem mihi in hoc immorandum, quid ſit quod memoriam faciat: quanquam pleriq; imprimi quædam ueſtigia noſtro animo, quæ uelut in ceris annulorum ſigna ſeruentur, exiſtimant. Neq; ero tam credulus, ut quaſi habitu tardiorem firmioremq; memoriam fieri putem. Eius autem quod ad animum pertinet, magis admirer naturā, ſubitò res uetuſtas tanto ex interuallo repetitas reddere ſe & offerre: nec tantùm requirentibus, ſed etiā ſponte interim: nec uigilantibus, ſed etiam quiete compoſitis magis: eoq; illa quoque animalia quæ carere intellectu uidemus, meminerunt, & agnoſcunt, & quamlibet longo itinere diducta, ad aſſuetas ſibi ſedes reuertuntur. Quid? non hæc uarietas mira eſt, excidere proxima, uetera inhærere? heſternorum immemores, acta pueritiæ recordari? Quid quòd quædā requiſita ſe occultant, & eadem fortè ſuccurrunt? nec manet ſemper memoria, ſed aliquando etiam redit? Neſciretur tamen quanta

uis

Universidad de Deusto
Biblioteca

uis esset eius, quanta diuinitas illa, nisi in hoc lumẽ orandi uim extulisset. Non enim rerum modò, sed etiam uerborũ ordinem præstat: nec ea pauca contexit, sed durat prope in infinitum, & in longissimis actionibus prius audiendi patientia quàm memoriæ fides deficit. Quod & ipsum argumentum est, subesse artem aliquam, iuuariq; ratione naturam: cum ijdem docti facere illud, indocti & inexercitati non possimus: quanquã inuenio apud Platonem obstare memoriæ, usum literarum: uidelicet quòd illa quæ scriptis reposuimus, uelut custodire desinimus, & ipsa securitate demittimus. Nec dubium est, quin plurimũ in hac parte ualeat mẽtis intẽtio, & uelut acies luminũ à prospectu rerũ quas intuetur, nõ auersa. Vnde accidit, ut quæ per plures dies scribimus ediscendi caussa, cogitatione ipsa contineat. Artem autẽ memoriæ primus ostẽdisse dicitur Simonides: cuius uulgata fabula est: Cũ pugili coronato carmen quale cõponi uictoribus solet, mercede pacta scripsisset, abnegata ei pecuniæ pars est, quòd more Poẽtis frequentissimo digressus, in laudes Castoris & Pollucis exierat: quapropter partẽ ab ijs petere, quorũ facta celebrasset, iubebatur. & persoluerunt, ut traditum est. Nam cum esset grande cõuiuium in honorem eiusdẽ uictoriæ, atq; adhibitus ei cœnæ Simonides, nuncio est excitus, quòd eum duo iuuenes equis aduecti desiderare maiorem in modũ dicebantur. Et illos quidem non inuenit, fiásse tamen gratos erga se, exitu comperit. Nam uix eo limen egresso, triclinium illud supra conuiuas corruit, atq; ita cõtudit, ut non ora modò oppressorum, sed membra etiam omnia requirentes ad sepulturam propinqui, nulla nota possent discernere. Tum Simonides dicitur, memor ordinis quo quisque discubuerat, corpora suis reddidisse. Est autem magna inter authores dissensio. Glaucone Carystio, an Leocrati, an Agatharcho, an Scopæ scriptũ sit id carmen: & Phar

In Phædro & Timæo.

Pharsali fuerit hæc domus, ut ipse quodã loco significare Simonides uidetur atq; Apollodorus, & Eratosthenes & Euphorion & Larisseus Eurypilus tradiderunt: an Granone, ut Apollas Callimachus, quem secutus Cicero hãc famam latius fudit. Scopam nobilem Thessalum perisse in eo conuiuio constat, adijcitur sororis filius: putant & ortos pleroſq; ab illo Scopa, qui maior ætate fuerit: quanquã mihi totũ de Tyndaridis fabulosum uidetur: neq; omnino huius rei meminit usquam poëta ipse, profectò non taciturus de tanta sua gloria. Ex hoc Simonidis facto notatũ uidetur, iuuari memoriam signatis animo sedibus, idq; credere suo quisq; experimento. Nam cum in loca aliqua post tẽpus reuersi sumus, nõ ipsa agnoscimus tantùm, sed etiam quæ in his fecerimus reminiscimur, personæq; subeunt, nonnunquã tacitæ quoq; cogitationes in mentem reuertuntur. Nata est igitur, ut in plerisq;, ars ab experimento. Loca discunt quammaximè spatiosa, multa uarietate signata, domum fortè magnam, & in multos diductam recessus. In ea quicquid notabile est, animo diligẽter affigitur, ut sine cũctatione ac mora partes eius omnes cogitatio possit percurrere. Et primus hic labor est, non hærere in occursu. Plus enim quàm firma debet esse memoria, quæ aliam memoriã adiuuet. Tum quæ scripserunt, uel cogitatione complectuntur, & alio signo quo moneãtur, notant: quod esse uel ex re tota potest, ut de nauigatione, militia: uel ex uerbo aliquo. Nam etiã excidẽtes, unius admonitione uerbi in memoriam reponũtur. Sit autẽ signum nauigationis, ut anchora: militiæ, ut aliquid ex armis. Hæc itaq; digerunt, primum sensum uel locũ uestibulo quasi assignant, secundum atrio, tum impluuia circumeunt: nec cubiculis modò aut exedris, sed stratis etiam simulibusq; per ordinem committunt. Hoc facto, cum est repetenda memoria, incipiunt ab initio loca hæc recensere, & quod cuiq; crediderunt,

2. de Orat.

N

Universidad de Deusto
Biblioteca

runt,reposcũt,& eorũ imagine admonẽtur:ut quanlibet multa sint quorũ meminisse oporteat,sint singula connexa quodã choro, ne errent coniungẽtes prioribus sequẽtia solo ediscẽdi labore. Quod de domo dixi, & in operibus publicis, & in itinere longo,ut urbium ambitu,& picturis fieri potest. Etiã fingere sibi has imagines licet. Opus est ergo locis, quæ uel finguntur,uel sumuntur:imaginibus,uel simulacris,quæ utiq; fingenda sunt. Imagines notæ sunt quibus ea quæ ediscenda sunt,notamus: ut quomodo Cicero dicit,locis pro cera,simulacris pro literis utamur. Illud quoq; ad uerbũ ponere, optimum fuerit: Locis est utendum multis,illustribus,explicatis modicis interuallis:imaginibus aliquid agẽtibus, acribus, insignitis, quæ occurrere, celeriterq; percutere animum possint.

2. de Orat. & in Partit.

Quo magis miror quomodo Metrodorus in x 11. signis per quæ Sol meat,trecenos & sexagenos inuenerit locos.Vanitas nimirũ fuit atq; iactatio circa memoriam suã potius arte quàm natura gloriantis. Equidem hæc ad quædam prodesse non negauerim,ut si rerũ nomina multa per ordinem audita, reddenda sint.Nanq; in ijs quæ didicerunt locis reponunt res illas,mensam,ut hoc utar,in uestibulo,in atrio puluinũ,& sic cætera:deinde relegentes,inueniunt ubi posuerint. Et forsitan in hoc sunt adiuti,qui auctione dimissa,quid cuiq; uenditdissent, testibus argentariorũ tabulis reddiderũt:quod præstitisse Hortensium dicunt.Minus idem proderit in ediscẽdis quæ orationis perpetuæ erunt. Nam & sensus non eandem imaginem quam res habent, cum alterum fingendum sit, & horum tamen utrunq; cõmonet.Sed sermonis alicuius habiti uerborum contextus eadem arte quomodo comprehẽdetur? Mitto quòd quædam nullis simulacris significari possunt,ut certæ coniunctiones.habeamus enim sanè,ut qui notis scribunt,certas imagines omnium, & loca scilicet infinita, per quæ uerba quæ

Senec.lib.1. Declama.

sunt

sunt in quinq; contra Verrem secundæ actionis libris, explicẽtur, ut meminerimus etiam omniũ quasi depositorũ:non'ne impediri quidem eorum quæ dicit,decursum necesse est duplici memoriæ cura? Nam quomodo poterunt copulata fluere,si propter singula uerba ad singulas formas respiciendum erit? Quare & Carneades, & Scepsius (de quo modò dixi) Metrodorus quos Cicero dicit usos hac exercitatione,sibi habeãt suã:nos simpliciora tradamus. Si longior cõplectenda memoria fuerit oratio, proderit per partes ediscere (laborat enim maximè onere) & hæ partes nõ sint perexiguæ. alioqui nimis multæ erunt.& eam distinguẽt atq; concident.Nec utiq; certum imperauerim modum, sed maximè ut quisq; finietur locus:nisi fortè tam sit numerosus, ut ipse quoq; diuidi debeat. Dandi sunt certi quidam termini, ut contextũ uerborum (qui est difficillimus) continuet crebra meditatio, partes deinceps ipsas repetitus ordo cõiungat.Non est inutile,quò facilius hæreant,aliquas apponere notas, quarum recordatio cõmoneat et quasi excitet memoriã.Nemo enim ferè tam infelix,ut quod cuiq; loco signum destinauerit,nesciat:ut si erit tardus ad hoc, eo quoq; adhuc remedio utatur,ut ipse excitẽt notæ. Hinc est ex illa arte non inutile, attendere signa ad eos qui excidẽrũt sensus: anchoram (ut suprà posui) si de naue dicendum esset: spiculum,si de prælio.Multum enim signa faciunt,& ex alia memoria uenit alia, ut cum translatus annulus uel alligatus commoneat nos cur id fecerimus. Hæc magis adhuc adstringunt, quæ memoriam ab aliquo simili transferunt ad id quod continendum est:ut in nominibus, si Fabius fortè sit tenendus, referamus ad illum cunctatorem, qui excidere non potest:aut ad aliquem amicum, qui idem uocetur,quod est facilius in Apris,& Vrsis,& Nasone,aut Crispo:ut id memoriæ affigatur, unde sunt nomina. Origo quoque aliquando

2. de Orat.

declinatorũ,tenendi magis cauſſa eſt,ut in Ciceronе, Verrio, Aurelio,ſi debẽt inſcri. Illud neminẽ non iuuabit, iiſdem quibus ſcripſerit ceris,ediſcere. Sequitur enim ueſtigijs quibuſdã memoriã,& uelut oculis intuetur non paginas modò,ſed uerſus propè ipſos,qui tum dicit ſimilis legenti. Iam uerò ſi litura aut adiectio aliqua aut mutatio interueniat,ſigna ſunt quædam quæ intuentes errare non poſſumus. Eſt ratio,ut illi de qua primùm locutus ſum arti nõ diſſimilis,ita (ſi quid me experimẽta docuerunt) & expeditior & potẽtior, ediſcere tacitè. Nam id quoq; eſt,quod tum erat, optimum,ſi nõ ſubirent uelut ocioſum animũ plerũq; aliæ cogitationes, propter quas excitandus eſt uoce,ut duplici motu iuuetur memoria,dicendi, & audiẽdi. Sed hæc uox ſit modica,& magis murmur. Qui autẽ legẽte alio ediſcit,in parte tardatur,quòd acrior eſt oculorum quàm aurium ſenſus. in parte iuuari poteſt, quòd cum ſemel aut bis audierit,continuò illi memoriã ſuam experiri licet,& cum legente contendere. Nam & alioqui id maximè faciendum eſt,ut nos ſubinde tentemus:quia cõtinua lectio, & quæ magis,& quæ minus hærent,æqualiter tranſit. In experiendo teneas'ne , & maior intentio eſt , & nihil ſuperuacui temporis perit,quo etiam quæ tenemus,repeti ſolent: ita ſola quæ exciderunt, retractantur,ut crebra iteratione firmentur: quanquã ſolent hoc ipſo maximè hærere,quòd exciderũt. Illud ediſcẽdo ſcribẽdoq; cõmune eſt,utriq; plurimùm conferre bonã ualetudinẽ, digeſtum cibũ, animum cogitationibus alijs liberũ. Verùm & in his quæ ſcripſimus,complectendis,multũ ualent, & in ijs quæ cogitamus,continendis,(propè ſola exceptа,quæ potẽtiſſima eſt,exercitatione) diuiſio & cõpoſitio. Nam qui rectè diuiſerit, nunquã poterit in rerũ ordine errare. Certa ſunt enim non ſolùm in digerẽdis quæſtionibus, ſed etiã in exequẽdis,ſi modò rectè dicimus,prima ac ſecunda,& & dein

& deinceps:cohæretq; omnis rerũ copulatio, ut ei nihil neq; ſubtrahi ſine manifeſto intellectu , neq; inſeri poſſit. An uerò Scæuola in luſu duodecim ſcruporũ , cum prior calculũ promouiſſet,eſſetq; uictus,dum rus tẽdit, repetito totius certaminis ordine quo dato erraſſet , recordatus redijt ad eum qui cũ luſerat,isq; ita factũ eſſe confeſſus eſt: minus idẽ ordo ualebit in oratione, præſertim totus noſtro arbitrio conſtitutus, cum tantũ ille ualeat alternus? Etiam quæ bene cõpoſita erunt,memoriã ſerie ſua ducẽt. Nã ſicut facilius uerſus ediſcimus,quàm proſam orationẽ:ita proſæ uincta,quàm diſſoluta. Sic contingit,ut etiam quæ ex tẽpore uidebantur effuſa,ad uerbũ repetita reddantur:quod meæ quoq; memoriæ mediocritatẽ ſequebatur,ſiquando interuentus aliquorũ, qui hunc honorẽ mererentur,iterare declamationis partẽ coegiſſet. nec eſt mẽdacio locus,ſaluis qui interfuerunt. Siquis tamen una maximamq; à me artem memoriæ quærat,exercitatio eſt, & labor. multa ediſcere,multa cogitare,& (ſi fieri poteſt) quotidie,potentiſſimũ eſt. Nihil æquè uel augetur cura,uel negligentia intẽcidit. Quare & pueri ſtatim,ut præcepi,quãplurima ediſcant: & quæcũq; ætas operam iuuandæ ſtudio memoriæ dabit,deuoret intuo tædiũ illud & ſcripta & lecta ſæpius reuoluendi, & quaſi eundem cibũ remãdendi. Quod ipſum hoc fieri poteſt leuius,ſi pauca primùm,& quæ *tediũ non afferant,cæperimus ediſcere:tum quotidie adijcere ſingulos uerſus, quorum acceßio labori ſenſum incremẽti nõ afferat, in ſummã ad infinitum uſq; perueniat: & poëtica prius,tum oratoriũ, notißimè etiam ſolutiora numeris , & magis ab uſu dicendi remota, qualia ſunt iuriſconſultorum. Difficiliora enim debent eſſe quæ exercent,quò ſit leuius ipſum illud in quod exercent: ut Athletæ ponderibus plumbeis aſſuefaciunt manus , quibus nacuis & nudis in certamine utendum eſt. Non omitta etiam

*odium

quod quotidianis experimentis deprehẽditur, minimè fidelem esse paulò tardioribus ingenijs recentẽ memoriã. Mirũ dictu est, nec in promptu ratio, quantũ nox interposita afferat firmitatis, siue quiescit labor ille, cuius sibi ipsa fatigatio obstabat, siue maturatur atq; concoquitur, seu firmissima eius pars est recordatio: quæ statim referri nõ poterãt, cõtexũtur posteriora: cõfirmatq; memoriã idem illud tẽpus, quod esse in causa solet obliuionis. Etiã illa præuelox ferè citò effluit, & uelut præsenti officio functa nihil in posterũ debeat, tanquã dimissa discedit. Nec est mirũ magis hærere animo, quæ diutius affixa sint. Ex hac ingeniorũ diuersitate nata dubitatio est, ad uerbum sit ediscendũ dicturis, an uim modò rerum atq; ordinem complecti satis sit: de quo sine dubio non potest in uniuersum pronũciari. Nam si memoria suffragatur, tẽpus nõ desit, nulla me uelim syllaba effugiat: alioqui etiam scribere sit superuacuum. Idq; præcipuè à pueris obtinendũ, atq; in hanc consuetudinem memoria exercitatione redigẽda, ne nobis discamus ignoscere. Ideoq; & admoneri, & ad libellũ respicere, iactiosam, quòd libertatẽ negligẽtiæ facit: nec quisquã se parũ tenere iudicat, quod ne sibi excidat non timet. Inde interruptus actionis impetus, & resistẽs ac salebrosa oratio, & qui dicit ediscẽti similis, etiã omnẽ bene scriptorũ gratiã perdit uel hoc ipso, quòd scripsisse se confitetur. Memoria autem facit etiam prompti ingenij fãmã, ut illa quæ dicimus, nõ domo attulisse, sed ibi protinus sumpsisse uideamur: quod & Oratori & ipsi causæ plurimum confert. Nam & magis mouetur, & minus timet iudex quæ nõ putat aduersus se præparata. Idq; in actionibus inter præcipua seruandum est, ut quædam etiam quæ optimè uinximus, uelut soluta enũciemus: & cogitantibus nõnunquam & dubitantibus simules quærere uideamur quæ attulimus. Ergo quid sit optimũ, neminem fugit. Si uerò aut memoria

moria natura durior erit, aut non suffragabitur tempus, etiam inutile erit ad omnia se uerba alligare, cum obliuio unius eorum cuiuslibet, aut deformem hæsitationem, aut etiam silentiũ inducat. Tutiusq; multo, cõprehensis animo rebus ipsis, libertatẽ sibi eloquẽdi relinquere. Nam & inuitus perdit quisq; id quod elegerat uerbum: nec facilè reponit aliud, dum id quod scripserat, quærit. Sed ne hoc quidem infirmæ memoriæ remedium est nisi in ijs qui sibi facultatẽ aliquam dicendi ex tempore parauerunt. Quòd si cui utrunq; defuerit, huic omittere omnino totum actionum laborem, ac si quid in literis ualet, ad scribendum potius suadebo conuertere. Sed hæc rara infelicitas erit. Cæterùm quantum natura studioq; ualeat memoria, uel Themistocles testis, quem unum intra annum optimè locutum esse Persice cõstat: uel Mithridates, cui duas & uiginti linguas, quot nationibus imperabat, traditur notas fuisse: uel Crassus ille diues, qui cum Asiæ præesset, quinq; Græci sermonis differentias sic tenuit, ut qua quisq; apud eum lingua postulasset, eadem sibi ius redditum ferret: uel Cyrus, quem omnium militum tenuisse creditum est nomina. Quin semel auditos quanlibet multos uersus protinus dicitur reddidisse Theodectes. Dicebantur etiam nunc esse qui facerent, sed mihi nunquam ut ipse interessem contigit: habenda tamen fides est uel in hoc, ut qui crediderit, & speret.

Thucydides 1. Plin. lib. 7. Valer. 8. Plinius 7. Valer. 8. Xenophon in Pædia.

De Pronunciatione. CAP. III.

PRonũciatio à pleriſq; actio dicitur. sed prius nomẽ à uoce, sequens à gestu uidetur accipere. Nanq; actionẽ Cicero aliàs quasi sermonem, aliàs eloquentiam quandam corporis dicit. Idem tamẽ duas eius partes facit, quæ sunt eædẽ pronunciationis, uocẽ, atq; motum. Quapropter utrâq; appellatione indifferenter uti licet. Habet autem res ipsa miram quandam in orationibus uim ac potestatem. Neq; enim tam

3. de Orat. & in Orato.

Universidad de Deusto
Biblioteca

refert qualia sint quæ intra nosmetipsos composuimus, quàm quo modo efferãtur. nam ita quisq; ut audit, mouetur. Quare neq; probatio ulla, quæ modò uenit ab Oratore, tam firma est, ut nõ perdat uires suas nisi adiuuetur asseueratione dicentis. Affectus omnes langueſcant necesse est, nisi uoce, uultu, totius propè habitu corporis inardeſcant. Nam cum hæc omnia fecerimus, felices, si tamen nostrum illum ignem iudex conceperit: ne dum eũ supini securiq; moueamus, non & ipse nostra oſcitatione soluatur. Documẽto sunt uel scenici actores, qui & optimis poëtarũ tantum adijciunt gratiæ, ut nos infinitè magis eadem illa audita quàm lecta delectent, & utilißimis etiam quibuſdam impetrẽt aures: ut quibus nullus est in bibliothecis locus, sit etiam frequens in theatris. Quòd si in rebus quas fictas esse scimus & inanes, tantum pronunciatio potest, ut trã, lacrymas, ſolicitudinem afferat, quanto plus ualeat necesse est ubi & credimus? Equidem uel mediocrem orationem cõmendatam uiribus actionis, affirmauerim plus habituram esse mo
Cic. in Bruto, & 3. de Orat. menti, quàm optimã eadem illa destitutam. Siquidem & Demosthenes quid esset in toto dicendi opere primum, interrogatus, pronunciationi palmam dedit, eidemq; secũdum ac tertium locum, donec ab eo quæri desineret: ut eam uideri posset non præcipuam, sed ſolam iudicasse. Ideoq; ipse tam diligenter apud Andronicum hypocriten ſtuduit, ut admirantibus eius orationem Rhodijs, nõ immerito Aeschines dixisse uideatur,
3. de Orat. In Bruto. Quid si ipsum audisſetis? Et M. Cicero unã in dicẽdo actionẽ dominari putat. Hac Cn. Lentulum plus opinionis consecutũ,
De orat. 3. quàm eloquentia tradit. Eadem C. Gracchum in deflenda fratris nece, totius populi Romani lacrymas concitasse, Antoniũ
In Bruto. & Crassum multum ualuisse, plurimum uerò Quint. Hortensium: cuius rei fides est, quòd eius scripta tantũ intra famã sunt, qui diu princeps oratorum, aliquando æmulus Ciceronis exist

nis existimatus est, nouißimè quoad uixit, secundus: ut appareat placuisse aliquid eo dicẽte, quod legẽtes nõ inuenimus. Et hercle cum ualeãt multũ uerba per ſe, & uox propriam uim adijciat rebus, & gestus motusq; signiſicet aliquid, profectò perfectũ quiddam fieri, cum omnia coierint, necesse est. Sunt tamẽ qui rudem illam, & qualem impetus cuiusq; animi tulit, actionẽ iudicent fortiorem, & ſolam uiris dignam: sed non alij ferè, quàm qui etiam in dicendo curam, & artem, & nitorem, & quicquid ſtudio paratur, ut affectata & parum naturalia ſolent improbare, uel qui uerborum atq; ipsius etiam soni ruſticitate, ut L. Cottam dicit Cicero fecisse, imitationẽ antiquita- 3. de Orat. & In Bruto.
tis affectant. Verùm illi perſuasione ſua fruantur, qui hominibus, ut sint Oratores, ſatis putant nasci: nostro labori dent ueniam, qui nihil credimus esse perfectum, nisi ubi natura cura iuuetur. In hoc igitur non cõtumaciter consentio, primas partes esse naturæ. Nam certè bene pronũciare nõ poterit, cui aut in ſcriptis memoria, aut in ijs quæ subitò dicenda erunt, facilitas prompta defuerit: nec ſi inemendabilia oris incommoda obſtabunt. Corporis etiam potest esse aliqua tanta deformitas, ut nulla arte uincatur. Sed ne uox quidem nisi liberalis, actionem habere optimam potest. Bona enim firmaq; ut uolumus uti licet: mala uel imbecilla & inhibet multa, ut insurgere, exclamare: & aliqua cogit, ut summittere, deflectere, & rauca fauces ac latus fatigatum deformi cantico reficere. Sed nos de eo nunc loquimur, cui non fruſtra præcipitur. Cum sit autem omnis actio, ut dixi, in duas diuiſa partes, uocem, gestumq;: quorũ alter oculos, altera aures mouet, per quos duos ſensus omnis ad animum penetrat affectus: prius est de uoce dicere, cui etiã gestus accommodatur. In ea prima obſeruatio est, qualẽ habeas: secũda, quomodo utaris. Natura uocis ſpectatur quãtitate & qualitate. Quãtitas ſimplicior est. In sum- Quantitas uocis.

ma enim grādis aut exigua est: sed inter has extremitates mediæ sunt species, & ab ima ad summā, ac retrò, multi sunt gradus. Qualitas, magis uaria est. Nā est & candida & fusca, & plena & exilis, & lenis & aspera, & contracta & fusa, & dura & flexibilis, & clara & obtusa. Spiritus etiam lōgior, breuiorq;. Nec causas cur quicq; eorū accidat, persequi, proposito operi necessarium est, eorum'ne sit differētia in quibus aura illa cōcipitur, an eorum per quæ uelut organa meat, an ipsi propria natura, an prout mouetur: lateris pectoris'ue firmitas, an capitis etiā plus adiuuet. Nā opus est omnibus, sicut nō oris modò suauitate, sed nariū quoq; per quas quod superest uocis egeritur. Dulcis tamē esse debet, non exprobrās sonus. Vtēdi uoce, multiplex ratio. Nā præter illā differentiā, quæ est tripertita, acutæ, grauis, flexæ: tū intentis, tū remissis, tum elatis, tū inferioribus modis opus est, spatijs quoq; lentioribus aut' citatioribus: sed ijs ipsis media interiacēt multa: & ut facies quanquā ex pauciſſimis constat, infinitam habet differentiā: ita uox etsi paucas quæ nominari possint, cōtinet species, propria cuiq; est: & non hæc minus auribus, quàm oculis illa dignoscitur. Augētur autē, sicut omniū, ita uocis quoq; bona, cura, & negligētia minuūtur. Sed cura non eadē Oratoribus, quæ phonascis, cōuenit: tamen multa sunt utrisq; cōmunia, firmitas corporis, ne ad spadonū & mulierū & ægrorū exilitatē uox nostra tenuetur: quod ambulatio, unctio, ueneris abstinētia, facilis ciborū digestio, id est frugalitas, præstat. Præterea ut sint fauces integræ, id est molles ac læues, quarū uitio & frāgitur, et obscuratur, & exasperatur, & scinditur uox. Nam ut tibiæ eodē spiritu accepto, aliū clausis, aliū apertis fōraminibus, aliū non satis purgatæ, aliū quassæ sonū reddūt: ita fauces tumētes strangulāt uocē, obtusæ obscurāt: rasæ exasperāt, cōuulsæ fractis sunt organis similes. Finditur etiā spiritus obiectu

Plin. lib. 23. cap. 6.

obiectu aliquo, sicut lapillo tenues aquæ, quarū fluxus etiam si ultra paulū coit, aliquid tamen cauī relinquit post id ipsum quod offenderat. Humor quoq; uocem ut nimius impedit, ita consumptus destituit. Nam & fatigatio corpora non ad præsens modò tempus, sed etiam in futurum afficit. Sed ut communiter & phonascis & oratoribus necessaria est exercitatio, qua omnia cōualescunt, ita curæ non idē genus est. Nā neq; certa tempora ad spatiādum dari possunt tot ciuilibus officijs occupato, nec præparare ab imis sonis uocem ad summos, nec semper à cōtentione* condere licet, cum pluribus iudicijs sæpe dicendum sit. Ne ciborum quidem est eadem obseruatio. Non enim tam molli teneraq; uoce, quàm forti ac durabili opus est: cum illi omnes etiā altißimos sonos leniant cantu oris, nobis pleraq; asperè sint cōcitatēq; dicēda, & uigilandæ noctes, & suligo lucubrationum bibenda, & in sudata ueste durandum. Quare uocē delicijs non molliamus, nec imbuatur ea consuetudine, quæ duratura nō sit: sed exercitatio eius talis sit, qualis usus: nec silētio subsidat, sed firmetur cōsuetudine, qua difficultas omnis leuatur. Ediscere autem quo exerceāris, erit optimum (nā ex tēpore dicēti, auocatur cura uocis, ille qui ex rebus ipsis cōcipitur affectus) & ediscere quammaximè uaria, quæ & clamorem, & dispumationem, & sermonem, & flexum habeāt, ut simul in omnia paremur. Hoc satis est, alioqui nitida illa & curata uox insolitum laborem recusabit, ut assuetæ gymnasijs & oleo corpora, quālibet sint in suis certaminibus speciosa atq; robusta, si militare iter fascesq; & uigilias impetres, deficiant, & quærant unctores suos, nudumq; sudorem. Illa quidem in hoc opere præcipi quis ferat, utrādos soles atq; uentos, & nubila etiam ac siccitates? Ita si dicendum in Sole, aut uētoso, humido, caldo'ue die fuerit, reos deseremus? Nā crudum quidem, aut saturum, aut ebrium, aut ciecto modò

*conquiescere

uomi

uomitu, quæ cauenda quidam monent, declamare neminem, qui sit mentis compos, puto. Illud non sine causſa est ab omnibus præceptum, ut parcatur maximè uoci in illo à pueritia in adolescentiã transitu, quia naturaliter impeditur, non, ut arbitror, propter calorem, quod quidã putauerũt, (nam est maior alijs) sed propter humorem potius. Nam hoc ætas illa turgescit. Itaq; nares etiã, ac pectus, eo tempore tument, atq; omnia uelut germinant, tenera, & iniuriæ obnoxia. Sed ut ad propositum redeam, iam confirmatæ constitutæq; uocis genus exercitationis optimum duco, quod est operi simillimum, dicere quotidie sicut agimus. Nanq; hoc modo non uox tantum confirmatur & latus, sed etiam corporis decens & accommodatus orationi motus componitur. Non alia est autem ratio pronunciationis, quàm ipsius orationis. Nam ut illa emendata, dilucida, ornata, apta, esse debet: ita hæc quoq; emendata erit, id est uitio carebit, si fuerit os facile, explanatum, iucundum, urbanũ: id est, in quo nulla neq; rusticitas neq; peregrinitas resonet. Non enim sine causſa dicitur barbarum, græcum'ue. Nã sonis homines, ut æra tinnitu, dignoscimus. Ita fiet illud quod Ennius probat, cum dicit suauiloquẽti ore Cethegũ fuisse: non quod Cicero in ijs reprehendit, quos aut latrare, nõ agere. Sunt enim multa uitia, de quibus dixi, cum in quadam primi libri parte puerorum ora formarẽ, opportunius ratus in ea ætate facere illorum mentionẽ, in qua emendari possunt. Itaq; sit ipsa uox primùm (ut sic dicam) sana, id est, nullam eorum de quibus nũc dixi, patiatur incommodũ: deinde non subsurda, rudis, immanis, dura, rigida, *uana, præpinguis, aut tenuis, inanis, acerba, pusilla, mollis, effœminata: spiritus, nec breuis, nec parum durabilis, nec in receptu difficilis. Dilucida uerò erit pronunciato, primùm si uerba tota exegerit, quorũ pars deuorari, pars destitui solet, pleriscq; extremas syllabas non

Cicero in Bruto. Lib. 1. cap. 1. & 5.

*uaria,

uon proferentibus, dum priorum sono indulgent. Vt est autem necessaria uerborum explanatio, ita omnes computare & uelut annumerare literas, molestum, & odiosum. Nam & uocales frequẽtissimè coëunt, & consonantium quædam insequente uocali dissimulantur. utriusq; exemplum posuimus,

Multum ille & terris... Vitatur etiam duriorum inter se cõgressus, unde pellexit, & collegit, & quæ alio loco dicta sunt. Ideoq; laudatur in Catulo suauis appellatio literarũ. Secundũ est, ut sit oratio distincta, id est ut qui dicit, & incipiat ubi oportet, & desinat. Obseruandũ etiam quo loco sustinẽdus & quasi suspendendus sermo sit (quã Græci ὑποστολὴν, uel ὑποσιγμὴν uocãt) quo deponendus. Suspẽditur, Arma uirumq; cano, quia illud uirum, ad sequẽtia pertinet: ut sit, uirũ, Troiæ qui primus ab oris, & hic iterum. nam etiamsi aliud est unde uenit, quàm quò uenit, non distinguendum tamen, quia utrunq; eodem uerbo continetur, uenit. tertio Italiam, quia interiectio est fato profugus, & cõtinuum sermonem qui faciebat, Italiam Lauinaq;, diuidit: ob eandemq; causſam, quarto profugus: deinde, Lauinaq; uenit Littora: ubi iam erit distinctio, quia inde alius incipit sensus. Sed in ipsis etiam distinctionibus tempus aliàs breuius, aliàs longius dabimus. Interest enim, sermonem finiat, an sensum. Itaq; illam distinctionem Littora, protinus altero spiritus initio insequar. cum illuc uenero, ...Atq; altæ mœnia Romæ: deponam, & morabor, & nouum rursus exordiũ faciam. Sunt aliquãdo & sine respiratione quædã moræ etiã in periodis: ut in illa, In cœtu uerò populi Romani, negocium publicum gerens, magister equitum, &c. Multa mẽbra habent. Sensus enim sunt alij atq; alij, & sicut una circũductio est, ita paulũ morãdũ in his interuallis, nõ interrũpendus est cõtextus. & ecõtrario spiritũ interim recipere sine intellectu moræ necesse est: quo loco quasi særipiẽdus

Aenid. 1.

Cicero in Bruto.

* ὑποστολὴν

Aeneid. 1.

Philip. 2.

dus est: alioqui si inscitè recipiatur, non minus afferat obscuritatis, quàm uitiosa distinctio. Virtus autem distinguẽdi fortasse sit parua, sine qua tamẽ esse nulla alia in agendo potest. Ornata est pronunciatio, cui suffragatur uox facilis, magna, beata, flexibilis, firma, dulcis, durabilis, clara, pura, secans aëra, auribus sedens. Est enim quædam ad auditum accommodata, nõ magnitudine, sed proprietate, ad hoc uelut tractabilis, utique habens omnes in se qui desiderãtur sonos, intẽtiones q̃s, & toto (ut aiũt) organo instructa: cui aderit lateris firmitas, spiritus cum spatio pertinax, tum labori non facilè cessurus. Neq; grauissimus, ut in musica, sonus, nec acutissimus orationibus cõuenit. Nam & hic parum clarus, nimiumq; plenus, nullum afferre animis motum potest: & ille prætenuis, & immodicæ claritatis, cum est ultra uerum, tum neq; pronunciatione flecti, neq; diutius ferre intentionem potest. Nam uox, ut nerui, quo remissior, hoc & grauior & plenior: quo tensior, hoc tenuis & acuta magis est. Sic ima uim non habet, summa rũpi periclitatur. Medijs igitur utendũ sonis: hiq̃s, cum augenda intẽtio est, excitandi: cum summittẽda, sunt temperãdi. Nam prima est obseruatio rectè pronunciãdi, æqualitas, ne sermo subsultet imparibus spatijs ac sonis, miscens longa breuibus, grauia acutis, clata summissis: & inæqualitate horum omnium, sicut pedum, claudicet. Secunda, uarietas est, quod solum est pronũciatio: ne quis pugnare inter se putet æqualitatẽ & uarietatem: cum illi uirtuti contrarium sit uitium inæqualitas, huic, qui dicitur μονοειδὴς, quasi quidam unus aspectus. Ars porro uariandi cum gratiam præbet, ac renouat aures, tum dicentem ipsa laboris mutatione reficit: ut standi, ambulandi, sedendi, iacendi uices sunt, nihilq; eorum pati unum diu possumus. Illud uerò maximũ (sed id paulò pòst tractabimus) quòd secundũ rationẽ rerũ de quibus dicimus, animorumq; habitus, con

formanda uox est, ne ab oratione discordet. Vitemus igitur illam quæ græce μονοτονία uocatur, una quædam spiritus ac soni intentio: non solum ne dicamus omnia clamosè, quod insanum est: aut intra loquendi modũ, quod motu caret: aut summisso murmure, quo etiam debilitatur omnis intẽtio, sed ut in ijsdem partibus, ijsdemq; affectibus, sint tamen quædam non ita magnæ uocis declinationes, prout aut uerborum dignitas, aut sententiarũ natura, aut depositio, aut inceptio, aut trãsitus postulabit: ut qui singulis pinxerunt coloribus, alia tamẽ eminentiora, alia reductiora fecerunt, sine quo ne membris quidẽ suas lineas dedisset. Proponamus enim nobis illud Ciceronis in oratione nobilissima pro Milone principiũ, non ne ad singulas penè distinctiones, quanuis in eadem facie, tamen quasi uultus mutandus est? Etsi uereor Iudices, ne turpe sit pro fortissimo uiro dicere incipientem timere. Etiam si est toto proposito cõtractũ atq; summissum, quia et exordiũ est, & soliciti exordiũ, tamen fuerit necesse est aliquid plenius & erectius dum dicit, Pro fortissimo uiro, quàm eũ, Etsi uereor: & Turpe sit: & Timere. Iã secũda respiratio increscat oportet, & naturali quodam conatu, quo minus pauidè dicimus quæ sequũtur, & quo magnitudo animi Milonis ostenditur, Minimeq̃s deceat, cũ T. Annius ipse magis de Reipub. salute quàm de sua perturbetur. Deinde quasi obiurgatio sui est, Me ad eius causſam, parem animi magnitudinem afferre non posse. Tum inuidiosiora, Tamen hæc noua iudicij noua forma terret oculos. Illa uerò iam penè apertis (ut aiunt) tibijs, Qui quocunque inciderunt, ueterem consuetudinem fori, & pristinum morem iudiciorum requirunt. Nam sequens latum etiam atque fusum est, Non enim corona consessus uester cinctus est, ut solebat. Quod notaui, ut appareret non solùm in membris causſæ, sed etiam in articulis esse aliquam pronuncian

ciãdi uarietatẽ: sine qua nihil neq; maius neq; minus est. Vox autem ultra aures urgẽda non est. Nam & suffocata sæpe, & maiore nisu minus clara est, & interim elisa, in illum sonum erumpit cui græci κλωσμὸν nomen à gallorum immaturo cantu dederunt. Nec uolubilitate nimia confundenda quæ dicimus: qua & distinctio perit, & affectus, & nonnunquã etiã uerba aliqua sui parte fraudantur. Cui contrarium est uitium nimiæ tarditatis. Nam & difficultatem inueniendi fatetur, & segnitia soluit animos, & in quo est aliquid, temporibus præfinitis* aquã perdit. Promptum sit os, non præceps: moderatum, non lentum. Spiritus quoq; nec crebrò receptus concidat sententiam: nec eousq; trahatur, donec deficiat. Nam & deformis est consumpti illius sonus, & respiratio sub aqua diu pressi similis, & receptus longior, & non opportunus: ut qui fiat non ubi uolumus, sed ubi necesse est. Quare longiorẽ dicturis periodum, colligendus est spiritus: ita tamen, ut id neq; diu, neq; cum sono faciamus, neq; omnino ut manifestum sit: reliquis partibus optimè inter iũcturas sermonis reuocabitur.

*alludit ad rationem clepsydrarum.

De Orat. 1. Exercendus autẽ est, ut sit quamlongissimus: quod Demosthenes ut efficeret, scandens in aduersum cõtinuabat quàm posset plurimos uersus. Idem quò facilius uerba ore libero exprimeret, calculos lingua uoluẽs dicere domi solebat. Est interim & lõgus, & plenus & clarus satis spiritus, non tamẽ firmæ intẽtionis, ideoq; tremulus: ut corpora quæ aspectu integra, neruis parũ sustinentur. Id βράγχον græci uocãt. Sunt qui spiritũ cum stridore per rationẽ dentiũ non recipiũt, sed resorbẽt. Sũt qui crebro anhelitu, & introrsum etiã clarè sonãte, imitentur iamẽta onere & iugo laborantia. Quod affectant quoq;, tanquam inuentionis copia urgeantur, maiorq; uis eloquẽtiæ ingruat, quàm quæ emitti faucibus possit. Est alijs cõcursus oris, & cũ uerbis suis colluctatio. Iam tussire, & expuere crebro, & ab

& ab imo pulmone pituitã trochleis adducere, & oris humore proximos spargere, & maiorẽ partem spiritus in eloquẽdo per nares effundere, etiam si nõ utiq; uocis sunt uitia, quia tamẽ propter uocẽ accidunt, potissimum huic loco subijciantur. Sed quodcũq; ex his uitiũ magis tulerim, quàm quo nunc maximè laboratur in causis omnibus scholisq;, cãtandi: quod inutilius sit an fœdius, nescio. Quid enim minus Oratori conuenit, quàm modulatio scenica, & nonnunquã ebriorum aut comessantium licentiæ similis? Quid uerò mouẽdis affectibus contrarium magis, quàm cum dolendum, irascendũ, indignãdum, cõmiserandum sit, nõ solùm ab ijs affectibus, in quos inducendus est iudex, recedere, sed ipsum fori sanctitatẽ, ludorũ talarium licẽtia soluere? Nam Cicero illos ex Lycia & Caria rhetoras penè cantare in epilogis dixit. Nos etiã cantandi seueriorẽ paulò modum exceßimus. Quisquam'ne, non dico de homicidio, sacrilegio, parricidio, sed de calculis certè atq; rationibus, quisquã deniq; (ut semel finiam) in lite cantat? Quod si omnino recipiendum est, nihil causæ est cur nõ illam uocis modulationem fidibus ac tibijs, imò me hercule, quod est huic deformitati propius, cymbalis adiuuemus. Facimus tamen hoc libenter: Nam nec cuiquam sunt iniucunda quæ cantat ipse: & laboris in hoc, quàm in agendo, minus est. Et sunt quidam qui secundum alia uitæ uitia, etiam hac ubiq; audiendi quod aures mulceat, uoluptate ducantur. Quid ergo? non & Cicero dicit esse aliquem in oratione cantum obscuriorem? Et hoc quodã naturali uitio uenit. Ostendam non multò pòst, ubi & quatenus recipiendus sit hic flexus, & cãtus quidem, sed (quod pleriq; intelligere nolunt) obscurior. Iam enim tempus est dicendi quæ sit apta pronunciatio: Quæ certè ea est, quæ ijs de quibus dicimus, accõmodatur: quod quidem maxima ex parte præstant ipsi motus animorũ, sonatq; uox ut ferìtur. Sed cum

In Oratore.

In Orato.

sint alij ueri affectus, alij ficti & imitati: ueri naturaliter erũpunt, ut dolentiũ, irascẽtiũ, indignãtium: sed carẽt arte, ideoq; sunt disciplinæ traditione formãdi. Contrà qui effingũtur imitatione, artẽ habent: sed hi carẽt natura: ideoq; in his primum est bene affici, & cõcipere imagines rerũ, & tanquam ueris moueri. sic uelut media uox, quem habitũ à nostris acceperit, hunc Iudicum animis dabit. Est enim mẽtis index, ac totidem, quot illa, mutationes habet. Itaque Lætis in rebus plena, simplex, & ipsa quodam modo hilaris fluit: at in certamine erecta totis uiribus, & uelut omnibus neruis intenditur. Atrox in ira, & aspera ac densa, & respiratione crebra. Neq; enim potest esse longus spiritus, cum immoderatè effunditur. Paululum in inuidia facienda *lentior, quia non fere ad hanc nisi inferiores confugiunt: at in blãdiendo, fatendo, satisfaciendo, rogando, lenis & summissa. Suadentiũ, & monentiũ, & pollicentiũ, & consolantiũ grauis. In metu & uerecũdia cõtracta, adhortationibus fortis, disputationibus teres, miseratione flexa & flebilis, & cõsultò quasi obscurior: at in egreßionibus fusa, & securæ claritatis, in expositione ac sermonibus recta, & inter acutũ sonũ & grauem media. Attollitur autem cõcitatis affectibus, compositis descẽdit, pro utriusq; rei modo altius uel inferius. Quid autem quisq; in dicendo postulet locus, paulum differã, ut de gestu prius dicam: qui & ipse uoci consentit, & animo cum ea simul paret. Is quantũ habeat in Oratore momenti, satis uel ex eo patet, quòd pleraq; etiã citra uerba significat. Quippe non manus solum, sed nutus etiã declarãt nostram uoluntatem, & in mutis pro sermone sunt: & salutatio frequenter sine uoce intelligitur atq; afficit, & ex ingressu uultuq; perspicitur habitus animorum: & animalium quoq; sermone carentium, ira, lætitia, adulatio, & oculis, & quibusdam alijs corporis signis deprehẽditur. Nec mirum

*lenior,

Cic. in Part.

rum si ista, quæ tamen in aliquo sunt posita motu, tantum in animis ualẽt, quũ pictura tacens opus, & habitus semper eiusdem, sic in intimos penetret affectus, ut ipsam uim dicẽdi nonnunquam superare uideatur. Cõtrà si gestus ac uultus ab oratione dissentiant, tristia dicamus hilares, affirmemus aliqua renuentes: non authoritas modò uerbis, sed etiam fides desit. Decor quoq; à gestu atque motu uenit. Ideoq; Demosthenes grande quoddam intuens speculum, componere actionẽ solebat. Adeo quamuis fulgor ille sinistras imagines reddat, suis demum oculis credidit quod efficeret. Præcipuum uerò in actione, sicut in corpore ipso, caput est, cum ad illum de quo dixi decorem, tum etiam ad significationem decoris. Illa sunt, ut sit primò rectum, & secundum naturam. Nam & deiecto humilitas, & supino arrogãtia, & in latus inclinato languor, & præduro ac rigente barbaria quædam mentis ostenditur. Tum accipiat aptos ex ipsa actione motus, ut cum gestu concordet, & manibus ac lateribus obsequatur. Aspectus enim semper eodem uertitur quò gestus, exceptis quæ aut damnare, aut concedere, aut à nobis remouere oportebit: ut idem illud uultu uideamur auersari, manu repellere:

–Dij talem terris auertite pestem. &, Aeneid. 3.

–Haud equidem tali me dignor honore. Aeneid. 1.

Significat uerò plurimis modis. Nam præter annuẽdi, renuẽdi, confirmandiq; motus, sunt & uerecũdiæ, & dubitationis, & admirationis, & indignationis noti et cõmunes omnibus. Solo tamẽ eo facere gestũ scenici quoq; doctores uitiosum putauerunt. Etiam frequens eius nutus non caret uitio: adeo iactare id, & comas executientem rotare, phanaticum est. Dominatur autem maximè uultus. Hoc supplices, hoc minaces, hoc blandi, hoc tristes, hoc hilares, hoc erecti, hoc summissi sumus. hoc pendent homines, hunc intuentur, hunc

ſpectant etiã antequã dicimus. hoc quoſdam amamus, hoc odimus, hoc plurima intelligimus. hic eſt ſæpe pro omnibus uerbis. Itaq; in ijs quæ ad ſcenã cõponũtur fabulis, artifices pronunciandi à perſonis quoq; affectus mutuãtur: ut ſit Niobe in tragœdia triſtis, atrox Medea, attonitus Aiax, truculẽtus Hercules. In comœdijs uerò præter aliam obſeruationẽ, qua ſerui, lenones, paraſiti, ruſtici, mulites, uetulæ, meretriculæ, ancillæ, ſenes auſteri ac mites, iuuenes ſeueri ac luxurioſi, matronæ, puellæ, inter ſe diſcernuntur: pater ille cuius præcipuæ partes ſunt, quia interim concitatus, interim lenis eſt, altero erecto, altero cõpoſito eſt ſupercilio. atq; id oſtẽdere maximè Latinis actoribus moris eſt, quod cum ijs quas agũt partibus cõgruat. Sed in ipſo uultu plurimũ ualent oculi, per quos maximè animus emanat, ut citra motum quoq; & hilaritate eniteſcãt, & triſtitia quoddã nubilum ducãt. Quinetiam lacrymas his natura mẽtis indices dedit: quæ aut erumpunt dolore, aut lætitia manãt. Motu uerò intenti, remiſſi, ſuperbi, torui, mites, aſperi fiunt: quæ ut actus popoſcerit, fingẽtur. Rigidi uerò & extẽti, aut languidi & torpẽtes, aut ſtupẽtes, aut laſciui & mobiles, aut natantes, & quadã uoluptate ſuffuſi, aut limi, & (ut ſic dicam) uenerei, aut poſcẽtes aliquid, pollicentes'ue nonnunquã eſſe debebunt. Nam opertos compreſſos'ue eos in dicẽdo, quis niſi planè rudis aut ſtultus habeat? Et ad hæc omnia exprimenda, in palpebris etiam & in genis eſt quoddam deſeruiẽs his miniſterum. Multum & ſupercilijs agitur. Nam & oculos fõrmant aliquatenus, & fronti imperant. His contrahitur, attollitur, demittitur: ut una res in ea plus ualeat, ſanguis ille qui mentis habitu mouetur, & cum infirmam uerecundia cutem accipit, effunditur in ruborẽ: cũ metu refugit, abit omnis, & pallore frigeſcit: temperatus medium quoddam ſerenum efficit. Vitium in ſupercilijs, ſi aut immota ſunt omnino, aut nimium

nimium mobilia, aut inæqualitate (ut modo de perſona comica dixerã) diſſident, aut contra id quod dicimus finguntur. Ira enim cõtractis, triſtitia deductis, hilaritas remiſſis oſtenditur. Annuẽdi quoq; & renuẽdi ratione demittũtur, aut alleuãtur.

Naribus labriſq; non ferè quicquã decenter oſtendimus, tametſi deriſus, contemptus, faſtidium ſignificari ſolet. Nam & corrugare nares (ut Horatius ait) & inflare, & mouere, & digito inquietare, & impulſu ſubito ſpiritum excutere, & diducere ſæpius, & plana manu reſupinare, indecorũ eſt: cum emunctio etiã frequentior nõ ſine cauſſa reprehendatur. Labra & porrigũtur malè, & ſcinduntur, & adſtringũtur, & diducũtur, & dentes nudant, & in latus ac penè ad aurẽ trahuntur, & uelut quodã faſtidio replicãtur, & pẽdent, & uocem tantum altera parte dimittũt. Lambere quoq; ea & mordere, deformẽ eſt: cum etiã in* efficiẽdis uerbis modicus eorũ eſſe debeat motus. Ore enim magis quàm labris loquendũ eſt. Ceruicẽ rectam oportet eſſe, non rigidam aut ſupinã. Collum diuerſa quidẽ, ſed pari deformitate & cõtrahitur, & tẽditur: ſed tenſo ſubeſt & labor, tenuaturq; uox ac fatigatur. Affixũ pectori mentum, minus claram, & quaſi latiorem preſſo gutture facit. Humerorum rarò decens alleuatio atq; contractio eſt. Breuiatur enim ceruix, & geſtum quendam humilem atq; ſeruilem & quaſi fraudulentum facit, cum ſe in habitum adulationis, admirationis, metus, fingunt. Brachij moderata proiectio remiſſis humeris, atque explicantibus ſe in proferenda manu digitis, continuos & decurrentes locos maximè decet. At cum ſpecioſius quid uberiusq; dicendum eſt, ut illud, Saxa atq; ſolitudines uoci reſpondent, expatiatur in latus, & ipſa quodammodo ſe cum geſtu fundit oratio. Manus uerò, ſine quibus truncа eſſet actio ac debilis, uix dici poteſt quot motus habeant, cum penè ipſam uerborum copiam perſequantur.

* efferendis

Scrmo. 2.

Pro Arch.

Nam cæteræ partes loquentem adiuuant, hæ (propè est ut dicam) ipsæ loquuntur. An non his poscimus? pollicemur? uocamus? dimittimus? minamur? supplicamus? abominamur? timemus? interrogamus? negamus? gaudiũ, tristitiã, dubitationem, confessionem, pœnitentiã, modum, copiam, numerũ, tempus, ostendimus? Non eædem concitant? supplicant? inhibent? probant? admirantur? uerecundantur? Non in demonstrandis locis atq; personis, aduerbiorum atq; pronominũ obtinẽt uicem? ut in tanta per omnes gentes nationesq; linguæ diuersitate, hic mihi omniũ hominum cõmunis sermo uideatur. Et ij quidem de quibus iam locutus, cum ipsis uocibus naturaliter exeũt gestus: alij sunt qui res imitatione significant: ut si ægrũ tentantis uenas medici similitudine, aut cithарœdum formatis ad modũ percutiẽtis neruos manibus ostendas, quod est genus quamlongissimè in actione fugiendũ. Abesse enim plurimum à saltatore debet Orator, ut sit gestus ad sensus magis quàm ad uerba accõmodatus: quod etiã histrionibus paulo grauioribus facere moris fuit. Ergo ut ad se manũ referre, cũ de se ipso loquatur, & in eum quem demonstret, intendere, & aliqua his similia permiserim: ita non effingere statuas quosdã, & quicquid dicet, ostendere. Neq; id in manibus solum, sed in omni gestu ac uoce seruãdum est. Non enim aut in illa periodo, Stetit soleatus Prætor populi Romani, inclinatio incumbentis in
Act. 7. In eadem. mulierculam Verris effingenda est: aut in illa, Cædebatur in medio foro Messanæ: motus laterum qualis esse ad uerbera solet, torquendus: aut nox qualis dolore exprimitur, eruenda: eum nubi Comœdi quoq; pessimè facere uideantur, qui etiam si iuuenem agant, cum tamen in expositione aut senis sermo, ut in Hydriæ prologo: aut mulieris, ut in Georgo, incidit, tremula uel effœminata uoce pronunciant. Adeò in illis quoque est aliqua uitiosa imitatio, quorum ars omnis constat imitatione.

tione. Est autẽ gestus ille maximè cõmunis, quo medius digitus in pollicẽ cõtrahitur explicitis tribus, & principijs utilis cum leni in utranq; partẽ motu modicè prolatus, simul capite atq; humeris sensim ad id quò manus feratur, obsecundantibus: & in narrando certus, sed tum paulo productior: & in exprobrando & arguendo acer atq; instans. Longius enim partibus his & liberius exeritur. Vitioſe uerò idem sinistrum quasi humerũ petens in latus agi solet: quanquã adhuc peius aliqui transuersum brachiũ proferunt, & cubito prouũciant. Duo quoq; medij sub pollicẽ ueniunt, & est hic adhuc priore gestus instantior, principio & narrationi nõ accommodatus. At cum tres contracti pollice premũtur, tum digitus ille, quo usum optimè Crassum Cicero dicit, explicari solet. Is in exprobrãdo & indicãdo (unde ei nomẽ est) ualet: & alleuata ac spectante humerũ manu paulum inclinatus affirmat: uersus in terrã & quasi pronus urget: aliquãdo pro numero est. Idem summo articulo utrinq; leuiter apprehenso, duobus modicè curuatis, manus tamen minimo, aptus ad dispatandum est. Aerius tamen argumentari uidentur, qui medium articulum potius tenent: tantò contractioribus ultimis digitis, quantò priores descenderunt. Est & ille uerecundæ orationi aptissimus, quo quatuor primis leuiter in summum coëuntibus digitis, non procul ab ore aut pectore fertur ad nos manus, & deinde prona ac paululum prolata laxatur. Hoc modo cœpisse Demosthenẽ credo in illo pro Ctesiphonte timido summissoq; principio: sic formatam Ciceronis manum cum dice- Pro Arch.
ret, Si quid est in me ingenij iudices, quod sentio quàm sit exiguum. Eadem aliquatenus liberius deorsum spectantibus digitis colligitur in os, & fusius paulo in diuersum resoluitur, ut quodammodo sermonem ipsum proferre uideatur. Binos interim digitos distinguimus, sed non inserto pollice, paulum

tamẽ inferioribus intrà ſpectãtibus, ſed ne illis quidẽ tenſis qui ſuprà ſunt. Duo interim extremi palmam circa ima pollicis premunt, ipſe prioribus ad medios articulos iungitur: interim quartus obliquè reponitur: interim quatuor remiſſis magis quã tenſis, pollice intus inclinato, habilẽ in latus demonſtrando, aut diſtinguẽdo quæ dicimus, manũ facimus, cum ſupina in ſiniſtrũ latus, prona in alterũ fertur. Sunt et illi breues geſtus, cum manus leuiter pãdata, qualis * uouentiũ eſt, paruis interuallis, et ſubaſſentiẽtibus humeris mouetur: maximè apta parcè & quaſi timidè loquẽtibus. Eſt admirationi conueniens ille geſtus, quo manus modicè ſupinata, ac per ſingulos à minimo collecta digitos, redeũte flexu ſimul explicatur atq; cõuertitur. Nec uno modo interrogãtes geſtum cõponimus: plerunq; tamẽ uertẽtes manũ, utcũq; cõpoſita eſt. Pollici proximus digitus, mediumq; quà dexter eſt, unguẽ pollici ſummo ſuo iungens, remiſſis cæteris, eſt & approbãtibus & narrãtibus & diſtinguẽtibus decorus. Cui nõ diſſimilis, ſed compreſſis tribus digitis, quo nunc Græci plurimùm utũtur etiam utraq; manu, quoties enthymemata ſua geſtu uelut cornu tundũt cæſim. Manus lenior promittit & aſſentatur, citatior hortatur, interim laudat. Eſt & ille urgentis orationem geſtus uulgaris magis quàm ex arte, qui cõtrahit alterno celeriq; motu & explicat manũ. Eſt & illa caua, & rara, & ſupra humeri altitudinem elata cum quodam motu uelut hortatrix manus, à peregrinis ſcholis iam propè recepta. Tremula, ſcenica eſt. Digitos, cum ſummi coierũt, ad os referre cur quibuſdã diſplicuerit, neſcio. Nam id & leuiter admirãtes, & interim ſubita indignatione uelut paueſcẽtes, & deprecantes, facimus. Quin compreſſam etiam manum in pœnitentia uel ira pectori admouemus, ubi uox uel inter dentes expreſſa non dedecet, Quid nunc agam? Quid faciam? Auerſo pollice demonſtrare aliquid, receptum

*fouentium

ptum magis puto, quàm Oratori decorũ. Sed cum omnis motus ſex partes habeat, ſeptimuſq; ſit ille qui in ſe redit orbis, uitioſa eſt una circumuerſio: reliqui, ante nos, & dextra læuaq;, & ſurſum & deorſum aliquid oſtendunt: in poſteriora geſtus non dirigitur. Interim tamen uelut reijci ſolet. Optimè autem manus à ſiniſtra parte incipit, in dextra deponitur: ſed ut deponi, non ut ferire uideatur: quanquam & in fine interim cadit, ut citò tamen redeat: & nonnunquam reſilit uel negantibus nobis, uel admirantibus. Hic ueteres artifices illud rectè adiecerũt, ut manus cum ſenſu & inciperet, & deponeretur. Alioqui enim aut ante uocem erit geſtus, aut poſt uocẽ: quod eſt utrunq; deforme. In illo lapſi nimia ſubtilitate ſunt, quòd interuallũ motus tria uerba eſſe uoluerunt: quod nec obſeruatur, nec fieri poteſt: ſed illi quaſi menſurã tarditatis celeritatisq; aliquã eſſe uoluerunt, nec immerito, ne aut diu ociosa eſſet manus, aut (quod multi faciunt) actionem continuo motu concideret. Aliud eſt quod & fit frequentius, & magis fallit. Sunt quædam latentes ſermonis percußiones, & quaſi aliqui pedes, ad quos plurimorũ geſtus cadit: ut ſit unus motus, Nouum crimen: alter, C. Cæſar. tertius, Et ante hanc diem: Pro Lig. quartus, Inauditũ: deinde, Propinquus meus: &, Ad te Quintus Tubero detulit. Vnde id quoq; fluit uitiũ, ut iuuenes cũ ſcribũt, geſtu præmodulati cogitationẽ, ſic cõponãt, quo modo cæſura manus eſt. Inde & illud uitiũ, ut geſtus qui in fine dexter eſſe debet, in ſiniſtrum frequẽter deſinat. Melius illud, cũ ſint in ſermone omni breuia quædã membra, ad quæ, ſi neceſſe ſit, recipere ſpiritũ liceat, ad hæc geſtũ diſponere: ut puta, Nouum crimẽ C. Cæſar, habet per ſe finẽ quendã ſuum, quia ſequitur coniunctio deinde, Et ante hanc diem inauditũ, ſatis circunſcriptum eſt. Ad hæc commodanda manus eſt, idq; dum erit prima & cõpoſita actio. At ubi iam calor eam cõcitauerit,

rit,etiã gestus cũ ipsa orationis celeritate crebrescet. Alijs locis etiam,alijs pressa conueniet pronunciatio. Illa transcurrimus,cõgerimus,abundamus,festinamus:hac instamus,inculcamus,infigimus.Plus autem affectus habẽt lẽtiora, ideoq; Roscius citatior,Aesopus grauior fuit:quòd ille comœdias,hic tragœdias egit.Eadem motus quoq; obseruatio est. Itaq; in fabulis,iuuenum,senum, militum, matronarum grauior ingressus est: serui,ancillæ,parasiti,piscatores citatius mouentur. Tolli autem manum artifices supra oculos,demitti infra pectus uetant:adeò à capite eam petere,aut ad imum uentrem deducere uitiosum habetur. Ad sinistram intra humerum promouetur, ultrà nõ decet.Sed cum auersantes in læuã partem uelut propellemus manum,sinister humerus proferẽdus,ut eam capite ad dextram ferente consentiat. Manus sinistra nunquã sola gestum recte facit: dextræ se frequenter accommodat,siue in digitos argumẽta digerimus, siue auersis in sinistrum palmis abominamur,siue obiecimus aduersas, siue in latus utrãq; distendimus,siue satisfacientes,aut supplicãtes. Diuersi autẽ sunt hi gestus,siue summittimus,siue adorantes attollimus,siue aliqua demonstrationi aut inuocationi protendimus, Vos Albani tumuli atq; luci. Aut Gracchanum illud, Quò me miser cõferam?quò uertã?in Capitolium?ne?at fratris sanguine redundat. an domum? matrem?ne ut miseram lamentantemq; uideam & abiectam?Plus enim affectus in his iunctæ exhibent manus.In rebus paruis,tristibus, mitibus, breues, magnis,lætis, atrocibus, extensiores sunt. Vitia quoque earum subijcienda sunt, quo quidem accidere etiam exercitatis actoribus solent.Nam gestum poculum poscentis,aut uerbera minantis, aut numerum quingẽtorum flexo pollice efficientis,quæ sunt à quibusdam scriptoribus notata, ne in rusticis quidem uidi. At ut brachio exerto introspiciatur latus, ut manum alius ultra

Pro Milo. De Orat.3.

Numerare digitis.

ultra sinum proferre non audeat,alius in quantum patet longitudo protẽdat, aut ad tectum erigat, aut repetito ultra læuum humerum gestu ita in tergum flagellet,ut consistere post eum parum tutum sit,aut sinistrum ducat orbem, aut temere sparsa manu in proximos offendat,aut cubitum utrunq; in diuersum latus uentilet: sæpe scio euenire. Solet esse & pigra, & trepida, & secanti similis:interim etiã uncis digitis, aut à capite deijciatur, aut cadẽ manus supinata in superiora iactetur. Fit & ille habitus, qui esse in statuis pacificator solet, quã inclinato in humerũ dextrũ capite,brachio ab aure protenso, manũ infesto pollice extendit:qui quidẽ maxime placet ijs qui se dicere sublata manu iactant. Adijcias licet eos quã sententias uibratis digitis iaculãtur,aut manu sublata denũciãt,aut(quod per se interim recipiendũ est)quoties aliquid ipsis placuit, in ungues erigũtur sed uitiosum id faciũt,aut digito quãto plurimũ possint erecto,aut etiã duobus, aut utraq; manu ad modũ aliquid portantiũ compositi. His accedunt iactia non naturæ sed trepidationis,cum ore concurrente rixari, si memoria fefellerit, aut cogitatio non suffragetur, quasi faucibus aliquid obstiterit insonare. in aduersum tergere nares, obambulare sermone imperfecto, resistere subitò,& laudẽ silẽtio poscere: quæ omnia persequi propè infinitũ est.Sua enim cuiq; sunt uitia.Pectus ac uẽter ne proijciãtur, obseruandũ. Pandant enim posteriora: & est odiosa omnis supinitas. Latera cum gestu consentiant. Facit enim aliquid & totius corporis motus:adeò ut Cicero plus illo agi,quàm manibus ipsis putet. Ita enim dicit in Oratore,Nullæ argutiæ digitorum, nõ ad numerũ articulus cadẽs trũco magis toto se ipse moderãs, & uirili laterũ flexione. Femur ferire, quod Athenis primus fecisse creditur Cleon,& usitatũ est,& indignatos decet,& excitat auditorẽ. Idq; in Callidio Cicero desiderat.Non frons,inquit, percussa, non

In Bruto.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non femur, pedum (quod minimũ est) nulla supplosio. Quanquam (si licet) de frõte dissentio. Nam & complodere manus, scenicum est, & pectus cædere. Illud quoq; rarò decebit, caua manu summis digitis pectus appetere, siquando nosmetipsos alloquemur, cohortantes, obiurgantes, miseranies. quod siquando fiet, togam quoq; inde remoueri non decebit. In pedibus obseruantur status & incessus. Prolato dextro stare, & eãdem manum ac pedem proferre, deforme est. In dextrum incumbere interim datur, sed æquo pectore: qui tamen comicus magis quàm oratorius gestus est. Male etiam in sinistrum pedem insistentium dexter aut attollitur, aut summis digitis suspenditur. Varicare supra modum, & in stando deforme est, & accedente motu propè obscœnum. Procursio opportuna, breuis, moderata, rara. Cõueniens etiã ambulatio quædã, propter immodicas laudationum moras: quanquã Cicero rarum incessum, neq; ita longum probat. Discursare uerò, & (quod Domitius Apher de Sura Manilio dixit) satagere, ineptissimũ: urbaneq; Flauius Virginius interrogauit de quodam suo antisophiste, quot millia passuũ declamasset. Præcipi & illud scio, ne ambulãtes auertamur à iudicibus, sed sint obliqui pedes ad conciliũ nobis respicientibus. Id fieri iudicijs priuatis non potest. Verùm & breuiora sunt spatia, nec auersi diu sumus. Interim tamẽ recedere sensim datur. Quidam & resiliunt, quod est planè ridiculum. Pedis supplosio ut loco est opportuna, ut ait Cicero, in contentionibus aut incipiendis, aut finiendis: ita crebra & inepti est hominis, & desinit iudicẽ in se conuertere. Est et illa indecora in dextrũ ac leuũ latus uacillatio, alternis pedibus insistẽtium. Lõgissimè fugienda mollis actio, qualem in Tityo dicit fuisse, unde etiam saltationis quoddã genus Tityus sit appellatum. Reprehendenda est & illa frequens & concitata in utranq; partem nutatio, quam in Curione patre

In Oratore.

De Orat. 3.

In Bruto Tityus.

tre irrisit & Iunius, quærens quis in lintre loqueretur. & C. Sicinius: nam cum assidente collega, qui erat propter ualetudinem & deligatus, & plurimis medicamẽtis propter dolorem artuum delibutus, multũ se Curio ex more iactasset, Nunquã, inquit, Octaui, collegæ tuo gratiam referes: qui nisi fuisset, istic hodie te mascæ comedissent. Iactãtur & humeri: quod uitium Demosthenes ita dicitur emendasse, ut cum in angusto quodã pulpito stans diceret, hasta humero dependens immineret: ut si calore dicendi uitare id excidisset, offensatione illa commoneretur. Ambulantem loqui ita demum oportet in causis publicis, in quibus multi sunt iudices, si quod dicimus, quasi singulis inculcare peculiariter uelimus. Illud uerò non ferendum, quòd quidam reiecta in humerũ toga, cum dextra sinum usq; ad lumbos reduxerũt, sinistra gestum facientes spatiantur, & fabulantur: cum etiam læuã restringere prolata lõgius dextra sit odiosum. Vnde moneor ut ne id quidem transeam ineptissimè fieri, cum inter moras laudationum aut in aurem alicuius loquuntur, aut eum sodalibus iocantur, aut nonnunquam ad librarios suos ita respiciunt, ut sportulam dictare uideantur. Inclinari ad iudicem cum doceas, utiq; si id de quo loquaris, sit obscurius, decet. Incũbere aduocato aduersis subsellijs sedenti, contumeliosum. Reclinari etiam ad suos, & manibus sustineri, nisi planè iusta fatigatio est, delicatum: sicut palàm moneri, excidentis: aut legere. Nanq; in his omnibus & uis illa dicendi soluitur, & frigescit affectus, & iudex parum sibi præstari reuerentiæ credit. Transire in diuersa subsellia, parùm uerecundam est. Nam & Cassius Seuerus urbanè aduersus hoc facientes lineam poposcit. Et si aliquando concitatè itur, nunquã non frigidè reditur. Multa ex ijs quæ præcipimus, mutari necesse est ab ijs qui dicũt apud tribunalia. Nã & uultus erectior, ut eum apud quem dicitur, spectet: & gestus, ut ad

In Bruto.

cund

eundem tendens elatior sit necesse est, & alia quæ occurrere etiã me tacẽte omnibus possunt. Itẽq; ab ijs qui sedẽtes agunt. Nã & ferè fit hoc in rebus minoribus: & ijdẽ impetus actionis esse non possunt, & quædã uitia fiunt necessaria. Nam & dexter pes à læua iudicis sedenti proferẽdus est, & ex altera parte multi gestus necesse est in sinistrũ eant, ut ad iudicẽ spectent. Equidem plerosq; & ad singulas sentẽtiarum clausulas uideo assurgentes sibi, & nonnullos subinde aliquid etiã spatiantes: quod an deceat, ipsi uiderint, cum id faciunt, non sedẽtes agunt. Bibere aut etiam esse inter agendũ, quod multis moris fuit, & est quibusdam, ab Oratore meo procul absit. Nam siquis aliter dicendi onera perferre non possit, non ita miserũ est non agere, potiusq; multo, quàm & operis & hominum contemptũ fateri. Cultus non est proprius Oratoris aliquis, sed magis more conspicitur. Quare sit, ut in omnibus honestis debet esse, splendidus & utilis. Nam & toga, & calceus, & capillus, tam nimia cura quàm negligentia sunt reprehendenda. Est aliquid in amictu, quod ipsum aliquatenus temporum conditione mutatũ est. Nam ueteribus nulli sinus: perquã breues post illos fuerunt. Itaq; etiam gestu necesse est usos esse in principijs eos alio, quorum brachium, sicut Græcorum, ueste continebatur. Sed nos de præsentibus loquimur. Cui laticlauius non erit, ita cingatur, ut tunicæ prioribus oris infra genua paulùm, posterioribus ad medios poplites usque perueniant. Nam infrà mulierum est, supra centurionum. Vt purpuræ rectè descendant, leuis cura est. Notatur interim negligentia. Latum habentiũ clauum modus est, ut sit paulum cinctis summissior. Ipsam togam rotundã esse, & aptè cæsam uelim. Aliter enim multis modis fiet enormis. Pars eius prior medijs cruribus optimè terminatur, posterior eadem portione altius quàm cinctura. Sinus decẽtissimus, si aliquanto supra imã togã fuerit.

Cinctura.

fuerit. nunquam certè sit inferior. Ille qui sub humero dextro ad sinistrum obliquè ducitur uelut balteus, nec strangulet, nec fluat. Pars togæ quæ postea imponitur, sit inferior: nam ita & sedet melius, & continetur. Subducẽda etiã pars aliqua tunicæ, ne ad lacertiũ in actu redeat: tum sinus injiciẽdus humero, cuius extremã oram reiecisse nõ dedecet. Operiri autẽ humerum cũ toto iugulo nõ oportet. alioqui amictus fiet angustus: & dignitatẽ, quæ est in latitudine pectoris, perdet. Sinistrum brachiũ cooperiri quoq; alleuandum est, ut quasi normalẽ illum angulũ faciat. Super quod ora ex toga duplex æqualiter sedeat. Manus non impleatur annulis præcipuè medios articulos non transeuntibus: cuius erit habitus optimus, alleuato pollice, & digitis leuiter inflexis, nisi si libellũ tenebit: quod non utiq; captandum est. Videtur enim fateri memoriæ diffidentiã, & ad multos gestus est impedimẽto. Togam ueteres ad calceos usq; demittebant, ut Græci pallĩ. Idq; ut fiat, qui de gestu scripserunt circa tẽpora illa, Plotius Nigidiusq; præcipiunt. Quo magis miror Plinij Secundi docti hominis, & in hoc utiq; libro penè etiã nimiũ curiosi, persuasionẽ, qui solitum id facere Ciceronẽ uelandarũ uaricum gratia tradit: cum hoc amictus genus in statuis eorum quoq; qui post Ciceronẽ fuerunt, appareat. Palliolũ sicut fasciæ quibus crura uestiuntur, & focalia, & auriũ ligamẽta, sola excusare potest ualetudo. Sed hæc amictus obseruatio, dum incipimus: procedente uerò actu, iam penè ab initio narrationis sinus ab humero rectè uelut sponte delabitur: & cum ad argumenta ac locos uentum est, reijcere à sinistro togam, dejcere etiam si hæreat sinũ, conueniet. Lænam à faucibus ac summo pectore abducere licet. Ardent enim iam omnia. Et ut uox uehementior ac magis uaria est, sic amictus quoq; habet actum quendam uelut præliantem. Itaq; ut læuam inuoluere togæ, & incingi, penè furiosum est, sinum

num uerò in dextrum humerum ab imo reijcere, ſolutum ac delicatũ, fiũtq; adhuc peius aliqua: ita cur laxiorẽ ſinũ ſiniſtro brachio nõ ſubiciamus? Habet enim acre quiddã atq; expeditum, & colori concitationiq; non inhabile. Cum uerò magna pars eſt exhauſta orationis, utiq; afflãte fortuna penè omnia decent, ſudor ipſe & fatigatio, & negligẽtior amictus, & ſoluta ac uelut labens undiq; toga. Quo magis miror hãc quoq; ſuccurriſſe Plinio curã, ut ita ſudario frontẽ ſiccari iuberet, ne comæ turbarentur, quas cõponi poſt paulũ, ſicuti dignũ erat, grauiter & ſeuerè uetuit. Mihi uerò illæ quoq; turbatæ præ ſe ferre aliquid affẽctus, & ipſa obliuione curæ huius commendari uidentur. At ſi incipientibus aut paulũ progreſſis decidat toga, nõ reponere eam prorſus negligentis aut pigri, aut quomodo debeat amiciri, neſcientis eſt. Hæc ſunt uel illuſtramẽta pronunciationis, uel uitia: quibus propoſitis, multa cogitare debet Orator. Primùm, quid, apud quos, quibus præſentibus ſit actũrus. Nam ut dicere alia alijs, & apud alios magis conuenit: ſic etiam facere. Neq; eadem in uoce, geſtu, inceſſu, apud Principem, Senatum, populũ, magiſtratum, priuato, publico iudicio, poſtulatione, actione ſimiliter decent. Quã differentiã ſubijcere ſibi quiſq;, qui animum intẽderit, poteſt. tum qua de re dicat, & efficere quid uelit. Rei quadruplex obſeruatio eſt. Vna in tota cauſſa. Sunt enim triſtes, hilares, ſolicitæ, ſecuræ, grãdes, puſillæ: ut uix unquã ita ſolicitari partibus earum debeamus, ut nõ ſummæ meminerimus. Altera, quæ eſt in differẽtia partiũ, ut in procœmio, narratione, argumẽtatione, epilogo. Tertia in ſentẽtijs ipſis, in quibus ſecũdũ res & affẽctus uariãtur omnia. Quarta, in uerbis, quorũ ut eſt uitioſa, ſi efficere omnia uelimus, imitatio: ita quibuſdã niſi ſua natura redditur, uis omnis aufertur. Igitur in laudationibus (niſi ſi funebres erũt) gratiarum actione, exhortatione, ſimilibus, læta & magni

magnifica & ſublimis eſt actio. Funebres conciones, conſolationes, plerunq; cauſſæ reorũ, triſtes atq; ſummiſſæ. In Senatu conſeruãda authoritas: apud populũ, dignitas: in priuatis, modus. De partibus cauſſæ, & ſentẽtijs uerbisq;, quæ ſunt niduplicia, pluribus dicendũ. Tria autẽ præſtare debet pronũciatio: cõciliet, perſuadeat, moueat: quibus natura cohæret, ut etiã delectet. Cõciliatio ferè aut cõmendatione morum (qui neſcio quomodo ex uoce etiam atq; actione pellucent) aut orationis ſuauitate cõſtat: perſuadẽdi uis aſſeueratione, quæ interim plus ipſis probationibus ualet. An iſta (inquit Callidio Cicero) ſi uera eſſent, ſic à te dicerẽtur? &, Tantum abeſt ut inflãmares noſtros animos: ſomnũ iſto loco uix tenebamus. Fiducia igitur appareat, & cõſtantia, utiq; ſi authoritas ſubeſt. Mouẽdi autẽ ratio aut in repræſentandis eſt, aut imutandis affectibus. Ergo cum iudex in priuatis, aut præco in publicis dicere de cauſſa iuſſerit, leniter conſurgendũ: tum in cõponẽda toga, uel (ſi neceſſe erit) etiã ex integro injiciẽda, duntaxat in iudicijs (apud principẽ enim & magiſtratus ac tribunalia nõ licebit) paulũ eſt cõmorandum, ut & amictus ſit decẽtior, & protinus aliquid ſpatij ad cogitandũ. Etiam cum ad iudicẽ nos conuerterimus, & conſultus prætor permiſerit dicere, nõ protinus eſt erumpendum. ſed danda breuis cogitationi mora. Mirè enim auditurum dicturi cura delectat, & iudex ſe ipſe cõponit. Hoc præcipit Homerus Vlyſſis exemplo, quem ſtetiſſe oculis in terram defixis, immotoq; ſceptro, priuſquam illam eloquẽtiæ procellam effunderet, dicit. In hac cunctatione ſunt quædã non indecentes, ut appellant ſcenici, moræ, caput mulcere, manum intueri, infringere articulos, ſimulare conatum, ſuſpiratione ſolicitudinem fateri, aut quod quenq; magis decet: eaq; diutius, ſi iudex nondum intendet animum. Status ſit rectus: æqui & diducti paululum pedes, uel procedens mu-

Iliad. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mo momẽto siniſter: genua recta, ſic tamẽ, ut nõ extendantur. Humeri remiſſi, uultus ſeuerus, nõ mœſtus, nec ſtupẽs, nec languidus: brachia à latere modicè remota: manus ſiniſtra, qualẽ ſuprà demõſtraui: dextra cũ iam incipiendũ erit, paulũ prolata ultra ſinũ, geſtu quàm modeſtiſſimo, uelut expectãs quãdo incipiendũ ſit. Vitioſa enim ſunt illa, intueri lacunaria, perfricare faciẽ, & quaſi improbã facere: tẽdere cõfidentia uultũ, aut quò ſit magis toruus, ſupercilijs adſtringere: capillos à fronte cõtra naturam retroagere, ut ſit horror ille terribilis: tum, id quod græci frequẽtiſſimè faciunt, crebro digitorũ labiorumq; motu cõmentari: ſcreare: pedẽ alterũ longè proferre: partem togæ ſiniſtra tenere: ſtare diductũ, uel rigidũ, uel ſupinum, uel incuruũ, uel humeris, ut luctaturi ſolent, ad occipitium ductis.

Procœmio frequẽtiſſimè lenis cõuenit pronũciatio. Nihil eſt enim ad conciliandũ gratius uerecũdia. Nõ tamẽ ſemper. Nec enim uno modo dicũtur exordia, ut docui. Plerunq; tamen & uox tẽperata, ac geſtus modeſtus, & ſedens humero toga, & laterũ lenis in utrãq; partẽ motus, eodem ſpectantibus oculis, decebit. Narratio magis prolatã manũ, amictum recidentẽ, geſtũ diſtinctũ, uocẽ ſermoni proximã, ac tantum * apertiorẽ, ſonũ ſimplicẽ frequẽtiſſimè poſtulabit, in his duntaxat, Quintus igitur Ligarius cum eſſet adhuc nulla belli ſuſpicio. &, A. Cluentius Habitus pater huiuſce. Aliud in eadẽ poſcunt affectus uel concitati, Nubit genero ſocrus, uel flebiles, Conſtituitur in foro Laodiceæ ſpectaculũ acerbum et miſerũ toti Aſiæ prouinciæ. Maxime uaria & multiplex actio eſt probationum. Nam & proponere, partiri, interrogare, ſermoni ſunt proxima, & contradictionem ſumere. Nam ea quoq; diuerſa propoſitio eſt. Sed hæc tamen aliquando irridentes, aliquando imitantes pronunciamus. Argumentatio plerunq; agilior, & acrior, & inſtantior, conſentientẽ orationi poſtulat etiam geſtum,

*acriorem,
Pro Ligario
Pro Cluent.
Act. 3.

ſtum, id eſt fortè celeritatẽ. Inſtandum quibuſdam in partibus, & denſanda oratio. Egreſſiones ferè lenes, & dulces, & remiſſæ, ut raptus Proſerpinæ, Siciliæ deſcriptio, Cn. Pompeij laus. Neq; eſt mirũ minus habere cõtẽtionis ea quæ ſunt extra quæſtionẽ. Mollior nonnunquam cum reprehenſione diuerſæ partis imitatio, Videbar uidere alios intrãtes, alios autem exeuntes, quoſdam ex uino uacillantes. Vbi non diſſidens à uoce permittitur geſtus: quo fit in utrãq; partẽ tenera quædam ſed intra manus tamẽ, & ſine motu laterũ translatio. Accẽdendi iudicis plures ſunt gradus. Sũmus ille, et quo nullus eſt in Oratore acutior, Suſcepto bello, Cæſar, geſto iã etiã ex parte magna. Prædixit enim, Quantũ potero uoce contendã, ut populus hæc Romanus exaudiat. Paulum inferior, & habens aliquid etiam iucunditatis, Quid enim tuus ille Tubero in acie Pharſalica gladius agebat? Plenius adhuc & lentius, ideoq; dulcius, In cœtu uerò populi Romani negociũ publicũ gerẽs. Producenda omnia, trahẽdaq; tum uocales, aperiendæq; ſunt fauces. Pleniore tamen hæc canali fluunt, Vos Albani tumuli atq; luci. Nam cãtici quiddã habẽt, ſenſimq; reſupina ſunt, Saxa atq; ſolitudines uoci reſpondent. Tales ſunt illæ inclinationes uocis, quas inuicem Demoſthenes atq; Aeſchines exprobrant, non ideo improbandæ. cum enim uterq; alteri obijciat, palam eſt utrunq; feciſſe. Nam neque ille per Marathonis & Platearum & Salamunis propugnatores recto ſono iurauit, nec hic Thebas ſermone deſleuit. Eſt his diuerſa uox, & penè extra organum, cui græci nomen amaritudinis dederunt, ſupra modum ac penè naturam uocis humanæ acerba: Quin compeſcitis uocem iſtam indicem ſtultitiæ, teſtem paucitatis? Sed id quod excederet modum dixi, in illa parte prima eſt, Quin compeſcitis. Epilogus ſi enumeratione rerum habet, deſiderat quandam conciſorũ continuationem: ſi ad concitan-

Pro Rabirio perduel.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dos iudices est accommodatus, aliquid ex ijs quæ suprà dixi: si placãdos, inclinatã quandã lenitatẽ: si misericordia cõmouendos flexũ uocẽ, & flebilẽ suauitatẽ, qua præcipuè frangũtur animi, quæq; est maximè naturalis. Nam etiã orbos uiduasq; uideas in ipsis funeribus canoro quodã modo proclamantes.

In Bruto, & de Orat. 1. Hic etiam fusca illa uox, qualẽ Cicero fuisse in Antonio dicit, mirè facit. habet enim in se quod imitemur. Duplex est tamen miseratio: altera cũ inuidia, qualis modò dicta de damnatione Philodami: altera cũ deprecatione demissior. Quare etiã si est

Act. 7. in illis quoq; cantus obscurior, In cœtu uerò populi Romani. nõ enim hæc rixãtis modo dixit. &, Vos Albani tumuli. neq; enim quasi inclamaret aut testaretur locutus est: tamẽ infinito

Pro Milo. magis illa flexa & circũducta sunt, Me miserũ, me infelicem. &, Quid respondebo liberis meis? &, Reuocare tu me in patriã potuisti Milo per hos, ego te in eadẽ patria per eosdem retinere nõ potero? Et cũ bona C. Rabirij uno sestertio addicit, O meũ miserũ acerbũq; præconiũ. Illa quoq; mirè facit in peroratione uelut deficiẽtis dolore & fatigatione cõfessio: ut pro eodem Milone, Sed finis sit: neq; enim præ lacrymis iam loqui possũ. Quæ similẽ uerbis habere debẽt etiã pronunciationẽ. Possũt uideri alia quoq; eius partis atq; officij, reos excitare, pueros attollere, propinquos producere, uestes laniare: sed

Libro 7. suo loco dicta sunt. Et quia in partibus causse etiã alijs est uarietas, satis apparet accõmodandã sentẽtijs ipsis pronũciationẽ. sicut ostendimus. Sed uerbis quoq;, quod nouissimè dixerã, nõ semper, sed aliquãdo. An nõ hæc, Misellus et pauperculus, summissa atq; cõtracta: Fortis, & uehemẽs, & latro, erecta et cõcitata uoce dicẽda sunt? Accedit enim uis et proprietas rebus tali adstipulatione: quæ nisi adsit, aliud uox, aliud animus ostẽdat. Quid q. eadẽ uerba mutata pronũciatiõe indicãt, affirmãt, exprobrãt, negãt, mirãtur, indignãtur, interrogãt, irrident, eleuãt? Aliter enĩ dicitur, Tu mihi quodcũq; hoc regni, – &, Aeneid. 1.

Cantando tu illum? – &, Tu ne ille Aeneas? – &, Aeglog. 3.

– Meq; timoris Argue tu Drance. – Aenei. 9. & 11.

Et ne morer, intra se quisq; uel hoc, uel aliud quod uolet, per omnes affectus uerset: uerũ esse quod dicimus sciet. Vnũ iam his adijciendũ est, cũ præcipuè in actione spectetur decorum, sæpe aliud alios decere. Est enim latẽs quædã in hoc ratio, & inenarrabilis: & ut uerè hoc dictũ est, caput esse artis, decere quod facias: ita id neq; sine arte esse, neq; totum arte tradi potest. In quibusdã uirtutes non habẽt gratiã, in quibusdam uitia ipsa delectant. Maximos actores comœdiarũ Demetrium & Stratoclea placere diuersis uirtutibus uidimus. Sed illud minus mirũ, quòd alter deos, & iuuenes, & bonos patres seruosq;, & matronas, & graues anus optimè: alter æres senes, callidos seruos, parasitos, lenones, & omnia agitatiora melius. Fuit enim natura diuersa. Nã uox quoq; Demetrij iucundior, illius acrior erat. Annotãdæ magis proprietates, quæ trãsferri nõ poterãt, manus iactare, & dulces exclamationes theatri causssa producere, & ingrediẽdo uentum concipere ueste, & nonnunquã dextro latere facere gestus: quod neminem alium præter Demetriũ decuit: nãq; in hæc omnia, statura & mira specie adiuuabatur. illũ cursus, & agilitas, & uel parũ conueniẽs personæ risus, (quẽ nõ ignarus rationis populo dabat) et contracta etiã ceruicula. Quicquid horũ alter feciisset, fœdissimũ uideretur. Quare norit se quisq;, nec tantum ex cõmunibus præceptis, sed etiã ex natura sua capiat consiliũ formãdæ actionis. Neq; illud tamen est nefas, ut aliquem uel omnia uel plura deceãt. Huius quoq; loci clausula sit eadem necesse est, quæ cæterorũ est, regnare maximè modum. Non enim comœdũ esse, sed Oratorẽ uolo. Quare neq; in gestu persequemur omnes argutias, nec in loquendo distinctionibus, temporibus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

affectionibus molestè utemur: ut si sit in scena dicendum,

Terent. in Eunucho. Quid igitur faciam? non eam, ne nunc quidem
Cum arcessor ultro? an potius ita me comparem,

Non perpeti meretricũ cõtumelias? Hic enim dubitationis moras, uocis flexus, uarias manus, diuersos nutus actor adhibebit. Aliud oratio sapit, nec uult nimiũ esse cõdita. Actione enim constat, non imitatione. Quare non immeritò reprehenditur pronunciatio uultuosa, & gesticulationibus molesta, & uocis mutationibus resultans. Nec inutiliter ex Græcis ueteres transtulerũt, quod ab his sumptam Lenas Popilius posuit, esse hanc inocțosam actionẽ. Optimè igitur idẽ, qui omnia,

Hoc cap. Cicero præceperat, quæ suprà ex Oratore posui: quibus similia in Bruto de Marco Antonio dicit. Sed iam recepta est actio paulo agitatior, & exigitur, & quibusdam partibus conuenit: ita tamen temperanda, ne dum actoris captamus elegantiam, perdamus uiri boni & grauis authoritatem.

M. FAB. QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA LIBER DVODECIMVS.

PROOEMIVM.

VENTVM est ad partẽ operis destinati lõgè grauissimã. Cuius equidẽ onus si tantũ opinione prima cõcipere potuissem, quanto me premi ferẽs sentio, maturius cõsuluissem uires meas. Sed initio pudor omittendi quæ promiseram, tenuit: mox quãquã per singulas propè partes labor crescceret, ne perderẽ quæ iã effecta erant, per omnes difficul

ficultates animo me sustẽtaui. Quare nũc quoq;, licet maior q̃ unquã moles premat, tamẽ prospicièti finẽ mihi constitutũ est uel deficere potius, quàm desperare. Fefellit autẽ, quòd initiũ à paruis ceperamus: mox uelut aura solicitãte prouecti lõgius, dũ tãtum nota illa, et plerisq; artiũ scriptoribus tractata præcipimus, nec adhuc à littore procul uidebamur, et multos circà uelut ipsdẽ se uẽtis credere ausos habebamus. Iam cum eloquendi rationẽ nouissimè repertã, paucissimisq; tẽptatã ingressi sumus, rarus qui iã procul à portu recessisset, reperiebatur. Postquã uerò nobis ille quem instituebamus, Orator, à dicendi magistris dimissus, aut suo iam impetu fertur, aut maiora sibi auxilia ex ipsis sapiẽtiæ penetralibus petit: quàm in altum simus ablati, sentire cœpimus. Nũc cælũ undiq;, et undiq; põtus, 3. Aeneid. Vnũ modò in illa immẽsa uastitate cernere uidemur M. Tullĩũ, qui tamẽ ipse, quãuis tanta atq; ita instructa naue hoc mare ingressus, contrahit uela, inhibetq; remos, & de ipso demũ genere dicendi quo sit usurus perfectus Orator, satis habet dicere. At nostra temeritas etiã mores ei conabitur dare, & assignabit officia. Ita nec antecedentẽ cõsequi possumus, & lõgius eundũ est, ut res feret. Probabilis tamẽ cupiditas honestorũ, et uel tutioris* audaciæ est tẽtare quibus paratior uenia est. *audentiæ

Non posse oratorem esse nisi uirum bonum. CAP. I.

SIt ergo nobis Orator quem instituimus, is qui à M. Catone finitur uir bonus dicẽdi peritus. Verùm id quod ille posuit prius, etiã ipsa natura potius ac maius est, utiq; uir bonus, nõ eò tãtùm, quòd si uis illa dicẽdi malitiam instruxerit, nihil sit publicis priuatisq; rebus pernicioſius eloquẽtia, sed nos quoq; ipsi, qui pro uirili parte conferre aliquid ad facultatem dicẽdi conati sumus, pessimè mereamur de rebus humanis, si latroni cõparemus hæc arma, nõ militi. Quid de nobis loquor? Rerũ ipsa natura in eo quod præcipuè indulsisse homini uidetur,

quoq; nos à cæteris animalibus seiunxisse, non parens, sed nouerca fuerit. si facultatẽ dicendi, sociã scelerũ, aduersam innocentiæ, hostem ueritatis inuenit. Mutos enim nasci, & egere omni ratione satius fuisset, quàm prouidẽtiæ munera in mutuã perniciẽ conuertere. Longius tendit hoc iudiciũ meum. Neq; enim tantùm id dico, eum qui sit Orator, uirũ bonũ esse oportere: sed ne futurũ quidem Oratorem, nisi uirum bonum. Nam certe neq; intelligentiã concesseris ijs qui proposita honestorũ ac turpium uia, peiorẽ sequi malint: neq; prudentiam ijs qui in grauissimas frequenter legũ, semper uerò malæ conscientiæ pœnas à semetipsis improuiso rerũ exitu inducantur. Quòd si neminẽ malum esse, nisi stultum eundem, non modò à sapientibus dicitur, sed uulgò quoq; semper est creditũ: certè non fiet unquam stultus Orator. Adde quòd ne studio quidẽ operis pulcherrimi uacare mens, nisi omnibus uitijs libera, potest: primùm, quòd in eodem pectore nullum est honestorũ turpiumq; consortium: & cogitare optima simul ac deterrima, non magis est unius animi, quàm eiusdem hominis bonum esse ac malum. Tum illa quoq; ex caussa, quòd mentem tantæ rei intentam, uacare omnibus alijs etiam culpa carentibus curis oportet. Ita demum enim libera, ac tota, nulla distringente atque aliò ducente caussa, spectabit id solum ad quod accingitur. Quòd si agrorum nimia cura, & solicitior rei familiaris diligentia, & uenandi uoluptas, & dati spectaculis dies, multum studijs auferunt (huic enim rei perit tempus quodcunq; alteri datur) quid putamus facturas, cupiditatem, auaritiam, inuidiam? quarum impotentissimæ cogitationes, somnos etiam ipsos, & illa per quietẽ uisa perturbant. Nihil est enim tam occupatum, tam multiforme, tot ac tam uarijs affectibus concisum atq; laceratum, quàm mala mens. Nam & cum insidiatur, spe, curis, labore distringitur: & tam

iam cum sceleris compos fuerit, solitudine, pœnitẽtia, pœnarũ omnium expectatione torquetur. Quis inter hæc literis, aut ulli bonæ arti locus? Non herele magis quàm frugibus in terra sentibus ac rubis occupata. Agè, non ad perferendos studiorum labores necessaria frugalitas? Quid igitur ex libidine ac luxuria speci? Non præcipuè acuit ad cupiditatem literarum, amor laudis? Non igitur malis esse laudẽ curæ putamus? Iã hoc quis non uidet, maximam partẽ orationis in tractatu æqui boniq; consistere? Dicet'ne de his secundum debitam rerum dignitatem malus atque iniquus? Denique ut maximam partem quæstionis eximam, demus, id quod nullo modo fieri potest, idem ingenij, studij, doctrinæ, peßimo atque optimo uiro, uter melior dicetur Orator? Nimirum qui homo quoque melior. Non igitur unquã malus idem homo, & perfectus Orator. Non enim perfectum est quidquam, quo melius est aliud.

Sed ne more Socraticorum nobismetipsis responsum finxisse uideamur, sit aliquis adeo cõtra ueritatem obstinatus, ut audeat dicere, eodem ingenio, studio, doctrina præditum, nihilo deteriorem futurum Oratorem malum uirum quàm bonũ. Cõuincamus huius quoq; amẽtiã. Nam hoc certè nemo dubitabit, omnem Oratorẽ id agere, ut iudici quæ proposita fuerint, uera & honesta uideãtur. Vtrũ igitur hoc facilius bonus uir persuadebit, an malus? Bonus quidem: & dicet sæpius uera atq; honesta. Sed etiam siquando aliquo ductus officio (quod accidere, ut mox docebimus potest) falsò hæc affirmare conabitur, maiore cum fide necesse est audiatur. At malis hominibus ex comtemptu opinionis, & ignorantia recti, nonnunquã excidit ipsa simulatio. Inde immodestè proponũt sine pudore affirmant. Sequitur in ijs quæ certum est effici non posse, deformis pertinacia, & irritus labor. Nam sicut in uita, ita in causßis quoq; spes improbas habent. Frequenter autẽ accidit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ut his etiam uera dicentibus fides desit, uideaturq; talis aduocatus, malæ causſæ argumentum. Nunc de ijs dicendum est, quæ mihi quasi conſpiratione quadam uulgi reclamari uidentur. Orator ergo Demoſthenes non fuit? atqui malum uirũ accepimus. Non Cicero? atqui huius quoq; mores multi reprehenderunt. Quid agam? magna reſponſi inuidia ſubeunda eſt, mitigãdæ ſunt prius aures. Mihi enim nec Demoſthenes tam graui morum dignus uidetur inuidia, ut omnia quæ in eum ab inimicis cõgeſta ſunt, credam, cum & pulcherrima eius in republica conſilia, & finem uitæ clarum legam. Nec Marco Tullio deſuiſſe uideo in ulla parte ciuis optimi uoluntatem. teſtimonio eſt actus nobiliſſimè conſulatus: integerrimè prouincia adminiſtrata: & repudiatus uingintuiratus: & ciuilibus bellis, quæ in ætatem eius grauiſſima inciderunt, neq; ſpe neq; metu declinatus animus quò munus optimis ſe partibus, id eſt reipublicæ, iungeret. Parum fortis uidetur quibuſdam: quibus optimè reſpondit ipſe, non ſe timidum in ſuſcipiendis, ſed in prouidendis periculis: quod probauit morte quoq; ipſa, quam præſtantiſſimo ſuſcepit animo. Quòd ſi deſint his uiris ſumma uirtus, ſic quærentibus an Oratores fuerint, reſpondebo, quomodo Stoici ſi interrogentur an ſapiens Zeno, an Cleanthes, an Chryſippus, reſpondeant magnos quidem illos ac uenerabiles, non tamẽ id quod natura hominis ſummum habet, cõſecutos. Nam & Pythagoras, non ſapientẽ ſe, ut qui ante eũ fuerunt, ſed ſtudioſum ſapientiæ uocari uoluit. Ego tamen ſecundum communem loquendi conſuetudinem ſæpe dixi, dicamq;, perfectum Oratorem eſſe Ciceronem, ut amicos & bonos uiros & prudentiſſimos dicimus uulgò, quorũ nihil niſi perfectè ſapienti datur. Sed cum propriè, & ad legem ipſam ueritatis loquẽdum erit, eum quæram Oratorem, quem & ille quærebat. Quanquam enim ſtetiſſe ipſum in faſtigio eloquentiæ

fateor, ac uix quid adjci potuerit inuenio, fortaſſe inuenturus quid adhuc abſciſſurum putem fuiſſe, (nam ferè ſic docti iudicauerunt, plurimum in eo uirtutum, nõnihil fuiſſe uitiorũ: & ſe ipſe multa ex illa iuuenili abundantia coercuiſſe teſtatur) tamen quandò nec ſapientis ſibi nomẽ, nũnime ſui cõtemptor, aſſeruit, & melius dicere certè data longiore uita, & ætate ad cõponendum ſecuriore potuiſſet: non malignè crediderim defuiſſe ei ſummã illam, ad quã nemo propius acceſſit. Et licebat, ſi aliter ſentirẽ, fortius id & liberius defendere. An uerò M. Antonius nemunem à ſe uiſum eloquẽtem, quod tanto minus erat, profeſſus eſt, ipſe etiam M. Tullius quærit adhuc eũ, & tantum imaginatur ac fingit: ego nõ audeã dicere, aliquid in hac quæ ſupereſt æternitate inuenire poſſe, eo quod fuerit, perfectius? Tranſeo illos qui Ciceroni ac Demoſtheni ne in eloquẽtia quidem ſatis tribuunt: quanquam neq; ipſi Ciceroni Demoſthenes uideatur ſatis eſſe perfectus, quem dormitare interim dicit: nec Cicero Bruto Caluoq;, qui certè compoſitionem illius etiam apud ipſum reprehendunt: nec Aſinio utrique, qui uitia orationis eius etiam inimicè pluribus locis inſequuntur. Concedamus ſanè (quod minimè natura patiatur) repertum eſſe aliquem malum uirum ſummè diſertum: nihilo tamen minus Oratorem eum negabo. Nam nec omnibus qui fuerint manu prompti, uiri fortis nomen conceſſerim, quia ſine uirtute intelligi non poteſt fortitudo. An ei qui ad defendendas cauſſas aduocatur, non eſt opus fide, quam nec cupiditas corrumpat, nec gratia auertat, nec metus frãgat, ſed proditorẽ, tranſfugã, prævaricatorẽ donabimus Oratoris illo ſacro nomine? Quòd ſi mediocribus etiã patronis cõuenit hæc quæ uulgò dicitur bonitas, cur nõ Orator ille qui nõdum fuit, ſed poteſt eſſe, tam ſit moribus quàm dicẽdi uirtute perfectus? Nõ enim forẽſem quandã inſtituimus operã, nec mercenariam

In Orato. & in Bruto.

In Oratore.

uocem

Universidad de Deusto
Biblioteca

uocẽ,nec(ut asperioribus uerbis parcamus) nõ inutilẽ sanè litium aduocatũ,quẽ deniq; causidicũ uulgò uocant, sed uirum cũ ingenij natura præstantẽ,tum uerò tot pulcherrimas artes penitus mente complexum, datũ tandem rebus humanis qualem nulla antea uetustas cognouerit,singularem,perfectumq; undiq;,optima sentientẽ,optimeq; dicentem.In hoc quota pars erit, quod aut innocentes tuebitur, aut improborum scelera compescet, aut in pecuniarijs quæstionibus ueritati contra calumniam aderit? Summus ille quidem in his quoque operibus fuerit,sed in maioribus clarius elucebit, cum regenda Senatus consilia,& popularis error ad meliora ducendus.An non talem quẽdam uidetur finxisse Virgilius,quem in seditione uulgi iam faces & saxa iaculantis,moderatorem dedit?

Aeneid.1. Tum pietate grauem ac meritis si forte uirum quem
Conspexere,silẽt,arrectisq; auribus adstãt. Habemus igitur ante omnia uirũ bonum:post hæc adiecit dicendi peritum,
Ille regit dictis animos,& pectora mulcet.

Quid? non in bellis quoq; idem ille uir quem instituimus, si sit ad prælium miles cohortandus, ex medijs sapientiæ præceptis orationem trahet? Nam quomodo pugnam ineũtibus,tot simul metus,laboris, doloris, postremò mortis ipsius excident, nisi in eorũ locum pietas, & fortitudo,& honesti præsens imago successerit? Quæ certè melius persuadebit alijs,qui prius persuaserit sibi. Prodit enim se,quanlibet custodiatur,simulatio:nec unquã tanta fuerit eloquẽdi facultas,ut nõ titubet ac hæreat quoties ab animo uerba dissentiunt. Vir autẽ malus aliud dicat necesse est quàm sentit. Bonos nunquam honestus sermo deficiet,nunquam rerum optimarum(nam ijdem etiam prudentes erunt)inuentio:quæ etiam si lenocinijs destituta sit, satis tamen natura sua ornatur: nec quicquã non disertè,quod honestè dicitur. Quare iuuentus, immò omnis ætas (neque enim

rectæ uoluntati serum est tẽpus ullũ) totis mentibus huc tẽdamus,in hoc elaboremus:forsan & cõsummare contingat. Nam si natura non prohibet esse uirũ bonũ,& esse dicẽdi peritũ,cur non aliquis etiã unus utrunq; consequi possit? cur autẽ non se quisq; speret fore illum aliquẽ? Ad quod si uires ingenij non sufficerint,tamen ad quem usq; modũ processerimus, meliores erimus ex utroq;. Hoc certè prorsus eximatur animo, rem pulcherrimam eloquentiam cum uitijs mentis posse misceri. Facultas dicendi si in malos incidit, & ipsa iudicanda est malum. peiores enim illos facit,quibus contingit. Videor mihi audire quosdam (nec enim deerunt unquam qui diserti esse quàm boni malint)illa dicentes,Quid ergo tantum est artis in eloquẽtia? cur tu de coloribus, & difficilium caussarum defensione,nonnihil etiam de confesso loquutus es,nisi aliquãdo uis & facultas dicendi expugnat ipsam ueritatem? Bonus enim uir non agit nisi bonas caussas, eas porrò etiam sine doctrina satis per se tuetur ueritas ipsa. Quibus ego,cum de meo primùm opere respondero,etiã pro boni uiri officio,siquãdo cum ad defensionem nocentium ratio duxerit, satisfaciam. Petractare enim quo modo aut pro falsis,aut etiã pro iniustis aliquando dicatur,non est inutile,uel propter hoc solum,ut ea facilius & deprehẽdamus,& refellamus,quemadmodum remedia melius adhibebit, cui nota quæ nocent fuerint. Neque enim Academici cum in utranque disserunt partem, non secundum alteram uiuunt. Neq; Carneades ille, qui Romæ audiente Censorio Catone non minoribus uiribus contra iustitiã dicitur disseruisse,quàm pridie pro iustitia dixerat,iniustus ipse uir fuit. Verum & uirtus quid sit,aduersa ei malitia detegit: & æquitas fit ex iniqui cõtemplatione manifestior:& plurima contrarijs probantur. Debent ergo Oratori sic esse aduersariorũ nota consilia,ut hostium imperatori. Verùm & illud, quod

Universidad de Deusto Biblioteca

quod prima propositione durũ uidetur, potest afferre ratio, ut uir bonus in defensione caussæ uelit auferre aliquãdo iudici ueritatẽ. Quod si quis à me proponi mirabitur, (quanquã non est hæc mea propriè sentẽtia, sed eorũ quos grauißimos sapiẽtiæ magistros ætas uetus credidit) sic iudicet, pleraq; esse quæ non tam factis, quàm caußis eorum, uel honesta fiant, uel turpia. Nam si hominẽ occidere, sæpe uirtus: liberos necare, nonnunquã pulcherrimum est: asperiora quædam adhuc dictu, si cõmunis utilitas exegerit, facere conceditur. Ne hoc quidẽ nudum est intuendum, qualem caussam uir bonus, sed etiã quare, & qua mente defendat. Ac primùm concedant mihi omnes oportet, quod Stoicorum quoq; asperrimi confitentur, facturũ aliquando bonum uirum, ut mendacium dicat, & quidẽ nonnunquam leuioribus caußis: ut in pueris ægrotantibus, utilitatis eorum gratia multa fingimus, multa non facturi promittimus: nedum si ab homine occidẽdo grassator auertendus sit, aut hostis pro salute patriæ fallendus: ut hoc quod aliâs in seruis quoq; reprehendendũ est, sit aliâs in ipso sapiente laudandum. Id si constiterit, multa iam uideo posse euenire, propter quæ Orator bene suscipiat tale caussæ genus, quale remota ratione honesta nõ suscepisset. Nec hoc dico, quia seueriores sequi placet leges pro patre, fratre, amico, periclitãtibus: tametsi nõ mediocris hæsitatio est, hinc iustitiæ proposita imagine, inde pietatis, nihil dubij relinquamus. Sit aliquis insidiatus tyrãno, atq; ob id reus: utrum'ne saluũ eum nollet is qui à nobis finitur Orator? an si tuendũ susceperit, non tam falsis defendet, quàm qui apud iudices malam caussam tuetur? Quid si quædã benefacta damnaturus est iudex, nisi ea non esse facta conuicerimus: non uel hoc modo seruabit Orator non innocentem modò, sed etiam laudabilem ciuem? Quid si quædam iusta natura, sed conditione temporum inutilia ciuitati sciemus: nonne

nonne utemur arte dicendi, bona quidem, sed malis artibus simili? Ad hoc, nemo dubitabit, quin si nocentes mutari in bonã mentem aliquo modo poßint, sicut posse interdum conceditur, saluos esse eos magis è republica sit, quàm puniri. Si liqueat igitur Oratori, futurũ bonum uirum, cui uera obijcientur, non id aget, ut saluus sit? Da nunc ut crimine manifesto prematur dux bonus, & sine quo uincere honestè ciuitas nõ poßit: nõ'ne ei communis utilitas Oratorem aduocabit? Certè Fabricius Cornelium Rufinum, alioqui & malum ciuem, & sibi inimicum, tamen quia utilem sciebat ducem, imminente bello palàm consulem suffragio suo fecit: atq; id mirantibus quibusdam respondit, A ciue se spoliari malle, quàm ab hoste uænire. Ita hic si fuisset Orator, non defendisset eundem Rufinum uel manifesti peculatus reum? Multa dici possunt similia, sed uel unum ex his quodlibet sufficit. Nõ enim hoc agimus, ut istud illi quẽ formamus uiro sæpe sit faciendum: sed ut si talis coẽgerit ratio, sit tamen uera finitio, Oratorem esse uirum bonum dicendi peritum. Præcipere uerò ac discere quomodo etiam probatione difficilia tractentur, necessarium est. Nam frequenter etiã optimæ caussæ similes sunt malis, & innocens reus multis uerisimilibus premitur: quo fit, ut eâdem actionis ratione sit defendẽdus, qua si nocens esset. Iam innumerabilia sunt bonis caußis malisq́; communia, testes, literæ, suspiciones, opiniones. Non aliter autem uerisimilia quàm uera & confirmantur, & refellũtur. Quapropter ut res feret, flectetur oratio, manente honesta uoluntate.

Cognoscenda esse Oratori quibus mores formentur.

CAP. II.

QVandò igitur Orator est uir bonus, is autẽ citra uirtutẽ intelligi nõ potest, uirtus etiã si quosdã impetus ex natura sumit, tamen perficienda doctrina est: mores ante omnia

Orato

Oratori studijs erunt excolendi, atq; omnis honesti iustiq; disciplina pertractanda: sine qua nemo nec uir bonus esse, nec dicēdi peritus potest. Nisi fortè accedamus ijs, qui natura constare mores, & nihil adiuuari disciplina putant: scilicet, ut ea quidem quæ manu fiunt, atque eorum etiam contemptißima confiteātur egere doctoribus: uirtutem uerò, qua nihil homini quo ad deos immortales propius accederet, datum est, obuiā & illaboratam, tantum quia nati sumus, habeamus. Abstinēs erit, qui idipsum quid sit abstinētia ignorarit? Et fortis, qui metus doloris, mortis, superstitionis, nulla ratione purgauerit? Et iustus, qui æqui boniq; tractatū, qui leges quæ natura sunt omnibus datæ, quæq; propriè populis & gentibus constitutæ, non eruditiore aliquo sermone tractauerit? O quàm istud parū putant, quibus tam facile uidetur! Sed hoc trāseo, dè quo neminem qui literas uel primis, ut aiunt, labris degustarit, dubitaturum puto: ad illud sequēs reuertar, ne dicendi quidem satis peritū fore, qui non & naturæ uim omnem penitus perspexerit, & mores præceptis ac ratione formarit. Neq; enim frustra in tertio de Oratore libro L. Crassus cuncta quæ de æquo, iusto, uero, bono, deq; ijs quæ sunt contrà posita, dicuntur, propria esse Oratoris affirmat: ac philosophos cum ea dicendi uiribus tuentur, uti Rhetorum armis, non suis. Idē tamen cōfitetur ea iam esse à philosophia petēda, uidelicet quia magis hæc illi uidetur in possessione earum rerū fuisse. Hinc etiā illud est quod Cicero pluribus libris & epistolis testatur, dicendi facultatē ex intimis sapientiæ fontibus fluere: ideoq; aliquandiu præceptores eosdē fuisse morū atq; dicēdi. Quapropter hæc exhortatio mea nō eò pertinet, ut esse Oratorē philosophum uelim quandò non alia uitæ secta longius à ciuilibus officijs, atq; ab omni munere Oratoris recessit. Nā quis philosophorum aut in iudicijs frequens, aut clarus in concionibus fuit?

Quis deniq; in ipsa, quā maximè pleriq; præcipiūt, reip. administratione uersatus est? Atq; eò illū quē instituo, Romanū quēdā uelim esse sapiētē, qui nō secretis disputationibus, sed rerū experimētis atq; operibus uerè ciuilē utrū exhibeat. Sed quia deserta ab ijs qui se ad eloquētiā cōtulerūt, studia sapientiæ, nō tā in actu suo, atq; in hac fori luce uersantur, sed in porticus & gymnasia primum, mox in cōuentus scholarū recesserunt, id quod est Oratori necessariū, nec à dicēdi præceptoribus traditur, ab ijs petere nimirū necesse est, apud quos remansit. Euoluēdi penitus authores qui de uirtute præcipiunt, ut Oratoris uita cum scientia diuinarū rerū sit humanarumq; coniuncta. Quæ ipsæ quāto maiores ac pulchriores uiderentur, si illas ij docerēt, qui etiā eloqui præstantißimè possunt! Vtinamq; sit tēpus unquā, quo perfectus aliquis (qualē optamus) Orator hāc partē superbo nomine, & uitijs quorundam bona eius corrumpentiū inuisam, uindicet sibi, ac uelut rebus repetitis in corpus eloquētiæ adducat. Quæ quidem cum sit in tres diuisa partes, naturalem, moralem, rationalē: quæ tandem non est cum Oratoris opere coniuncta? Nam ut ordinem retroagamus, de ultima illa, quæ tota uersatur in uerbis, nemo dubitauerit, si & proprietates uocis cuiusq; nosse, & ambigua aperire, & perplexa discernere, & de falsis iudicare, & colligere ac resoluere quæ uelis, Oratoris est: quanquā ea non tam est minutè atq; concisè in actionibus utendum, quàm in disputationibus: quia non docere modò, sed mouere etiam ac delectare audientes debet Orator: ad quod impetu quoq; & uiribus ac decore est opus: ut uis amnium maior est altis ripis multoq; gurgitis tractu fluentium, quàm tenuis aquæ, & obiecta lapillorum resultantis. Et ut palæstrici doctores illos quos numeros uocant, non idcirco discentibus tradunt, ut his omnibus ij qui didicerint, in ipso luctandi certamine utantur

(plus enim põdere & firmitate & ſpiritu agitur) ſed ut ſubſit copia illa, ex qua unũ aut alterum, cuius ſe occaſio dederit, efficiãt: ita hæc pars Dialectica, ſiue illã dicere malimus diſputatricẽ, ut eſt utilis ſæpe et finitionibus, et cõprehẽſionibus, & ſeparandis quæ ſunt differentia, & reſoluẽda ambiguitate, & diſtinguẽdo, diuidẽdo, illiciẽdo, implicãdo: ita ſi totũ ſibi uindicauerit in foro certamẽ, obſtabit melioribus, et ſectas ad tenuitatẽ ſuã uires, ipſa ſubtilitate cõſumet. Itaq; reperias quoſdã in in diſputando mirè callidos, cũ ab illa cauillatione diſceſſerint, nõ magis ſufficere in aliquo grauiore actu, q̃ parua quædam animalia, quæ in anguſtijs mobilia, cãpo deprehẽduntur. Iam quidẽ pars illa moralis quæ dicitur Ethice, certè tota Oratori eſt accõmodata. Nã in tãta cauſſarũ (ut ſuperioribus libris diximus) uarietate, cũ alia cõiectura quærantur, alia finitionibus concludãtur, alia iure ſummoueãtur, uel trãsferãtur, alia colligãtur, uel ipſa inter ſe cõcurrãt, uel in diuerſum ambiguitate ducãtur, nulla ferè dici poteſt, cuius nõ parte in aliqua tractatus æqui ac boni reperiatur. Pleraſq; uerò eſſe quis neſcit, quæ totæ in ſola qualitate cõſiſtant? In cõſilijs uerò quæ ratio ſuadendi eſt ab honeſti quæſtione ſeposita? Quid illa etiam pars tertia, quæ laudãdi ac uituperãdi officijs cõtinetur? Nempe in tractatu recti prauiq; uerſatur. An de iuſtitia, fortitudine, abſtinẽtia, tẽperãtia, pietate, nõ plurima dicet Orator? ſed ille uir bonus, qui hæc non uocibus tantùm ſibi nota atq; nominibus, aurium tenus in uſum linguæ perceperit, ſed qui uirtutes ipſas mẽte complexus, ita ſentiet, nec in cogitando ita laborabit, ſed quod ſciet, uerè dicet. Cũ ſit autẽ omnis generalis quæſtio ſpeciali potentior, quia uniuerſo pars cõtinetur, non utiq; accedit parti quod uniuerſum eſt: profectò nemo dubitabit generales quæſtiones in illo maximè ſtudiorũ more uerſatas. Iã uerò cũ ſint multa proprijs breuibusq; cõprehẽſionibus finiẽda, unde etiã ſtatus cauſſarũ dicitur finitiuus: non'ne ad id quoq; inſtrui

ab ijs qui plus in hoc ſtudij dederũt, oportet? Quid? non quæſtio iuris omnis, aut uerborũ proprietate, aut æqui diſputatione, aut uolũtatis cõiectura cõtinetur? quorũ pars ad rationalem, pars ad moralẽ tractatũ reduãt. Ergo natura permiſta eſt omnibus iſtis oratio, quæ quidẽ oratio eſt uerè. Nã ignara quidẽ huiuſce doctrinæ loquacitas, erret neceſſe eſt, ut quæ uel nullos uel falſos duces habeat. Pars uerò naturalis, cũ eſt ad exercitationẽ dicẽdi tanto cæteris uberior, quãto maiore ſpiritu de diuinis rebus quàm humanis loquendum eſt, tum illam etiam moralem, ſine qua nulla eſſe (ut docuimus) oratio poteſt, totam complectitur. Nam ſi regitur prouidentia mundus, adminiſtranda certè bonis uiris erit Reſpub. Si diuina noſtris animis origo, tẽdẽdũ ad uirtutẽ: nec uoluptatibus terreni corporis ſeruiendũ. An hæc nõ frequẽter tractabit Orator? Iã de augurijs, reſpõſis, religione, deniq; omnibus de quibus maxima ſæpe in ſenatu cõſilia uerſata ſunt, non erit ei diſſerendũ, ſi quidẽ (ut nobis placet) futurus eſt uir ciuilis idẽ? Quæ deniq; intelligi ſaltẽ pòteſt eloquentia hominis optima neſciẽtis? Hæc ſi ratione manifeſta nõ eſſent, exemplis tamẽ crederemus. Siquidẽ & Periclẽ, cuius eloquẽtiæ etiamſi nulla ad nos monumenta uenerũt, uim tamẽ quandam incredibilẽ cum hiſtorici, tum etiam liberrimũ genus hominũ comici ueteres tradũt, Anaxagoræ phyſici conſtat auditorem fuiſſe: & Demoſthenem principem omnium Græciæ Oratorũ, dediſſe operã Platoni. Nam M. Tullius non tantum ſe debere ſcholis Rhetorũ, quãtum Academiæ ſpatijs frequenter ipſe teſtatus eſt. Neq; tanta in eo unquam fuiſſet ubertas, ſi ingenium ſuum conſepto fori, non ipſius rerum naturæ finibus terminaſſet. Verùm ex hoc alia mihi quæſtio exoritur, quæ ſecta conferre plurimum eloquẽtiæ poſſit: quanquã ea nõ inter multas poteſt eſſe contentio. Nam in primis nos Epicurus à ſe ipſe dimittit, qui

In Oratore, & Bruto.

In Oratore.

Ibidem.

fugere omnẽ disciplinam nauigatione quamuelocißima iubet. Neq; uerò Aristippus summũ in uoluptate corporis bonũ ponens, ad hunc nos laborem adhortetur. Pyrrhon quidem quas in hoc opere partes habere potest, cui iudices esse apud quos uerba faciat, & reum pro quo loquatur, & senatũ in quo sit dicenda sententia, non liquebit? Academiam quidam utilißimã credunt, quòd mos in utrãq; partẽ disserendi, ad exercitationem fòrensium caussarũ proximè accedat. Adijciũt loco probationis, quòd ea præstantißimos in eloquentia uiros ediderit. Peripatetici studio quoq; se quodam Oratorio iactant. Nam theses dicere exercitationis gratia ferè est ab his institutum. Stoici sicut copiam nitoremq; eloquentiæ ferè præceptoribus suis defuisse cõcedãt necesse est, ita nullos aut probare acrius, aut concludere subtilius contendunt. Sed hæc inter ipsos, qui uelut sacramento rogati, uel etiam superstitione constricti, nefas ducunt à susceptis semel persuasione discedere. Oratori uerò nihil est necesse in cuiusquam iurare leges. Maius enim est opus atq; præstantius ad quod ipse tendit, & cuius est uelut candidatus, si quidem est futurus cũ uitæ, tum etiam eloquẽtiæ laude perfectus. Quare in exemplum bene dicendi facundißimũ quenq; proponet sibi ad imitandum: moribus uerò fòrmandis quam honestißima præcepta, rectißimamq; ad uirtutem uiam deliget. Exercitatione quidẽ utetur omni, sed tamen erit plurimus in maximis quibusq;, ac naturâ pulcherrimis. Nam quæ potest materia reperiri ad grauiter copioseq; dicendum magis abundans, quàm de uirtute, de repub. de prouidentia, de origine animorum, de amicitia? Hæc sunt quibus mens pariter atq; oratio insurgãt, uerè bona, quæ mitigẽt metus, coërceant cupiditates, eximant nos opinionibus uulgi, animũq; cælestẽ. Neq; ea solũ quæ talibus disciplinis cõtinentur, sed magis etiam quæ sunt tradita antiquitus, dicta & acta præclarè, & nosse, & animo semper agitare conueniet. Quæ

profectò nusquam plura maioraq;, quàm in nostræ ciuitatis monumentis reperientur. An fortitudinem, iustitiam, fidem, continentiam, frugalitatem, contemptũ doloris ac mortis, melius alij docebunt, quàm Fabricij, Curij, reguli, Decij, Mutij, alijq; innumerabiles? Quantũ enim Græci præceptis ualent, tantum Romani (quod est maius) exẽplis. Tantumq; non cognatis id è rebus admoneri sciet, qui non modò proximũ tempus, lucemq; præsentem intueri satis credat, sed omnẽ posteritatis memoriam, spatium uitæ honestæ, & curriculum laudis existimet. Hinc mihi ille iustitiæ haustus bibat, hinc sumptam libertatẽ in causßis atq; consilijs præstet. Neq; erit perfectus Orator, nisi qui honestè dicere & sciet, & audebit.

Necessariam iuris ciuilis Oratori esse scientiam CAP. III.

IVris quoq; ciuilis necessaria huic utro scientia est, & morum ac religionum eius Reipub. quam capesset. Nam qualis esse suasor in consilijs publicis priuatis'ue poterit, tot rerum quibus præcipuè ciuitas contnetur, ignarus? Quo autem modo patronum se caussarum non falsò dixerit, qui quod est in causßis potentißimum sit, ab altero petiturus? penè non dissimilis ijs, qui poëtarum scripta pronunciant. Nam quodammodo mandata perferet, & ea quæ sibi à iudice credi postulaturus est, aliena fide dicet: & ipse litigantium auxiliator, egebit auxilio. Quod ut fieri nonnunquam minore incommodo possit, cum domi præcepta & composita, sicut & cætera quæ in caussa sunt, in discendo cognita ad iudicem perferet: quid fiet in ijs quæstionibus quæ subitò inter ipsas actiones nasci solent? non deformiter respectet? & inter subsellia minores aduocatos interroget? Potest autẽ satis diligẽter accipere quæ tũ audiet, cũ ei dicẽda sunt? aut fortiter affirmare, aut ingenuè pro suis dicere? Possit in actionibus: quid fiet in altercatione, ubi occurrendũ cõtinuò, nec libera ad discendum

mora est? Quid si fortè peritus iuris ille non aderit? Quid si quis nō satis in ea re doctus, falsum aliqd subiecerit? Hoc enim est maximū ignorātiæ malū, q̄ credit eū scire, qui moneat. Neque ego sum nostri moris ignarus, oblitus'ue eorū qui uelut ad arculas sedēt, & tela agētibus submīstrant: neq; idē Græcos quoq; nescio factitasse, unde nomen his pragmaticorū datū est. Sed loquor de Oratore, qui non clamorē modò suū caußis, sed omnia quæ profutura sunt, debet. Itaq; eū nec inutilē si ad horam fortè cōstiterit, neq; in testationibus faciēdis esse imperitū uelim. Quis enim potius præparabit ea, quæ cum aget, esse in caussa uelit? Nisi fortè imperatorē quis idoneū credit in prælijs quidē strenuū & fortē, & omnū quæ pugna poscit, artificē: sed neq; delectus agere, nec copias cōtrahere atq; instruere, nec prospicere cōmeatus, nec locū capere castris scientem. prius est enim certè parare bella, q̄ gerere. Atqui simillimus huic sit aduocatus, si plura quæ ad uincēdū ualēt, alijs reliquerit: cū præsertim hoc, quod est maximè necessariū, non tam sit arduū, quā procul intuētibus fortasse uideatur. Nā q; omne ius quod est certū, aut scripto aut moribus cōstat: dubiū, æquitatis regula examinādum est. Quæ scripta sunt, aut posita in more ciuitatis, nullā habēt difficultatē: cognitionis sunt enim, nō inuētionis. at quæ cōsultorū respōsis explicātur, aut in uerborū interpretatiōe sunt posita, aut in recti prauiq; discrimine. Vim cuiusq; uocis intelligere, aut cōmune prudētiū est, aut propriū oratoris: æquitas optimo cuiq; notißima. Nos porrò & bonū uirū, & prudentē in primis, oratorē putamus: qui cū se ad id quod est optimū natura, direxerit, nō magnopere cōmouebitur si quis ab eo cōsultus dissentiet, cū ipsis illis diuersas inter se opiniones tueri cōcessū sit. Sed etiā si nosse quid quisq; senserit uolet, lectionis opus est, qua nihil est in studijs minus laboriosū. Quòd si pleriq; desperata facultate agēdi, ad discēdū ius declinauerunt, quàm id scire facile est oratori, quod discunt

Arculas telorum intelliges unde illud Virgilii, Suffice tela mihi.

qui sua quoq; cōfessione oratores esse nō possunt? Verùm & M. Cato cū in dicēdo præstantissimus, tū iuris idē fuit peritissimus: & Scæuolæ Seruioq; Sulpitio cōcessa est etiā facundiæ uirtus. Et M. Tullius nō modò inter agendū nunquā est destitutus scientia iuris, sed etiam componere aliqua de eo cœperat: ut appareat posse oratorē nō discēdo tantùm iuri uacare, sed etiā docēdo. Verùm ea quæ de moribus excolendis, studioq; iuris præcipimus, ne quis eò credat reprehēdēda, quòd multos cognouimus, qui tædio laboris, quem ferre tendentibus ad eloquētiam necesse est, cōfugerint ad hæc diuerticula desidiæ: quorū alij se ad albū ac rubricas transtulerūt, & formularij, uel, ut Cicero ait, legulei quidam esse maluerunt: tanquam utiliora eligentes ea, quorū solam facilitatē sequebantur. alij pigritiæ arrogantioris, qui subitò frōte confictā, immussāq; barba, ueluti despexissent oratoria præcepta, paulum aliquid sederunt in scholis philosophorum, ut deinde in publico tristes, domi dissoluti, caperent authoritatem cōtemptu cæterorum. Philosophia enim simulari potest, eloquentia non potest.

1. de Orat. & pro Muræ.

Necessariam oratori cognitionem historiarum. CAP. IIII.

IN primis uerò abūdare debet orator exēplorū copia, cum ueterū, tū etiā nouorum: adeò ut nō ea modò quæ cōscripta sunt historijs, aut sermonibus uelut per manus tradita, quæq; quotidie agūtur, debeat nosse: uerùm ne ea quidem quæ sunt à clarioribus poētis ficta, negligere. Nam illa quidē priora, aut testimoniorū, aut etiā iudicatorū obtinēt locū. Sed hæc quoq; aut uetustatis fide tuta sunt, aut ab hominibus magnis præceptorū loco ficta creduntur. Sciat ergo quamplurima: unde etiā senibus authoritas maior est, quòd plura nosse & uidisse creduntur: quod Homerus frequētißimè testatur. Sed non est expectanda ultima ætas, cū studia præstent, ut quantū ad cognitionē pertinet rerū, etiam præteritis seculis uixisse uideamur

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæ sint oratoris instrumenta. CAP. V.

HAec sunt quæ me redäturũ promiserã instrumẽta, non artis, ut quidã putauerunt, sed ipsius oratoris. Hæc arma habere admanũ, horũ scientia debet esse succinctus, accedente uerborũ figurarumq; facili copia, & inuentionis ratione, & disponendi usu, & memoriæ firmitate, & actionis gratia. Sed plurimum ex his ualet animi præstantia, quã nec metus frangat, nec acclamatio terreat, nec audientium authoritas ultra debitam reuerentiam tardet. Nam ut abominanda sunt cõtraria his uitia, confidentiæ, temeritatis, improbitatis, arrogãtiæ: ita citra constantiã, fiduciã, fortitudinẽ, nihil ars, nihil studiũ, nihil profectus ipse profuerit: ut si des arma timidis et imbellibus. Inuitus mehercule dico, quoniam & aliter accipi potest, ipsam uerecundiã, utiũ quidẽ, sed amabile, & quæ uirtutes facillimè generet, esse interim aduersam, multisq; in caussa fuisse, ut bona ingenij studijq; in lucem nõ prolata, situ quodam secreti consumerentur. Sciat autem si quis hæc forte minus adhuc peritus distinguendi uim cuiusq; uerbi, leget, non probitatem à me reprehendi, sed uerecundiam, quæ est timor quidam reducens animum ab ijs quæ facienda sunt: unde confusio, & cœpti pœnitentia, & subitum silentium. Quis porrò dubitet uitijs adscribere affectum propter quem facere honestè pudet? Neq; ego rursus nolo eum qui sit dicturus, & solicitum surgere, & colore mutari, & periculum intelligere: quæ si non accident, etiam simulanda erunt: sed intellectus hic sit operis, non metus: moueamurq;, non concidamus. Optima est autem emẽdatio uerecundiæ, fiducia: & quanlibet imbecilla frons, magna conscientia sustinetur. Sunt & naturalia, ut suprà dixi, quæ tamen & cura iuuantur, instrumenta, uox, latus, decor: quæ quidem tantũ ualent, ut frequenter famã ingenij faciant. Habuit oratores ætas nostra copiosiores: sed cum diceret, eminere inter æquales Trachallus uidebatur, cũ

corporis sublimitas erat, is ardor oculorũ, frontis authoritas, gestus præstantia, uox quidem, non ut Cicero desiderat penè tragœdorum, sed super omnes, quos ego quidem audierim, tragœdos. Certè cum in basilica Iulia diceret primo tribunali, quatuor autem iudicia, ut moris est, cogerentur, atque omnia clamoribus fremerent, & auditum eum, & intellectum, &, quod agentibus cæteris contumeliosum fuit, laudatum quoq; ex quatuor tribunalibus memini. Sed hoc uotum est, & rara felicitas: quæ si non adsit, sanè sufficiat, ab ijs quibus quis dicit, audiri. Talis esse debet orator, & hæc scire.

Quod sit incipiendi caussas agere tempus. CAP. VI.

AGẽdi autem initium sine dubio secundum uires cuiusq; sumendum est: neq; ego annos definiam, cum Demosthenẽ puerum admodum actiones pupillares habuisse manifestũ sit: Caluus, Cæsar, Pollio, multũ ante quæstoriam omnes ætatem grauissima iudicia susceperint: prætextatos egisse quosdam sit traditum: Cæsar Augustus duodecim natus annos, auiam pro Rostris laudauerit. Modus mihi uidetur quidam tenendus, ut neq; præpropere distringatur immatura frõs, & quicquid est illud adhuc acerbum, proferatur. Nam inde & contemptus operis innascitur, & fundamenta iaciuntur impudentiæ, & (quod est ubiq; perniciosissimum) præuenit uires fiducia. Nec rursus differendũ est tyrociniũ in senectutẽ. Nã quotidie metus crescit, maiusq; fit semper quod ausuri sumus: & dum deliberamus quãdo incipiendũ sit, incipere iam serũ est. Quare fructum studiorũ uiridem & adhuc dulcẽ promi decet, dum & uenia & spes est, & paratus fauor, & audere nõ dedecet: & si quid desit operi, supplet ætas: & siqua sunt dicta iuueniliter, pro indole accipiuntur: ut totus ille Ciceronis pro Sexto Roscio locus, Quid enim tã cõmune, quàm spiritus uiuis, terra mortuis, mare fluctuãtibus, littus ejectis? Quæ cum sex &

Asconius apud Gell. septem & uiginti numerat.

uiginti natus annos, summis audientium clamoribus dixerit, deferbuisse tempore, & annis liquata iam senior idem fatetur. Et hercle quantumlibet secreta studia contulerint, est tamen proprius quidam fori profectus: alia lux, alia ueri discriminis facies: plusq;, si separes, usus sine doctrina, quàm citra usum doctrina ualeat. Ideoq; nonnulli senes in schola facti, stupēt nouitate cum in iudicia uenerūt, & omnia suis exercitationibus similia desiderant. At illic & iudex tacet, & aduersarius obstrepit, & nihil temere dictum perit: & siquid tibi ipse sumas, probandū est: & laboratā congestamq; dierū ac noctiū studio actionē, aqua deficit: & omisso magna semper flandi tumore, in quibusdā causis loquendū est, quod illi diserti minimè sciūt. Itaq; nonnullos reperias, qui sibi eloquētiores uideātur, quàm ut causas agant. Cæterum illum quem iuuenem, tenerisq; adhuc uiribus nitētem, in forū deduximus, & incipere à quàm maximè facili ac fauorabili causa uelim, ut catuli ferarū molliore præda saginantur: & non utiq; ab hoc initio continuare operam, & ingenio adhuc alendo callum inducere, sed iam scientem quid sit pugna, & in quam rem studendum sit, refici atq; renouari. Sic & tyrocinij metum, dum facilius est audere, transierit, nec audendi facilitatem usq; ad contemptum operis adduxerit. Vsus est & hac ratione M. Tullius: & cum iam clarū meruisset inter patronos qui tum erant, nomē, in Asiam nauigauit, secq; & alijs sine dubio eloquentiæ ac sapientiæ magistris, sed præcipuè tamen Apollonio Moloni, quem Romæ quoq; audierat, Rhodi rursus formandum ac uelut recoquendum dedit. Tum dignum operæ precium uenit, cum inter se congruunt præcepta & experimenta.

In Orat. & Bruto.

Actionē &c. alludit ad clepsydras oratorum.

In Bruto.

Quæ in suscipiēdis causis oratori obseruāda sint. CAP. VII.

CVm satis in omne certamē uiriū fecerit, prima ei cura in suscipiendis causis erit: in quibus defendere quidem reos profectò quàm facere uir bonus malet: non tamen ita nomen

ipsum accusatoris horrebit, ut nullo neq; publico neq; priuato duci possit officio, ut aliquē ad reddendā rationem uitæ uocet. Nam & leges ipsæ nihil ualeāt, nisi actoris idonea uoce munitæ: & si pœnas scelerū expetere fas nō est, propè est ut scelera ipsa permissa sint: & licentiā malis dari, certè cōtra bonos est. Quare neq; sociorū querelas, nec amici uel propinqui necē, nec erupturas in Rempubliclā cōspirationes inultas patietur orator: non pœnæ nocentiū cupidus, sed emēdandi uitia, corrigendiq; mores. Nam qui ratione traduci ad meliora non possunt, solo metu cōtinentur. Itaq; ut accusatoriā uitā uituere, & ad deferēdos reos præmio duci, proximū latrocinio est: ita pestē intestinā propulsare, cum propugnatoribus patriæ cōparandū. Ideoq; principes in Republica uiri non detrectauerunt hanc officij partē: creditiq; sunt etiā clari iuuenes obsidē Reipublicæ dare malorū ciuium accusationem, quia nec odisse improbos, nec simultates prouocare, nisi ex fiducia bonæ mētis uidebantur. Idq; cum ab Hortēsio, Lucullis, Sulpitio, Cicerone, Cæsare, plurimis alijs, tum ab utroq; Catone factum est: quorum alter appellatus est sapiens: alter nisi creditur fuisse, uix scio cui reliquerit huius nominis locum. Nanq; defendet omnis orator, idemq; portum illum elloquentiæ suæ salutarē, non etiā piratis patefaciet, ducturq; in aduocationē maximè caussa. Quoniam tamē omnes qui non improbè litigabūt, quorum certè bona pars est, sustinere non potest unus, aliquid & commendantiū personis dabit, & ipsorum qui iudicio decernent, ut optimi cuiusq; uolūtate moueatur. nanq; hos & amicissimos uir bonus habebit. Summouendum uerò est utrunq; ambitus genus, uel potentibus cōtra humiles uenditandi operā suam: uel illud etiam iactātius, minores utiq; contra dignitatem attollendi. Non enim fortuna caussas uel iustas uel improbas facit. Neque uerò pudor obstet, quo minus susceptam, cum melior uideretur, litem, cognita inter dicendum iniquitate,

dimittat, cum prius litigatori dixerit uerum. Nam & in hoc maximum, si æqui iudices sumus, beneficium est, ut non fallamus uana spe litigantẽ. Neq; est dignus opera patroni, qui non utitur consilio. Et certè non conuenit ei quem oratorem esse uolumus, iniusta tueri scientem. Nam si ex illis quæ suprà diximus causis falsum tuebitur, erit tamen honestum quod ipse faciet. Gratis'ne ei semper agẽdum sit: tractari potest. Quod ex prima statim fronte dijudicare, imprudentiũ est. Nam quis ignorat, quin id longè sit honestissimum, ac liberalibus disciplinis, & illo quem exigimus animo dignissimum, non uẽdere operam, nec eleuare tanti beneficij authoritatem: cum pleraq; hoc ipso possint uideri uilia, quòd precium habent. Cæcis hoc, ut aiunt, satis clarũ est: nec quisquam qui sufficientia sibi (modica autem hæc sunt) possidebit, hunc quæstum sine crimine sordium fecerit. At si res familiaris amplius aliquid ad usus necessarios exiget, secundum omnes sapientium leges patietur sibi gratiam referri: cum & Socrati collatum sit ad uictũ: & Zeno, Cleãthes, Chrysippus mercedes à discipulis acceptauerint. Neq; enim uideo quæ iustior acquirendi ratio, quam ex honestissimo labore, & ab ijs de quibus optimè meruerint, quiq; si nihil inuicẽ præstẽt, indigni fuerint defensione. Quod quidẽ non tustiũ modò, sed necessarium etiam est, cum hæc ipsa opera, tempusq; omne alienis negocijs datum, facultatẽ aliter acquirendi recidant. Sed tum quoque tenendus est modus: ac plurimum refert, & à quo accipiat, & quantum, & quousq;. Paciscendi quidem ille piraticus mos, & imponentium periculis precia, procul abominanda negociatio, etiam à mediocriter improbis aberit, cũ præsertim bonos homines bonasq; causas tuẽti nõ sit metuendus ingratus: qui si futurus, malo tamen ille pecet. Nihil ergo acquirere uolet orator ultrà quàm satis erit: ac ne pauper quidem tanquam mercedem accipiet, sed

Xenophon memorabilium 1.

sed mutua beneuolentia utetur, cum sciat se tanto plus præstitisse: quia nec uænire hoc beneficium oportet, nec perire. Deniq; ut gratus sit, ad eum magis pertinet, qui debet.

Quæ in discendis causis oratori obseruanda sint. CAP. VIII.

PRoxima discendæ causæ ratio: quod est orationis fundamentũ. Neq; enim quisquã tã ingenio tenui reperitur qui cum omnia quæ sunt in causa, diligẽter cognouerit, ad docendum certè iudicẽ nõ sufficiat. Sed eius rei paucissimis cura est. Nam ut taceam de negligentibus, quorũ nihil refert ubi litium cardo uertatur, dũ sint quæ uel extra causã ex personis aut communi tractatu locorum occasionem clamãdi largiantur: aliquos & ambitio peruertit, qui partim tanquam occupati, semperq; aliud habẽtes quod antè agẽdum sit, pridie ad se uenire litigatorẽ, aut eodẽ matutino iubent, nõnunquã etiã inter ipsa subsellia didicisse se gloriãtur: partim iactantia ingenij, ut res citò accepisse uideãtur, tenere se & intelligere prius penè quàm audiãt, mẽtiti, cũ multa et disertè, summisq; clamoribus, quæ neq; ad iudicẽ, neq; ad litigatorẽ pertineãt, decantauerũt, bene sudantes, beneq; comitati per fõrum reducũtur. Ne illas quidem tulerim delicias eorum, qui doceri amicos suos iubẽt: quanquã minus mali est, si illi saltem rectè discant, rectèq; doceãt. Sed quis discet tam bene, quàm patronus? Quomodo autẽ sequester ille, & media litiũ manus, & quidam interpres, impendet æquo animo laborem in alienas actiones, cum dicturus ipse non sit? Peßimæ uerò consuetudinis, libellis esse contentum, quos componit aut litigator, qui confugit ad patronum, quia liti ipse non sufficit: aut aliquis ex eo genere aduocatorum, qui se non posse agere cõfitẽtur: deinde faciũt id quod est in agendo difficillimum. Nam qui iudicare quid dicendũ, quid dißimulandũ, quid declinandum, mutandum, fugiendũ etiam sit,

sit, potest, cur non sit orator, quandò quod difficilius est facit? Hi porrò non tantũ nocerẽt, si omnia scriberent uti gesta sunt. Nũc consiliũ & colores adijciũt, & aliqua peiora ueris, quæ plerique cum acceperunt, immutare nefas habent, & uelut themata in scholis posita custodiunt. Deinde deprehenduntur, & causſam quã discere ex suis litigatoribus noluerũt, ex aduersarijs discũt. Liberũ igitur demus ante omnia ijs quorũ negocium erit, tempus, ac locũ: exhortemurq; ultro, ut omnia quãlibet uerbosè, & unde uolẽt repetito tempore exponant. Non enim tam obest audire superuacua, quàm ignorare necessaria. Frequenter autẽ & uulnus & remedium in ijs orator inueniet, quæ litigatori in neutrã partẽ habere momentũ uidebantur. Nec tanta sit actoro memoriæ fiducia, ut subscribere audita pigeat. Nec semel audisse sit satis: cogẽdus eadem iterum ac sæpius dicere litigator: non solùm quia effugere aliqua prima expositione potuerũt, præsertim hominẽ (quod sæpe euenit) imperitum, sed etiam ut sciamus an eadem dicat. Plurimi enim mentiuntur, & tanquã non doceant causſam, sed agant, non ut cum patrono, sed ut cum iudice loquuntur. Quapropter nunquam satis credendum est, sed agitandus omnibus modis, & turbãdus, & euocãdus. Nam ut medicis non apparẽtia modò uitia curãda sunt, sed etiam inueniẽda quæ latent, sæpe ipsis ea qui sanandi sunt, occulentibus: ita aduocatus plura quàm ostẽdũtur, aspiciat. Nam cum satis in audiendo patientiæ impenderit, in aliam rursus ei personam transeundũ est, agendusq; aduersarius, proponendum quicquid omnino excogitari contrà potest, quicquid recipit in eiusmodi disceptatione natura. Interrogandus quaminsestissimè, ac premendus. Nam dũ omnia quærimus, aliquando ad uerum, ubi minimè expectauimus, peruenimus. In summa, optimus est in discendo patronus, incredulus. Promittit enim litigator omnia, testem, populum, para

ratissimas consignationes, ipsum deniq; aduersarium quædã nõ negaturũ. Ideoq; opus est intueri omne litis instrumẽtũ: quod uidere nõ est satis: perlegẽdũ erit. Nam frequẽtissimè aut nõ sunt omnino quæ promittebãtur, aut minus cõtinent: aut cũ alio aliquo nocituro permista sunt: aut nimia sunt, & fidẽ hoc ipso detractura, quòd non habent modũ. Deniq; linum ruptũ, aut turbata* cera, aut sine agnitore signa frequenter inuenies: quæ nisi domi excusſeris, in foro inopinata decipiẽt: pluſq; nocebunt destituta, quàm non promissa nocuissent. Multa etiam quæ litigator nihil ad causſam pertinere crediderit, patronus eruet: modò per omnes quos tradidimus argumẽtorum locos eat: quos ut circumspectare in agendo, & attentare singulos minimè conuenit, propter quas diximus causſas: ita in discẽdo rimari necessarium est, quæ personæ, quæ tempora, quæ loca, instituta, instrumenta, cætera: ex quibus non tantùm illud quod est artificiale probationis genus colligi possit, sed qui metuendi testes, quomodo sint refellendi. Nam plurimum refert, inuidia reus, an odio, an contemptu laboret: quorum ferè pars prima superiores, proxima pares, tertia humiliores premit. Sic causſam perscrutatus, propositis ante oculos omnibus quæ prosint nocentue, tertiam deinceps personam induat iudicis, fingatq; apud se agi causſam, & quod ipsum mouisset de eadem re pronunciaturum, id potentissimum apud quencunque agetur, existimet: & sic eum rarò fallet euentus, aut culpa iudicis erit.

* cætera, Lib. 5. ca. 10.

Quæ seruanda in agendis causſis oratori sint. CAP. IX.

QVæ sint in agẽdo seruanda, toto ferè opere executi sumus: pauca tamẽ propria huius loci, quæ nõ tam dicẽdi arte, quàm officijs agẽdi cõtinentur, attingam. Ante omnia, ne, quod plerisq; accidit, ab utilitate cum causſæ, præsentis cupido laudis

laudis abducat. Nam ut gerẽtibus bella, non ſemper exercitus per plana & amœna ducẽdus eſt, ſed adeũdi plerunq; aſperi colles, expugnandæ ciuitates quamlibet præciſis impoſitæ rupibus, aut operũ mole difficiles: ita oratio gaudebit quidẽ occaſione latius decurrẽdi, & æquo congreſſa cãpo, totas uires populariter explicabit: at ſi iuris anfractus, aut eruẽdæ ueritatis latebras adire cogetur, nõ obequitabit, nec illis uibrãtibus concitatisq; ſententijs uelut miſſilibus utetur: ſed operibus, & cuniculis, & inſidijs, & occultis artibus rẽ geret. Quæ omnia non dum fiunt laudantur, ſed cum facta ſunt: unde etiam cupidis minus opinionis, plus fructus uenit. Nam cũ illa dicẽdi uitioſa iactatio inter plauſores ſuos detonuit, reſurgit ueræ uirtutis fortior fama: nec iudices à quo ſint moti diſſimulant, & doctis creditur: nec eſt orationis uera laus, niſi cum finita eſt.

Veteribus quidem etiam diſſimulare eloquentiam fuit moris: idq; M. Antonius præcipit, quò plus dicentibus fidei, minusq; ſuſpectæ aduocatorum inſidiæ fõrẽt. Sed illa diſſimulari quæ tum erat, potuit: nondũ enim tantũ dicẽdi lumen acceſſerat, ut etiã per obſtantia crumperet. Quare artes quidem & cõſilia lateant, & quicquid ſi deprehenditur perit. Hactenus eloquẽtia ſecretum habet. Verborum quidem delectus, grauitas ſententiarum, figurarũ elegãtia, aut non ſunt, aut apparẽt. ſed uel propter hoc ipſum oſtẽtanda non ſunt, quòd apparẽt: aut ſi unũ è duobus eligendũ, cauſſa potius laudetur quàm patronus. Finẽ tamẽ hunc præſtabit orator, ut uideatur optimam cauſſam optimè egiſſe. Illud certum erit, neminẽ peius agere, quàm qui diſplicẽte cauſſa placet. neceſſe eſt enim extra cauſſam ſit quod placet. Nec illo faſtidio laborabit orator, non agendi cauſſas minores, tanquam infra eum ſint, aut detractura ſit opinioni minus liberalis materia. Nam & ſuſcipiẽdi ratio iuſtiſſima eſt officium, & optandum etiam ut amici quàm nuni

minimas lites habeant & abunde dixit bene, qui rei ſatisfecit.

At quadã etiã ſi fortè ſuſceperũt negocia paulo ad dicẽdum tenuiora, extrinſecus adductis ea rebus circunlimũt: ac ſi deſẽcerint alia, cõuitijs implent uacua cauſſarum: ſi contingit, ueris: ſi minus, fictis: modò ſit materia ingenij, mercaturq; clamorẽ dũ dicitur. Quod ego adeò longè puto ab oratore perfecto, ut eum ne uera quidẽ obiecturũ, niſi id cauſſa exigit, credam. Ea eſt enim prorſus canina, ut ait Appius, eloquẽtia, cenſurã maledicendi ſubire: quod facientibus, etiam malè audiendi præſumenda patientia eſt. Nam & in ipſos ſit impetus frequenter qui egerũt, & certè patroni petulantiã litigator luit. Sed hæc minora ſunt ipſo illo uitio animi, quo maledicus à malefico non diſtat niſi occaſione. Turpis uoluptas, & inhumana, & nulli audientium bono grata: à litigatoribus quidẽ frequenter exigitur, qui ultionem malunt, quàm defenſionem. Sed neq; alia multa ad arbitrium eorum facienda ſunt. Hoc quidẽ quis hominũ liberi modò ſanguinis ſuſtineat, petulans eſſe ad alterius arbitrium? Atqui etiam in aduocatos partis aduerſæ libenter nonnulli inuehuntur: quod, niſi ſi fortè meruerunt, & inhumanũ eſt reſpectu cõmunium officiorũ, & cum ipſi qui dicit, inutile (nam idẽ iuris reſponſuris datur) tum cauſſæ contrariũ, quia planè & aduerſarij ſiunt, & inimici: & quantulumcunq; his uirium eſt, contumelia augetur. Super omnia perit illa quæ plurimũ oratori et authoritatis & fidei affert, modeſtia, ſi à uiro bono in rabulam latratoremq; cõuertitur, compoſitus nõ ad animũ iudicis, ſed ad ſtomachum litigatoris. Frequenter etiam ſpecies libertatis deducere ad temeritatem ſolet, non cauſſis modò, ſed ipſis quoq; qui dixerunt, periculoſam. Nec immeritò Pericles ſolebat optare, nequod ſibi uerbũ in mentẽ ueniret, quo populus offenderetur. Sed quod ille de populo, id ego de omnibus ſentio qui tantundem poſſunt no-

cere. Nam quæ fortia dum dicũtur uidebãtur, stulta cum læserunt uocantur. Nunc quia uarium ferè propositũ agentium fuit, & quorundam cura tarditatis, quorũdam facilitas temeritatis crimine laborauit: quẽ credã fore in hoc oratoris modum, tradere nõ alienũ uidetur. Afferet ad dicendũ curæ semper quantũ plurimũ poterit. Neq; enim solùm negligentis, sed & mali, & in suscepta causſa perfidi ac proditoris est, peius agere quàm possit. Ideoq; ne suscipiẽdæ quidẽ sunt causſæ plures, quàm quibus sufficturũ se sciat. Dicet scripta quàm res patietur plurima: & ut Demosthenes ait, si cõtinget, & sculpta. Sed hoc aut primæ actiones, aut quæ in publicis iudicijs post interiectos dies dãtur, permiserint: at cũ protinus respõdendũ est, omnia parari nõ possunt, adeò ut paulo minus prõptis etiã noceat scripsisse, si alia ex diuerso quàm opinati fuerant, occurrerint. Inuiti enim recedunt à præparatis, & tota actione respiciũt requiruntq; nam aliquid ex illis interuallis, atq; ex tẽpore dicẽdis inseri possit. quod si fiat, non cohæret, nec commissuris modò, ut in opere male iuncto hiantibus, sed ipsa coloris inæqualitate detegitur. Ita nec liber est impetus, nec cura contexta, & utrũq; alteri obstat. Illa enim quæ scripta sunt, retinent animũ, nõ sequuntur. Itaq; in his actionibus omni, ut agricolæ dicũt, pede standum est. Nam cũ in propositione ac refutatione causſa consistat, quæ nostræ partis sunt, scripta esse possunt: quæ etiã respõsurũ aduersarium certum est, (est enim aliquando certũ) pari cura refelluntur. Ad alia unũ paratũ afferre possumus, ut causſam bene nouerimus: alterũ ibi sumere, ut dicentẽ aduersarium diligenter audiamus. Licet tamen præcogitare plura, & animũ ad omnes casus cõponere: idq; est tutius stylo, quò facilius & omittitur cogitatio, & transfertur. Sed siue in respondendo fuerit subitò dicẽdum, siue quæ alia ita exegerit ratio, nunquam oppressum se ac dep

ac deprehensum credet Orator, cui disciplina & studium & exercitatio dederit uires etiam facilitatis: quemq; armatũ semper, ac uelut in procinctu stantem, nõ magis uniquã in causſis oratio, quàm in rebus quotidianis ac domesticis sermo desiciet, nec se unquã propter hoc oneri subtrahet, modò sit causſæ dicendæ tempus: nam cætera semper sciet.

De genere dicendi. CAP. X.

SVperest ut dicã de genere orationis. Hic erat propositus à nobis in diuisione prima locus tertius: nã ita promiserã me de arte, de artifice, de opere dicturũ. Cũ sit autem* Rhetoris atq; Oratoris opus oratio, pluresq; eius formæ, sicut ostendam in omnibus his & ars est, & artifex: plurimũ tamẽ inuicem differũt: nec solùm specie, ut signũ signo, & tabula tabula, & actio actione, sed genere ipso, ut à Græcis Tuscanicæ statuæ, & Asianus eloquens Attico. Suos autem hæc operum genera quæ dico, ut authores, sic etiam amatores habent: atq; ideo nondũ est perfectus Orator, ac nescio an ars ulla, non solùm quia aliud in alio magis eminet, sed quòd nõ una omnibus forma placuit, partim conditione uel temporum uel locorum, partim iudicio cuiusq; atq; proposito. Primi, quorũ quidẽ opera nõ uetustatis modò gratia uisenda sint, clari pictores fuisse dicũtur Polygnotus atq; Aglaophõ, quorũ simplex color tam sui studiosos adhuc habet, ut illa prope rudia, ac uelut futuræ mox artis primordia, maximis qui post eos extiterũt authoribus præferant, proprio quodam intelligendi (ut mea fert opinio) ambitu. Pòst Zeusis atq; Parrhasius non multũ ætate distantes (circa Peloponnesia ambo tempora. nam cum Parrhasio sermo Socratis apud Xenophontem inuenitur) plurimum arti addiderũt. Quorum prior luminum umbrarumq; inuenisse rationem, secundus examinasse subtilius lineas traditur. Nam Zeusis plus membris corporis dedit, id amplius atque

* Rhetorices

Lib. 2. cap. 15.

Plin. lib. 34. cap. 7.

Pictores clari, de quibus uide Plin. lib. 35. cap. 9. & 10.

augustius ratus, atq; (ut existimant) Homerũ secutus, cui uali-
dißima quæq; forma etiã in fœminis placet. Ille uerò ita cir-
cunscripsit omnia, ut eum legumlatorẽ uocent, quia Deorum
atq; Heroũ effigies, quales ab eo sunt traditæ, cæteri tanquam
ita necesse sit sequũtur. Floruit autẽ circa Philippum, & usq;
ad successores Alexãdri, pictura præcipuè, sed diuersis uirtu-
tibus. Nam cura Protogenes, ratione Pãphilus ac Melãthius,
facilitate Antiphilus, concipiẽdis uisionibus (quas φαντασίας
uocãt) Theon Samius, ingenio & gratia quã in se ipse maxi-
mè iactat. Apelles est præstantißimus. Euphranorẽ admiran-
dum facit, quòd & cæteris optimis studijs inter præcipuos,
& pingendi fingẽdiq; idem mirus artifex fuit. Similis in sta-
tuis differentia. Nam duriora, & Tuscanicis proxima Calon
atq; Egesias, iam munus rigida Calamis, molliora adhuc supra
dictis Myron fecit. Diligẽtia ac decor in Polyeleto supra cæ-
teros: cui quãquã à pleriscq; tribuitur palma, tamẽ ne nihil de-
trahatur, decesse põdus putant. Nã ut humanæ formæ decorem
addiderit supra uerũ, ita non expleuisse deorũ authoritatẽ ui-
detur. Quin ætatẽ quoq; grauiorẽ dicitur refugisse, nihil au-
sus ultra læues genas. At quæ Polycleto defuerũt, Phidiæ atq;
Alcameni dãtur. Phidias tamẽ dijs quàm hominibus efficiẽdis
melior artifex traditur: in ebore uerò lõge citra æmulum, uel
si nihil nisi Mineruã Athenis, aut Olympium in Elide Iouem
fecisset: cuius pulchritudo adiecisse aliquid etiam receptæ re-
gioni uidetur. adeò maiestas operis deũ æquauit. Ad * ueritatẽ
Lysippũ & Praxitelem accesisse optimè affirmãt. Nam De-
metrius tanquã nimius in ea reprehenditur, & fuit similitudi-
nis quàm pulchritudinis amantior. In oratione uerò si spe-
cies intueri uelis, totidẽ penè reperias ingeniorũ, quot corpo-
rum formas. Sed fuere quædã genera dicẽdi conditione tẽpo-
rum horridiora, alioqui magnã iã ingenij uim præ se ferẽtia.

* id est uerarũ rerum formas expressisse.

Hinc

Hinc sunt Lælij, Africani, Catones, Gracchiq;, quos tu licet
Polygnotos uel Calonas appelles. Mediam illam formã tenẽt
L. Crassus, Q. Hortensius. Tum deinde efflorescat non mul-
tum inter se distantium tẽporum Oratorũ ingens prouentus.
Hinc uim Cæsaris, indolẽ Cælij, subtilitatẽ Callidij, grauitatẽ
Bruti, acumẽ Sulpitij, acerbitatem Cassij, diligentiã Pollionis,
dignitatẽ Messalæ, sanctitatem Calui reperiemus. In his etiam
quos ipsi uidimus, copiã Senecæ, uires Africani, maturitatem
Afri, iucunditatem Crispi, sonum Trachalli, elegãtiam Secun-
di. At M. Tullium non illum habemus Euphranorẽ circa plu
rium artiũ species præstantem, sed in omnibus quæ in quoq;
laudantur, eminẽtißimum. Quem tamen & suorum homines
temporum incessere audebant ut tumidiorem, & Asianũ, &
redundantem, & in repetitionibus nimium, & in salibus ali-
quando frigidum, & in cõpositione fractum, exultamẽ, ac pe-
nẽ (quod procul absit) uaro molliorẽ. Postea uerò quàm triũ-
uirali proscriptione cõsumptus est, passim qui oderant, qui in-
uidebant, qui æmulabantur, adulatores etiam præsentis po-
tentiæ, non responsurũ inuaserũt. Ille tamen qui ieiunus à qui-
busdam & aridus habetur, non aliter ab ipsis inimicis malẽ
audire, quàm nimijs floribus & ingenij affluentia potuit. Fal-
sum utrunq;, sed tamen illa metiendi propior occasio. Præci-
pue uerò pressêrunt eum, qui uideri Atticorũ imitatores con-
cupierant. Hæc manus quasi quibusdam sacris initiata, ut alie-
nigenam, & uarum superstitiosum, deuinctumq; illis legibus
insequebatur. Vnde nunc quoq; aridi, & exucci, & exan-
gues (hi sunt enim qui suæ imbecillitati, sanitatis appellationẽ,
quæ est maximè contraria, obtendant) quia clariorem uim
eloquentiæ uelut solem ferre non possunt, umbra magni no-
minis delitescunt, quibus quia multa, & pluribus locis Cice-
ro ipse respondit, tutior mihi de hoc differendi breuitas erit.

Horũ omniũ genera dicẽdi exprimit Cic. de Cla. Oratorib.

In Bruto.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et antiqua quidē illa diuisio inter Asianos atq; Atticos fuit, cum hi pressi & integri, cōtrà inflati illi & inanes haberentur: & in his nihil superflueret, illis iudiciū maximè ac modus deesset. Quod quidā, quorū & Santra est, hoc putant accidisse, quòd paulatim sermone Græco in proximas Asiæ ciuitates influente, nondum satis periti loquēdi, facundiā cōcupierint: ideoq; ea quæ propriè signari poterant, circuitu cœperint enunciare, ac deinde in eo perseuerarint. Mihi autē orationis differentiā fecisse & dicentiū & audientiū naturæ uidentur, quòd Attici limati quidē & emūcti nihil inane aut redundans ferebāt: Asiana gēs tumidior alioqui & iactātior, uaniore etiā dicendi gloria inflata est. Tertiū mox, qui hæc diuidebāt, adiecerunt genus, Rhodium: quod uelut mediū esse, atq; ex utroq; mistū uolunt. Neq; enim Atticè pressi, neq; Asianè sunt abundantes: ut aliquid habere uideantur gentis, aliquid authoris. Aeschines enim, qui hunc exilio delegerat locū, intulit eò studia Athenarum, quæ uelut fata quædam cælo terraq; degenerant, saporē illū Atticū peregrino miscuerūt. Lenti ergo quidem ac remissi, nō sine pōdere tamen: neq; fontibus puris, neq; torrētibus rapidis, sed lentis stagnis similes habētur. Nemo igitur dubitauerit lōgè esse optimū genus Atticorū. In quo ut est aliquid inter ipsos cōmune, id est iudicium acre, tersumq;: ita ingeniorū plurimæ formæ. Quapropter mihi falli multum uidentur, qui solos esse Atticos credunt tenues, & lucidos, & significantes, sed quadam eloquentiæ frugalitate cōtentos, ac semper manum intra pallium continentes. Nam quis erit hic Atticus? Sit Lysias. hunc enim amplectuntur amatores istius nominis modū. Non igitur iam usq; ad Cocetū & Antocidem remittemur. Interrogare tamē uelim an Isocrates atticè dixerit. Nihil enim tā est Lysiæ diuersum. Negabūt? At eius schola principes Oratorum dedit. Quæratur similius aliquid. Hyperi

rides Atticus? Certè. At plus indulsit uoluptati. Trāseo plurimos, Lycurgū, Aristogitona, & his priores Isæū, Antiphōtem: quos ut homines, inter se genere simules, differētes dixeris specie: quid ille, cuius modò fecimus mentionem, Aeschines? non ne his latior, & audētior, et excelsior? Quid deniq; Demosthenes? nō cūctos illos tenues & circūspectos, ui, sublimitate, impetu, cultu, cōpositione superauit? nō insurgit locis? nō figuris gaudet? non translationibus nitet? non oratione picta dat carentibus uocem? non illud iusiurandū per cæsos in Marathone ac Salamine propugnatores Reipublicæ, satis manifestò docet præceptorē eius Platonē fuisse? Quem ipsum num Asianum appellabimus, plerunq; instinctis diuino spiritu uatibus cōparandū? Quid Pericles? similem'ne credimus Lysiacæ gracilitati, quē fulminibus & cælesti fragori cōparant comici, dum illi conuiciantur? Quid est igitur cur in ijs demum qui tenui uenula per calculos fluunt, atticum saporem putent? ibi demum thymum redolere dicant? Quos ego existimo, siquod in his finibus uberius inuenerint solum, fertiliorem'ue segetē, negaturos Atticā esse, quòd plus quàm acceperit seminis reddat, quia hanc eius terræ fidē Menāder eludit. Itaq; siquis nūc ad eas Demosthenis uirtutes, quas ille summus Orator habuit, tamen quæ defuisse ei, siue ipsius natura, siue lege ciuitatis ille dentur, adiecerit, ut affectus concitatius moueat, audiam dicētem, non fecit hoc Demosthenes? & siquid exierit numeris aptius, fortasse non posit, sed tamen siquid exierit, nō erit Atticum? Melius de hoc nomine sentiant, credantq; Atticè dicere, esse optimè dicere. Atq; in hac tamē opinione perseuerantes Græcos magis tulerim. Latina mihi facundia, ut inuentione, dispositione, consilio, cæteris huius generis artibus similis Græcæ, ac prorsus discipula eius uidetur: ita circa rationem eloquendi uix habere imitationis locum. Nanq; est ipsis

Lege ciuitatis, qua Orator uetabatur epilogo uti, ne affectus moueret.

statim sonis durior, quandò & iucundissimas ex Græcis literas non habemus, uocalē alteram, alteram consonantē, quibus nullæ apud eos dulcius spirant: quas mutuari solemus quoties illorū nominibus utimur. Quod cū cōtingit, nescio quo modo uelut hilarior protinus renidet oratio, ut in Zephyris & Zopyris, quæ si nostris literis scribātur, surdū quiddā & barbarū efficiēt, & uelut in locū earū succedent triste & horridæ, quibus Græcia caret. Nam illa quæ sexta est nostrarum, penè non humana uoce, uel omnino nō uoce potius, inter discrimina dentiū efflāda est: quæ etiā cum uocalem proxima accipit, quassa quodā modo, utiq; quoties aliquā consonantiū frāgit, ut in hoc ipso frāgit, multo fit horridior. Aeolicæ quoq; literæ, qua seruū ceruumq; dicimus: etiam si fōrma à nobis repudiata est, uis tamē nos ipsa persequitur. Duras & illa syllabas facit, quæ ad coniungendas demum subiectas sibi uocales est utilis, aliàs superuacua, ut equos ac equum scribimus, cūipse etiam hæ uocales duæ efficiant sonū qualis apud Græcos nullus est, ideoq; scribi illorum literis nō potest. Quid, quòd pleraq; nos illa quasi mugiente litera cludimus M, qua nullū græcè uerbū cadit? At illi ν iucundā, & in fine præcipuè quasi tinnientem, illius loco ponūt, quæ est apud nos rarissima in clausulis. Quid quòd syllabæ nostræ in B literā, & D innituntur? adeo asperè, ut pleriq; non antiquissimorum quidē, sed tamen ueterum, mollire tentauerint, non solùm auersa pro abuersis dicendo, sed & in præpositione B literæ absonam & ipsam S subijciendo. Sed accentus quoq; cum rigore quodam, tam similitudine ipsa minus suaues habemus, quia ultima syllaba nec acuta unquam excitatur, nec flexa circunducitur, sed in grauem, uel duas graues cadit semper. Itaq; tanto est sermo Græcus Latino iucundior, ut nostri poëtæ quoties dulce carmen esse uoluerunt, illorum id nominibus exornent. His illa

potentiora, quòd res plurimæ carent appellationibus, ut eas necesse sit transferre, aut circumire: etiam in ijs quæ denominata sunt, summa paupertas in eadem nos frequentissimè reuoluit: at illis non uerborum modò, sed linguarum etiam inter se differentium copia est. Quare qui à Latinis exiget illam gratiam sermonis Attici, det mihi in loquendo eandem iucunditatem, & parem copiam. Quod si negatū est, sentētias aptabimus ijs uocibus quas habemus, nec rerum nimiam tenuitatē, ut non dicā pinguioribus, fortioribus certè uerbis miscebimus, ne uirtus utraq; pereat ipsa confusione. Nā quo minus adiuuat sermo, rerum inuētione pugnādum est. Sensus sublimes uarijq; cruantur. Permouendi omnes affectus erunt, oratio translationum nitore illuminanda. Non possumus esse tam graciles? simus fortiores. Subtilitate uincimur? ualeamus pondere. Proprietas penes illos est certior? copia uincamus. Ingenia Græcorum etiā minora suos portus habent, nos plerunq; maioribus uelis mouemur: ualidior spiritus nostros sinus tēdat. Nō tamen alto semper feremur, nam & litora interim sequenda sunt. Illi facilis per quælibet uada accessus, ego aliquid nō multo tamē altius, in quo mea cymba non sidat, inueniā. Neq; enim si tenuiora hæc ac preßiora Græci melius, in eoq; uincimur solo, & ideo in comœdijs non contendimus, prorsus tamen omittēda pars hæc orationis, sed exigēda ut optimè possumus: possumus autem rerum & modo & iudicio esse similes: uerborum gratia, quam in ipsis non habemus, extrinsecus condīda est. An non in priuatis & acutus, & indistinctus, & nō supra modum elatus M. Tullius? non in M. Callidio insignis hæc uirtus? non Scipio, Lælius, Cato, in eloquēdo uelut Attici Romanorū fuerunt? Cui porrò non satis est, quo nihil esse melius potest? Ad hoc quidam nullam esse naturalem putant eloquentiā, nisi quæ sit quotidiano sermoni simillima, quo cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

amicis,coniugibus,liberis,ſeruis loquamur,contenti promere animi uolũtatẽ,nihilq; arceßiti & elaborati requirẽtes: quicquid huc ſit adiectum, id eſſe affectationis, & ambitioſæ in loquẽdo iactantiæ,remotum à ueritate, fictumq; ipſorũ gratia uerborũ, quibus ſolum à natura ſit officiũ attributum ſeruire ſenſibus:ſicut athletarũ corpora etiã ſi ualidiora fiãt exercitatione,& lege quadã ciborum,non tamẽ eſſe naturalia,atq; ab illa ſpecie quæ ſit cõceſſa hominibus, abhorrere. Quid enim, inquiũt,attinet circuitu res oſtendere,& trãslationibus,id eſt, aut pluribus aut alienis uerbis,cũ ſua cuiq; ſint aßignata nomina? Deniq; antiquiſſimũ quẽq; maximè ſecundũ naturã dixiſſe cõtendũt,mox poëtis ſimiliores extitiſſe,etiã ſi parcius,ſimili tamẽ ratione falſa & impropria uirtutes ducẽtes.Quæ in diſputatione nonnihil ueri eſt,ideoq; non tam procul, quàm ſit à quibuſdã,recedendũ à proprijs atq; communibus.Si quis tamẽ (ut in loco dixi compoſitionis)ad neceſſaria,quibus nihil minus eſt,aliquid melius adiecerit,non erit hac calumnia reprehẽdendus.Nam nubi aliã qundã uidetur habere naturã ſermo uulgaris, aliã uiri eloquentis oratio: cui ſi res indicare modò ſatis eſſet,nihil ultra uerborum proprietatem elaboraret: ſed cũ debeat delectare, mouere, in plurimas animũ audiẽtis ſpecies impellere, utetur ijs quoq; adiutorijs, quæ ab eadem ſunt nobis conceſſa natura. Nam & lacertos exercitatione conſtringere, & augere uires, & colorẽ trahere, naturale eſt: ideoq; in omnibus gẽtibus alius alio facũdior habetur,& eloquẽdo dulcis magis. Quod ſi nõ eueniret, omnes pares eßẽt, & idẽ omnes deceret. At loquũtur,& ſeruant perſonarũ diſcrimen,ita quo quiſq; plus efficit dicẽdo, hoc magis ſecundum naturæ eloquentiam dicit. Quapropter ne illis quidem nimium repugno, qui dandum putant nonnihil eſſe temporibus atq; auribus nitidius aliquid atq; affectatius poſtulãtibus.

Itaq;

Itaq; non ſolum ad priores Catonem Gracchoſq;, ſed ne ad hos quidem Oratorem alligandũ puto. Atq; id feciſſe M.Tullium uideo,ut cum omnia utilitati, tum partẽ quandã delectationi daret,cum & ipſam ſe rem agere diceret(agebat autem maximè) litigatoris. Nam hoc ipſo proderat, quòd placebat. Ad cuius uoluptates nihil equidẽ quod addi poßit inuenio,niſi ut ſenſus nos quidem dicamus plures. Neq; enim fieri poteſt ſalua tractatione cauſſæ,& dicendi authoritate,ſi crebra hæc lumina & continua fuerint, ut non inuicem offecerint.Sed me hactenus cedẽtem nemo inſequatur ultrà, do tẽpori, ne craſſa toga ſit,non ſerica: ne intõſum caput, non in grãdus atq; annulos totũ comptũ:cum in eo qui ſe non ad luxuriã ac libidinẽ referat,cadẽ ſpecioſiora quoq; ſint,quæ honeſtiora.Cæterùm hoc quod uulgò ſententias uocamus (ueteribus præcipueq; Græcis in uſu nõ fiat,apud Ciceronẽ inuenio)dũ rẽ cõtineant, In Bruto.
& copia nõ redũdent,& ad uictoriã ſpectẽt,quis utile neget? Feriũt animũ,& uno ictu frequẽter impellunt,& ipſa breuitate magis hærent,& dictione perſuadent. Ac ſunt qui hæc excitatiora lumina etiã ſi dicere permittant, à cõponendis tamen orationibus excludẽda arbitrẽtur.Quo circa mihi ne hic quidẽ locus intactus eſt omittendus, quòd plures eruditorum aliam eſſe dicendi rationẽ,aliam ſcribendi putauerunt: ideoq; in agendo clariſſimos quoſdã, nihil poſteritati mãſuriſq; mox literis reliquiße, ut Periclem &, Demadem: rurſus alios ad Cic.In Brut.
componendũ optimos,actionibus idoneos nõ fuiſſe, ut Iſocratem:præterea in agendo plus impetus poſſe pleriq;, & petitas uel paulo licentius uoluptates. Cõmouendos enim eſſe,docendoſq; animos imperitorum.At quod libris dedicatur,& in exemplũ editur:terſum ac limatũ,& ad legem ac regulã compoſitũ eſſe oportere,quia ueniat in manus doctorũ,& iudices artis habeat artifices. Quin illi ſubtiles, ut ſimiles ac multi

perſua

perſuaſerũt magiſtri, παράδειγμα dicẽdo, ἐνθύμημα ſcribẽdo eſſe altius tradiderunt. Mihi unũ atq; idem uidetur bene dicere, ac bene ſcribere: neq; aliud eſſe oratio ſcripta, quàm monumentum actionis habitæ. Itaq; nullas nõ (ut opinor) debet habere uirtutes dico, non uitia. Nam imperitis placere aliquando quæ uitioſa ſunt, ſcio. Quo differunt igitur? Quòd ſi mihi des cõcilium iudicum ſapiẽtum, perquàm multa recidam ex orationibus nõ Ciceronis modò, ſed etiã eius qui eſt ſtrictior multo, Demoſthenis. Neq; enim affectus omnino mouendi erunt, nec aures delectatione mulcẽdæ, cum etiam procœmia ſupervacua eſſe apud tales Ariſtoteles exiſtimet. non enim trahentur his illi ſapientes, proprie & ſignificanter rem iudicare, probatione colligere, ſatis eſt. Cum uerò iudex detur aut populus, aut ex populo, laturiq; ſententiã indocti ſæpius, atq; interim ruſtici: omnia quæ ad obtinẽdũ quod intẽdimus, prodeſſe credemus, adhibenda ſunt: eaq; etiã cũ dicemus, promẽda, & cum ſcribemus ut doceamus quomodo dici oporteat. An Demoſthenem maliẽ ſic egiſſe ut ſcripſit, aut Ciceronem? aut eos præſtãtiſſimos Oratores alio quàm ſcriptis cognoſcimus? Melius egerũt igitur, an peius? tũ ſi peius, ſic potius oportuit dici ut ſcripſerunt. ſi melius, ſic oportuit ſcribi ut dixerunt. Quid ergo? ſemper ſic aget Orator ut ſcribit? Si licebit, ſemper. quòd ſi impediãt breuitate tẽpora à iudice data, multum ex eo quod potuit dici, recidetur: editio habebit omnia. Quæ autem ſecundum naturam iudicantium dicta ſunt, non ita poſteris tradentur, ne uideãtur propoſiti fuiſſe, non temporis. Nam id quoq; plurimũ refert, quo modo iudex audire uelit: atq; ei nullus ſæpe ipſe rectus eſt dicentis, ut Cicero præcepit. Ideoq; inſtandũ ijs quæ placere intellexeris, reſiſtendum ab ijs quæ non recipientur. Sermo ipſe qui facile iudicem doceat, optandus. Nec id mirum ſit, cum etiam teſtium perſonis aliqua mutentur.

Pru

Prudẽter enim, qui cũ interrogaſſet ruſticũ teſtẽ an Amphionа noſſet, negãte eo, detraxit aſpirationẽ, breuiauitq; ſecundã eius nominis ſyllabã, & ille cum ſic optimè norat. Huiuſmodi caſus efficiũt, ut aliquãdo dicatur aliter quàm ſcribitur, cũ dicere quomodo ſcribendũ eſt, nõ licet. Altera eſt diuiſio, quæ in tres partes & ipſa diſcedit, qua diſcerni poſſe etiã rectè dicẽdi genera inter ſe uidentur. Nam q; unum ſubtile, quod ἰσχνὸν uocãt. Alterũ grande atq; robuſtum, quod conſtituunt ἀδρὸν. Tertiũ alij mediũ ex duobus, alij floridum, nanq; id ἀνθηρὸν appellant, addiderunt. quorũ tamen ea ferè ratio eſt, ut primũ docendi, ſecundum mouendi, tertiũ illud utrocũq; nomine, delectandi, ſiue aliud interconciliãdi præſtare uidetur officium. In docendo autẽ acumen, in interconciliando lenitas, in mouẽdo grauitas uideatur. Itaq; illo ſubtili præcipuè ratio narrandi probandiq; conſiſtet: ſed quod etiam detractis cæteris uirtutibus, ſuo genere plenum ſit. Medius hic modus, & trãslationibus crebrior, & figuris erit iucũdior, egreſſionibus amœnus, compoſitione aptus, ſententijs dulcis, lenior tamen, ut amnis lucidus quidam, & uirentibus utrinq; ſyluis inumbratus. At ille qui ſaxa deuoluat, & pontem indignetur, & ripas ſibi faciat, multus & torrens iudicẽ uel nitẽtẽ cõtrà ferat, cogatq; ire quà rapit. Hic Orator & defunctos excitabit, ut Appium cæcũ: apud hunc & patria ipſa exclamabit, aliquẽq; (ut apud Ciceronẽ in oratione contra Catilinam in Senatu) alloquetur. Hic & amplificationibus extollet orationẽ, & ui ſuperlationũ quoq; eriget: Quæ Charybdis tã uorax? &, Oceanus mediusfidius ipſe. Nota ſunt enim iam ſtudioſis hæc lumina. Hic deos ipſos in congreſſum propè ſuũ ſermonemq; deducet, Vos enim Albani tumuli atq; luci: uos, inquam, Albanorũ obrutæ aræ, ſacrorũ populi Romani ſociæ et æquales. Hic trã, hic miſericordiã inſpirabit: hic dicet, Te uidit, & fleuit, & appellauit.

Differentiam f & ph affignat Priſcia. lib. 1.

pro Cælio.

Inuect. 1.

Philip. 2.

Pro Milo.

uit. & per omnes affectus tractatur. Hinc ita q; illuc sequetur, nec doceri desiderabit. Quare si ex tribus his generibus necessariò sit eligẽdum unũ, quis dubitet hoc præferre omnibus, & ualidißimũ alioqui, & maximis quibusq; causis accõmodatißimũ? Nã & Homerus breuẽ quidẽ cum animi iucũditate, & propriã, (id enim est nõ errare uerbis) & cauẽtẽ superus cuis eloquentiã Menelao dedit, quæ sunt uirtutes generis illius primi. Et ex ore Nestoris dixit dulciorẽ melle profluere sermonẽ: qua certe delectatione nihil fingi maius potest. Sed summam aggressus, ut in Vlysse, facundiã, magnitudinẽ illi iunxit: cui orationẽ niuibus hybernis copia uerborũ atq; impetu parem tribuit. Cum hoc igitur nemo mortaliũ contendet: hunc ut deum homines intuebuntur. Hanc uim & celeritatẽ in Pericle miratur Eupolis, hanc fulminibus Aristophanes comparat: hæc est uera dicendi facultas. Sed neq; his tribus quasi formis inclusa eloquẽtia est. Nam ut inter gracile ualidumq;, tertium aliquid cõstitutum est: ita horum interualla sunt. Atq; inter hæc ipsa mistum quiddã ex duobus mediũ est eorũ. Nam & subtili plenius aliquid atq; subtilius, & uehemẽti remißius atq; uehementius inuenitur: ut illud lene aut ascẽdit ad fortiora, aut ad tenuiora summittitur: ac sic propè innumerabiles species reperiũtur, quæ utiq; aliquo momẽto inter se differãt: sicut quatuor generaliter uentos à totidem mundi cardinibus accepimus flare, cum interim plurimi medij eorum, uarietate regionum ac fluminũ propriè deprehendãtur. Eademq; musicis ratio est, qui cum in cithara quinque constituerunt sonos, plurima deinde uarietate complent spatia illa neruorum, atque ijs quos interposuerunt, inserunt alios, ut pauci illi transitus multos gradus habeant. Plures igitur etiam eloquentiæ facies, sed stultißimũ quærere ad quã recturus se sit Orator: cum omnis species, quæ modò recta est, habeat usum, atq; id ipsum

Iliados γ.

Iliados ά.

Iliados γ.

In Comœdia Δήμοις.

In Nebulis.

id ipsum omne sit Oratoris, quod uulgò genus dicendi uocant. Vtetur enim, ut res exiget, omnibus: nec pro caussa modò, sed & pro partibus caussæ. Nam ut non eodem modo pro reo capitis, & in certamine hæreditatis, & de interdictis ac sponsionibus, & de certa re credita dicet, sententiarum in senatu, & concionũ, & priuatorum cõsiliorum seruabit discrimina, uiam ex differentia personarum, locorum, temporumq; mutabit: ita in eadem oratione aliter conciliabit, nõ exissdẽ partibus iræ & misericordiã petet: alias ad docendũ, alias ad mouendũ adhibebit artes. Non unus color procœmij, narrationis, argumẽtorũ, egressionis, perorationis, seruabitur. Dicet idem grauiter, seuerè, acriter, uehemẽter, concitatè, copiosè, amarè, comiter, remißè, subtiliter, blandè, leniter, dulciter, breuiter, urbanè, non ubiq; simul, sed ubicũq; par sit. Sic fiet tũ id propter quod maximè repertus est usus orationis, ut dicat & uti liter, & ad efficiendũ quod intẽdit, potenter: tum laudẽ quoq; nec doctorũ modò, sed etiã uulgi consequetur. Falluntur enim plurimũ, qui uitiosum & corruptum dicendi genus, quod aut uerborum licentia resultat, aut puerilibus sententiolis lasciuit, aut immodico tumore turgescit, aut inanibus locis bacchatur, aut casuris, si leuiter excutiantur, floscułis nitet, aut præcipitia pro sublimibus habet, aut specie libertatis insanit: magis existimant populare atq; plausibile. Quod quidem placere multis nec inficior, nec miror. Est enim iucundioris ac fauorabilis qualiscunque eloquentiæ, & ducit animos naturali uoluptate uox omnis, neq; aliunde illi per fora atq; aggerem circuli: quo minus mirum est, quòd multi non agentium parata uulgi corona est. Vbi uerò quid exquisitius dictum accidit auribus imperitorum, qualecunque id, quod modò se ipsi posse desperent, habet admirationem: neq; immeritò: nam ne illud quidem facile est. Sed euanescũt hæc atq; emoriũtur cõparatione meliorũ: ut lana

ut lana tincta fuco citra purpuram placet: at si conuleris etiã lacernæ, conspectu melioris obruatur, ut Ouidius ait. Si uerò iudicium his corruptis acrius adhibeas, ut buccinis purpurã: iam illud quod fefellerat, exuat mentitum colorem, & quadam uix enarrabili fœditate pallescat. Luceat igitur hæc citra solem, ut quædam *exigua animalia igniculi uidentur in tenebris. Deniq; mala multi probant, nemo improbat bona. Neque uerò omnia ista de quibus locuti sumus, Orator optimè tantum, sed etiam facillimè faciet. Neq; enim uis summa dicendi est admiratione digna, si infelix usq; ad ultimum solicitudo persequitur, ac Oratorẽ macerat & coquit, ægrè uerba uertentem, & perpendendis coagmentandisq; eis intabescentem. Nitidus ille, & sublimis, & locuples, circunfluẽtibus undique eloquentiæ copijs imperat. Desinit enim in aduersa niti, qui peruẽnit in summum. Scandenti, circa ima labor est: cæterum quantũ processeris, mollietur dies & lætius solum. Et si hæc quoque iam leuius suprema perseuerantibus studijs euaserit, inde fructus illaborati offerunt sese, & omnia sponte prouenium: quæ tamen quotidie nisi decerpantur, arescunt. Sed & copia habet modum, sine quo nihil nec laudabile, nec salutare est: & nitor ille cultum uirilem, & inuentio iudicium. Sic erũt magna, non nimia: sublimia, non abrupta: fortia, non temeraria: seuera, non tristia: grauia, non tarda: læta, non luxuriosa: iucunda, non dissoluta: plena, non tumida. Similis in cæteris ratio est. Tutissima ferè per medium uia, quia utriusque ultimum uitium est.

* Lampyridas Græci uocãt, Horatius noctilucã. Cicero Nitedulã.

Quæ post finem studia. CAP. XI.

His dicẽdi uirtutibus usus Orator in iudicijs, cõsilijs, cõcionibus, Senatu, in omni deniq; officio boni ciuis, finẽ quoq; dignum & optimo uiro, & opere sanctissimo faciet: non quia prodesse unquã satis sit, & illa mẽte atq; illa facultate præditio non

non conueniat operis pulcherrimi quamlongissimum tempus, sed quia decet hoc quoq; prospicere, ne quid peius quàm fecerit, faciat. Neq; enim scientia modò constat Orator, quæ augetur annis, sed uoce, laterum firmitate: quibus fractis aut imminutis ætate seu ualetudine, cauendum est ne quid in Oratore summo desideretur, ne intersistat fatigatus, ne quæ dicet, parũ audiri sentiat, ne se queratur priorem. Vidi ego longe omniũ quos mihi cognoscere contigit, summum Oratorem, Domitiũ Afrum, ualde senem, quotidie aliquid ex ea quam meruerat authoritate perdentem, cum agẽte illo, quem principem fuisse quondam fori non erat dubium, alij (quod indignum uidebatur) riderent, alij erubescerent: quæ occasio illis fuit dicendi, malle eum deficere quàm desinere. Neq; erant illa qualiacũq; mala, sed minora. Quare antequam in has ætatis ueniat insidias, receptui canet, & in portum integra naue perueniet. Neq; enim minores eum cum id fecerit, studiorum fructus sequentur. Aut ille monumenta rerum posteris, aut, ut L. Crassus in libris Ciceronis destinabat, quærentibus tradet, aut eloquentiæ componet artem, aut pulcherrimis uitæ præceptis dignum os dabit. Frequentabunt uerò eius domum optimi iuuenes more ueterum, & ueram dicendi uiam uelut ex oraculo petent. Hos ille formabit quasi eloquentiæ parẽs, & ut uetus gubernator, littora & portus, & quæ tẽpestatum signa, quid secundis flatibus, quid aduersis ratis poscat, docebit: non humanitatis solùm cõmuni ductus officio: sed amore quodam operis. Nemo enim minui uelit id, in quo maximus fuit. Quid porrò est honestius, quàm docere quod optimè scias? Sic ad se Cælium deductũ à patre Cicero profitetur. Sic Pansam, Hircium, Dolabellam in morem præceptoris exercuit, quotidie dicens, audiensq;. Ac nescio an eum tunc beatissimum credi oporteat fore, cum tam secretus & consecratus, liber inuidia,

De Orat. 1.

Cic. Epist. Famil. 1x. & Sueton. de Rhetor. illust.

procul à contentionibus, famam in tuto collocarit, & sentiat uiuus eam quæ post fata præstari magis solet, uenerationem, & quid apud posteros futurus sit uidebit. Conscius sum mihi, quantũ mediocritate ualui, quæq; antea scierim, quæq; operis huiusce gratia potuerim inquirere, candidè me atq; simpliciter in notitiam eorũ, siqui fortè cognoscere uoluissent, protulisse. Atq; id uiro bono satis est docuisse quod scierit. Vereor tamen, ne aut magna nimium uidear exigere, qui eundem uirum bonum esse, & dicendi peritum uelim: aut multa, qui tot artibus in pueritia discendis, morum quoq; præcepta, & scientiam iuris ciuilis, præter ea quæ de eloquentia traduntur, adiecerim: quibus hæc operi nostro necessaria esse crediderim, uelut pondus rei perhorrescant, ac desperẽt ante experimentum. Sed hi primùm renuncient sibi, quanta sit humani ingenij uis, quàm potens efficiendi quæ uelit, cum maria transire, syderum cursus numerosq; cognoscere, mundum ipsum penè dimetiri, minores sed difficiliores artes potuerint. Tum cogitent, quantam rem petant, quamq; nullius sit hoc proposito præmio labor recusandus. Quod si mente conceperint, huic quoq; parti facilius accedent, ut ipsum iter neq; imperuium, neq; saltem durum putent. Nam id quod prius quodq; maius est, ut boni uiri simus, uoluntate maximè constat: quam qui uera fide induerit, facilè easdem quæ uirtutem docent artes accipiet. Neq; enim aut tam perplexa, aut tam numerosa sunt quæ premunt, ut non paucorum admodum annorum intentione discantur. Longam enim facit operam, quòd repugnamus. Breuis est institutio uitæ honestæ beatæq;, si credas. Natura enim nos ad mentem optimam genuit: adeoq; discere meliora uolentibus promptum est, ut uerè intuenti mirum sit illud magis, malos esse tam multos. Nam ut aqua piscibus, ut sicca terrenis, circunfusus nobis spiritus uolucribus conuenit: ita

ita certè facilius esse oportebat, secundum naturam, quàm contra eam uiuere. Cætera uerò, etiam si ætatem nostram non spatio senectutis, sed tempore adolescentiæ metiamur, abunde multos ad discendum annos habent. Omnia enim breuiora reddet ordo, & ratio, & modus. Sed culpa est in præceptoribus prima, libenter detinentibus puerum, partim cupiditate diutius exigendi mercedulas, partim ambitione, quò difficilius fit quod pollicentur, partim etiam insciția tradendi, uel negligentia. Proxima in nobis, qui morari in eo quod nouimus, quàm discere quæ nondum scimus, melius putamus. Nam ut de nostris potissimùm studijs dicam, quid attinet tam multis annis, quàm in more est plurimorum, (ut de his à quibus magna in hoc pars ætatis absumitur, taceam) declamitare in schola, & tantum laboris in rebus falsis consumere, cum satis sit modico tempore imaginem ueri discriminis, & dicendi leges comperisse? Quod non dico quia sit unquam omittenda dicendi exercitatio, sed quia non sit in una eius specie consenescendum. Cognoscere enim, & præcepta uiuendi perdiscere, & in foro nos experiri potuimus, dum scholastici sumus. Dicendi ratio talis, ut non multos annos poscat. Quæ libet enim ex ijs artibus quarum prius habui mentionem, in paucos libros contrahi solet. adeo infinito spatio ac traditione opus non est. Reliqua est, quæ uires cito facit, consuetudo. Rerum cognitio quotidie crescit, & tamen multorum ad eas librorum necessaria lectio est, quibus aut rerum exempla ab historicis, aut dicendi ab Oratoribus petuntur. Philosophorum quoque consultorumq; opiniones, sicuti alia, uelimus legere necessarium est. Quæ quidem possumus omnia: sed breue nobis tempus nos facimus. Quantulum enim studijs impartimur? Aliæ horas uanus salutandi labor, alias datum fabulis ocium, alias spectacula, alias conuiuia trahunt. Adijce tot

genera ludendi, & insanam corporis curam. Trahat inde peregrinatio, rura, calculorum anxiæ solicitudines, multæ caussæ libidinum, & uinum, & flagitiosus omni genere uoluptatum animus. Ne ea quidem tempora idonea, quæ supersunt. Quæ si omnia studijs impenderentur, iam nobis longa ætas, & abunde satis ad discendum spatia uiderentur: & diurna tantum computantibus tempora, & noctes, quarũ bona pars omni somno longior est, adiuuarent. Nunc computamus annos, non quibus studuimus, sed quibus uiximus. Nec uerò si Geometræ, & Grammatici, cæterarumq; artium professores omnem suam uitam, quamlibet longa fuerit, in singulis artibus consumpserunt, sequitur ut plures quasdam uitas ad plura discenda desideremus. Neq; illi didicerunt hæc usq; in senectutẽ, sed ea sola didicisse contenti fuerunt, ac tot annos in utendo, non in percipiendo exhauserunt. Cæterum ut de Homero taceam, in quo nullius non artis aut perfecta aut certè non dubia uestigia reperiuntur: ut Eleum Hippiam transeam, qui nõ liberalium modò disciplinarum præ se scientiam tulit, sed uestem & annulum, crepidasq;, quæ omnia manu sua fecerat, in usu habuit, atq; ita se præparauit, ne cuius alterius ope egeret, ne'ue ullius rei: Gorgias quoq; summæ senectutis, id quærere auditores, de quo quisq; uellet, iubebat. Quæ tandem ars digna literis Platoni defuit? Quot seculis Aristoteles didicit, ut non solum quæ ad philosophos atq; Oratores pertinent, scientia complecteretur, sed animalium satorumq; naturas omnes perquireret? Illis enim hæc inuenienda fuerunt, nobis cognoscenda sunt. Tot nos præceptoribus, tot exẽplis instruxit antiquitas, ut posit uideri nulla forte nascẽdi ætas felicior, quàm nostra, cui docendæ priores elaborauerunt. Marcus Censorius Cato, idem orator, idem historiæ conditor, idem iuris, idẽ rerum rusticarum peritissimus, inter tot operas militiæ, tãtas domi

Cic. 3. de Ora. Cic. 1. & 3. de Orat. & 2. de Finib.

domi cõtentiones, rudi seculo literas Græcas ætate iam declinata didicit, ut esset hominibus documento, ea quoq; percipi posse, quæ senes concupissent. Quàm multa, imò pene omnia tradidit Varro? Quod instrumentum dicendi M. Tullio defuit? Quid plura? cum etiam Cornelius Celsus mediocri uir ingenio, non solum de his omnibus conscripserit artibus, sed amplius rei militaris, & rusticæ etiam, & medicinæ præcepta reliquerit? dignus uel ipso proposito, ut eum scisse omnia illa credamus. At perficere tantum opus, arduũ est, & nemo perfecit. Ante omnia sufficit ad exhortationem studiorum, non capere id rerum naturam, ut quicquid non est factum, ne fieri quidem possit: cum omnia quæ magna sunt atq; admirabilia, tempus aliquod quo primùm efficerentur, habuerint. Quantum enim Poësis ab Homero & Virgilio, tantum fastigium accepit eloquentia à Demosthene atq; Cicerone. Deniq; quicquid est optimum, antè non fuerat. Verùm etiam siquis summa desperet (quod cur faciat, cui ingenium, ualetudo, facultas, præceptor, non deerunt?) tamen est (ut Cicero ait) pulchrum in secundis tertijs q; consistere. Neq; enim siquis Achillis gloriam in bellicis consequi non potest, Aiacis aut Diomedis laudẽ aspernabitur: neq; qui Homeri, non Tyrtæi. Quinimo si hanc cogitationem homines habuissent, ut nemo se meliorem fore eo qui optimus fuisset, arbitraretur: ij ipsi qui sunt optimi, non fuissent: neq; post Lucretium ac Macrũ Virgilius, neq; post Crassum & Hortensium Cicero, sed nec alij postea uicerint. Verum ut transeundi spes non sit, magna tamen est dignitas subsequendi. An Pollio & Messala, qui iam Cicerone arcem tenente eloquentiæ, agere cœperunt, parum in uita dignitatis habuerunt, parum ad posteros gloriæ tradiderũt? Alioqui pessime de rebus humanis perductæ in summum artes mererentur, si quod optimũ fuisset, defuisset. Adde

In Oratore.

quòd magnos modica quoq; eloquētia parit fructus: ac ſiquis hæc ſtudia utilitate ſola metiatur, penè illi perfectæ par eſt. Neq; erat difficile, uel ueteribus uel nouis exemplis palàm facere, non aliunde maiores honores, opes, amicitias, laudem præſentem futuram hominibus contigiſſe, ſi tamen dignū literis eſſet, ab opere pulcherrimo, cuius tractatus atq; ipſa poſſeſſio pleniſſimam ſtudijs gratiam refert, hanc minorem exigere mercedem, more eorum qui à ſe non uirtutes, ſed uoluptatem quæ ſit ex uirtutibus, peti dicunt. Ipſam igitur orandi maieſtatem, qua nihil dij immortales melius hominū dederūt, & qua remota muta ſunt omnia, & luce præſenti & memoria poſteritatis carēt, toto animo petamus, nitamurq; ſemper ad optima: quod facientes, aut euademus in ſummum, aut certè multos infra nos uidebimus.

Habes Marcelle Victori, quibus præcepta dicendi pro uirili parte adiuuari poſſe per nos uidebantur: quorum cognitio ſtudioſis iuuenibus ſi non magnam utilitatē aſſeret, at certè, quod magis petimus, bonam uoluntatem.

M. FAB. QVINTILIANI DE Inſtitutione oratoria ad Marcellum Victorium libri duodecimi & ultimi finis.

INDEX ALPHABETICVS IN XII. M. FAB. QVINTILIANI LIBROS DE INSTITVT. ORATORIA.

A B, præpoſitio 47
Abdicationum actiones & formæ 366
Ablatiuo caſu Græci carēt 45
Ablatiuo naturalis ineſt amphibolia 115
Abſoluta qualitas 376
Abſtemius quomodo in ſcribendo diuidendum 56
Abuſio interdum neceſſaria 386. 421 uide κατάχρησις
Abuſionis à translatione diſcrimen 421
Academiæ diſputationes eloquentiæ utiliſſimæ 612
Accendendi iudicis ratio 595
Accentus latinis nunus ſuaues quam græcis 632
Accentuum regula apud latinos, & uariatio 40
Accidentia claritatem orationi adferunt 401
Accius Nauius cotem ferro incidit 320
Accius poëta tragicus 513
Accij tragœdi reſpōſum cur cauſſas non ageret 280
Acetabulū, quid habet 421
Aciſculum, paciſculum 317
Achillis haſta Pelias 409
Acclamatione ac plauſu exceptæ Ciceronis oratio pro Cornelio 590
Ἀκόλουθα, conſequentia 253
Acor in cibis interim iucundus 460
Acre, ornatus genus 460
Acris tibia 387
Acumen in docēdo adhibere oportet 637
Acuminis in altercando utilitas 329
Accurate non callide uideri dicere conandum 193
Accuſandi loci fortiſſimi 136
Accuſandum inuite 532
Accuſare quàm defendere facilius 273

Universidad de Deusto
Biblioteca

Accusatio defensionem præcedit 134
Accusatio mutua, quæ et ἀντικατηγορία 177.350
Accusatione ac defensione quæ constant, triplex coniecturæ genus habent 346
in Accusatione concitandus aut indignatione complendus iudex 496
Accusationibus in mutuis quis ordo obseruandus 335
Accusatoris dictio animaduertenda 273.277
Accusatoris lacrymæ 294
Accusatoris munus aliquãdo capessendum 619
Accusatorem conciliantia 295
Accusatoria uita et delatoria, latrocinio proxima 619
Actio bis eadem de re ne sit, quò referendum 370
Actio clamosa ferè est 273
Actio dissimulata melius surrepit 193
Actio solicita & diligens centumuiralibus in causis 192
Actionis incandescentia 592
Actio indecora 547
Actio omnis in duas partes diuisa 369
Actionis quæstio & dein. 368.
Actionis uires 368
Actionem facilè mutantium libertas ac fiducia 300
Actiones aduersariæ legendæ 301
Actiones pœnariæ 364
Actiones secundæ 184
Actiones Verrinæ, libri uocentur 583
Actiua uox in patiendi uerbis, & contrà 456
Actor disertus ut esse debeat 279
Actor ipse affectibus mouetur, ut alios moueat 307
Actor uires suas metiatur 300
Actoris in caussa quæ primo, medio, ac nouissimo loco ponenda 336
Actori & reo cõmunia 294
Actus intellectus 150
Ἄκυρον, quod & improprium 386
Acuta, in omni uoce 41
Acutæ syllabæ ratio apud latinos 40
Acumen interrogationum ad quid ualet 235
Ad, quomodo scribendum 55
Ad literam subijcere 433
Ad uerbum an ediscendum 376
Ἀδιανόητα quæ dicantur 388
Addictus, an seruus sit 230. 360
Additio & abiectio figuris etiam annumerantur 458
Adiectionis figuræ 460
ab Adiunctis argumenta 352
Admirabile caussæ genus quod dicatur 190
Admirabilia ac magna quæ nũc sunt, ortum aliquando habuere 645
Admirabilis ut sit oratio 384
Admirationis gestus 384
Admirationi interrogatio cõuenit 438
Admirationẽ habet, quod ipse desperes, & imitari posse diffidas 384
Adolescentes, Quintilianus suos putat 360
Ἀδρὸν, id est grãde & robustum dicendi genus 637
Aduersæ partis momenta non minus quàm nostræ cogitanda 335
Aduersæ partis patronus conuicijs non lacessendus 625
Aduersarius errans, trahendus, & longissime abducendus 330
Aduersarius stultus declamatoribus non fingendus 280
Aduersarij dictum quomodo refutari debeat, intuendum 275
Aduersarij dicta aut responsa seu cogitata quomodo anteuertenda 296
Aduersarij dicta ni refellas, fidem apud iudicem habebunt 208
Aduersarij obiectum, nostræ caussæ coniunctum ut efficiamus, artis est 275
Aduersarij persona quomodo impugnanda 185
Aduersarij propositione aliquando utendum 340
Aduersario ac nobis siquid sit commune, quomodo id

id tractandum 339
ex Aduersario argumentum ducere, multo iucundissimum 293
Aduersario aliquid minus interim dandum, ut maius dimittat 330
Aduersario obiecta, ne aut in iudicem conueniant, aut in nostrum litigatorem 314
Aduersario se submittens, uelut impotentiam exprobrat 305
Aduersariorũ dicta quomodo referenda 277
Aduersariorum obiecta quomodo tractanda 329
Aduersarios & contumeliose & aspere licet excipere 313
Aduersorum unicum solatiũ literæ 292
Adulari huic, hunc 455
Adulatio oratori indecora 441
Adultera omnis, etiam uenifica 267
Adulteræ signum, lauari cum uiris 240
Adulterij caussæ proprium quid habent 354
in Adulterio deprehẽsus, tardus uideri dictus 323
Aduocatus quàm litigator facilius agit 190
Aduocatus uir bonus esse creditur 184
Aduocatus improbus, malæ causæ argumentum 185
Aduocati negligentes, ambitiosi, delicati 621
ex Aduocatis diuersæ partis, iudex non eligendus 231
Aedificio, improprie dicitur de equo aut naue fabricandis 421
Aelius Stolo 314
Aemulatio inter paruulos excitanda 21
Aemulatio laude excitatur 27
Aemulatio profectus in literis alit 28
Aenigma, allegoria obscurior 424
Aenigmatica, in ridiculis 317
Aeolicum digamma 33.58
Αἶνος quid 264
Aeolica lingua latinæ simillima 52
Aequalitas pronunciationis 374

Aequitas in fine caussarum plerunq; tractatur 344
Aequitate & uolũtate contra scriptum pugnandum 370
Aerumnæ, antiquum uocabulum 394
Aeschylus poëta tragicus 508
Aeschines hypocrites orator an fuerit 118
Aeschinis in Demosthenem locus 296.568
Aeschines orator 510. 630
Aeschinis exilium 630
Aesopi fabulæ pueris primum tradendæ 62
Eius an hæ sint 264
Aetas ad discendum longa 76
Aetas nonnunquam in argumentum trahitur 347
Aetas nostra multo felicior quàm antiquorum 644
Ab ætate ut ducantur argumenta 244
Aetatis senilis excusatio facilius quotidie proœmium habet 321
Affectatio maxime cauenda 497
Affectatione nihil odiosius 54
Affectuum damnatio 226
Affectuum diuisio 302
Affectuum mouendorum difficultas 302. summa 303
Affectuum numerum figuras non sequi 432
Affectuum species duæ 303
Affectus, actionis totius uelut spiritus sunt ibidem
Affectus, alij ueri, alij ficti 378
Affectus Athenis mouere uetitum 114.294
Affectus calor etiam imperitis uerba extorquet 339
Affectus ex parte accusatoris 295
Affectus licite aliquando mouentur 120
Affectus ne descendat 298
Affectus in periculis maxime uersantur 299
Affectus medius 305
Affectus ab accusatore concitandi summa 295
Affectus concitati & mitiores 437
Affectus etiam in narratione mouendi 214
Affectus ex personis 297
Affectus facto mouendi 297
Affectus non ubique locum habent 139
Affectus nõnunquam in scribendo

bendo sequendi 327
Affectus oratione tota spargendi 301
Affectus pessimi 246
Affectus philosophis uitia sunt 548
Affectus quando mouendi 223.301
Affectus quò prosint 306
Affectus quando reliquendus 298
Affectus risu soluuntur 309
Ab effectibus cuiusque ut ducantur argumenta 245
Affectum cōtinuum quædam materiæ desiderant 304
Affectum moturi dictio qualis esse debeat 331
Afficiamur ipsi, ut alios affectibus moueamus 307
Affinguntur bene, licet falsa, quæ fieri tamen solent 401
Afranius poëta 514
Afri Domitij dictum 322
Africanus prior tribuno pleb. cessit. 544 Eius in dicēdo uires 629
Africani oratores 629
Agatharchus 560
Agendi iterum apud eundem iudicem ratio 555
In agēdo aliud alijs decet 597
Agendum neq; pro solis potentibus neq; pro solis humilibus 619
Agēdum ne sēper gratis 620
Ager, quòd in eo aliquid agitur 53
Agere pro altero, lege uetitum 112
Aggredi plura simul & quā do singula conueniat 274
Aglaophon pictor 627
Agnominatio 467
Agnon contra rhetoricā 118
Agricolæ multa simul curāt 75
Ai, diphthōgi & æ, ratio 57
Aiax truculentus 580
Aiax, uox ambigua 374
Aiacis clypeus, illius magnitudinem arguit 409
Αἶνος quid 264
Alio gemino ij scribi placuit Ciceroni 33
Ἀισωποσώιντος quid 264
Αἰτιολογία 471
κατ' Αἴσθησιν status 148
Αἴτιον & αἰτία differūt 178
Alacritatis signum in pueris 30
Albutius rhetor 113
Albanus et albēsis ab alba 50
Alcamenes statuarius 628

Alcæus poëta 308 327. & dein.
Alcibiades pudicitiam suam Socrati, si libuisset, prostituebat 409
Alcidamas Eleates 131
Ἀλληγορία, quæ & inuersio 423. paruis quoq; ingenijs seruit 424
Allegoriæ usus 423
Ἐκ τῶν πρὸς ἄλλα quomodo tractanda. 253
Ἀλλοίωσις 471
Alexander Macedo Aristotelis discipulus 21
Alexandri magni de arte uana iudicium 124
Alia alij locis prouenīūt 244
Aliena iocis finguntur 323
Aliena nemo diu plorat 298
Alienum nemo probus desideret 266
Alieno labore nemo disertus 379
Alienis fauemus, nobis inuidi 47
Aliter dicere & aliter scribere an aliquando oratori liceat 636
Aliud ex alio augetur 408
Ἄλογ& ζωβὴ 538
Altercationis consideratio
Altercandi sola præstantia quidam aduocati nomen meruerunt 328
Altercator iracundiæ uitio careat 329
Amantes, de forma non iudicant 303
Amarum, ornatus genus 404
Amat fieri, prosolet 438
Amatorium 360.373.415
Ambigui seu amphiboliæ consideratio. 374
Ambiguitas, quæ & ἀμφιβολία 150
Ambiguitas in primis uitanda 388
Ambiguitas, ioci occasio 323
Ambiguitas pluribus modis accidit 375
Ambiguitate sententiæ eludere 449
Ambiguum ius & obscurum differunt 377
Ambitio, uirtutis caussa 27
Ambitiosi aduocati 621
Ambitus duplex in caussis agendis uitandus 619
Ambitus quomodo refellendus 198
Ambitus rei, ambitus alio detule

Universidad de Deusto Biblioteca

tulerunt 556
Ambulantium gestus 589
Ambulatio uoci confert 570
Amicitiæ firmißimæ in scholis conciliantur 27
Amicum potius quàm dictum ne perdere uelimus 313
Amicos auersantes 186
Amictus aduocati qualis esse debeat, uide Cultus oratoris
Amictus actum uelut præliantem habens 591
Amictus mutatio 591
Amictus, temporum conditione mutatur 590
Amictum à matre traditum solicite custodire, græcorum adagium 289
Amor cæcus 303
Amoris prætextu inuidiam fieri 305
Ἀμφιβολία 150.157.374.
Amphibolia uitiosa uerborũ locatione fit subinde 478
Amphibolia urbanitatẽ præstat 316
Amphiboliæ quæstio in quo uersetur 376
Amphiboliæ similitudo iungitur 318
Amphiboliæ solutiones 375
Amphibrachys 486
Amphictyonũ iudicium 258
Ἀμφίδοξον caussæ genus 189
Amphimacrus 486
Amphiona qui non nouerat, Amphiona noscebat 637
Amplificationis consideratio 405. & dein.
Amplificatio, epilogi maxima pars 302
An, Aut, qũo usurpentur 44
An hoc sit, quæstio tractata 358.360
An sit, quid sit, quale sit, in rebus omnibus quæri 249
Ἀναγκαῖον 455. 472
Ἀνακεφαλαίωσις 293
Analogia an simili apponatur 266
Analogia maxime rationem præstat 48. Eius usus, ibid. non ubique locum habet 49. quomodo inuenta 50
Ἀνάμνησις 455
Anapæstus 486
Ἀνασκευὴ, κατασκευὴ 86
Ἀναστροφὴ, quæ & reuersio 43.426
Anaximenes rhetor 138

Anceps

Anceps caussæ genus 189
Anchora, nauis signum 563
Andronicus hypocrites 568
Ἀνεπίφατος actio 193
Anima immortalis est 285
Animalia irrationalia unde dicta 116
Animalia magna parẽtũ uisceribus diu continẽtur 524
Animalium uirtus quæ dicatur 126
Animus discentis quomodo tractandus 30
Animi coniectura quomodo tractanda 346.355
Animi humani cælestis origo creditur 18
ab Animi natura ut ducãtur argumenta 245
Animi præstantia, oratori necessaria 616
Animi pueriles minimum fatigantur 76
Animi semper uera laus 162
Animi uis 559
de Aĩo quãdo quærendũ 534
Animo præsenti altercatoribus opus 328
Animi etiam ad quædam robore duriores fiunt 21
Animorum motus, uocis sonum efficiunt 577
Animorum tam multæ quàm corporum formæ 96
Animorum uitia 162
Anno quoto ætatis incipiendum studere 20
Annis uiginti iuuẽtutem erudijt Quintil 13
Ἀνθηρὸν, id est floridum dicendi genus 637
Ἀνθυποφορὰ 455.470
Ἀνοικονόμητον 399
Ἀνταπόδοσις similitudinis 403
Ἀντανάκλασις 467
Ἀντέγκλημα 363
ab Antè dictis factisq; ut ducantur argumenta 245
Antidotorum compositio ex diuersis 64
Ἀντίθετον 454.469
Antigerio, uetustũ uerbũ 394
Ἀντικατηγορία, uelut duæ lites 177.346
Ἀντίληψις 362
Antimachus poëta 506
Ἀντιμεταβολὴ 472
Ἀντινομία 150.337. Eius cõsideratio 371. & dein.
Antipater Sidonius extẽporale carmẽ edere poterat 539

Anti

Universidad de Deusto
Biblioteca

Antiphilus pictor 628
Antiphon orator omnium primus orationem scripsit 131.631
Ἀντίφρασις 425
Antiquitas originis in laude ponitur 161
Antiquitatis nimia affectatio cauenda. 93
Antiquos bonos ferè esse, legendosq; cum iudicio 502
Ἀντίῤῥησις 455
Ἀντίφασις 363
Antocides orator 630
Ἀντωνομασία 420
Antonius Rufus grammaticus 43
Antonius Gnipho grammaticus 51
Antonius orator 109
Artis dißimulator 117
Antonij nox fusca 196
Antoniaster 393
Annulis ne impleatur manus 591
Annuli indicium 563
Anxietas quærẽdi, iudicãdi, cõparãdi quãdo adhibẽda 384
Ἀπαγορεύσις 455
Ἀπάλαιστροι 482
Apelles pictor 105.628
Apertis in rebus non argumentandum 270
Ἀφέλεια 404
Ἄφοδος 470
Aphricani ad Neronem dictum 413
Apicis in scribendo apponendi ratio 55
Apodixis quid sit 241
Ἀποδείξεις γραμμικαὶ ibid.
Apollodorus Pergamenus 132
Apollodorus iudicialibus solis contentus fuit 130
Apollodori definitio rhetorices 109
Apollodorei 132
Apologatio 264
Apologorum gratia 316
Apolloniæ Cæsar Augustus literas didicit 132
Apollonius Molõ rhetor 132. Ciceronis præceptor 618
Apollonius poëta 506
Ἀπόφασις 445
Ἀποφθεγματικὸν scriũ 326
Ἄπορον κὴ προλαπτικὸν 148
Ἀποσιώπησις 404.445.466
Ἀποτροπὴ 58.443.459
Appellare, sæpe utile 58
Appellatio aliud à uocabulo 35

Appellationes rebus homines primi dedere 394
Apposita seu epitheta duo uni uerbo non ferè iunguntur 423
ab Appositis argumẽta 254
Apte dicẽdi cõsideratio 542
Apud quem dicas, plurimum refert 549
Aquam perdere 376
ex Aratore orator 468
Aratus poëta 506
Aratrum pignori ne accipiatur 373
Arboris generosioris statim planta cum fructu est 402
Archidemus rhetor 147
Archilochus poëta iambicus 507
Archimedis industria in Syracusarum obsidione 71
Architas 66
Architectonice 127
Areus rhetor 113.132
Arcopagitarum iudicium de puero coturnicum oculos configente 240
Argumentum 84.242
Argumentorum consideratio 240. & dein.
Argumenta à persona 331
Argumẽtum aliud quàm argumentatio 209
Argumẽta ex simili iure 266
Argumenta firmißima quo loco ponenda 271
Argumenta in narratione alicuãdo ponenda, argumẽtandum nunquam 213
Argumenta leuia, plura congerenda 223
Argumenta quædã turba ualent, quæ diducta leuiora sunt 209.269
Argumenta quo sermone tractanda 289
Argumenta ubi reperiantur 238
Argumenta uitiosa 278
Argumenta unde petantur 244 & dein.
Argumentorum genera 255
Argumentorum loci 244
Argumẽtorũ loci omnes, dictorũ materiã præstãt 319
Argumẽtorum numeri 495. & dein.
Argumentorum ordo ac locus 331
Argumentorum pronunciatio 496
Argumentorum sparsio 233

Universidad de Deusto
Biblioteca

Argumentorum usus 268. & dein.
Argumentis firmißimis insistendum, infirmiora congreganda sunt 269
Argumentari, aliud quàm argumentum ponere 213
Argumentationis pronunciatio 595
Argumentosum opus 242
Aridus præceptor pueris in primis uitandus 85
Aristarchus & Aristophanes poëtarum iudices 506
Aristippus philosophus 612
Aristophanes poëta comicus 506. 508
Aristoteles Alexandri Macedonis pædagogus 21
Aristoteles philosophus 511
Aristotelis definitio rhetorices imperfecta 110
Aristoteles æmulator gloriæ Isocratis 132
Aristotelis elemẽta decẽ 146
Aristotelis eruditio 644
Aristotelis Rhetoricorũ libri tres 118
Aristogiton orator 631
Ariston rhetor Critolai Peripatetici discipulus 110
Aristophanes comicus 508.
grammaticus 20
Armorum splẽdor ac terror 503
Arma, uirumq; cano, distinguitur 575
Ἁρμονία, dißimilium cõcordia 65
Ars antè inuenta quàm docta 377
Ars, artifex, opus 107
Ars circuncurrens 127
Ars dicendi an occultanda 192. 216. 497
Ars maxima, ne ars esse uideatur 72
Ars quæ efficit, omnia tradi non possunt 377
Ars nulla ibi consummatur, unde ordiendum est 175
Ars perit si apparet 216
Ars quid præstet 379
Ars summa, materia optima melior 124
Ars uana 124
Artis caput, decere quod facias 597
Artis cognitio an necessaria sit 101
Artis definitio 121. & dein,
Ars dicẽdi quibus constet 106
Artis dicendi præcepta non repugnant probitati &

religioni 605
Ars quæ cõsummat, à natura ortum habuisse 117
Artis initium, obseruatio 134
Artis ostentatio ueritati officit 473
Artem decor semper comitetur 474
Artem non esse rhetoricen, obiectiones 117. & dein.
Artem apparere affectamus 216
Arte cur oratori opus 605
Arte tradi non possunt quæ summa in oratore sunt 521
Artes ad quid prosint 260
Artes ideo occultãtur, ut artes sint 390
Artes in paucos libros posse contrahi 643
Artes inutiles ingenio carentibus 17
Artes inuentoribus suis laudem afferunt 162
Artes nudæ succũ ingenij bibunt 17
Artes reliquæ, nẽpe liberales ac mathematicæ, quatenus oratori necessariæ 64
Artes sine experientia parũ prosunt 93
Artium adiumenta ingenita & arceßita 17
Artium diuisio quomodo facta sit 15. 123
Artium inuẽtio Mineruæ tribuitur 160
Artiũ inuentiones ut sint factæ 260
Artium mediarum an sit rhetorice 124
Artium omnium oratori necessariarum parandarum facilitas 642
Artiũ pluriũ scientia an oratori necessaria 63. & dein.
Artium scriptores antiquißimi 131
Artiũ scriptores diligẽtißimi ab eloquentia longißime abfuerunt 380
Artium propria uerba 387
Articulos latini non desiderant 35
Artifex rhetorices 107
Artificialis probationis consideratio 237. & dein.
Aruspex quomodo in scribẽdo diuidendum 56
Ἀσχήματον 399
Ἀσχημάτιστος oratio 431
Asianum dicendi genus 630

Universidad de Deusto Biblioteca

Asiani oratores 382
As syllabam finalem nominatiui in masculinis quidã in a uertebant 46
Asinius Pollio orator 185. 516. 523. is Liuij patauinitatem notauit 385
Idem omniũ horarũ 327
Asinius uterq; Ciceronis uitia insectati 603
Asinus albus dictus Iunius Bassus 318
Aspasia Xenophontis uxor 266
Aspectus semper eodem uertitur quo gestus 379
Aspera auditu uerba, rebus atrocibus conueniunt 392
Asperitas mollienda 557
Asperis iambi cõueniunt 496
Aspirãdum ad summum eloquentiæ gradum 645
Aspirationis nota, & contraria 33
Aspirationis ratio temporibus uariata 40
Assentatoribus iudex maxime fauet 163
Assentio, aßẽtior, idẽ 39. 456
Aßiduus ab ære dando 249
Assumptiua caussa 362
Ἀςεισμὸς 425
Astrologia 123
Ἀσυνδέτου 464. 477
in Asyndetis oratio decrescere non debet 477
Auersa pro abuersa ueteres quidam dicebant 632
At & ad differunt 55
Attacinus Varro poëta 511
Atalanta an uirgo sit, quæ cũ iuuenibus per syluas uagetur 240
Ἀτεχνία 124
Ἄτεχνοι probationes 227
Athenæus Hermagoræ æmulus 132
Athenis quàm Lacedæmone studia literarum maiore in honore erant 163
Athletæ forma 391. 571
Athletarum exercitatio ponderibus plumbeis gestandis 165
Athletarum corpora nõ sunt naturalia 634
Athenarũ sapor, Atticismos 326
Athenodorus Rhodius contra Rhetoricam 118
Atrocitas unde ducatur ac augeatur 295

Atroci

Atroci in caussa non iocandũ 314
Atrocitate crimina defendi indignum 351
Attentio & beneuolẽtia principijs postulanda 190
Atticum dicendi genus optimum 630
Attice nimiũ loqui, uitiosum deprehensum 385
Attice dicere, optime dicere 631
Atticismos græcorum 326
Attici Romanorum Scipio, Lælius, Cato 635
Atticus orator 132
Auaro tam deest quod habet, quàm quod non habet 411
Audacter, an audaciter 50
Audiendi sitis 312
Auditi libenter, facilius etiam fidem merentur 185
Auditor intelligere gaudet 450
Auditor quomodo parandus 184
Auditorum frequẽtia extemporalis dicẽdi facultas excitatur 539
Auditorum tria genera 137
Auditu iucũdior syllaba, quæ plus habet spiritus 392
Auerso pollice demonstrare 584
Augẽda nõ semper oratio, sed interim submittenda 399
Augẽdæ orationis modi 405
Augendi res suas cupiditas omnibus est insita 428
Augustale, tabernaculum ducis 386
Augusti congiariorum exiguitas irrisa 317
Augusti epistolæ 57
Augusti facetè dicta 318. & dein.
Auloedi fiunt, qui citharoedi esse non possunt 403
Auium ingenium in dimittendis fœtibus 95
Auri et argẽti fulgor imbellis & habẽti periculosus 503
Aurata tecta, aurea nonnunquam dicuntur 420
Aurifex 447
Aurium iudiciũ 493. & dein.
Author sua nõ agnoscens 62
Authore suo nesciente ac nolente inuulgati libri 14
Authores à Quintiliano recensiti ex quibus uerborũ copia comparetur 505

Universidad de Deusto
Biblioteca

de Authoribus legendis opiniones 504
Authoritas dicentis quantum habeat momenti* 216
Authoritas etiam in causſam adhibetur 167
Authoritas in ſuaſoria & cõſilijs multum ualet 166
Authoritas magnifico cultu paratur 383
Authoritas quomodo emerẽda 216. tuenda 299
Authoritas unde petenda 48
Authoritatis ueterum obſeruatio qualis eſſe debeat 54
Authoritatis receptæ & notæ uerecũdiæ uiri, dictorũ petulãtia nõ lacеßendi 313
Authoritati non nimis fidendum 502
Authorũ enarratio & prælectio, grammatici munerис 62.91
Authorum quædam inſignia maxime ediſcenda 95
Authorum uirtutem inde cognoſcimus, quòd imitari nõ poßimus 532
Αὐτὸς ἔφα, ipſe dixit 347
Autumo, tolerabile uocabulum 394
Ἀυλαξὶς 374
Ἀξία 131

B

B litera in aliarum locum data 34
B & d literæ aſperæ in fine ſyllabarum 632
B in p f & h uerſum 34
Bacchius 486
Bagoas, Megabyzus 272
Balare, factum uerbum 47
Balæna pro phalæna 34
Barbam parum decorã exiſtimantes 271
Barbariſmus ubi committitur 37. Eius ſpecies 38
Baſſus Aufidius hiſtoricus 314
Beatitas, beatitudo 395
Belli poteſtas Marti competit 160
Bene dicendi ac bene uiuendi inſtitutionis profeßio unde diuulſa ſit 15
Bene dicere, ac bene ſcribere, unum atq; idem eſſe 636
Bene ſcribendo fit ut citò ſcribamus, non contrà 325
Benenolẽtia unde ducitur 184
Benenolentia & attẽtio principijs poſtulanda 190
Berenice regina 186

Bibaculus poëta 513
Bibere aut eſſe inter agendũ, indecorum 590
Biennio omnia ferè loquuntur pueri 75
Bipennis quid, & unde 33
Bis idem ſæpius dicimus 531
Bona dextra, mala ſiniſtra 320
Bona facilè in peius mutantur 18
Bona nemo improbat, mala multi probant 640
Bona fortuita mores noſtros arguunt 161
Bona uitijs corrupta 162
Bonorum ſpes non tam mouet, q̃ malorum timor 170
Bonitate ſua fidem orator facit 305
Brachia oratoris in actione qualia ſint 73.581
Βραχυλογία 403.464.472
Breuis ſyllaba, unius tẽporis 481. in fine pro Longa accipitur 489
Breuis ſyllabæ accentus 41
Breues ſyllabæ celerẽ ac mobilem orationem reddunt 487. Vide Lõga ſyllaba.
Breuium uerborũ multorũ contextus uitioſus 480
Breuitas ac copia quo cõſtet 174
Breuis narratio quũ fiat 203
Breuitas nimia, uitioſa 388
Breuitas nõ ſit inornata 203
Breuitatem obſcuritas ſequitur 403
Breuitas Salluſtiana uitanda 203
Bruges pro Phryges olim 34
Bruta quoq; meminerũt 559
Brutus philoſophus 517
Bruti in dicẽdo grauitas 528
Eius epiſtolæ 485
oratio pro Milone 157.501
Brutorũ etiã affectus ſignis quibuſdã colligũtur 578
Buſyris ac Clytemneſtræ laudes 117

C

C, litera ad omnes uocales uim ſuam perfert 56
C. Caius notat, Ciuerſa Caia 58
C, litera ſcripta, nonnunquam G pronunciatur ibid.
C, & T, in g, ac d, molliuntur 72
Cæcilius rhetor 132
Cæcilius poëta comicus 314
Cacophaton, orationis uitium

tium 397
Cacozeliæ uicina hyperbole 399.428
Cædes hominis quomodo cõcipiatur 308
Cædi an deceat pueros 31
Cælatura & sculptura 127
Cælestes motus etiam sonos habere 65
Cælibes unde dicti 53
Cælius orator 516
Cælij asperitas 523
Eius de ui rei, defensio 551
indoles docendi 629
Cæsar Augustus duodennis aulam pro Rostris laudauit 617
C. Cæsar Catonem uituperauit 164
C. Cæsar orator quantus 516
C. Cæsar latinam declinandi rationem in græcis nominibus secutus 46
C. Cæsaris argute dictũ & dein. 323.
Cæsaris candidatus 319
Cæsaris de analogia libri 59
Cæsaris dicendi uis 523.629
Cæsaris gloria quò maior sit, Gallorum ac Germanorũ fortitudinẽ miramur 408
C. Cæsaris prætexta cruenta 298
Cæsaris triũpho eborea oppida translata 318
Cæsari regnũ quomodo suadeamus 171
Cæsius Bassus poëta 513
C. Artorius Proculus rhetor 429
C. Carbo etiam in tabernaculo dicẽdo exercebatur 541
C. Cassij dictum 323
C. Gracchus orator concionans tonorio fistula utebatur 68
Eius uis pronunciandi 568
C. Lusius tribunus à milite cæsus 180
Caius scriptum, Gaius pronunciatur 58
C. Sicinius orator 589
C. Valgius rhetor 132
Calamis statuarius 628
Calceos ueteres non uendis quidẽ, sed emis, Iunij Bassi dicterium 321
Calculos lingua uoluẽs domi dicebat Demosth. 576
Callidius pro domo Ciceronis dixit 501. Eius in dicendo subtilitas 629

Cali

Calidum, an caldum 50
Calliditas oratorum 91
Callidis tatis uitanda suspicio 216
Callimachus poëta elegus 507
Calon statuarius 628
Calor cogitationis 524
Calumniari se quosdam dum scribunt 384.525
Caluus orator 516.617
Eius in dicẽdo sãctitas 629
Iudicium 523
Calypsonem non dici 46
Canali pleniore fluere 595
Candelabrum humile, prænsorium erit 325
Canina eloquentia uitanda 625
Cano, medium uerbum 422
Canopitæ pro Canobitæ 39
Cantandi uitium 577
Canthus quid sit 38
Cantum uocis, neruorum sociata concordia iuuat 260
Capsis, unde compositum 46
Caput intonsum ne sit, non in gradus comptum 635
Caput quid significet 182
Caput oratoris ac oculi ne ab alia corporis inclinatione dissideant 73
Caput generale statum uocat Theodorus, ut ad quod referantur omnia 143
Capita generalia, specialia 178
Capitales caussæ accuratum dicendi genus exigunt 392
Capitis gestus 379
Capitolini Ionis laudes 160
Cariæ rhetores cantores 577
Carmẽ prius ortum est, quàm carminis obseruatio 492
Carmẽ quomodo legendũ 59
Carmen ex tempore quidam fundentes 539
Carmen uitia quædam excusat 38
Carmina etiam oratori scribenda 535
Carminibus scribendis infelix Cicero 546
Carneadis disputatio 605
Casinar 38
Cassellionis festiuum dictũ 323
Cassius Seuerus 516
Cassij Seueri agendi formula Quintiliano improbata 552
Cassij Seueri argutum dictum 300. elusio obiecti 321. acre dictum 405

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cæsij Seueri asperitas 313
Cæsij Seueri urbanum factum 389
Cæsij in dicēdo acerbitas 629
Castor ac Pollux grati dij. 560
Castorem media longa quidam efferunt 45
Casu non iure colliduntur leges 371
à Casu quomodo ducātur argumenta 248
Κατάχρησις, quæ & abusio, necessaria est nonnunquam 386.421
Catholica, uniuersalia, uel perpetualia 106
Catilina malitiam suam prætextu indignationis obtexit 171
Catius philosophus 518
Cato, eloquēs senator 548.615
à Cæsare uituperatus 164
Catones oratores 629
Catones sapientes 619
Catonis iudicium de adultera 267
Catonem ut tractet Cicero pro Muræna 554
Catullus poëta 513
Catulus & Lucullus, Ciceronis quidam libri 153
Catuli in Philippum mordax dictum 322
Catulli locus 311
Caudinum iugum 164
Cauendi quàm ictum inferendi ratio prior 200
Causſa, cassus, diuisiones 57
Causſa eadem diuerso ordine tractata 354
Causſa in statu 147
Causſa displicente placens actor, pessime agit 624
Causſa etiam optima ac clarissima, oratoris utribus iuuanda 282
Causſa facti non in omnes controuersias cadit 179
Causſa iniqua dimittenda 619
Causſa in agenda quæ sint oratori obseruanda 623
Causſa ipsa in re præsente consilium dat 378
Causſa omnis aut simplex est, aut coniuncta 177
Causſa prius, an persona tractetur 352
Causſa tota oratori familiariter cognoscenda 232
Causſæ cardo semper in oculis habendus 325. quomodo inuestigandus 335
Causſæ definitio 142
Causſe totius œconomia 378
Causſæ debita tempora, conuicijs non impendēda 329
Causſæ cum utilitate sæpe deliberandum de forma ac genere agendi 283
Causſæ discendæ ratio 621
Causſæ factorum præstandæ 352
Causſæ, plurimæ lites subiacent 147
Causſæ non ab ultimo repetendæ 234
Causſæ non plures suscipiendæ, quàm quibus par esse possis 626
Causſæ nullæ inuicem omnino similes 334
Causſæ optimæ, sæpe malis similes 607
Causſæ partium pronunciatio 593
Causſæ simplices 157
Causſæ totæ familiariter noscendæ 228
Causſas agendi tempus quando incipiat 617
Causſarum conditio, genus dicendi mutat 550
Causſarū genera quinq; 189
Causſarum inter se diuersarum, atque adeo ipsarum earundem in suis partibus distantia 523
Causſarum paruarum ac priuatarum narrationis stylus qualis esse debeat 215
Causſarum relatio. eleuandi genus 521
Causſarum status 610. Vide Status
Causſarū tria esse genera 337
Causſarum tyrocinium 618
à Causſis argumenta 253
Causſis à qualibus auspicandum oratori 618
Causſis bonis malisq; communia 607
à Causſis factorum uel futurorum quomodo ducantur argumenta 246
Causſis in suscipiendis oratori obseruanda 618
Causſis omnibus quadripertita ineſt ratio 156
ex Causſis probatio 351
Causſas in ætate prima qui egerint 617.
Causſas non omnes in omnibus personis ualere 352.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cauſſas quibuſdã in criminibus quæri nihil attinet 352
Cauſſidicus 604
Cedere expedit, vbi vinci neceſſe eſt 336
Celeritatem ſcribendi conſuetudo facit 325
Celſus rhetor 133.496 Vide Cornelius Celſus.
Cenſura veterum grammaticorum 32
Centumviri capitalia iudicia diſceptant 192
Centumvirales cauſſæ in duas haſtas diuiſæ 228
Cepaſiorum fabula apud Ciceronem 300
Ceratinæ ac crocodilinæ quæſtiones 64
Ceres pro frumento 420
Ceris ſcribendi ratio, pueris incommoda 22. Earum in ſcribendo uſus 329
Cerno, uox ambigua 374
Certa quæ habentur 242
Certaminis armorum induſtria 432
Certaminũ ſacrorũ cãtus 475
Cerueis in actione geſtus 72. 581
Χαλκευτικὴ 127
Χαλεπὸν uerſus pueris pronunciandi 24
Chao geniti 161
Χαρακτηριζόμενος 472
Chariſij orationes 509
Chironomia, lex geſtus 73. oratori neceſſaria ibidem
Choreus ſeu trochæus 487
Χρειῶδες 63
Chriarum genera plura ibid.
Χρόνος 146
Chryſippus philoſophus 18
Chryſippus cædi pueros permittit 31
Chryſippus nutrices ſapientes optabat 18
Chryſippus ſuum nutricibus carmen dabat 69
Chryſippi argutum dictum in Cæſarem 318
Ciborũ quorundã laudes 164
Ciborum varietas ſtomachum reficit 75
Ciceris grana optime in acẽ de longinquo inſerens, eo legumine honoratus 124
Cicero à Demoſthene deſciuit 497
Cicero à quibuſdam reprehenſus 462
Cicero ac Demoſthenes lecti plus

plus proderũt quàm præceptor declamans 93
Cicero Academiæ debere ſe fatetur 611
Cicero calumnia non caruit 482
Cicero circa compoſitionem maxime laborauit 473
Cicero de iure quædam componere cœperat 615
Cicero & Demoſthenes legendi, & ut quiſque illis eſt proximus 504
Cicero græcorum eminentiſſimos eſt ſecutus 486
Cicero in Aſiam ad diſciplinas parãdas nauigauit 618
Cicero in rhetoricis Hermagoram ſequitur 180
Cicero in riſu immodicus 309
Cicero mirus repræſentandarum rerum artifex 490
Cicero notatus in oratione pro Cluentio 223
Cicero philoſophus Platonis æmulus 517
Cicero Platonis ac Xenophontis libros aliquot uertit 530
Cicero, præcipuum eloquentiæ lumen 133
Cicero pro Gabinio & Vatinio cauſſas egit 555
Cicero quædam ſua damnauit 142.153.471
Cicero ſexagenarius Popilliã uirginẽ ducens, irriſus 321
Cicero ſibi ipſe pugnat 180
Cicero tenebras iudicibus nõnunquam offundebat 119
Cicero cum in repub. princeps eſſet, theſibus ſe exercebat 532
Cicero triumuirali proſcriptione conſumptus 629
Cicero uel unus ad omnium ornandi utrutum exempla ſufficit 400.523.629
Cicero uir bonus fuit 602
Cicero unde tantum eloquentiæ ſibi parauit 533
Ciceronis æmuli 629
Ciceronis artificium 276
Ciceronis autographa Quintiliani tempore adhuc extabant 57
Ciceronis commentarij 541
Ciceronis de uocalium concurſu ſententia 479
Ciceronis Demoſthenisq; cõparatio 515
Ciceronis diſcipuli 641

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ciceronis iactantia 345
Eius defensio ibidem
Ciceronis industria in causis agendis 554. & dein.
Ciceronis iocularis libellus 427
Ciceronis ioci & urbanitates, in Accium astutum hominem 324. in Brutum 316. in mortem Clodij 317. in coci filium 316. in Curionem 321. ad Cereliam 327. apud Cæsarem 326. in Fabritium 313. in Isauricum 317. in Fabium Dolabellam 320. de Popilia uirgine uxore sibi ducta 321. de Memmio homine prælongo 319. in M. Cælium 320. in Sex. Annalem 323. in Sex. Clodium testem 318. in Sphingē Hortensij 325. In querentem quòd uxor sua se suspendisset è ficu 323. in Vibiū Curiū 320. 323. in Vatinij nūcij mortē 320. de Pompeio & Cæsare 326
Ciceronis laus 390. 515. 599. 629. Eiusq; uitia ibid.
Ciceronis libertus Tyro 309
Ciceronis locus notatus propter numeros 484
Ciceronis in Antonium locus 406. 409. Pro Archia 402. In Bruto 276. 387. In Catilinam 194. 268. 407. 442. 460. 466. Pro Cecinna 204. 217. 251. 255. 256. 266. 358. 360. 469. Pro Cælio 172. 189. 200. 278. 405. 447. Pro Cluentio 189. 196. 199. 213. 215. 217. 223. 225. 258. 264. 278. 281. 332. 396. 407. 426. 446. 462. 466. 469. 470. 484. 553. In epistolis 326. de Inuentione 266. Pro Ligario 189. 194. 204. 214. 217. 253. 216. 278. 283. 326. 364. 404. 409. 411. 412. 418. 443. 585. Pro Milone 144. 157. 186. 200. 205. 215. 220. 224. 246. 247. 248. 263. 264. 283. 286. 287. 291. 332. 340. 253. 412. 443. 446. 459. 460. 461. 464. 470. 596. Pro Muræna 224. 256. 262. 265. 403. 424. 454. 461. 470. 554. Pro Oppio 273. In Philippicis 358. 427. 470. 477. In Pisonem 393. Pro Quintio & in Diuinatione in Q. Cæciliū 225. Pro Rabirio perduell. reo 301. 595. 596 Pro Rabirio posthumo 144. 190. 199. In Rullū 410. Pro Scauro 277. Pro Sestio 443. Pro Sex Roscio Amerino 196. 199. 446. 617. In Topicis 266. Pro Tullio 276. Pro Vareno 195. 277. In Vatiniū testem 232. 321. 322. 465. In Verrem 191. 196. 198. 199. 213. 214. 219. 253. 293. 302. 309. 318. 332. 400. 406. 408. 410. 443. 445. 446. 447. 461. 582
Ciceronis perfectio 645
Ciceronis præstantia in dicendo 558
Ciceronis proœmia orationum similia non sunt 495
Ciceronis prosopopœia 441. & dein.
Ciceronis scurrilia dicta 316
Ciceronis sententiam non probat 134. 476
Ciceronis sententiæ & conciones nō minus quàm accusationes ac defensiones eloquentes 174
Ciceronis similitudines 403
Ciceronis uarices 591
Ciceronis urbane dictorum libri tres 309
Ciceroni plus est quod adimas, quàm quod addas 603
Ciceroni quomodo cōsulamus ut Antonio supplicet 171
Ciceroni summa defuit eloquentia 603
Ciceroni uix audet Quintilianus, refragari 356
Ciceronem cuius græcorum fortiter oppositerit Quintilianus 515
Cinnæ Smyrna nouem annis scripta 530
Cinctura oratoris 590
Circunlocutio seu circuitus tropus 426
Circuncisa expositio 203
Circunscriptio quid sit 471
à Circunstantia argumenta 257
Citharœdorū industria multiplex 74
Cito scribendo non fit ut bene scribamus, sed contrà 525
Ciuica quàm torque Dolabellam donare Augustus maluit 322

Ciuilis scientia, eadẽ sapientia 113
Ciuis me potius spoliet, quàm uendat hostis, Fabricij dictum 607
Clamosi indocti 330
Claritas generis ac turpitudo 162
Claritas ac sublimitas uerborum, materiæ modo æstimatur 392
Classis unde dicta 53
Classibus distributi pueri certabãt Quintiliani tẽpore 27
In clausula seu fine orationis maxime domunatur numerus 483
Clausula quid sit 412
Clausulæ pendentes 485
Clausulæ uersuum, clausulis orationis nõ cõueniũt 483
Cleon orator primus Athenis femur percussit 587
Clientes alij aliter defendendi 549
Clitarchus historicus 509
Clodius non rite tribunus creatus 89
Clodij cædes quomodo commissa 340
Cluentij Habiti caussa 553
Clypeus Aiacis 409
Clytemnestra cur Agamemnonem occiderit 178
Cn. Lentulus pronunciatione plus opinionis consecutus quàm eloquentia 568
Cneus scriptum, non ita pronunciatur 58
Coaceruatio 464
Coccus orator 630
Cogitatio ac dictio non eundem habent ordinem 176
Cogitatio nec tempore nec loco excluditur 534
Cogitatio secretum sibi ubiq; faciat 528
Cogitatio sensus plus afficit quàm fatigatio 76
Cogitationis calor 524
eius cõsideratio 534. et dein. cogitata ad uerbum in agendo referentes 535
Cognita seu agnita facillime animi accipiunt 401
Cognomẽ M. è familia Manliorum exemptum 162
Cognomen solus homo liber habet 360
Collationis studiorum utilitas 27
Collationem ab exemplo separat Cicero 261

Collectio, qui & συλλογισμὸς 433
Collibus ac uallibus plus soli ineſt, quàm cæli 71
Collocatiõis ambiguitas 375
Color unde dicatur 211
Color deformibus dãdus 171
Colore eodem utraq; pars aututatur 212
Colores primi lanarum uix eluuntur 18
Colorum figuræ 431
Columa ueteribus pro colũna scribebatur 58
Colli in actione gestus 581
Comarum turbatio 592
Commentarij Ciceronis, & aliorum 541
Comici Latini 514
Comici Græci 508
Comicorũ pronunciatio 100
Comœdia antiqua 508
Comœdia quãdo legenda 60
Comœdiæ umbram uix leuẽ assequimur 514
Comœdiarum antiquarũ elegantia 60
Comœdo tradendus orator pronunciationis formãdæ ergò 72
Comœdi in oratore formãdo officium 72
Comœdiarum personæ 580
Comitiorum facies quàm turbulenta 424
Commonitio iudicis in media narratione 204
Cõmune exordiũ uitiosũ 194
Cõmune qui prior dicit, contrarium facit 278
Communia & contraria uitanda 338
Cõmunia ferè generalia sunt 338
Communia quomodo refutanda 278
Communes loci à quibus primum tractati 131
Communes loci & proprij quantum momẽti habeant 282. Vide Loci cõmunes
Communicatio 440
à Cõmunis sensus consuetudine non abhorrendum 385
Cõmunibus exactis, propria tractanda 338
Commotio quid sit 245
Comparatio caussarum quibus uijs ducatur 349
Comparatio criminis 363
Cõparatio figura nõ est 454
Cõparatio ĩ cõtrouersijs 347

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cõparatio quãdo dicitur 417
Comparatio similium nomen num 48
Comparationis ratio & species 255.265
Comparationis utilitas 87
in Cõparatione malorũ, boni locum obtinet leuius 363
Comparatiuorum figuratus usus 458
Comparatiua quæ dicantur & argumenta 254
Comparatiuum causſæ genus 177
Complexio, quæ & συμπλοκή 39
Complexionis ratio 285
Cõplosio manũ, scenica 588
Compositio Ciceroni maxime elaborata 473
Compositio asperanda 478
Cõpositio græcos magis decet 47
Compositio lasciua & uitiosa 478
Compositio non delectat solum, sed etiam affectus mouet 474
Compositio pronunciationi comparata 496
Compositio qualis esse debeat ibid.
Compositionis consideratio 473.474.496
Cõpositionis & diuisionis in edisc endo utilitas 564
Compositionis iunctura 475
Compositionis orationis duplex obseruatio 493
Compositionis ordo 477
Compositionis summa 496
Compositioni omni tria necessaria 477
Cõpositiones nominũ 46.47
Conandi melioratio 520
Conatus summorum, longius it 16
Concertatiua, quæ & ἀντικατηγορία 346
Conceßio 445
Conciliatoria lenitatẽ requirunt 637
Concionalis, quæ & deliberatiua 137
Conciliatio quibus cõstet 593
Concitatius dicendi genus in suasorijs exigit populus 392
Cõclusionis seu perorationis consideratio 293
à Conditione ut ducantur argumenta 245

Connexionis ratio 285
Confeßio 439.445
Cõfeßio ipsa quoq; lacrymas nõnunquam mouet 208
Confeßionis simulatio 322
Confeßione in iudicijs nihil peius 274
Confessum ius 372
Confirmatio unde est 238
Cõfirmatio narrationem sequitur 217
Confutatio Vide refutatio
Congiarium quid sit 317
Cõgressus nõ hominibus modo, sed animalibus quoque brutis naturalis est 27
Coniectores 147
Coniecturæ cõsideratio 345. Eius diuisio ibid.
Coniectura duplex 349
Coniectura ex maiore confirmatur, & minore & pari 254
Coniectura inuestigantur & quantitas & qualitas 346
Coniectura unde dicta 147. 350. & dein.
Coniectura probationes extrinsecus adductas frequẽter habet 365
Coniecturæ ordo, an uoluit, potuit, fecit 350
Cõiecturales causſæ 88.209
Cõiecturalis unus status quibusdam ponebatur 147
Coniscare 393
à Coniugatis argumenta 254
Coniunctorum ambiguitas 375
Coniunctis in uerbis quid cõsiderandum 385
Connexorum & consentientium ratio semper habenda 355
Consecratis utendum 54
Consensio 446
Consequens, quæ & ἐπακολούθησις 454
Consequentia, ἀκόλουθα 253
à Consequentibus quomodo argumenta ducantur ibid.
Conscientia mille testes 268
Consilium cum necessitate nõ est 168
Consilium ex re sumitur 332
Consilium in oratore præcipuum 104
Consilium quid sit 332
Eo in uita nihil prius 333
Consilium scelera non habẽt 353
Consilij momentum 331

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cõsilio qd distet iudiciũ ibid.
Consilia in crimunibus spectanda 332
Consonãtium cõmissura 479.
dissimulatio 573
Conspectum Domitij Afri fugitans, ab ipso Afro uenuste irrisus 324
Constitutio in quo est 362
Cõsuetudo celeritatẽ dat 325
Consuetudo, certissima loquẽdi magistra 48
Cõsuetudo, deinde natura 25
Consuetudo dicẽdi ac scribẽdi 337
Consuetudo dicendi exercendi, uires in literis facit 643
Consuetudo in reprehensibilibus non dicitur 55
Consuetudinis uis ac ratio 54
Cõsuetudine lex aboletur 41
Cõsuetudine difficultas omnis leuatur 571
Consulere 52
Consul unde dictus ibid.
Consules, olim Coss. scribebatur 58
Cõsummatio, quæ & ἀναλλαγὴ 454
Contemnẽda aduersariorum quædam 276
Contemptus abiectos ac humiles sequitur 185
Contextus orationis obscuritas 367
Continens pro contento 420
Contentũ pro cõtinente ibid.
Continens quid dicatur 180
Cõtradictiones aduersariorũ refellendæ 275.279. & quomodo ponendæ 281
Contradictiones declamatoriæ ne faciles sint 280
Contrarium efficere quod aduersarius obiecerit, artis est 275
Contrarium est, quo aduersarius bene uti potest 278
Contrarij exemplum 263
ex Cõtrario argumenta 360
Contraria & communia uitanda 331. quomodo tractanda 329
Cõtrariarũ legũ quæstio 371
Contrariorum modi 266
à Contrarijs quomodo argumenta ducantur 252
Cõtrouersia ubi incipiat, cõsiderandum 335
Controuersiæ fictæ exemplũ 360

Con

Controuersiæ figuratæ 448
Controuersiæ unius plures quæstiones 143
Contumeliam facere, Cicero damnat 437
Contumelijs etiam nonnunquam locus est 325
Contumelioſum ſerium 326
Conuentus ſcholarum, ſolitudini ac tenebris præferendus 26
Conuerſio ex latinis in græcum commoda 331
Conuinctiones, quas alij coniunctiones dicunt 34
Conuiciãdũ aliquãdo 280. & maximè accuſatoribus 305
Cõuicium nos, inuidia aduerſarios inuiſos facit. 305
Conuicio plus inuidia poteſt 305
Conuicijs abſtinere debẽt aduocati 625
Cõuiuia inter regalia, Heroũ ac deorum laudes ad citharam canebantur 65
Copia cũ iudicio parãda 499
unde paretur 330
Copia q̃ inopia melior 84
Copiæ rerum conſideratio 498. per tot.
Copiarum alia locuples, alia floribus lęta 404
Corax & Tiſias, artium ſcriptores antiquiſſimi 131
Corinthia, æra intelliguntur 386
Cornelia Gracchorũ mater eloquens 19
Cornelius Celſus philoſophus 518. eius de ſtatus cõſtitutione opinio 144. eiuſdẽ definitio rhetoricæ 111.112. eiuſdẽ laus 645
Cornelius Ruffinus malus ciuis 607
Cornelius Seuerus poëta 512
Corneliorum nomen ac imperium 245
Cornicũ oculos cõfigere 398
Cornificius rhetor 133
eiuſdem locus 465
Cornuæ ac tubæ in exercitu Romano 66
Corpus uulſum, inceſſus fractus, muliebris ueſtis, parũ uiri ſigna 240
Corporis dotes quomodo laudandæ 161
Corporis habitus momẽtum 105
Corporis partium naturalis ſitus decentia 334

Universidad de Deusto
Biblioteca

Corporis motus suos numeros habet 496
Corporis totius gestus 587. & dein.
Corpora non robore sed ualetudine instantur 83
Corpora teneriora flexibiliora 21
Corporũ sanorũ habitus 382
Corporum species inde accipitur, unde & uires ibid.
Correctio 471
Corrigẽdi finẽ esse decet 530
Corrigere Aeschyli fabulas posterioribus poëtis permissum 308
Cotta. Vide L. Cotta
Coturnicum oculos configẽs puer damnatus ab Areopagitis 240
Crassi senatoris dictũ in Philippum consulem 405
Crassi diuitis memoria 367
Cratinus poeta comicus 308
Credi quod cupias, ut solum superfit curãdum, remotis aliis omnibus 339
Credi sibi aliquando discipuli debent 95
Credibilis quî fiat narratio 204
Credibilia etiam ueris miscẽda 215
Credibilium fontes 243
Credibilium tria genera 243
Crediti et depositi duæ quæstiones sunt 354
Creticus pes 486
Crimen totum aliquando exponitur, quãdoq; per partes dissoluitur 277
Criminis in alium translatio, seu remotio 363
Criminis in alterũ trãsferẽdi non una est forma 346
Criminis inuidia pro reo est antequã probetur 218
Crimina quædam non solum dissimulia sunt sed aliquãdo etiam contraria 330
Criminum cõgregatio, ac separatio 339
Criminũ exaggeratio 446
Crispi in dicendo iucunditas 629
Crispi Passieni orationes 502
Critici grammatici 32
Critolaus contra rhetoricen scripsit 118
Critolai definitio rhetorices 111
Crudelitas quõ refutãda 276

Cru

Cruditatis et ueneni ambigua signa 347
Cubito pronunciantes 583
Cui, olim quoi scribebatur 58
Culpæ imminutio 363
Culpam deprehensam pertinaciter tueri, culpa altera est 330
Culpa nostra ad perfectionẽ eruditionis non peruenimus 642
Culpam ibi alienam facillime accuses, ubi fatearis tuam 556
Cultus effœminatus turpis 383
Cultus magnificus authoritatem addit ibid.
Cultus oratoris, splẽdidus sit & uirilis 590
Cultum proprie quid dicatur 400
Cultus uictusq; nitor extra reprehensionem 415
Cultu & sententijs carentes, Attici non sint 521
Cum, quomodo scribendũ 55
Cum notis hominibus loqui nos dicentes, quare cacophaton facere quibusdam uidcamur 397
Cunctator dictus Fabius 387
Cunctationes auspicaturi actionem 593
Cupido quid ita pingatur 88
Cura dicendi an dissimulãda 192. & dein. 497. 593
Cura odiosa est 394
Cura sæpius deest quàm natura 18
Curæ quãtum plurimum poterit semper afferat orator 626
Curam præ se ferentia fidem amittunt 383
Cura nimia orationẽ nõnunquam fieri peiorem 383
Curianum iudicium 371
Curio pater, orator 588
Curiosus à diligente differt 399
Curiosè non loquendum, sed latine 385
Cyclopis Virgiliani magnitudo quõ ostẽsa 404. 409
Cyri regis memoria 367

D

D, & T, literarum cognatio 34
D, latinis ueteribus multis in uerbis ultima 56
Eiusdem asperitas 632

Dactylus 481.490
Debili memoriæ consiliũ 567
Debilitas inter optima inuẽta non est 272
Debitoris corpus olim discerpi permissum 156
Decet ferè, quod prodest, & contrà 544
Decimi Lælij orationes 502
Decipiendi ratio iocosa 322
Declamandi nimis longũ studium arguit 125.643
Declamãdi ratio et utilitas 99
Declamandi ratio apud græcos quando primum extiterit 90
Declamantes quomodo affectibus utantur 551
Declamare millia passuũ 588
Declamatio quid sit 201
qualis esse debeat 100
Declamationes quomodo tractandæ, earumq; utilitas 533. & dein.
Declamationũ eneruatio 100
Declamationum materiæ sint verisimiles 99
Declamatorum libertas 201
Declamatoriũ præceptũ 280
Declamatorum uitia in falsis causis 280
Declamatoribus maxime cõsiderandum quid cuiq; conueniat 172
Declinatio externorũ 45.46
Decor artem semper comitetur 474
Decorum ac expediens ubiq; spectandum 105.543
Decor uerborum affectatus ne sit 382
Decorum aliud alij 597
Decori habẽda ratio 544.597
Decrescere non debet oratio in asyndetis 477
Decretorum principaliũ deuitatio 229
Dedocendi labor grauior q̃ docendi 82
Deductum carmen 387
Defendenda quæ sint 274
Defendendi rationes optimæ 136
Defendere difficilius quàm accusare 273
Defendere quàm accusare honestius 618
Defensio coniuncta quæ dicatur 337
Defensio ex causis facti 369
Defensio ipsa facti in pœnæ iudicio potentissima 362

Defen

Defensio in mutua accusatione prima esse debet 348
Defensionis facti ratio 362. & dein.
Defensionis non una lex 210
Defensoris pars tota in refutatione posita 272
Defensoris partes in interrogando 234
Deficere malle quàm desinere 641
Definitio, uide Finitio.
Deformibus color dandus 171
Deformitati, humilitatis uitium proximum 397
Διένωσις 306.404.455
Delatoria uita, latrocinio proxima 619
Delectabilia oculis & auribus, meditantibus officiunt 527. & dein.
Delectari etiam, non solum doceri uolunt iudices 192
Delectationis ergò figuræ fere orationi interserun tur 473
Delectationi nonnihil etiam dandum in dicendo 634
Delectatione capimur, admiratione auferimur 390
Delectus rerum ac uerborum habendus 524
Deliberatiũ animi diuersi 170
Deliberatio quibus constet 165. 166
Deliberatio cũ iudicibus 440
Deliberatiuus sermo ab affectatione lõgissimè absit 174
Delicati aduocati 621
Demades nihil scriptum reliquit 635. orator an idem fuerit 218
Dementiæ iudicia 366
Demetrius comœdiarum actor 697
Demetrius statuarius 628
Demetrij Phalerei uestis in dicendo 503
Demonstratiua ad scribendũ maximè idonea 174
Demonstratiuum dicendi genus ornatum omnẽ exponit 391. eius numeri 494
Demosthenes ad clamosissimi historis fremitus quare meditabatur 529
Demosthenes ad speciẽ magnum actiones suas componebat 574
Demosthenes admodum iuuenis causas egit 617
Demosthenes Ciceroni inte-

rim dormitare uidetur 502. 603
Demosthenes & Aeschines in eadem causſa diuerſum ordinem ſecuti 334
Demosthenes & Cicero legendi, & ut quiſq; illis eſt proximus 504
Demosthenes & Cicero non tam anxie uocalium concurſum uitabant 479
Demosthenes humerorũ iactationem quomodo emendarit 589
Demosthenes in primis legendus, ac ediſcendus potius 515
Demosthenes oratorũ princeps 510
Demosthenes Platonis auditor 611.631
Demosthenes uir bonus fuit 602
Demosthenes urbanus, non dicax 312
Demosthenis conſilium laudatum 332. eiuſdem contra Aeſchinem locus 194. 217. 284. contra Midiam 296.448.465.484
Demosthenis cura de ſpiritu quamlongiſſimo ſibi parando 376
Demosthenis de pronunciatione iudicium 368
Demosthenis δεινωσις 307
Demosthenis eloquentia 435
Demosthenis & Aeſchinis inter ſe contrariæ actiones 501.595
Demosthenis fulmina 482
Demosthenis laus 631
Demosthenis Philippicæ 174
Demosthenis ſolitudo in meditando 528
Demosthenis riſus facultas defuit 309
Denunciati teſtis interrogandi forma 233
Deorum ac heroum effigies à quo optimè factæ 628
Deorum authoritas 268 eorundem laus 161
Deorum honor ludis prætexitur 168
Deponẽda quædam apud iudicis memoriam 448
Deponendam apud deos ciuitatem ſuadebat Themiſtocles 453
Depoſiti quæſtio quomodo tractanda 334

Depre

Deprecatio in iudicijs rara, & quomodo tractãda 273. Eius conſideratio 364
Deridere, ambitioſum gloriãdi genus 546
Deriſui riſus affinis 310
Desidiæ cauſsis non indulgẽdum 528
Desperandum non eſt quod fieri poteſt 65
Deſuescẽdis nõ immorãdũ 175
Desperatum ſibi ac inimicabile, uulgus admiratur 639
Deſtructio κατασκευή quomodo exercenda, etuſq; utilitas 86.532
Deteriora facilius eſt imitari 502
Deteriora pertinacius hærent 18
Detractionis figuræ 465
Detrahẽdi ratio cũ gratia 170
Deuorari dicitur homo cuius patrimoniũ cõſumitur 554
Deus quid ſit 336
Διαίρεσις 39
Dialectica cauillatrix, ac ſeruilis, iudicijs inutilis 357
Dialectices materia 182
Dialecticæ oratio cõciſa, ibid. partes 618. Vis 357.358.
Διάλεκτοι græcorum 41
Διαλλαγὴ 464
Dialogi qui dicantur 442
Dialogorum libertate oratori geſtiendum 533
Διανοίας σχήματα 431
Δικαιολογία 472
Διασκευὴ ſchema non eſt 455
Δικαιολογικὸς ſtatus, qui & inficialis 148
Dicacitas unde dicatur 312
Dicam faciam, dicem faciem ſcribebat Cato Cenſorius 57
Dicẽda oratori maximè ſunt quibus ipſe ſi iudex eſſet, potiſsimũ moueretur 295
Dicendi ac ſcribendi an eadem ſit ratio 635
Dicendi color nimijs ſententijs uelut maculis conſpergitur 414
Dicendi facilitas ut paretur 498
Dicendi facultas ſi in malos incidit, ipſa etiam malum iudicanda eſt 608
Dicendi facultate ad perniciem hominum abuſi nonnulli 124
Dicendi facultate maxime ho

mo

Universidad de Deusto
Biblioteca

mo à cæteris animalibus separatur 115
Dicendi genus triplex 637
Dicendi genus in homine come quale esse debet 305
Dicendi genera uaria 396
Dicēdi horrorē ueterē quam nouam istam licētiam mallet Quintilianus 415
Dicendi media uia optima 203.338
Dicendi peritus quæ nosse debeat 608. per totum
Dicendi petulantia noxia 314
Dicendi primordia quæ 62
Dicendi sagina 533
Dicendi uarietas 531
Dicendi uires 114
Dicendi uis apud auditorem unum torpescit 29
Dicendum pro facultate 316
Dicendum quotidie aliquid, & coram doctis 540
Dicētis ac orantis habitus 72
Dicere ipsum, ante omnia est in oratoris officio 498
Dicere ac facere docere debet præceptor 83
Dicere quid sit 433
Dichoreus 490
Dicit ita quisq; ut uiuit 547
Dictandæ pueris materiæ 85
Dicta quæ dicantur 311
Dictantium studium 527
Dictio ac cogitatio non eundem habent ordinē 176.338
Dicti pœnitentia 447
Dictorū urbanorū diuisio 326
Dictu & facto, similiaq; 36
Dictum, quàm amicum perdere, aut authoritatem minuere, malimus 313
Dicturus causſam, quæ considerare debeat 191
Dicturi cura, auditurum iudicem delectat 593
Dicuntur male falsè, quæ in plures competunt 314
Didius Gallus ab Afro irrisus 320
Didymi historici obliuio 62
Dies, deinde nox 477
Dies nullus tam occupatus, ut nihil discere possis 541
Διέξοδος 470
Differens quid dicatur 76.
Difficilia pronunciatu pueris proponenda, ut sermonem melius formet 24
à Difficiliore argumētum 77
Difficultas exercitationi utilissima 532

Diffi

Difficultas pulcherrimo cuiq; operi proposita 524
Digamma Acolicum 33
Digestio uoci confert 570
Digitorum ad strepitum oratio non descendit 482
Digitorū gestus & usus 583. & dein.
Digitorum ictus in numerorum interuallis notādis 481
Dignitas est etiam optimos subsequendi 645
Dignitas rei quò prosit 351
Dignitatis magnæ homines quomodo lutibus lacessēdi 554
Digressio 446
Dijs quàm hominibus fingendis Phidias aptior 626
Dilatio & repetitio 448
Diligentia nimia omnibus respondendi, uitiosa 279
Diligentia nimia orationem corrumpit 383
Dilucida sit pronūciatio 372
Diluendū quid quo loco 336
Diogenes Babylonius 19
Diligētia cōstat profectus 93
Dion dux astronomiæ peritus 71
Dion rhetor 135
Dionysius Corinthi 424
Dionysius Halicarnasseus 132
Dis, minime diues 53
Discendum quod sit, serò non discendum 21
Discenda ne sint omnia uno tempore 74
Discendi studium uoluntate constat 30
Discentis animus quomodo tractandus 30
Disciplinæ seueritas 80
Discipuli quò duxeris, sequuntur 380
Discipulorum institutēdorum ratio 379. & dein.
Discipulorum iudicium præceptori tentandum 92
Discipulorum officium erga præceptores 98
à Discipulis mercedē accipiebant etiam philosophi 620
Disciminis sui ignorantia miserabilis 301
Discursare & satagere, ineptum 588
Disiunctio seu μεῖωνυμία 463
Disertissimus uir non cōtinuò etiam bonus orator 603
Disertus alieno labore nemo 378

Dispo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Disponendi præcepta 377
Dispositio quid 334
Dispositio ac inuentio, prudentis hominis 382
Dispositio in oratione necessaria 134
Dispositio modicæ doctrinæ uideri potest 390
Dispositio partium 379
Dispositionis laus ac consideratio 333.334.& dein.
Disputatione omni tria quæruntur 155
Disputationum nõ eadem & fori conditio 504
Disputatorum quorũdam callidiorum inanitas 610
Dißimile exemplum quomodo fiat 263
Dißimilitudo ad probationis ornatum nonnunquam assumitur 262
Dißimilitudo, urbanitatis causam nõnunquã præstat 319
à Dißimilibus argumẽta 77.
Dißimilibus inesse simile 266
Dißimulatio 439
Dißipata 462
Dissolutio 464
Distincta sit oratio 573
Distinctio, quæ & παραδια ϛολὴ 466
Distinctionum orationis consideratio 573
Distinguendi uirtus 574
Diuersæ partes tuendæ declamatoribus, exercitationis gratia 331
Diuersarum legum conflictatio 371.per to.
Diuina testimonia 236.268
Diuinatio, lis de accusatore constituendo 177. Eius actio 36
Diuisio & compositio ediscẽdi studio utiles 564
Diuisio quid sit 334
Diuisio, respiratione ac mora constat 375
Diuisionis ad probandum & refellendum utilitas 76
Diuisionis in scribẽdo ratio 56
Diuisionẽ festinatio perdit 338
Diuisione finitionem adiuuari 76
Diuitiæ, morum experimentum faciunt 162
Diuitiæ sapientiam addidisse putatæ 324
Docere quod optime scias, honestißimum est 642
Dochimus pes 486.489.clausulis

sulis aptus 489
Docilitas quomodo paretur 188
Doctrina difficultatem ne faciat 516
Doctrina sine prudentia parum prodest 333
Doctrina sine natura, inanis 124
Δογματικοὶ sermones 112
Dolet nemo diu, nisi sua culpa 292
Dolor litigatorum interdum psis patronis assumendus 1308
Dolor semel cœptus, nusquã in agẽdo intermittẽdus 541
Domi an in scholis melius puer erudiatur 24. per tot.
Domitiani nepotibus præfectus Quuintilianus 182
Domitiano blanditur 161.182
Domitius Afer orator 517. 641. Eius actiones 501. de Virgilio dictum elegans 511. in dicendo maturitas 629.lenitas.313. libri. 232. simulatio falsa 324. uenustas, eiusq; urbane dictorũ libri 315
Domittius Marsus de urbanitate diligentißime scripsit 325
Doryphoros militiæ ac palæstræ aptus 272
Dualis numerus an apud latinos 45
Dubium ius 372. æquitatis regula examinandum 614
Dubium tutius fatearis aliquando quàm neges 269
Dubia de re non semper dicit orator 160
Dubia aliena quæ noceãt 353
Dubia, certa facta, firmißima sunt 269
Dubia in utrũq; infirma 253
Dubijs caußis utile 364
Dubijs dubia nõ probãtur 269
Dubitatio 440.cui parti aßignanda 470
Duces fidibus & tibijs cecinisse 66
Ductare exercitus 397
Dum dictionis uaria significatio 458
Duo interim aduersario proponenda, quorum utrumlibet male eligat 330
Duplices leges 373
Dura, usu molliuntur 47.395
Duritas & asperitas metaphorice

rice homini tribuũtur 417
Duriorum consonãtium congressus uitandus 573
Δυικὸς, numerus dualis græcis 43
Δυνατὸν, quod et possibile 168
Δυσπαρακολούθητον caussæ genus 189

E

E & I sonus confusus 33
E plenior, i angustior 479
Ebrietatis excusatio 352
Ediscendi ratio 95. uarietas 564. & 566. utilitas 571
Ediscere tacitè, legendo, audiendo 564
Editio habeat omnia, etiamsi nõ omnia dici potuerint 636
Educatio mollis 25
ab Educatione ut ducantur argumenta 244
Efficiens ex effecto ostenditur 420
ab Efficientibus & effectis argumenta 253
Egesias statuarius 628
Ἐγκωμιαστικὸν, & ἐπιδεικτικὸν 138
Egressio, quæ et excessus 175
Egressionis consideratio 217. per totum. Eius pronunciatio 594
Egressiones quales esse decet 595
Ei diphthongus græca quibus casibus ac numeris adderetur 56
Ei diphthongi obseruatio superuacua apud ueteres latinos 57
Εἰκόνες signa non necessaria 239. 243
Εἰκὼν & ratio 255
Εἰρωνία duplex, & uariæ eius species 305. 444
Ἦθη quomodo mores sunt 305
Ἠθικὴ, moralis philosophia 303
Ἠθοποιΐα 447. 472
Ἦθος & quid 303. & dein.
Ἠθικοὶ unde dicti 53
Ἔκβασεις, id est exitus 254
Ἐκκυκλοπαιδία 63
Ἔκλειψις 419
Ἔλλειψις 45
Eleganter & lepidè dicta, urbana 325
Elegiaci poëtæ 512
Elegia post grauia alia etiam legenda 507
Elegia pueris amouenda 60
Ἐλεγκτικοὶ sermones 112

Elephanto assem dare 318
Eleuandi ioci ratio 321
Eliminare gradus, an satis latinum 395
Elocutio difficillima 381
Elocutio ubi spectatur 382
Elocutionis tenera cutis 271
Eloquendi obseruatio 389
Eloquens nemo, diserti multi 381
Eloquentes ac sapiẽtes ijdem habebantur 15
Eloquenter de una re non semel tantum sed sæpius dici potest 531
Eloquentia à Demosthene ac Ciceron fastigium suum accepit 643
Eloquentia animo constat 28
Eloquentia cõsummata est 16
Eloquentia cum uitijs mentis non miscetur 605
Eloquentia etiam modica magnos fructus parit 645
Eloquentia, frequentia gaudet 29
Eloquentia latos fines habet 638
Eloquentia laudis & pudoris stimulis agitur 539
Eloquẽtia masculina, ac effœminata 271. & dein.
Eloquentia naturalis 633.
Eloquẽtia, oratoris propria 382
Eloquentia locuples & speciosa uult esse 288
Eloquentia, quæstu non æstimanda 77
Eloquentia sine admiratione, nulla 390
Eloquentia, summarum uirtutum una 125
Eloquentia an ueritatem aliquando expugnet 605
Eloquentiæ bonis abusum 15
Eloquentiæ comparandæ ratio 384. 498
Eloquentiæ corruptæ de caussis liber Quintiliani 290
Eloquẽtiæ dissimulandæ mos 624
Eloquentiæ facies multiplex 638. Eloquentiæ famam affectantes 341
Eloquentiæ fiducia 547
Eloquentiæ genus aliud alios decet 548
Eloquẽtiæ iactatio, odiosa 545
Eloquentiæ institor 391
Eloquentiæ laus 115
Eloquentiæ locus apud perfectæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

fecte ſapientes non eſt 120
Eloquentiæ mala 114. refelluntur ibid.
Eloquentiæ omni aliquid eſt commune 322
Eloquentiæ theſaurus memoria 559
Eloquentiæ ubertas 288. & dein. utilitas 381. & dein.
Eloquentiæ uis in quo eſt 307
Eloquētiæ utra plus cōferat, natura'ne, an ars 123
Eloquētiam à natura in perniciem non datam 600
Eloquentiſſimorum uirorum iudiciū, pro ratione eſt 48
Eloqui quid ſit 382
Ἥμερον, manſuetum 168
Emendandi finis eſſe quidam debet 530
Emendatè loquēdi ac ſcribendi partes, grammaticorum ſunt 58
Emendate loquendi regula, prior grāmaticæ pars 37
Emendatio in fig. ſenten. 439
Emendatio in ſtudijs, & eius partes 529. & dein.
Emendatio paruorum non omittenda 94
Emendationis ſeueritas incōmoda 85
Ἔμφασις 437
Emphaſis ad orationis ornatum referenda 387
Emphaſeos duæ ſpecies 404
Emphaſis inter figuras 448
Empedocles poëta philoſophiæ plenus 32. rhetoricen inter primos tractauit 131
Emunctio narīū frequentior, indecora 581
Ἐναντιότης 455. 472
Ἐνάργειαι, quæ & euidentia 306. 400. an narrationi neceſſaria 206
Encomiaſticon & epidicticō genus dicendi 138
Ἔνθυμον cauſſæ genus 189
Ἐνέργεια 404
Enimuero 458
Ennius uetuſtate ſacer 511
Enumerāda per capita, quomodo tractanda 293
Enumeratio, quæ & ἀνακεφαλαίωσις 293
Ens, eſſentia 395
Ἔντεχνοι probationes 227. 237. per tot.
Enthymema quid ſignificet 241. & eius ſpecies 283. per tot. 412. 455
Ἐπαγ

Ἐπαγωγὴ, quæ & inductio 252
Ἐπακολούθησις, cōſequēs 454
Ἐπαναλη-ψις 39
Ἐπάνοδος, quæ & regreſſio 401
Ἐπεξεργασία 404
Ephorus iſocratis diſcipulus 97. hiſtoricus 509
Epicœnum genus 35
Epicurus diſciplinas omnes fugit 118. 611
Epicurus humanam deo fōrmam tribuit 356
Epicuri figuræ è ſummis corporibus fluentes 521
Ἐπιδεικτικὸν latius patet q̄ demonſtratiuum 138
Epicheremα 241. 435
Epicheremα & ſyllogiſmus differunt 286
Epicherematis partes 284. & dein.
Ἐπιδιήγησις id eſt repetita narratio 216
Epilogus cōpēdioſiſſimus ſeptē primis libris à Quint. traditorīū 380. & dein.
Epilogi maxima pars ampli ficatio 302
Epilogi ac procemij diſcrimē 287
Epilogi momentum 294
Epilogi pronunciandi ratio 496. 595
Epilogi lenones 501
Epilogorum pericula 300
Epilogis magnum uerti diſcrimen 299
Epilogis pluribus ubi utendū 302
Epiphonema 412
Epirhedium quod uerbū 47
Epiſtolis familiaribus commodum bene ac cito ſcribendi 22
Epitheton interdum pro nomine ipſo ponitur 420
Ἐπίθετον, quod & appoſitum 422. 429
Epitheti in proſa uſus 422
Epithetorum proprietas 387
Equus quis decentior 391
Equi definitio 336
Eq Troiani magnitudo 404
Eratoſthenes græcus author 20
Eriphylus Rhodius 535
Error honeſtus magnos ducēs ſequentibus 48
Erroris quo-q; nō uolūtatis ſolius cauſſæ quærēdæ 352
Eruditio cum robore diſcendi

Universidad de Deusto Biblioteca

di crescit 380
Eruditio longæ ætatis spatio paratur 60
Eruditorum consensus, consuetudo sermonis 55
Ἐσχηματισμένη oratio 431
Esse uideatur, in clausula ponentes quidã, Ciceroniana uelut dictione sibi placent 522
Essentia, entia 107
Essentia, quæ & οὐσία 146
Ἐτέρωσις 457
Ethice, quæ & moralis philosophia 610
Ethici authores oratoribus euoluendi 609
Ethologiæ, grammaticorum officij sunt 63
Etymologia maxime rara in probando fine 359
Etymologia quid sit 52
Eius ratio ibid.
Etymologia rationem in sermone præstat 48
Etymologiæ finitio 249
Etymologiæ in definitionibus locus 52
Euathlus magna mercede rhetoricam didicit 131
Εὐχωλὴ 138
Eucrates (aliàs Naucrates) Socratis discipulus 143
Euẽtu finis an censeatur rhetorice 119 & dein.
Euersionis urbis descriptio 401
Euidentia an narrationi necessaria 206
Euidentia & illustratio, quæ & ἐνάργεια 308
Εὐφαντασιωτὸς 307
Εὐφωνία obseruanda 37
Euphorion 507
Euphranor pictor 628
Eupolis comicus 508
Euripides poëta tragicus 508
Εὐρυθμία 68
Εὐρυθμὸν uitandum 486
Ex præpositio in cõpositione quomodo scribenda 55
Exanimat, uetus uerbum 395
Exceptores tardi 527
Excerptorũ quorundã inane studium 521
Exclamant quidam in iudicijs 329
Exclamatio 441.472
Excursio qualis esse debet 213
Excusatio facti siue purgatio 364
Exẽplũ Quintiliani in caussa occul

occultiore agenda 342
Exemplorũ consideratio 261 per tot.
Exempla poëtica etiã caußis utilia 264
Exempla præiudiciorũ 228
Exemplorũ ac rerũ cognitio ex historijs petẽda 503
Exemplorum confutatio 276
Exemplorum in consilijs momentum 170.500
Exemplorũ usus suasoriæ maximè conuenit 174
Exẽplis abundare debet orator 615
Exercitatio ac consuetudo dicendi ac scribendi extemporalem facultatem maxime parat 537
Exercitatio dicẽdi cõtinua, potẽtißimũ dicẽdi genus 118
Exercitatio rationi iungenda 526
Exercitatione maxime alitur memoria 24
Ἐξεργασία 404
Ἐξεταστικὸν caussæ genus 138
Exhortatio 455. Ἕξις 498
Exordium, quod & principiũ, & græcis προοίμιον 183
Exordij diuisio 190
Exordij ratio quomodo tractanda 191
Exordiorum uitia 193
Expectare cuiuspiam mortẽ, aut non expectare ambiguum 467
Expectorare ueteres dicebãt 395
Experimẽta plus quàm præcepta ualent 93
Expositio circuncisa 205
Expositio attenta sit 218
Expositio, probationũ præparatio 176
Expositiones seu narrationes falsæ 210
Exprobrans minus quàm potest iocus, admodum gratus 324
Extemporalis dicendi facultas 536. quomodo paretur 537. & dein.
Extemporalis dicendi facultas, memoria maxime constat 559
Extemporalis quæ uideatur oratio, plus gratiæ habet 192
Extra ad caußã pertinẽt, tẽpus, locus, habitus, &c. 188

Universidad de Deusto
Biblioteca

F

F, literæ usus 34. sonus 632
Fabij Maximi triūpho lignea oppida translata 318
Fabij Maximi dictū in Antigonum 317
Fabricij nobile facinus ac dictum 607
Fabrico & fabricor idē 430
Fabula 84
Fabulæ Aesopicæ causis utiles 264
Facere contumeliam Cicero damnat 457
Faciēdi modus etiam ijs quæ patimur, nōnunquam datur 456
Faciendi ratio circa quæ uersatur 246
Facetiæ in narrādo consistūt, dicacitas in iaciendo 315
Facies dicentis recta sit 72
Faciei infinitæ differētiæ 370
à Faciliori argumentum 255
Facilitas dicendi 498
Facilitas summi oratoris indicendo 640
Factitiæ uoces 421
Factum'ne quid sit quæstio extra accusationem 350
Factum per se improbabile, qui tueamur 362
Facto ridiculo risus conciliatur 312
Factum ipsam aliquando sim plicē quæstionē habet, aliquando duplicem 346
Factum'ne sit, iudicialiū causarū prima quæstio 345
Factū prius negandū, tū reus defendendus 348
Factum quod est, immutabile est 366
Facto solo controuerso unde petantur argumenta 348
Factum quale sit plurimum interest 367
Facto quod non defenditur, iure nitetur 365
Factorum ac uerborum in sceleribus consideratio 353
Facultas paranda suum tempus habet 86
à Facultate quomodo ducantur argumenta 248
Facundiæ alimentum 533
Falcem tenerę frondes formidant 85
Fallendi ars dicta Athenæo rhetorice 111
Fallendi in hoc iudices, ne errent 120

Falsarum narrationum duplex genus 210
Falsum dicere ex bona ratione, turpe non est 120
Falsum palàm, negare fas est 275
Falsi caussa quomodo tractanda 334
Falsa excidere solent 211
Falsis non ita assuescendum, ut ad uera caligemus 533
Famæ ac rumoris consideratio 229
Famæ formam Virgilius finxit 442
Famæ ultimus in periculis locus 391
Fasces populo submittere Publicola instituit 162
Fasciæ crurules 591
Fatigati iudices quomodo tractandi 191
Fatigatio 571
Fatigatio ac sudor inter agendum 592
Fatigatio scribendi diligentiæ obstat 526
Fauces oratoris integræ sint 570
Fauor, Ciceroni nouum erat uocabulum 595
Fauorem cōciliantia 184.188
Febris, quiete & abstinentia mitigatur 118
Fecerit'ne, quæstio, quomodo tractetur 353
Felicitatē fortiter ferre 413
Femur ferire 387
Ferri splendor oculis terrorē affert 390.505
Ferrum pro gladio, etiam in prosa 419
Ferrum tenerę plantæ reformidant 85
Ferrum ueneno armare, elegans metaphora 418
Ferro speciosum nō fit, quod ita natum, monstrum esset 272
Feruere, media breui an dicè possit 49
Festinata maturitas celerius occidit 292
Festinatio diuisionem perdit 338
Festinatio puero cauenda 29
Fibula ferrea dictus quidam Lunius 318
Fici furculum è qua se uxor alterius suspenderat, alter petit 323
Fictio etiam argumenta sup-

peditat 256
Fictum aperte, ridiculum 320
Ficta citò euanescunt 298
Ficta & cõposita fidẽ amittunt 383
Ficta siue nouata uerba 394. & dein. remedijs quibusdã præmunienda 396
Fides testibus uel fieri uel detrahi debet oratione perpetua 232
Fideicommissum apud prætorem petere non licet 154
Fiducia, arrogantiæ opinione laborat 168
Fiducia in actionibus, iustitiæ iudicis uideatur, non causſæ nostræ 555
Fiducia ne uires præueniat 617
Fiducia nusquam se nimium efferat 192
Fiduciam præ se ferat orator 282. 593
Figura quid sit, & quot modis accipiatur 429. et dein.
Figura quædam obtinentur, quæ probari nõ possint 450
Figuram admittere, aliud q̃ figuram esse 432
Figuræ, & sententiarum, & uerborum, & mentis 431
Figuræ & uariæ sint, & raræ 460
Figuræ interdum necessariò excogitandæ 531
Figuræ uariæ secundũ diuersam multorũ sentẽtiã 454
Figuræ ne densæ sint 449. 456. 473
Figurarum cum tropis conuenientia 429
Figurarum in compositione uariatio 492.
Figurarum modus 449
Figurarum utilitas 456
Figuris etiam in foro locum esse 450
Figuras multas prius sibi probatas, postea Cicero damnauit 471
Figuras non esse tot, quot affectus 432. 455
Figuras qui scriptores tractauerint 471
à Figuris excludenda 454
Figuris respõdẽdi modus 449
Figuris utẽdi ratio 433. 472
Figurata oratio 431. 448
Figuratæ controuersiæ 448. & dein.
Fimbriaturit, figulaturit 395

Fingendi & mentiendi cautelæ 211
Fingendi rationes, 442. uide Prosopopœias.
Fingere aliena, & sua 323
Fingere græcis magis permissum 394
Fingere in scholis licet, quæ foro inepta sint 300
Fingere in hypothesi 256
Finis oratori præstandus 624
Finitæ quæstiones 140
Finitionis consideratio 355
Finitio causſæ nostræ conueniat 360
Finitio certa 361
Finitio cui statui subijciatur 357
Finitionem ut rectè constituamus 359
Finitio uitiosa, foro cauenda 359
Finitionis confirmatio quàm applicatio difficilior 358
Finitionis euersio 359
Finitioni subiecta 249
à Finitione quomodo argumẽta ducantur 246. 249
in Finitione uoluntas nominis quæritur 376
Filij sui mortem præmaturã Quintilianus deplorat 290. & dein.
Firma in causſis sæpius iterẽtur 330. & dein.
Firmamẽtum, quod & στωχ̃ον 179
Firmum fideliter, à primis statim actionibus arripiẽdum 330
Fistula tonorios Gracchi 69
Flauius rhetor 368
Flauius Virginius rhetor 588
Flexa uocem latinam nõ cludit 41
Fluctuatur, fluctuat, idẽ 456
Fluctus concionum, allegoricõs 484
Fluctuum tempestates, bella ciuilia 423
Fluminum magnorum nauigabiles fontes 402
Focalia 591
Fœcunditas in adolescente se efferat 85
Fœdi hominis irrisio 314
Fœminæ forma Homerica, ualidissima, quæ & pulcherrima 628
Forum iudiciale sub dio 525
Fori proprius quidam est projectus 618

Foro destinati cura ac institutio 97
Forma etiam persuadet 109
Forma perfectissima, ea & capacissima 70
Formæ puerorum lenocinium 271
Formæ fictæ 442
Formula cadere 154
Formularij ac legulei 615
Forte & robustum dicendi genus ubi locum sibi uendicet 638
Fortia quæ uidentur cum dicuntur, stulta cum læserunt uocantur 626
Fortis optet qd' uoluerit 338
Fortitudo sine uirtute intelligi non potest 603
Fortuitum & inordinatum nihil est in mundo 71
Fortuita bona mores nostros arguunt 161
Fortuita interim ad ueniam faciunt, interim ad criminum probationem 246
Fortuitorum laus in quo consistat 161
Fortuna in scriptis quoq; & cogitatis locũ habet 535
Fortuna nonnunquam culpæ substituitur 365
Fortunam frustra culpamus 292
Fortunæ insectatio inhumana 313
Fortuna hominũ laudãda 161
à Fortuna ut ducantur argumenta 244
Fratres gemini, ineptum: cum dicendum sit, gemini fratres 477
Frequentia gaudet optimus quisque præceptor 26. 28
Frigus interrogationum 136
Frons dicẽtis multis generibus peccat 72
Fructiferane an amœna pulchriora 391
Frugalitas studijs necessaria 528. & 601. unde dicta 32
Frugalitas Sybaritis odiosa 163
Frugalitas uoci confert 570
Frugi, non frugalis 50
Frugum inuentio Cereri tribuitur 161
Fugiens ne respexeris 321
Fulgor armorum, & fulgor auri 502
Fulminum terror unde 390
Ful

Fulminibus comparata dicendi quædam facultas 116. 638
Fundus qui cultior, florulentus, an messe ac uitibus cõsitus 391
Funebres laudationes 160
Funis, masculinum 48
Furori simulia ira & contentio 366
Furti quæstio quomodo tractanda 354
Futura etiã imaginamur 443

G

G, ueteribus latinis in multis dictionibus ultima 56
Galbæ ioci 319
Gallica multa uocabula Latinis recepta 45
Gallio pater orator 133. 453
Gallus poëta 512
Gallus, uox ambigua 374
Gemma in uitibus 417
Geminatio eiusdem uerbi 413. 460
Genarum gestus 580
Generale caput, statũ Theodorus uocat 142
Generales quæstiones infinitæ: speciales, finitæ 140
Γνῶσις, coniectura 131
Gentium totarum testimonia eleuata 231
Genus ad probãdam speciem inualidum est 249
Genus in species diuisum, nihil habet proprium 425
Generis claritas ac turpitudo 162
Generis dicendi consideratio 522. 543. 627. & dein per totum
Genere ab uniuersali ad extremam speciem quærendum 338
Genere etiam in nominibus fiunt figuræ 456
à Genere ut ducantur argumenta 244
Genera caussarum tria 137
Gestus ac uultus dicentis ab oratione ne dissideant 579
Gestus momentum in actione 578. 589. & dein.
Gestus oratoris 72
Gestus ne uitio solœcismus committatur 42
Geometria dialecticæ quàm rhetoricæ similior 69
Geometria oratori necessaria 69
Geometricæ ἀποδείξεις γραμμὴν

Universidad de Deusto
Biblioteca

μικρᾶ 241
Germanicus Augustus poëta 312. Ei blanditur ibidem
in Germanos dictum, Caput nescio ubi impositum 414
Gladium uter prior fabricarit, uim illaturus, an propulsaturus 134
Gladij cruenti in iudicium prolati mctus ficticus 301
Gladiatorum manus secundæ, tertiæ & quartæ 282
Glyco Spiridion 300
Gloriari aperte tolerabilius, quàm peruerse se iactare 546
Glossa, lingua secretior 23
Glossemata, uoces minus usitatæ 61
Γνῶμαι, quæ & sentētiæ 410
Gorgias alius à Leontino 434
Gorgias Leontinus Empedoclis discipulus 131. Eius uiuacitas ibidem
Gorgias Platonicus 106. 109. 110. Eius de rhetorice dissertatio digesta 111
Gorgiæ de se fiducia 129. 644
Graecchi oratores 629. Eorum leges inuisæ 163. mater eloquens 19
Graculi, quia gregatim uolēt 53
Gradatio, quæ et κλῖμαξ 464
Gradus eliminat, an satis latinum 395
Græca lingua ut latinæ nihil officiat 20
Græcus sermo latino iucundior 632
à Græco auspicandum 20, 31
Græca nomina quomodo apud Latinos declinanda 43. & deinc.
Græci, rerum & uerborum & linguarū differētiū copia abundant 41. 331. 633
Græci nominibus fingendis felices 41. componēdis item 47. 394
Græci præceptis, Romani exemplis ualent 613
Græcorum fidem Cicero eleuat 538
Græca non mutuamur cum nostra desunt, & illi quoque nostra 43
Græca in latinum uertere, utilissimum ad bene scribendum 531
Græcas literas Cato senex didicit 644

Grammatice, literatura 78
Grammaticæ paupertas & ubertas 78
Grammatices amor 61
Grammatices diuisio 31. Ea ante omnia imbuendus puer ibid.
Grammaticæ exactor asperrimus in filio Cicero 59
Grammaticæ iucūditas, utilitas ac necessitas 32. et per totū
Grammatici molesti 482
Grāmaticorū partes 31. 62. 77
Grammatici iudicium 58
Grammaticorum ueterū authoritas 32
Grammatice ac latine loqui refert 52
Grande dicendi genus ubi commodum 637
Gratis an semper agat orator 620
Grauia quædam per se uidentur, quædam faciēda sunt 306
Grauitas risui commista 313
Gryllus Aristotelis 118
Gurdi qui dicantur 45

H

H, aspirationis usus 40
Habitus à cæteris disciplinis, pessimorū morū prætextus 16
Habitus in argumentum trahitur 244
Hannibal dirus, propriè dictum 387
Hebetes, contra naturam 18
Hendecasyllaba pueris amouenda 60
Hercules truculentus 360
Herculis laus excusanda quædam habet 160
Herculis personā aut cothurnos infantibus aptare 299
Here olim, quod nunc heri 57
Hermagoras rhetor 110. 132. 141. 181
Herodotus historicus 509. cōpositionis studiosus 476
Heroici carminis sublimitas 60
Hesiodus an primus fabularū author 264. eius stylus 506. Idem septennes pueros aptos discendo statuit 20
Hesternorum obliti, puerilium meminimus 559
Hexametri finis male orationem claudit 485
Hilaria in conuictu quotidiano omnibus cōueniunt 313
Hinnire & balare uetustate

authoritatem meruit 47
Hippiae Elcus 131. omnes artes complexus 644
Hippocrates quædam sua retractauit 153
Historia seu historice 62.84 carmen solutum 503. quomodo oratori legenda ibidem. eius lex 476. numeri 494
Historia oratori legenda 84. 184. 333. 615. ex historijs etiã urbanitas petitur 324
Historici græci licentiosi 87
Historici latini græcis non inferiores 314
Historici scriptores 309
Historici ut insulas describere debeant 70
Histrionum affectus serij 308
Homerus eloquentiæ culmen & columen 303. 644. Horatio dormitare interim uidetur 302
Homeri authoritas 268. eius laudes, ac operum aliquot delibationes 303. & dein.
Homeri tmporibus extitisse rhetorices certamina 117. 638
Homo cæteris animãtibus ratione ac oratiõe præstat 126
Homo deuoratur, cuius patrimonium consumitur 420
Homo, quia ab humo 53
Homini naturale est ingeniosoesse 18
Homines primi rebus appellationes dedere 394
Hominum laus unde ducatur 161. & dein.
Hominum regundorum uis Ioui tribuitur 160
Homonyma uerba interpretanda. 387
Honestati subiecta 90.168
Honesta magis iuuant 77
Honesta maxime discenda 39
Honesta uerba turpibus potiora 392
Honeste uiuendi ratio potior quàm uel optimè dicendi 24
Honestorum ac turpium nullum esse consortium 600
Honestis facilè honesta suadentur 170
Honorificum serium 426
Horatius poëta 60.313
Horatij locus 264.312.324. 399.418.419.420.423
Hortensij filia eloquens 19
Hortensius à Cicerone secundus 568
Hortensius à Cicerone urbanè irrisus 325
Hortensij pro Verre patrocinium 501
Humana forma à quo optime efficta 628
Humani ingenij natura ac uis 16.74
Humerorum in actionne gestus 581.589
Humilia & sordida uitanda 386.397
Humilibus lasciua conueniunt 313
Hyperbaton 426. 429. 459. 471
Hyperbole 427. quomodo fiat ibid. & dein. an amplificationi adscribenda 410
Hyperides orator 109. 510. 631. eius pro Phryne meretrice actio 531

I

I, & V literæ affinitas 33
I, litera sibi aliquando insidit 33. Eius sonus 479
Ii geminatum est aliquãdo 33
I, uocalis tam lõga quàm breuis apud latinos 37
Iactatio sui, iuctiosa omnis 545
Iaculari de quibus dicatur 386
Iambus 481.486
Iambi asperis conueniunt 496
Iambum uersus heroicus non recipit 41
Iambici poëtæ 513
Ἰδιότης 131
Idiotis grati ioci 393
Igitur, ubi ponendum 41
Ignaui pro innaui 47
Ignorantiæ excusatio 363
Illustrãs illustrato clarius 402
Illustris oratio ut fiat 397
Imagines in iudicio prolatæ 298.300
Imagines in memorandi arte 562
Imaginis rerum aut personarum in caussa ratio 265
Imbecillitas, nonnũquam probitas uocatur 329
Imitamur libenter quibus fauemus 80
Imitationis consideratio 519. & dein. pronunciatio 595
Imitandi qui sint 504 et dein.
In imitando spectanda 523
Imitatio, artis est 139
Imitatio diuersæ partis cum reprehensione 595
Imitatio frequens in mores tran

Universidad de Deusto
Biblioteca

transit 72
Imitatio, memoriæ signũ 29
Imitatio morum alienorum 447
Imitatio quæ paruulis conueniat 28
Imitatio uitiosa 582
Imitationis authorum difficultas, quanta sit illorum uirtus demostrat 532
Imminutionis ratio 410
Immortales quidã geniti dij, quidam facti 161
Imminutio culpæ 364
Immunis quõ scribendum 56
Immutatio quid sit 43
Imparia exempla ad exhortationẽ maxime ualẽt 262
Imperator bello idoneus 614
Imperatori exercitus oratorem comparat 378
Imperatorum dictio 548
Imperiti iudicant 120.636
Impius pro parricida 421
Importuni ac clamosi in iudicijs coërcendi 329
Impossibile, non reformidat Quintilianus 243
Impotentiæ exprobratio tacita 503
Improbissimus quisque plura fingit 61
Improbitas iudici inuisa 330
Improprij uitium 386
Imprudentia ac fames multos agit 124
Imprudentibus nobis elapsa, si simulamus, uenusta creduntur 312
Impudens actio, indecora 547
Impudentiæ fortiter resistendum 329
Inartificiales probationes 227
Incessus fractus 240
Incipiendum à primis 176
Incisum quid dicatur 493
Incommoda uitantis, quàm commoda petentis, melior est caussa 363
Incrementum in amplificatione 405
ab Incremẽtis argumẽta 252
Incumbere illi, in illum 455
Indecorũ placere nõ potest 75
Index digitus 583
Indiciũ, quod & signũ 239
Indignationi interrogatio cõuenit 438
Indocti cur uulgo ingeniosiores habeantur 102
Indocti sæpe iudicant 120.636
Inductio Socratica 261

Indulgentia parentum 25
Infans omnibus membris expressus, maciem ac infirmitatem minatur 84
Infantia qũo docenda 20
Infantiæ in dicendo reprehensio 279
Infantes nutricibus mutis traditi 300
Inferiorum inuidia ac risus in superiores 545
Inficialis status 144.148
Inficiari quæ non possumus, lenienda 190
Infinitæ quæstiones quæ dicantur 140
Infinitum uerbum pro nomine positum 457
Infinitiuorum mediæ syllabæ quantitatis ratio 48
Infirmitas corporis nonnunquam ad laudẽ confert 161
Ingenium aliud alio præstantius 18
Ingenium cui deest, artes ne sequatur 17
Ingenium indomitum 522
Ingenium humanum falso accusatur 18
Ingenium in numerato 327
Ingenij humani uis 74.642
Ingenio ueloci ac mobili altercaturis opus est 328
Ingenia tenera alenda 379
Ingenia præcocia 29
Ingenia puerilia qũo dignoscãtur ac tractentur 29.96
Ingeniorum ductus sequendus ibidem
Ingeniorum monumenta 162
Ingeniosum puerũ in gloriã suam præceptor fouet 27
Ingrati actio 367
Inhonesta ut suadeas 171
Inhumanitas quomodo refutanda 276
Iniquum petendum, ut æquũ feras 224
Iniqua lis dimittenda 619
Iniquorum etiam ratio noscenda 171
ab Initio argumenta 252
Initijs apti pedes 491
Iniuriarum actio 366
Innocens reus sæpe multis uerisimilibus premitur 607
Inopia peior in puero quam copia 84
Inopinatum in ridiculis 322
Inopinata delectant 429
ex Inopinato sententiæ 413
Inornatum id est, quod est

Universidad de Deusto
Biblioteca

improprium 392.396
Inſcitiæ rerum ac uerborum reprehenſio 279
Inſectandi ratio 280
Inſignia orationis 435
Inſinuatio 190.191
Inſtandi ac urgendi uis interrogationibus quî fiat 437
Inſtituta authoribus ſuis laudem afferunt 162
Inſtitutionis perplexæ atque numeroſæ in pueris terror 379
Inſtrumẽtum rhetorices 129
Inſtrumenta in actione quædam bene diſſimulãtur 330
Inſtrumenta naturalia 616
Inſularum magnitudines ut deſcribi debeant 70
Inſulſitatis reprehenſio 279
Intellectu alio quàm uerba ſonent, iocandi ratio 322
Intellectu difficilia, uitanda 388.389
Intelligentia ad rectam lectionem neceſſaria 59
Intentio ex tempore dicentis quanta ſit 539
Intentio ſcribentis ac meditantis contra incurſantia omnia affirmanda 327
Intẽtio ſimplex quomodo tractanda 336. ex intentione lis 369
Intercapedo 397
Interfationis diſtinctio 204
Interiectio, quæ & parentheſis 388
Interrogandi ratio unde optime diſcatur 235
Interrogãdi ſæpe diſcipuli 92
Interrogatio qualis eſſe debeat 235
Interrogationes Socraticæ 265
Interrogationes ſtultæ, ſtultiores reſponſionibus quibuſdam fiunt 320
Interrogationum uis 437
Interruptio 446
Intro, intus 44
Inuenit nemo q nõ iudicat 135
Inuentio ac diſpoſitio, prudentis hominis 382.390
Inuentionis calor 524
Inuentioni iudicium quidam ſubijciunt 135
Inuentiones rerum & argumentorum ante artem fuiſſe 260
Inuẽtores rerũ, pro rebus 419
Inuerſio tropus 423

Inuidere huic rei, hãc rẽ 455
Inuidia aduerſarios, conuicium nos inuiſos facit 305
Inuidia duplex 306
Inuidiæ detrahẽdæ ratio 358
Inuidiæ incrementa 296
Inuitus nihil facilè perſuadetur 219
Inuitè accuſandum 552
Inuocatio deorum utilis in actionibus 299
Iocus quis dicatur 312
Iocorum eleuatio 321
Iocorum materia ex nomine ſæpe depromitur 245
Iocoſa quædam non ſatis urbana 326
Ἰωτακισμὸς 41
Iphigenia Timantis 106
Ipſe dixit 547
Iræ pudor iudici inijciendus 555
Iracũda actio, indecora 547
Iracundiæ mala ac incommoda 329
Iracundiæ uitio careat altercator 329
Irrationabilia cur dicãtur cætera animalia 116
Ironia, ioci genus 320
Ironia, quæ & illuſio 305. 424.229
Iſæus orator 632
Ἰσχνὸν, id eſt, ſubtile dicendi genus 537
Ἰσχνότης 41. Ἰσόκωλον 469
Iſocrates orator Gorgiæ auditor 132. 510. 630. actionibus ineptus 635
Iſocratis de diſcipulis iudicium, ac ſolicitudo 97. eiuſdem panegyricus decennio ſcriptus 530. eiuſdem præſtantia & uiuacitas 132
Iſocraticorũ nimia cura 479
Italica omnia pro Romanis habet Quintilianus 45
Iterum apud eundem agendi ratio 555
Iubæ dictum feſtiuum 323
Iucunda ut ſit oratio 384
Iucũditas ac uoluptas in cõſultationem ſola nõ uenit 168
Iucunditas an expoſitioni neceſſaria 206
Iucunditas diſcẽtes allicit 130
Iucunditas præceptores decet 85
Iudaicæ legis author 163
Iudex à miſeratione auertendus, qua reus ſit uſurus 296
Iudex à quo appellaueris,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quomodo placandus si ad ipsum remittaris 555
Iudex ab oratore commotus: indicio commonstrat 303
Iudex artem reformidat 216
Iudex assentatoribus suis maxime fauet 163
Iudex differendus nonnunquam 225
Iudex fallendus 222
Iudex ne omnino non possit intelligere, curandū est 389
Iudex ne prorsus lædatur 185
Iudex quomodo conciliandus 176
Iudex reuerētiā postulat 192
Iudex attentus ac docilis faciendus 189
Iudex sæpe rure arcessitur 203
Iudex ut figuris credat 449
Iudicis animus explorandus 636
Iudicis animus tibi sumendus, ut recte agas 451
Iudicis auocandi ratio 331
Iudicis memoriæ firmissima quæq; inculcanda 328
Iudicis natura noscenda 219
Iudicis oculis mētis res ostendenda 400
Iudicis optio aduersario non permittenda 231
Iudicis præparandi partes 191.495
Iudicis uultus actori diligenter inspiciendus 330
Iudici nota, sint'ne narranda 199
Iudici opinio domo allata, executienda 186
Iudici ueritatem auferre oratori licet 606
Iudicem qualē esse uolumus, tales ipsi simus 307
Iudices affectibus rapti, rem suam agi credunt 303
Iudices alij aliud genus dicendi in patronis exigunt 550
Iudices docendi quid rogantibus respondeant 296
Iudices interdum indocti 636
Iudices quidam rerum suarum 186
Iudices sorte dantur quibusdam iudicijs 177
Iudices tristiores 314
Iudicum animos quæ maxime alienent 185
Iudicum quorundam prauus ambitus 186

Iudicum semper miscenda laus 163
Iudicasse de caussa se, nec aliter affuturum dicens, arrogans est 547
Iudicatio ibi, ubi quæstio 179
Iudicatio, seu κρινόμενον 178
Iudicatum nunquam satis est 342
Iudicatorum confutatio 277
Iudicium à consilio quid distet 331. an inuentioni subijciendum ibidem. & 135
Iudicium nostrum non falli, solicitudo arguat 396
Iudicium quomodo nobis auferatur 500
Iudicium uirorum doctorum est pro ratione 48
Iudicia hominum uelut argumenta sunt morum 163
Iudicia publica, & priuata 177
Iudicijs aliorum componendæ nobis orationes 288
In Iudicijs præteritum tempus maxime ualet 345
In Iudicijs studio suo indulgetur, consilia secundum mores dantur 166
Iudicialis ad scribēdum quomodo idonea 174
Iudicialis & concionalis generis numeri 495
Iudicialis generis partes quinque 175
Iudicialium controuersiarum genera 177
Iugerum 70
Iulius Africanus orator 517
Iulius secundus Florus, eloquentiæ Galliarū princeps, Quintiliani æqualis 516.517
Iunctura compositionis 478
Iunius Bassus contumeliosus 313. eius dicterium 320
Iupiter in fōro iudiciali 298
Iupiter olympius in Elide augustissimus 628
Iupiter regūdorum omnium arbiter 160
Iurare graui uiro non licet 454
Iurisconsulti uerborum proprietatis studiosissimi 289
Iurisiurandi cōsideratio 230
Ius obscurum & ambiguum differunt 377
Ius triplex, sacrum, publicum, priuatum 89
Iuris ac facti quæsliones eodem ordine tractantur 337

Universidad de Deusto Biblioteca

Iuris diuisio 614
Iuris ciuilis scientia oratori necessaria 613. et facilis 614
Iuris obscuritas quæstiones parit 369
Iuris quæstiones in quibus consistant 611. earum differentia 337
Iuris quæstiones, leges præcurrunt 366
Iuri quõ occurrendum 89
Iuri si non fidimus, æquitate iudex parandus 345
Iure de omni disputandum semper 342
Iuridicialis status 148
Iustitiæ coniuncta est rhetorice 112
Iustum latè patet 90
Iustum natura cõtinetur, aut constitutione 362
Iuuenis foro destinatus, oratori alicui adhæreat 534
Iuuenum dictio qualis esse debeat 548

K

K, literæ ratio 33. 56
Kappa in numero tantum manet 33. Καιρὸς 146
Κακοτεχνία quibusdam dicta rhetorice 108. alijs ματαιοτεχνία 124
Κακόζηλον 399
Κακοσύνθετον 399
Κατάπληξις, quæ & minæ 455
Κατασκευὴ 86 Κεῖσθαι 146
Κατάχρησις, quæ & abusio 386
Καταπεπλασμένον 72
Καθολικὰ 106. 411
Κλίμαξ, quæ & gradatio 465
κλωσμὸς 576. κοιλοστομία 41
Κοινισμὸς 399 Κῶλα 476
Κόμματα 476
Κρινόμενον 178
Κρίσεις, id est iudicia & iudicationes caußis etiam utilia 267

L

Λ litera succedit ρ literæ 72
Labor unus plus fatigat quã uarius 74. & dein.
Laboris exhausti mensuram nosse, et quid supersit etiã, uoluptati est 225
Laboris iudicium pueris abest 76
Laborant fructus 417
Laborantium fauor 185
Laborum remißionis ergò theatra inuenta 168
Laborem cõtinuum nulla res ferat 30
Laborũ dicẽtis gestus 72. 581
Lacedæmone expulsa rhetorica 114
Lacedæmone literarum studia minus, Athenis plus laudantur 163
Lacedæmonij saltare discebant 73
Lacedæmoniorum exercitus musicis modis accendebantur 66
Lacrymæ facillime inarescũt 298
Lacrymæ, mentis indices 580
Lacrymarum affectus uehementißimus 300
Lacrymarum modus 298
Lacrymas mouere ne tentes nisi summis ingenij uiribus præditus 300. & dein.
Lacrymas alijs prouocaturus, ipse lacrymetur 307
Lælij filia eloquens 19
Lælij, oratores 619
Λαμβδακισμὸς 41
Lapidare, de quibus rebus dicatur 386
Lasciua humilibus conueniũt 313
Latrare quosdam, non agere 572
Latro declamator 453
Laticlaui ius 590
Latina eloquentia, græcæ discipula 631
Latina in græcum uertenda, & contrà 28
Latina ratio magis sequenda 46
Latina statim græca subsequi debent 20
Latinum eloquentiam quomodo illustremus 633
Latinus sermo, Aeolicæ rationi simillimus 52
Latinus sermo græco inferior 394. 632
Latinus sermo pluribus in usu est 20
Latine loquendum, non curiose 385
Latine loqui, aliud quàm grãmatice loqui 52
Latini aduersus se iniqui iudices in nominum fictionibus 395. 421
Latini dicendi præceptores quãdo primùm cœperit 90

Universidad de Deusto
Biblioteca

Latini ueteres plus ingenio quàm arte ualuerunt 60
Latinorum inopiæ quomodo medendum 633
Latus clauus 590
Latonæ progenies 161
Laudari iuuenes appetũt 272
Laudatio mutua 81
Laudationum actio 592
Laudatiuum genus, quod & demonstratiuum 138
Lauranius orator 479
Laureati postes 421
Laus deorum 160
Laus animi semper uera 161
Laus discipulorum quatenus admittatur 81
Laus eadem non ubique decet 161.163
Laus & uituperatio ad iudiciorum momentum pertinent 160
Laus & uituperatio quomodo puero tractandæ 87
Laus malis an curæ sit 601
Laus quæ maxime grata audientibus 162
Laus stimulos addit 539
Laudis amor cupiditatem literarum acuit 601
Laudis cupiditas in oratoribus 216. ne ab utilitate causſæ patronũ abducat 623
Laudis proprium 160
Laudi simulatione detrahitur 425
Laudem homini quæ parent 161. & dein.
Lectio pueri ab Homero ac Virgilio incipere debet 59
Lectio pueri qualis esse debeat 23.59
Lectionis usus & ratio 301
Lectione oratorum nihil minus laboriosum 614
Lædi in iudicijs qui non debeant 185
Legale genus νομικὸν 139
Legales quæstiones 152. earum species plures 156
Legationis male gestæ iudicium 367
Lex ad exules nulla pertinet 343
Legis obscuritas 369. potestas 372
Legis uerba diligenter perpendenda 370
Leges contrariæ, quæ & ἀντινομίαι 357. 371. & dein.

Leges

Leges duplices 373
Leges pares 371
Leges latoribus laudem afferunt 162
Leges quomodo Romæ & apud græcos suadebãtur 89
Leges tẽporiæ quædam 90
Legũ laus & uituperatio 89
Lenas rhetor 133
Lenas Popilius 598
Leuia iucundissima 324
Lenocinia eloquentiæ affectantes 383
Lentiora plus affectus habent 386
Lentulus Spinther 318
Leonides Alexandri pædagogus 19
Lepus epicœnũ 49. eius etymon 53
Λέξις quid sit 431
Libellis indoctorum non esse utendum 621
Liber & Ceres pro uino & pane licenter 420
Liberi parentibus laudẽ afferunt 162
Liberorum propria ac differentia 250.360
Liberum in uno, fierioſum in alio 348
Liberalis facies pro pulchra 314
Libertas in alijs, in alijs licentia 171
Libertinus quis dicatur 250. 360
Libertinorum ordinem quomodo oppugnes 557
Libidinis deforme exemplum 163
Libidinosior quàm ullus spado 319
Librariorum inscitiam insectantes quidam, suam confitentur 480
Libri ab authore non editi, inuulgati 14
Librorum margines 529
Licentia, quæ & oratio libera 441
Licinius Archias poẽta 539
Ligarij causſa 556
Lingua secretior, glossa 23
Lingua in quæstu 15
Linguæ uitia 41
Lis de quo sit 362
Literæ quædam aliter enunciantur quàm scribantur 38
Literæ, unicum aduersorum solatium 292
Literarũ ratio et potestas 32.

affinitas, & inuicem mutatio 34.51.56
Literarũ eburneæ formæ 22
Literarum inuentio Minerue tribuitur 160
Literarum pura uoluptas, quando 123
Literarum traditio qualis esse debeat 22
Literarum usus qui sit 38. an memoriæ obstet 560
Literas omnes computare in pronunciãdo & uelut annumerare, molestum 573
Literis alijs alij pronunciandis laborant 72
Lites quàm minimas ut amici habeant, optandum 625
Litigantium personæ quomodo ponendæ 217
Litigator corpulentus irrisus 301
Litigatoris persona qũo tractanda 185.305.620.622
Litigatori non semper mos gerendus 432
Litigatores alij aliter tutandi 349
Litigatores honestam rationem, atque adeò necessitatem prætexant 184
Litigatores pro se olim ipsi agere cogebantur 112
Littus quod dicatur 289
Liuius cum Herodoto componendus 314
Liuius & Sallustius pares magis quàm similes ibidem
Liuij epistola 504. pauinitas 45.385
Liuij in primo statim libro locus 443.485. Item eiusdẽ alius locus 320.398
Liuij ubertas lactea 303
Loca in arte memorãdi qualia esse debent 561
Localis memoria 562
Locus alius aliud dicendi genus poscit 550
Locus Ciceronis. uide Ciceronis locus.
Locus secretis studijs aptus 527
Loci intellectus 146
à Loco argumenta quomodo ducantur 246
Loci communes à Q. Hortẽsio, & item à Cicerone compositi 79. à quo primùm tractari 131
Loci communes testium & argumentorum 58
Loci communes tractandi ei qui copiam affectet 532
Loci communes uirtutum & uitiorum 87
Loci coniecturales, an uoluerit, potuerit, fecerit 350
Locorum communium usus quatenus parandus 88
Locorũ descriptio 444. Laus 164
Locos argumentorum quos uocet Quintilianus 244
Locis alijs alia proueniũt 244
Locuples à locorũ copia 249
Locutio ãtiqua immutata 455
Lodices masc. exoletum 54
Λογικὸς status 139
Λογοδαιδαλοὶ 131
Λογοὶ μυθικοὶ 204
Longa syllaba quæ sit 481. ea optime clauditur oratio 488. geminis uocalibus scribebatur 56
Longarum syllabarum usus ubi conueniat 487.495
Longis syllabis longiores, & breuibus breuiores 487
Longi hominis irrisio 319
Longi Sulpitij dictum retortum 314
Longorum uerborum contextus uitiosus 480
Loquaces ac clamosi et obstreperi in iudicijs retũdẽdi 329
Loquẽdi ratio ac uices 62.329
Loquentibus sua est obseruatio 49
Lucanus poẽta 512
Lucilius satyricus ibid.
Lucilij præceptũ de diphthongo ai & æ 57
L. Cotta antiquitatis affectator 569
L. Crassus orator 382.629. eius tẽporibus cœpere latini dicendi præceptores 90
L. Galbæ ioci 319
Lucretius præcepta philosophiæ carminibus cõplexus 130.511
Lucubratio, optimum secreti genus 528
Lucubrationum fuligo 571
Lucus, quia non luceat 53
Ludere nunquam uelimus 313
Ludus, qa procul à lusu 53.387
Ludi Floralia 44
Ludis, decorum honos prætexitur 168
Lupanar an adulterium capiat 356
Lupercalia, unde cõposita 46

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lupus fœmina 49
Lusius tribunus à milite cæsus 180
Lusu docendi pueri 21
Lusu mores aperiuntur 30
Luxuria ætatibus Romanis summum crimen 163
Luxuriatur, luxuriat, idē 436
Lyciæ rhetores cantores 577
Lycurgus legislator 66. orator 631
Lyra, mundi compositionem imitata 65
Lyricorū græcorū lectio 60
Lyricorum nouem Pindarus princeps 307
Lysias orator 510.630. compositionis studiosus 476. optime hominibus orationes accommodabat 172. rhetoricam obseruationem esse dicebat, non artem 117. eius oratio pro Socrate reo 544
Lysippus statuarius 628

M

M, mugiens litera 632. ea nullum græcum uerbum finitur ibid.
M literæ ablatio seu obscuratio 480
Macer poëta 507. eius tetrastichon carmen 324
Μακρολογία 398
Magister aridus pueris maxime uitandus 85
Magistri, uox ambigua 317
Magistratuum decretorum cuitatio 229
Magna ac pulchra, difficilia 624
Magnificentia an narrationi necessaria 206
Magnitudinis uel dignitatis imminutio 397
à Maiore argumentum 254
Mala discenda, ut uitētur 605
Malæ causſæ argumentum, aduocatus improbus 185
Malæ mentis imcōmoda 600. & dein.
Malæ tractationis actiones 336
Maledicus à malefico nō nisi occasione distat 625
Maleficij scripti actio 307
Malus, idem & stultus 600
Malus qui uidetur dum dicit, male dicit 305
Malus nemo uideri uult 171 in Malorum comparatione, leuius malum boni locum obti
obtinet 363
Malorū parētes odimus 163
Malorum timor plus mouet, quàm spes bonorum 170
Malos tam multos esse, mirum 642
Mācipiorū negociatores 271
ex Manifesto dubium colligitur 374
Manilia lex 90
Manus intra pallium 630
Manus oratoris rusticæ ne sint 73
Manuum gestus 581. & dein.
Mappa, pœnum uocabulū 45
Marcelli Victorij laus 14
Marci cognomen è Manliorum familia exemptū 163
M. Callidius orator 633
M. Tullius Cicero, uide Cicero
M. Antonius de rhetorica aliqua scripsit 133
M. Antonius orator neminem uidit eloquentem 381.603
M. Aquilij defensio 109
M. Cato Censorius de rhetorica scripsit primus apud Rom. 133
M. Cato & iuris & dicendi peritißimus fuit 614.644
M. Cælij oratoris locus 216
Margines librorum 529
Mars pro bello 419
Maribus propria à natura data 271
Maris potestas Neptuno tribuitur 160
Mastruca 38
Μαθηματικία 124
Materia rhetorices quæ 126 & dein.
Materiæ pueris dictādæ 85. 94
Materiæ decorū seruādū 522
Materiæ modo, uerborum claritas, sublimitas ac magnificentia æstimatur 392
Matres etiam eloquentes 19
Matrimonij onus grauißimum 53
Matrimoniorum duæ formæ 250
Maturitas festinata celerius occidit 292
Medea Ouidij 411.513
Media quædam uerba sunt in translationibus 422
Media ridiculorum 312
Media uia dicēdi tenēda, quātū opus est, et quātū satis 203
Mediæ in uersibus dictiones quid

quid artis postulent 484
Mediæ syllabæ apud latinos accentus 40
Medicus dicitur etiam qui curandi fecit finem 123
Medicus non omnia à præceptore discit 378
Medicorũ ĩ curãdo ratio 622
Medicinæ finis & constitutio 117.120.134
Medicinæ inuentio 117. Apollini tribuitur 161
Medidies an meridies 52
Medium dicendi genus ubi requiritur 637
Medium serium, quod apophthegmaticum 326
Meditantium ac scribentium gestus 527
Meditantibus commoda 527
Meditatæ actiones inuisæ 566
Meditatio etiam ex tempore dicentibus necessaria 539
Meditatis diligenter, omnia tempora parata sunt 329
Μεγαλοωρέπεια, magnificentia 206
Mehe olim pro me 40
Μάωσις 395
Melanthius pictor 628
Mellis sapor, homini inimitabilis 64
Melius quàm possis ne dicere uelis 526
Membranarum in scribendo usus 529
Membrum quid dicatur in oratione 493.494
Membrorũ incisorumq; obseruatio 280
Memoriæ consideratio 558. per to.
Memoria, ingenij signũ 566
Memoria oratori maxime necessaria 23.134
Memoria puerorum maxima 23
Memoriæ insignis exempla 567
Memoriæ primæ non fidendum 23
Memoriæ uires 534. uirtus duplex 29
Memoria sola constant literarum initia 21
Menalcas Virgiliũ ĩ Aeglogis aliquando significat 423
Menãder poẽta comicus 509. iustiora posterorũ quàm suæ ætatis iudicia inuenit 162
Mendax, memor sit 211
Mendacium dicere sapienti aliquãdo permißũ 120.606
Mendacium mendacio eluditur 322
Mendacia refellenda 328
Menelai sermo 638
Menenij Agrippæ fabula 264
Mens luxurioso cultu detegitur 383
Mentis agitatio homini propria 18
Mentis figuræ 431
Mẽtis humanæ sublimitas 545
Mentis uis disertos facit 539
Menti in actione gestus 581
Mentiendi & fingendi cautelæ 211
Mercurij inuẽtum literæ 160
Meretrix mater filiam suam pudicam esse cuperet 556
Meretricis amor 364. meritorum genera 364
Messala orator 516. eius in dicendo dignitas 629.645. libri 57.59. procœmia 185
Mercedem oratori permittitur accipere 620
Μετάβασις 460
Μεταβολὴ 462
Μετάληψις 150.421
Metaleptica in ridiculorum ordine 317
Metamorphosis Ouidij 195
Metaphoræ consideratio 416
Metaphora continua allegoriam facit 445
Μεταπλασμὸς 61
Μετάφασις 131.364.444
Methodice 62
Μετωνυμία 419
Μέτρον, id est dimensio 481
Metri conditio ac necessitas quædam uariat 41.418
Metrici pedes ĩ oratione 482
Metrodorus insignis Zodiaci memorandi locos constituebat 362.363
Metus duplex 306
Metus in peroratione ponendus 295
Metus iudici amouendus 186. adhibendus ibidem
Mihi, unde dictum 40
Miles Marianus C. Lusium tribunum interfecit 180
Militum dictio qualis esse debeat 548
Milites infectandi ratio 557
Milonianæ orationis exordium excussum 575
Μίμησις 447
Mimorum ridicula 313
Minæ, quæ & κατάπλη-

§ 18

Universidad de Deusto
Biblioteca

ξις 455
Minerua Athenarum præstantißima 628
Minora minores facilius discunt 21
à Minore argumentum 254
Minuendi ratio 410.427
Miserabili in causſa non iocandum
Miseratio duplex 596
Miseratio rectum etiam iudicem inclinat 185.301
Miseratio nõnũquàm mouẽda 166.299. discutienda 300
Miseratio ne longa sit 298
Miserationem accusator frequenter concitat 296
Miserationem moturis quid agendum 308
Miseri inhumaniter iocis incessantur 314
Misericordiæ laus in iudice 364. Eius numen 267
Mithridatis memoria 367
Mitiganda acerbius in nos dicta 277
Moderatio quarundam causſarum propria 552
Moderãdi rationes 305.552. 554
Moderatio iracundia melior 329
Modus in actiõe tenẽdus 617
Modus in omnibus maxime regnat 104.597
à Modo quomodo argumenta ducantur 249
Modi uerborum, qui & status, & qualitates 43
Modorum musicorũ uis 475
Molliendi formulæ 207
Mollis actio 588
Mollitiei signa 240
Molon Apollonius Ciceronis præceptor 618
Molossus pes 487. clausulæ conuenit 489
Monitoria grauitatem exigunt 637
Monosyllaborum multorum & polysyllaborum continuitas uitiosa 480.484
Monstra, contra naturam 18
Morosus tonus 574
Monosyllaba in fine uersus inusitata 393
Monotonia uitanda 575
Mores iudicis noscendi 186
Mores plurimũ prosunt 330
Mores qui dicantur, indeq; Moralis philosophia 303
Morũ alienorũ imitatio 447
Morum atq; dicendi præceptores diu eosdem fuisse 15. & dein. 608
Morum disciplina quibus debeatur 15
Morum disciplina oratori pernoscenda 607
Morũ prior ubiq; ratio 16.24
Morum senilis authoritas, in adolescentibus immatura est 548
Moribus apta ætas, ad literas etiam pertinet 20
Morositas odiosa 525
Mortis actio 367
Mors ac uita cõtendẽtes 443
Mortui quidam ignominia affecti 162
Motus excitãdi ratio 307.593
Motus obseruatio 586
Mouendi affectus ratio 593
Mucro, gladius 419.500
Mugitus, sibilus, murmur, factitiæ uoces 421
Muliebris cultus uiros non decet 383
Muliebris forma ualidißima, pulcherrima 628
Mulieres eloquentes 19
Multa facilius quàm diu facimus 75
Multa nimis non esse quæ ab oratore instituendo exigit Quintilianus 642
Multa simul ingenium humanum facere potest 74
Munditiæ circa proprietatem significationemq; 404
Munerariũ Augustus primus dixit 395
Musæ Plautino sermone locuturæ 514
à Musis ac Gratijs indoctos abesse 67
Musice, & eius laudes 65
Musice grammaticis necessaria 32
Musicorum sonorum diuersitas 638
Mutæ res quo mouent 297
Μυκτηρισμὸς 425
Myron statuarius 628. eius discobolos 105

N

N, græcum iucundum & in fine quasi tinniens 632
Nam quis, pro quisnam 458
Nænia, carmen funebre 386
Narrationis consideratio 196. & dein. per totum
Narratio priuatæ deliberationi non est necessaria 166
Narratio sinuosa 84

Narrationis numeri 495
Narrationis compositio 496.
pronunciatio 496. 594
Narrationum confirmatio et destructio 86
Narrationũ species duæ 197.
Tres 84
Narratiũculæ poëtarũ quare grãmatico tractãdæ 62. 63
Narium decorum ac indecorum 581
Nascentia cum fauore ac solicitudine excipiuntur 300
à Natione ut ducantur argumenta 244
Nationes totæ non incessendæ 314
Nationes exteras quomodo cleues 558
Nati recèns fletibus excipiũtur, defuncti cũ lætitia esse runtur apud quosdã 267
Natiua uerba 395
Natura ad bonam mentẽ nos genuit 642
Natura ad risum quid ualeat 310
Natura dux sequenda 17. 96. 341
Natura iustum 362
Natura pueri cõsiderãda 96
Natura primum responderi quid posit, intuendum 338
Natura si desit, præceptis atque arte nihil agas 17
Naturæ cultus 474
Naturæ maximum ubiq; momentum 17. 124
Naturale maxime quid dicatur 474
Naturalia instrumenta 616
Naturalis ne magis sit oratio incomposita, quàm composita 473
Naturalis eloquentia 633. & dein.
Naturalis pulchritudo 92
Naucrates Isocratis discipulus 143
Nauis pro republica 423
Nauem perforare, in qua ipse nauiges ibi.
Nauigationis ambitu non bene significari insularum magnitudines 70
Ne, non, quomodo usurpentur 44
Necessarios lite prouocantium dictio qualis esse debeat 532. & dein.
Necessitas quæ dicatur 167
Necessitas, uirtutis laude bonorata
rita in poëtis 61
Necessitatis excusatio 363
Necessitatibus fere repugnamus 27
Neganda quæ sint 274
Negandi duplex forma 274
Negare, fortissima se tuendi ratio 136
Negligens ne usquam sit sermo noster 541
Negligentes aduocati 621
Negligentiæ an locus esse in causis posit 274. Eius confessio 447
Negocialis, id est πραγματικὴ 139. eius locus 132
Negocij definitio 142
Negociorum gestorum iudicium 367
Neronis dictum 317. 413
Nescienda aliqua 62
Nestoris dictio 638
Nicander poeta 507
Nicias dux astronomiæ ignarus 71
Nicostratus athleta 98
Nigidius de gestu 591
Nihil non dictum prius 260
Nimium, ubiq; uitium est 383. 396. 558
Nireus, imbellis 162
Nitor quidam citra reprehẽsionem in cultu uictuq; 415
Niues capitis, dura translatio 418
Nocentes defendere Oratori permissum 606
Noctis commoda 528. 566
Νόμμα quid significet 412
Nomen & uocabulum differunt 35
Nomen solus homo liber habet 360
Νομικὸν et λογικὸν genus 139
Nominis fictio 421
Nominis intellectus in duo diducitur 376
à Nomine quomodo ducantur argumenta 245
Nomina fœminina maribus conuenientia 45
Nomina, locorum materiam præbent 318
Nominum externorum declinatio 45
Nominũ origines ĩquirẽdæ 35
Nominum compositiones 46
Nominum disceptatio 356
Nominum securus Quintilianus 253
in Nominibus per genus fiunt figuræ 436

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nosse se quisque debet 397
Nostra omnia dum nascuntur placent 525
Notatio etymologia 52
Notæ & signa in arte memoriæ 562
Nóθ & ὰς dicatur græcis 158
Noua uerba 47
Nouitas in eloquendo, grata 424
Nouitij difficilè sermonem latinum discunt 75
Numerare digitis 586
Numerorum oratoriorum consideratio 491. & dein.
Numerus in fine dominatur & principio 483
Numeri intellectus 147
ex Numero ducta quæstio, ex iure pendet 368
Numero plur. ad unum an recte utamur 42
Numeri duplices 67
Numeri in sermone etiam ac epistolis 476
Numeri latinorum duo 43
Numeri in oratione soluta dissimulandi 476
Numerorum ac modorum uis 475
Numerorũ libertas 419.479
Numeris ratio compositionis cedit 477
Nũcrosus sermo quî fiat 426
Nũcupare, uetustũ uerbũ 394
Nutatio frequens uitiosa 588
Nutrices mutæ mutos etiam infantes reddunt 499
Nutrices quales esse debeãt 18
Nutricibus triennium dat Chrysippus 20. & carmẽ assignat 69
Nutus pro uoce sepe est 578

O

O litera apud græcos interim longa, ac breuis 56
Obiectum quomodo quicque sit, in refutatione considerandum 273
Obiecta aduersario, crimini cuius reus sit, conueniant 350
Obiurgatio, uerberũ loco 31
Obliqua primam aliquando positionem arguunt 49
Obliquæ allocutiones 443
Obliquorum à rectis deflexio 50. & dein.
Obscœnitas & à uerbis & à rebus absit oratori 515. 585.595
Obscurandi quæ dicas, studium dium 383.388
Obscuri, ac præcisi 521
Obscuritas uitanda 203. 279 eius modi ac species 387. & dein.
Obscurũ ĩ caussa quid sit 275
Obscurum aut corruptum in eloquentia ne sit 331
Obscurum ius & ambiguum ac manifestum 370.377
Obscurum suapte natura satis est infirmum 275
Obsecratio iudicum 299
Obsequium à Terentio primum dictum 395
Obseruantia, idem quod obseruatio 215
Obseruatio, artis initium 134
Obticentia 446
Obtineo, quomodo scribẽdum 56
Obtinere quæ non possis, ijs diu ne insistas 330
Obuios interdũ non uidemus, cogitatione occupati 528
Occasio 104.147.311
Ocij in laboribus interponendi utilitas 30
Oculorum gestus 72
Oculorum sensus 564. efficacia 580
Occultis aperta non demonstrantur 402
Occupanda quæ aduersarius aut dicturus aut facturus sit 281, 296
Occupatio aduersariorũ 190. 281.296
Odium nocentes ac turpes sequitur 185
Odij ratio 270.279.339
Oeconomia tragœdorum 60
Oeconomia quid dicatur 135
Offensa cauenda 449
Οἶκος, uia 164
Omni pede standum, paræmia 626
Ὁμοιόπτωτον 469
Ὁμοιοτέλευτον ibid.
Ὁμοιολογία 398
Ὁμωνυμία 374
Ὀνοματοποιΐα nominis fictio 421.429. nobis concessa non est 427.428
Opes ibi, ubi amici 268
Opus rhetorices 107
Operis Quintiliani diuisio 17
Operum laus 164
Oppidò, uetustũ uerbũ 394
Opiniones diuersas tueri oratori permissum 614
Opitergini 169

Universidad de Deusto
Biblioteca

Optima præcipienda 19
Optima semper appetēda 646
Optimi semper legendi, atque etiam ex integro lecti, relegendi 501
Optimus assuescendum 507
Optimos subsequendi dignitas 645
Optimum quid sit 538
Optimus maximus olim per u scribebatur 37
Opulētior potius facere iniuriā quàm pati credatur 411
Orandi facultas quibus consummetur 139
Orādi initiū unde cœperit 134
Oratio ab homine dissidens, uitiosa 172
Oratio canescit 548
Oratio corrupta in quibus est 390
Oratio incomposita an magis naturalis 473
Oratio magis sit non ἀρυθμὸς quam ἔυρυθμὸς 482
Oratio morata 206
Oratio mores plerunq; profert, animiq; secreta detegit 547
Oratio naturalis quæ dicatur 474
Oratio nō semper augēda, sed aliquando submittēda 393
Oratio omnis quibus cōstet 139
Oratio, regina rerum 64. 77. 117. 646
Oratio tēporibus, locis, personis accommodanda 333
Oratio tot generibus corrūpitur, quot ornatur 399
Orationis aliud genus alios pedes desiderat 496
Orationis contextus qualis esse debeat 387
Orationis dispositio ac ordo 334
Orationis effœminatio 271
Orationis genera duo 125
Orationis lumina 433. et dein.
Orationis motus ī quibus 437
Orationis partes tres secundum Aristot. 129
Orationis partium singularum pronuntiatio 496
Orationis summa uirtus perspicuitas 54
in Ornatu prima uirtus, uitio carere 396
Orationis tum uera laus est, cum finita est 624
Orationis utilis habitus 272
Orationis uitia 397

Orationes lecturo oratori, diligens ac peritus quæsitam assistat 73
Orationes scribendi exercitatio 334
Orationes uitiosæ aliquando legendæ 92
Orationum alia uincta, alia soluta 764
Orator ad oēs casus paratus esse debet ut dicat 536. 627
Orator an nascatur 569
Orator Ciceronis ad Brutū, & Partitiones oratoriæ certiorem Ciceronis sententiam continent 133. 471
Orator est etiam qui tacet 123
Orator fallit, non fallitur 119
Orator futurus fortem ac uirilem eloquentiam sectetur 272
Orator futurus ne publicum formidet 27
Orator futurus, oratoris alicuius latere adhæreat, quē sequatur 334
Orator in nullius sectæ leges iurat 612
Orator miser est, qui uerbum nullum perdere potest 384
Orator nemo perfectus 16. 64. 620
Orator non scientia sola constat 641
Orator noſtro seculo perfectus esse deberet 520. 523
Orator perfectus Quintiliano instituitur 14
Orator quæ præstet 139
Orator qualis esse debeat 14. 16. 19. 599. 604
Orator senex 618. 641
Orator tum optime dicit, cum uidetur uera dicere 202
Oratoris cultus 590
Oratoris dicturi habitus 593
Oratoris esse oīa tractare 15
Oratoris gestus 73. 313
Oratoris inimitabilia 521
Oratoris insidiæ 501
Oratoris instrumenta 616. & dein per totum
Oratoris labor potentissimus 303
Oratoris modestia 625
Oratoris officium 137. 226. 604
Oratoris opera maxima in qualitate 365
Oratoris opes quæ sint 499
Oratoris peritia quanta esse debeat 126
Oratori aliquando desinendum

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum agere 641
Oratori cogitanda 593
Oratori discendis omnibus eminuit Plato 76
Oratori etiam moralia necessaria 15
Oratori interdum falsa dicere permissum 605
Oratori permissum etiã uerba fingere 395
de Oratore libri rhetoricis substituti 152
Oratores decem una ætate Athenis 510
Oratores græci recensentur 510. & dein.
Oratores Latini uel cũ Græcis conferendi 515
Oratores omnes differẽtes 96
Oratores Quintiliani æquales 629
Oratores qui fieri non possunt, ad iuris se studium conuertunt 403
Oratorum cum poëtis collatio 502
Oratorum ficta & actiones non ex scipsis, sed ex consilijs eorum æstimanda 606
Oratorẽ cõmendantia 549
Oratoria urbanitas rara 311
Oratoriæ artis finis 382
Oratoriæ utilitas 625
ad Oratoriã exhortatio 605
Ordo fidem aut affert, aut detrahit 355
Ordinis alicuius insectandi ratio 557
Ordinis in oratione necessitas 478
Ordinis in rerum natura necessitas 334
Ordines toti nõ inceßẽdi 314
Organorum cantu aliter atq; aliter affici animos 67
Organorum soni 475
Originis antiquitas laudem addit 161
Ornate dicere, eloquentißimi proprium 382
Ornatũ, & eius gradus 400
Ornatus consideratio 389. & per to. & 543
Ornatus purus in scænicis amatur 404
Ὀρθοέπειαι quid sit 42. 50
Orthographiæ ratio 55
Ortus & occasus, non contrà 477
Os oratoris 372.376
Oris inanitas 72
Oris puerilis formatio 24
Oris uitia 41.72.376
Ore magis quàm labris loquendum 581
Oscitatione nostra ne iudex soluatur, cauendum 568
Ouidius poëta 512
Ouidij in Metamorphosi locus 448.464
Ouidij liber in malos poëtas 344
Ouidij Medea 411.513
Οὐσία, quæ & essentia 146
Οὐσίας περὶ καὶ συμβεβηκότων status 148.151

P

P, an B, ĩ cõpositis scribẽdũ 56
Pacificator habitus 587
Paciscendi mores aduocatorum cum litigatoribus suis, piraticum esse 620
Pacuuius poëta 513
Pædagogi quales requirantur 19
Pæon pes 481.489
Παιδομαθεῖς qui dicantur 75
Palæmo Quintiliani ætate 55
Palæstricis uacandum 73
Palæstrita qui esse nolit, ne sit tamen ἀπαλαιστρ& 482
Palamedes rhetor 131
Palimbacchius 486
Pallium græcorum ad calceos usq; demittebatur 391
Pamphilus pictor 628
Palpebrarum gestus 580
Pamphilus rhetor 148
Pancratiastes quomodo instituendus 98
Panegyrici in quo genere ponantur 138.165
Panem candidum edo quanquam reus sum 318
Panem puero date, ne ploret 301
Pantomimi Augusti 319
Panyasis poëta 506
Par in causis 362
à Pari argumentum 254
Pares cum paribus 268
Parium contrariorum gratia 468
Παραβολὴ, quæ & collatio 264
Parabolæ usus 264. & lex 402
Παράδειγμα 261
Παραδιαζολὴ 466
Παραδιήγησις 455
Παραγόμενα 421
Παράδοξον causse genus 189
Παράδοξον, inopinatum 440
Παραινετικὴ φάσις 150.455

Universidad de Deusto
Biblioteca

Paraphrasi quomodo ludendum 531
Παρασιώπησις 472
Παραύξησις 455
Παρίχβασις, quæ & egressio 219
Parenthesis, seu interiectio 388.459
Parentes oratoris futuri, eruditi sint 19
Parentibus laudem afferunt liberi 162
Parentum cura & uotũ circa liberos 18. & dein. 556
Parrhasius pictor 627
Παῤῥησία 441.472
Pariambus, qui & Pyrrhichius 486
Parricida quis dicatur 421
Parricida, nequam non dicendus 397
Paridis pernicies prædicta 162
Πάρεσον 468
Παροιμία 264.425
Paronoma locum in locis habet 374
Παρομολογία 472
Παρῳδία 442
Παρωνομασία 467
Partiũ orationis numerus 34
Partibus laborantes, uniuersiate pugnemus 349
Participium nonnũquam pro uerbo ponitur 457
Participialia uerba 36
Partitionis consideratio 175. 204.222. per to. & 334
Parua magnificis nominibus non efferenda 397
Paruulorum ingenia ut tractanda 28. eorum memoria 21. indicia 95
Pasienus orator 301
Pastor populi 418
Patauinitas Liuij 45
Παλιλλογία probationes 270
Πάθη & quid 303.304
Patiendi modo dicimus quædam quæ facimus 456
Patientia iracũdiæ præstat 329
Patrare bellum 397
à Patria ut ducantur argumenta 244
Patrum aduersus liberos authoritas 271
Patrocles rhetor 110
Patronus aduersæ partis qualiter tractandus 163
Patronus affectus quomodo mouebit 297
Patronus incredulus in discẽdo, optimus 622
Patronus iudicis personam in discenda causſa sumere debet 623
Patronus qualis esse credi debet 185
Patroni acuti officiũ 330. primum 350. proximũ ibid.
Patroni petulantiam litigator luit 625
Patroni ambitiosi 217.328
Patroni causſas sibi agendas diligenter à litigatoribus discant 621. & dein.
Patroni pro reo persona 297
Patronorum non esse iurare, sed testium 454
Patronorum imperitorũ redargutio 341
Paupertas an furandi causſa 352
Paupertas, humilitas, opes, in diuersum trahũtur in causſis 351
Peccandi esse principium 331
Pectus disertos facit 339
Pectoris latitudo 591
Pecuniosus à pecorum copia 249
Pedestris oratio 510
Pedo poëta 512. Eius locus 318
Pes, temporũ legẽ seruat 74
Pedis supplosio 388
Pedum ratio in oratione 483. & dein. 496
Pedes in oratione soluta difficiliores 476.483
Pedes inscite ne proferat orator 73
Pedes nemo primos aut fingit, aut pingit 176
Pedum gestus, & eorum uitia 388
Pedum ictus in numerorum interuallis notandis 481
Pedum signis in saltatione & modulatione sui numeri sunt 496
Pedum in metris obseruatio 481
Pedum proprietates notissimæ esse debent 61
Pentametri medio latens tempus 489
Πενθημιμερὶς 486
Pepigi, quam habeat primam positionem 49
Percontari & interrogare indifferenter utimur 437
Peregrina uerba 45
Perfectum natura nihil 569

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pericles Anaxagoræ auditor 611. astronomiæ peritus 71. orator 631. nihil scriptum reliquit 635 eius uotum 623 prior nemo scripsit quod ornatum oratorium habeat 131
Periclitantis dictio qualis 331
Periclitantē cōmendantia 296
Periculi causſa cōmēdat ibid.
in Periculis maxime uersatur affectus 299
Περιεργία 399
Περίοδος 456. eius plura nomina 493. eius loci 494
Peripateticorum studia 612
Περίφρασις 426. 472
Περιτρολογία 426
Περίφασις, quæ & circunstantia 257
Permissio 440
Perorationis cōsideratio 214. 293. per totum
Perpetua actio & concisa actio 327
Perse cuiusdam libido 163
Persius satyricus 513
Persij locus 457. 462. 527
Persona decoris causſa intuenda 169
Personæ consideratio 146
Persona natura prius tractāda uidetur quàm causſa 352
Persona nonnunquam argumēta suppeditat 244. 347. 351. & dein.
Personæ momentum in scenicis actoribus 297. 586
Personarum coniunctarum inter se actiones 304
Personarum commixtio ac confusio 459
Personarum decorum 548
Personarum magnarum in causſis obstacula 449
Personis litigatorum quæ adiungantur 188
Personas miserabiles inducentes, earum etiam affectus assumamus 308
Perspicuitatis cōsideratio 383. & dein. per totum.
Perspicuitas, eloquentiæ prima uirtus 85
Perspicuitas, summa orationis uirtus 34
Perspicuitati euidentia subijcitur 206
Persuadendi uis quo constet 393
Persuasio alijs etiam rebus quàm oratione fit 108
Per

Persuasio an rhetorices finis 108
Pessimi etiam de iusto ac bono loquuntur 16
Pestilentiæ origo 345
Petentium ac inficiātium, eadem quæ accusantium ac defendentium ratio est 350
Petitoris arbitrio non discendam 334
Petoritū, gallicū uocabulū 45
Phalereus Demetrius orator 510
Φαντασία 307. 404. 538. 628
Pharsalus oppidum 561
Phidias statuarius 628
Phidias optimè Iouem fecit 82
Philemon poēta comicus 509
Philætas poēta elegiacus 507
Philippi Macedonū regis cura de filio suo Alexādro 21
Philippicæ Demosthenis 174
Philistus historicus 509
Philosophia oratori necessaria 16. 32. eius partes tres 609
Philosophia simulari potest, eloquentia non potest 615
Philosophi à ciuilitate procul recesserunt 548. 609. à discipulis mercedē accipiebant 620
Philosophi cur nobis consulendi 16
Philosophi græci insignes 510. & dein. latini 517
Philosophi quatenus legendi 503. & dein.
Philosophi turpe ducunt affectibus moueri 294
Philosophorum arrogantia ac uitia 15. & dein. 615
Philosophorum quæ secta oratori maximè conducat 611
Philosophorum dictio 548
Philosophos uelut repetundarum agit Quintil. 15. 16
Phœnix Homericus 85
Phonascorum uox 370
Phormio Terentianus 318
Φράσις, quæ et elocutio 385
Phryne nudato corpore periculo liberata 109
Physica etiā oratoris est 611
Pictores clari 627
Pictoria ars 119
Pictorum artificium 414
Picturæ uis 579
Pignora quæ dicantur 297
Pilarij scenici 538
Pindarus lyricus 427

Universidad de Deusto
Biblioteca

Piratica an dicatur 395
Pisander poëta 307
Πίστις quid significet 242
Pituita quia petit uinum 53
Placendi cupido uim dicendi extemporalem auget 539
Placet mihi, quod nō decet 73
Placidus, acidus 317
Plagosos præceptores taxat 31
Plancus philosophus 518
Plani & uoluptatis status 370
Πλατειασμὸς 41.398
Plato 66. 76. 112. 127. 486. 510.631.644
Plato Socratis persona ferè significat quid sentiat 112
Platonis peregrinatio 76
Platonicæ interrogationes 235
Plaudite, Comicorum ac tragœdorum 302
Plautus, quantus 514
Plenum uini, uino 455
Πλεονασμὸς 43.398.473.629
Plinius orator 133.591
Plisthenes impudicus 162
Πλοκὴ 462.464
Plotius insignis orator 90.591
Ploxenum 38
Plura eodem tempore simul disci an possint 74
Plura quomodo simul aggrediamur 274
Poëma quomodo inuctũ 49
Pœnæ iudicium 362.365
Pœnitentia dicti 447
Pœnitentiæ color 536
Pœniturus, pœnitentiam dicturus 457
Poësis unde fastigium suum acceperit 645
Poëta, Homerus intelligitur 412
Poëtæ ad uoluptatem omnia referunt 418
Poëtæ canunt 59
Poëtæ in oratione non imitandi, nec oratores in carmine 522
Poëtæ recensentur 505.511
poëtæ oratoribus legẽdi 502
Poëtarum authoritas 60.168. 502
Poëtarum etiam figmẽta oratori noscenda 615
Poëtarum in lectione requiescendum 502
Poëtarum iudices Aristarchus & Aristophanes 506
Poëtarum studium 60.502
Poëtis permissa, non continuò prosæ licent 419
Poëtas metri necessitas excusat 48. 418. 502
Poëtas primos puer legere assuescat 23.59
Poëtica exempla etiam prosunt 264
Poëtica themata quatenus tractanda 99
Ποιητικὴ ars pictura 123
Ποιότης & ποσότης 364
Pollice uerso demonstrare 585
Pollio & Messala Ciceronis temporibus agere cœperunt 645
Pollio Patauinitatem in Liuio deprehendit 45
Pollionis in dicendo diligentia 523.629
Pollionis & Cassij inter se contrariæ actiones 501
Polycletus statuarius 628
Polycrates Busirim ac Clytemnestram laudauit 117
Eius oratio in Socratẽ 131
Polygnotus pictor 627
Polyhistores & polygraphi 644. & dein.
Πολύπλοκον 462
Πολυσύνδετον 464
Pompeij in Ciceronem dictum 327
Pomponius Secundus tragicus 513
Pontificum commentarij 387
Populus subinde iudex est 636
Populum uerbo offendere Pericles uerebatur 625
Porcius latro declamator 535
Portus pro pace 425
Possibile, qd & δυνατὸν 160
Possidonius grammaticus 148
Positio in pedũ quãtitate 487
Potentia, morum experimentum facit 161
Potuerit ne quis peccasse, quo modo tractetur 353
Πρακτικὴ ars 125
Præcepta artis dicendi cum probitate & religione non pugnant 605
Præcepta artis non tanquam mysteria traduntur 105. & dein. & 283
Præcepta experimentis iungenda 618
Præceptis atque arte nihil agas, si natura desit 17
Præceptor familiariter amicus sit 27. & iucundus 85
Præceptoris mores & officia 19.25.79.377
Præceptoris uox, solis instar

Universidad de Deusto Biblioteca

Præceptoris uultus attendendus 81
Præceptore optimo protinus utendum 82
Præceptorum culpa 643
Præceptoribus binis puer nõ oneratur 79
Præcipiendi ratio 379
Præcipiens quàm reprehendens libentius auditur 94
Præcipientis ac discentis concordia necessaria ad disciplinam parandam 99
Præcipua cuiusq; generis propria 387
Præcisio 446. Prædictio 439
Præexcusatio in periculose fictis 396
Præiudiciorũ cõsideratio 228
Præiudicium de caussa sua aduocatus afferens, iudici ingratus 547
Prælectio authorum 91
Præmiorum consideratio 365
Præmium omnia spectant 539
Præmiolis prouocandi pueri 21
Præmunitio 439
Prænomina, liberorũ sunt 360
Præparatio 205
Præpositiones in compositione quem sonum seruent 55
Præpositionũ immutatio 467
Præpostera narratio 210
Præscriptionis contentio 369
Præsumẽtem partes suas aduocatum iudex inuitus audit 547
Præsumptio, quæ & πρόληψις 439
Præteritum tempus in iudic. maxime ualet 345
Prætextati quidam caussas egere 617
Prætor iudices sortitur 177
Præuaricabitur nũquam orator 432
Præuaricationũ crimina 339
Πράγματα, id est res 147
Πραγματικὸς status 148
Πραγματικοὶ, iuris interpretes 152.614
à Prauis quomodo ducantur argumenta 246
Πράξις 146
Praxiteles statuarius 124.628
Priapeia uidentur Virgilio attribui 394
Primum ferè occurrit, quod ultimum dicendum 176.338
Principum dictio qualis 548
Principium facile sit 380

Prin

Principiorum orationis numerus 483
Priuata iudicia 177
Priuatarum caussarum affectus 299
Priuatũ consilium purus sermo decet 392
Probabilia uerba 384
Probabilis oratio 396
Probandum quod proposueris 258
Probationum consideratio 227. & dein. per tot. pronunciatio 595
Probationis ac refutationis in agendo ordo 282.331.351
Probationes ex sua cuiusque psona firmæ ac ualidæ 270
Probationes finitionis propriæ 360
Probationes παθητικαὶ 270
Probationes quæ optimæ 205
Probationum ab affectibus discrimen 303
Probationũ pronũciatio 594
Probationũ semina spargenda 205
in Probationibus ad effectus procliuior animus iudicis 214
Probitas nonnunquã uocatur quæ est imbecillitas 329
Procurationis male gestæ iudicium 367
Prodicus Ceius rhetor 131
Prodigiosa corpora cõtra naturam 18
Proditionis caussa quomodo tractanda 354
Productio ac correptio syllabæ, ambiguitatis caussa 376
Προέκθεσις quid sit 455
Προεπιπλήσσειν τῇ ὑπερβολῇ 396
Profectus diligẽtia cõstat 95
Professionum diuisio 14
Progenies genitiuo singulari caret 51
Πρόληψις, quæ & præsumptio 191. 439. 472
Proles ducẽda, tragicum 394
Promissa in actione, præstanda 328
Pronunciationis consideratio 577. & dein. usque ad finem xj.
Pronunciandi ratio in dicẽdo potentissima 500
Pronunciatio æquabilis 574
Pronunciatio apta quæ dicatur 577
Pronũciatio & actio, idẽ 134

 eius

eius necessitas ibidem
Pronunciatio singularũ partium orationis 496
Pronunciatio uarietati uerborum accommodanda 396
Pronunciatio, uerborum uim uariat 596
Pronunciationis gestus 578
Pronunciationis puerilis formandæ ratio 24.71
Procemium nouissime non scribendum 176
Procemij consideratio 183 & dein.
Procemij ac epilogi discrimen 187
Procemij compositio 495
Procemij & narrationis qui sit usus 227
Procemij pronũciatio 496.594
Procemio ac epilogo maxime mouendi affectus 301
Procemio an semper opus sit in omni oratione 163. Propertius poëta 512
Proponẽdus nõ unus, sed plures, quos imiteris 523.612
Proposita, quæ et themata 335
Propositio & narratio se habẽt ut genus & species 176
Propositio ubi ponẽda ibidem
Propositionis coniunctæ plures quæstiones 335
Propositionis consideratio 220. & dein. eius pronunciatio 594
Propositione aduersarij aliquando utendum 340
Propria ad coniecturæ partem pertinent 231
Propria & communia non nimium auersanda 634
Propria rei unus plura 230
Propria uerba dignitatem ex antiquitate accipiunt 393
Propria uerba quæ sint 47
Proprietas quomodo perpẽdenda 380. & dein.
Proprietas rerum non auersanda, sed affectanda potius 385.634
Proprietatis species 385
Proprietatis uerborũ studiosissimi iurisconsulti 189
Proprietates rerum Aristoteles secundo rhetoricorum tractat 243
Proprium quid dicatur 230
Proprium quod non est, non continuo improprij uitio laborat 386

Pro

Propriorum ac differentium usus in approbanda refellendáq; finitione 359
Proprijs confirmatur definitio, differentibus soluitur 230
Prosa quæuis in uersiculorum genera redigi potest 482
Prosæ uincta, ac dissoluta 565
Prosapia, exoletũ uerbum 394
Προσαπόδοσις 471
Proscripturio 421
Προσηγορία uocabulum'ne an appellatio uocetur 35
Προσῳδία id est accentus 40
Προσομοίωσις 138
Προσωνομασία 467
Prosopopœiæ 59. 78. 171. 213 297. 441. 442. 443. 471. 549
Prostratio miserationem excitat 299
Protagoras Abderites rhetor 131
Protogenes pictor 628
Πρόσρεπτικὴ φάσις 150
Prouidentia an regatur mundus 236
Prouerbia in iocis opportuna 324
Proximũ esse aliud est quàm secundum esse 506
Prudentia quæ uocetur 125
Prudentia sine doctrina 333
Ψευδολογία 70
Publicæ capitalesq; causæ accuratius dicendi genus requirunt 392
P. Varro poëta 39
Pudenda quomodo queramur 557
Pudor ad dicendum stimulos addit 539
Pudor aliquando ridiculo explicatur 325
Pudor animum refringit 30
Pudor ualidius bonos inhibet quàm metus 430
Puer qualẽ optet Quintil. 30
Puer quando Rhetori tradẽdus 77
Pueri adolescentibus cõmixti ne sedeant 81
Pueri cædendi non sunt 31
Pueri condiscipuli oratoris futuri, quales esse debeant 19
Pueri laborũ tolerãtissimi 75
Puerorum docilitas 18.30.75
Puericiæ uitia perdurãt 19.131
Puericiæ in adolescẽtiam trãsitus 572
Pueris in exemplum pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

posita, otiosa ne sint 23
Pueris quæ legenda 60
Pugnātia in actione aduersarij arguere, artificis est 278
Pugnandum diu non esse in ijs quæ obtinere non possis 330
Pulchritudo corporis 92. 161
Pullata turba 328
Punitus es inimicos, pro punisti 456
Puppis pro naui in prosa nō dicitur 419
Pusio 393
Pyrrhichius, pariambus 486
Pyrrhon philosophus 612
Pythagoras 65. 68. 547. 602
Pythagoreorum in excitando à somno & ad somnum cōcedendo ritus 475
Pyxis Cæliana 313
Pyxides, cuiuscunque materiæ 421

Q

Q, nominū quorūdā nota 33
Q, sonus durior 632
Quadrantaria Clytemnestra 424
Quadrupes pro equo ī prosa nō dicitur 419. Quæstio an uoluerit 350. an potuerit 353. an fecerit ibidem
Quæstio aut in rebus extrapositis, aut in nostris opinionibus 148
Quæstio coniuncta & separata 346
Quæstio omnis aut in re aut in persona est 237
Quæstio ōis, oratoris est 611
Quæstio quid sit 358. an hoc sit 360
Quæstionis diuisio 140
Quæstiones iuris quomodo tractandæ 337
Quæstiones occultiores quō inueniendæ 341. & dein.
Quæstionum uis semper crescere debet 337. 341
Quæstionibus quæ scripto cōstant, multa nouantur 257
Quæstiunculārum inuicem propositio 30
Quæstus nulla iustior ratio quàm ex officio præceptoris 620
Quale quicque uideatur, eloquentiæ opus est 365
Qualitas, rhetorum & oratorum officina ibid.
Qualitatis tractatio & consideratio 361. et dein. per to.
Quant

Quantitas duplex 146
Quātitas etiam qualitati subiacet 368
Quantitatis status 364
Quantitate syllabæ mutata uerbi significatio 467
Quianam 393
Quicquid, quomodo scribendum 55
Quid sit, quæstionis, duplex opus 358
Quiete non fraudanda natura 528
Quincunx hortorum 391
Quintilianus Berenices regi næ causſam dixit 186
Quintilianus filij sui mortem deplorat 290. item & uxoris 291
Quintilianus sua quædam retractat 153
Quintiliani de institutionibus suis oratorijs testimonium 642
Quintiliani de seipso opinio 309
Quintilianus iuuentutem uiginti annis erudijt 13
Quintiliani exemplū nobile in causſa agēda diligenter tractatū 341. & dein.
Quintiliani experientia in causſis forensibus 210. Eius lacrymæ & pallor in agendo 309
Quintil. liber de causſis corruptæ eloquētiæ 290. 428
Quintil. cura & mos in causſis agēdis 299. 333. 339. 342
Quintiliani memoria 565
Quintil. oratio prima 349
Quintiliani pater declamator 468
Quintiliani probitas in exponēdis etiā arcanis 303. 642
Quintiliani scripta 549
Quintiliani seculum ferendis ingenijs fœcundum 517
Q. Hortēsius orator 225. 629
Q. Hortensij loci communes 79. uide Hortensius.
Quiritare 178
Quod non feciſſes, ego feci 270
Quo modo, & quæ maxime scribendum 524
Quotidie, quomodo scribendum 55
Quum, causſam signat ibid.

R

R, & S, literarum inter se commutatio 34

Universidad de Deusto
Biblioteca

ρ litera laborabat Demosthenes 72
ρ, in λ, mutatur ibid.
Rabirius poëta 512
Rapto uiuere, quibusdam honestum 163
Ratio oratione proditur 115. Eam uelut participant & bruta 116
Ratio quid sit 178
Rationi maxime obstat ira 329
Rationales status tres 156
Ratiocinatio, quæ & syllogismus 373
Ratiocinatio ab inductione differt 261
Ratiocinatione amplificationes fieri quomodo intelligendum 408
Ratiocinatiuus status 373
Reatum Messala primus dixit 395
Recriminatio, seu ἀντιγλημμα 363
Redargutio iocosa 320
Redditio in similitudine 403
Refutare quàm obijcere difficilius est 273
Refutare dicendo quæ non possumus, quasi fastidiendo calcemus 276
Refutationis cõsideratio 272
Refutatio urbana 320
Regina rerum oratio 77.116
Regnum ut suadeamus Cæsari 171
Relatio 472
Relegendum idem sæpius 501
Religio à superstitione differt 399
Remedia fictorum uerborum 396
Remedia melius adhibet, qui quæ nocent nouit 605
Remugium pennarum 418
Reminiscentiæ uis 559
Remissionis necessitas & modus 30
à Remotione argumentũ 251
Reor, horridũ uocabulũ 394
Repercussio 321
Repetendum sæpe idem & inculcandum puero 23
Repetitio eiusdem 389.448
Repetundarum reus quomodo crimen refellat 198
Reprehensio 440.536
Repræsentatio, quæ & ὑπαγωγὴ 400
Reprehensu facilia uitia 278
Repudij actiones 367
à Repugnãtibus quomodo argumenta ducantur 252
Requisita, se occultant, eadem forte succurrunt 359
Res ipsa, argumenta in causis præstat 347
Res dum pateat, uerborum securus est Quintilianus 407.433
Res, caussarum nerui 382
Rei coniectura 345
Reipublicæ læsæ actio 367
Respublicæ tres 251
Rei generales quæstiones & definitæ 345
Rei obseruatio quadruplex 592
Res multæ appellationibus carent 633
Rerũ ac exemplorũ cognitio ex historijs petenda 503
Rerum ac uerborum copia 498. delectus 524
Rerum imagines & circunstãtiæ animo cõcipiẽdæ 533
Rerum ordo an sequendus in narratione 209
Rerum solicitudo, uerborum cura 383
Rerum uis uocabulis nõ mutatur 430
Rerum uitia 399
Rebus accommodanda compositio 494
Rebus accidentia 246
à Rebus argumenta quomodo ducantur 245
Rebus uerba conueniant 392
Respirationis in oratione cõsideratio 573
Respondendo quàm prouocando uenustiora urbana omnia 311
Respondentes, primum refutamus 282
non Respondere ad proposita quando liceat 279
Respondere cum non potes, quid egas 331
Responsio aduersario tollenda 296
Responsio naturæ prima 338
Responsionis figuræ 438
Respõsionum difficultas 280. uis 320
Reticentia 446
Retractatores operum suorum 153
Reuertor, reuerto, idem 436
Reus in defensione moderatus sit 306
Rei capitis dictio qualis sit 550
Rei facies sæpe ridiculo est 300

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rei in cauſſa quæ primò ponenda 336
Rei uita in cauſſis 364
Reum in cauſſis iuuãtia ibid.
de Reo ſi tantum quæratur, quo proceedendum 348
Rei nõ ſemper defenſione, ſed excuſatione quoq; ac uenia frequenter utuntur 366
Rheda, gallicũ uocabulũ 45
Rhetorices definitio 110. 111. 240. etymon & diuiſio 107. finis 108. Materia 126 & dein. Inſtrumentũ 129. Scriptores 131. Origo 133. Partes 134. An ſit utilis 114. An ars 116. An uirtus 124. quid à Dialectica differat 122. 125
Rhetorici Ciceronis quomodo compoſiti 132
Rhetoricorũ ſcriptores Græci & Romani 131
Rhodium dicendi genus 630
ῥυθμοὶ, qui & numeri 481. eorũ à metris differẽtia ibi.
Ridendi modus ſeruãdus 313
Rideri captans puer, non eſt indolis bonæ 29
Ridiculum dictum, plerunq; ſalſum 310
Ridiculum in ſeipſum 322
Ridiculum 310. & dein.
Riſus conſideratio 312. & dein. per tot. eius mouendi difficultas 313
Riſus ne probitatis impendio conſtet 314
Riſus non uiſus captari, maioris gratiæ 313
Riſus non procul à deriſu abeſt 310
Riſus in hyperbole 428
Riſus uis maxima 310
Riſum faciens reus quidã ridiculus 301
Rixatores 347
Robur corporis laudãdũ 161
Romana uideatur oratio, nõ ciuitate donata 385
Romanus pudor 396
Romanus quidam ſapiens ſit orator 609
Romanus ſermo maxima ex parte ex græco cõuerſus 45
Romanus ſermo Venerẽ Atticam non recipit 314
Romani ſcriptores rhetoricorum 133
Romanorum epulis fides ac tibiæ adhiberi ſolitæ 67
Romanorum exempla uirtutum 613
Romulus Martis filius 160. eius lupa 87
Roſcius citatior, Aeſopus grauior 586
Rubor in uerecundia 380
Rudimenta ab eminentiſſimis præceptoribus etiam optime tradi 82
Rumoris ac famæ conſideratio 229
Ruſtici & indocti non diu quærũt unde incipiãt 526
Ruſtici etiam naturales cauſſas inquirunt 16. & ſubinde iudicant 636
Rutilius Lupus rhetor 133. 454

S

S, literæ conſideratio 34. 55. 57. 72. 479
Sacerdos adulter 257
Sacerdotum Romanorum ſaltatio 74
Sacrilegij definitio 359
Sæuitia indoctorum pædagogorum 19
Saleius Baſſus poëta 512
Saliorum carmina 74
Saliorum uerſus carmen habent 67
Salis condimentum 312
Salluſtiana breuitas uitanda 203
Salluſtius Thucydidi componendus 514
Salluſtius inceſſitur 394
Salluſtij locus 196. 403. 456
Salluſtij locus in Ciceronẽ 194
Salluſtij ĩ ſcribẽdo labor 525
Salluſtij plurima ex græco translata 458
Salluſtij procemia 165
Salſe dicendi ratio in quo ſit ſita 323
Salſum quid dicatur 311
Saltatio, ὠρχηστικὴ ars 123
Saltatio Romanis dedecori non fuit 74
Saltationis uſus quatenus oratori neceſſarius ibid.
Saltationem quandam Lacedæmonij ad bella utilẽ ĩter exercitationes habebãt 73
Saltator ne ſit orator 582
Saltaturorum conatus 525
Salutatio ſine uoce ſæpe intelligitur 578
Sanctitas ac uirilitas ab antiquis petenda 60
Sanguinis motus in rubore et uerecundia 380

Santra orator 630
Sapientia oratoris propria 608
Sapientes atque eloquentes ijdem habebantur 15
Sapiens perfectus nemodum repertus 16
Sapiens Stoicus qualis esse debeat 602
Sapientiæ præcepta uersibus tradita 32
Sapientiæ studiosi soli uideri uolunt philosophi, magna arrogantia 15
Sapientum septem Græciæ elogia 267
Sata, cœlo terraq; mutatis degenerant 630
Satagere, non agere, dictus quidam 317
Satis aliquid esse debet in eloquentiæ cura 384
Satis nihil est quibusdam 384. 525
Saturnini contra imaginē diserte dixit Cicero 301
Satyrici poëtæ 512
Σαρκασμὸς 425
Scæuola uaris peritus faciūdus 613. idem lusor memoriæ tenacis 365
Scādalum pueris nostris ipsi ponimus 25
Scelera consilium non habent 353
Scenica & scurrilis dicacitas oratorem non decet 373
Sceniei actores persona plus mouent 297
Scenicorū uis in agēdo 568
Schema quid 44. & dein.
Schema orationis 431.448
Schema quodus, uitium esset si non peteretur, sed accideret 456
Schema quo damnetur 45
Schemata quæ & figuræ 45. 428
Σχήματα διανοίας 320
Schemata λέξεως 456
Schemata omnia discenda 61
Schematum conatus eadem non est 449
Schemata quædā rhetoribus quibusdam dicta, quæ schemata non sunt 455
Schematum utilitas 453.456
Σχηματισμὸς 61.448
Schematismi usus 448
Scholæ eligendæ 27
Scholarū cōsuetudo quid ita i forū uaris noceat 300.354
Schol

Scholarum publicarum institutum & utilitas 24.27
in Scholis an domi pueri melius erudiantur 24
Scientia annis augetur 641
Scientia & actione theses distinguuntur 140
Scio, quàm uarie exprimatur 500
Sciolorum arrogantia 19.540
Scipio Serapion dictus 318
Scipionis Africani putantur eæ comediæ quæ Terentij nomine inscribuntur 514
Scopas 560
Scribenda quæ sint præcipue 530
Scribenda quædā, quæ nō dicenda: & contrà 636
Scribendi ac dicendi an eadē sit ratio 635
Scribendi maxima cura sit pueris 95
Scribēdi ratio ac utilitas 524. & dein. & 526
Scribēdi difficultatem sibi ipsi facientes 525
Scribendi initium ut inueniatur 526
Scribendi studium 22
Scribendo dicimus diligētius, dicendo scribimus facilius 641
Scribendum ita quicq;, quomodo pronunciatur 58
Scribentium cura ac solicitudo 635
Scribentium prōptitudo 261
Scribentibus sua est obseruatio 48
Scripserunt, uerius est quàm scripsere 43
Scripti & uoluntatis quæstio 369. & dein. 377
Scripti maleficij iudiciū 367
Scripta quædam aliter, aliter enunciantur 58
Scripta nōnunquam dicturis officiunt 626
Scripta non tam fideliter memorantur, quàm quæ cogitatione cōplexus sis 535
Scripta nostra pluribus modis tractanda 532
Scripto an semper standum 369. & dein.
ex Scripto non scriptum colligitur 374
Scriptorū ambitio prana 113
Scriptum defendens, uolūtate etiam se tuebitur 371
Scripturo puero quæ proponenda

Universidad de Deusto
Biblioteca

nenda 23
Scruporũ duodecim lusus 565
Sculptura & cælatura 127
Scurrile Ciceronis dictũ 316
Scurrilitas oratori indecora 547
Se nemo satis ueretur 540
Secessus studijs apius 527
Secreta studia 27.618
Secretus locus & silentium scribentibus commoda 527
Secundi oratoris elegãtia 628
in Secundis ac tertijs consistendum, si summa non potes assequi 645
Securitas litigantis odiosa iudici 192
Σημεῖον, tempus est unũ 482
Σημεῖα 239
Semiuocalium geminatio 56
Senatus unde dictus 53
Senatusconsultorum deuisatio 229
Senatusconsultorũ eadem quæ legum ratio 373
Seneca philosophus 518. & dein. eius copia 629. declamationes 444
Senes etiam artes discere posse 644
Senum authoritas 615
Senum dictio qualis esse debeat 548
Sensa & sensus 410
Sensiculi minuti ac corrupti 412
Sensus communis 27
Sensus & sententiæ differunt 410. & dein.
Sensus tacent, ubi uerba laudantur 384
Sensu etiam Cacophaton fieri 397
Sensus auditus iudicium 392
Sententia quid sit 411
Sententia eadem uarijs modis efferenda 531
Sententia ex locis nasci debet, non accersiri 89
Sẽtẽtiæ ãbiguitate eludere 449
Sententiæ cuiusdẽ repetitio 463
Sententiam alterius, cognoscentium quisq; ratam fere cupit esse 228
Sẽtẽtiæ et tropi differẽtia 428
Sententiæ augeri debent, & insurgere 477
Sententiæ & grammaticorum officij sunt 63
Sententiæ ne crebræ sint &c. 411. 414
Sententiæ quos deceant 411
Sententiæ orationum quales esse debeant 396. 413
Sententiolæ gratia iurans, fidem non meretur 454
Sententiarum cupiditas dicẽtes in errorem aliquando inducit 278
Sententiarum densitas inuicem obstat 414
Sententiarum destructio & confirmatio 532
Sententiarum figuras quas tractet Quintilianus 436
Sententiarum genera 411
Sententiarum lumina 454. uoua genera 414. ornamenta 435. utilitas 635
Sentẽtias modò sectantur noui comici ac tragici 60
Sententias omnino damnãtes 415
Septennium non expectandũ ut puer instituatur 20
Septennibus minores an literis instituendi 20
Septentriones 411
Septimus casus an apud nos 36
Sergius Flauius 395
Serio iocus contrarius 312
Seriorum tria genera 626
Sermo incompositus an magis naturalis 473. & dein.
Sermo nullus sit negligens 541
Sermo otiosus est, quem auditor suo ingenio non intelligit 388
Sermo puerilis 24
Sermo quibus constet 48
Sermonis coniuncti ornatus ratio 396
Sermonis persuasiones latentes 585
Sermonis suspensio 573
Sermonis uis uerbis inest 477
Sermoni dediscendo ne puer assuescat 19
Sermonem à natura accipimus 133
Sermone utendũ ut numo 48
Sermo nimis lõgus, hyperbaton 387
Sermocinatrix 138
Sermocinatio 442
Serò occisus Clodius 317
Serpente genitus Scipio 87
Seruus ut definiatur 250. 359
Seruum esse, & seruire differunt 250
Serui an honestè armẽtur 169
Seruo pessimo nihil neq; occlusum

Universidad de Deusto
Biblioteca

sum neq; obsignatũ esse 317
Seruius Galba miseratione elapsus 109
Seruius Sulpitius orator 516. 615. Eius locus 296
Seruij Sulpitij & Messalæ contrariæ inter se actiones 501
Seruilius Nonianus 514
Seueritas dictis cõmista, gratiam magnam habet 313
Seueritas emendationis, nimia ne sit 85
Sextus casus an apud græcos 36
Sex. Clodius Phormio dictus 318
Sexus uterq; alterutro in quibusdam significatur 456
Sexus effœminati mẽdacium 383
à Sexu ut ducantur argumenta 244
Si cantas, malè cãtas &c. Cæsaris dictum 59
Si occidi, recte feci: sed non occidi: an bona defensio 224
Sibe & quase antiquitus 38
Sibilus fictitium nomen 421
Sicarij qui dicantur 500
Siciliæ tyranni 427
Siciliæ laus 164
Significanter ornateq; dicendi partes, rhetoris sunt 58
Significatio ambigua, apicis appositione distinguẽda 55
Signorum consideratio 238. & dein.
Signũ aut indicium quanquàm per se nõ cõuincit, alijs tamen adiutũ, fidẽ facit 239
Signa necessaria & non necessaria 238
Signa sunt etiam parua magnorum, & contrà 240
Signorum bellicorum concentus 475
Silentio an locus sit in caussis 274
Silentio malam caussam confitemur 207
Simile difficilius facias, quàm idem 320
Simile, minus est eo quod imitatur ibidem
Simile, plus & minus recipit 266. 374
Simili ex iure argumenta ducuntur 266
Similium cõfutatio 276. quadruplex ratio 468
Similiũ legũ & contrariarũ con

flictatio 371. & dein.
à Similibus argumenta 232
Similibus inesse dissimile 260
Similiter cadentia, desinentia & declinata si multa iungantur, uitiosum 480
Similitudo amphiboliæ iungitur 516
Similitudo in ridiculis 316
Similitudo proximas exempli utres habet 264
Similitudo, quæ & exemplum 261
Similitudinis ac metaphoræ discrimen 417
Similitudinis, allegoriæ & translationis cõfusio 424
Similitudinis omnimodæ in natura difficultas 520
Similitudinum consideratio 401. & dein. earum usus, 402
Similitudinibus adhibẽdis iudicium interponẽdum 265
Simonides poëta 308. artem memoriæ primus ostendit 360
Simplex intentio quomodo tractanda 336. & dein.
Simplices caussæ unicum statum habent 157
Simplicium uerborum optima quæ dicantur 392
Simulandi nescia ætas puerilis 30
Simulatio 441
Simulatio contra simulationem 325
Simulatio iocum præstat 322
Simulatio malis hominibus statim excidit 601
Simulationis & dissimulationis discrimen 322
Singula à singulis uinci, optimum 349
Sobrius ad Remp. cuertendam Cæsar accessit 387
Societas ac congressus etiam bruti naturalis est 27
Socrates ἔιρων dictus 444. eius grauitas 112. 544. laus 409
Socrates senex lyra institui non erubuit 66
Socratis persona ferè significat Plato quid sentiat 112
Socratis uita, ironia quædam 444
Socrati ad uictum collatum est 620
Socrati obiecta 114
Socratica inductio 261

Socraticæ ĩterrogationes 235. 265
Socratici philosophi oratorem optime præparãt 304
Solea quid sit 386
Solertia, homini propria 18
Solis puluinar 56
Solicitudo ac tarditas initiorum sit 525
Solicitudo nimia mala ibid.
Solicitudo oratori simulanda 593.616
Solicitudo nimia in numeris uitiosa 479
Solitariæ uitæ pallor 27
Solitaurilia unde cõpositũ 47
Solœcismi cõsideratio 42.44
Solus se quisquam frustra intelligat 355
Somni & mortis laudes 164
Somno quod supererit, studijs impartiendum 528
Somniorum & superstitionum colores 211
Soni definitio 143
Soni proprij & ineuitabiles quibusdam nationibus 41
Sonis etiã & affectibus græci nomina aptant 394
Sonis homines ut æra tinnitu dignoscuntur 572
Sonos aures iudicant 39
Sophocles poëta tragicus 508
Sophron mimorũ scriptor 66
Sordes & squallores reorum ad quid prosint 298
Sordidis uerbis an ĩ oratione erudita locus sit 392. 499
Sotadea pueris amouenda 60
Species, id est, elegãtia, ab utilitate non diuiditur 391
Species genus probat, non restruit 249
Species inde accipitur, unde & uires 382
Species ultima cauſſam continet 318
Speciẽ Cic. formã uocat 250
Speciosiora, quæ honestiora 635
Speciosos locos affectantes 341
Speculi usus oratoribus 579
Sperare dolorem, improprũ 386
Spes uoluntatem facit 248
Spem plurimorum etiam in pueris eluere 18
Sphingem domi habes 325
Spiritus uocis qualis esse debeat 572.576
Spiritus quo plus habet syllaba, laba, eo auditu pulchrior 392
Spiritus unius duratio 388
Spiculum, prælij signum 363
Spondeus 486. eo plurimum usus Demosthenes 489
Spuitio crebra oratori fœda 576
Spurij Melij ignominia 162
Στάσιν græci statũ uocãt 142
Statuarij insignes 628
Status ex scripto & uoluntate 369
Status oratoris indecorus ne sit 73. qualis esse debeat 593
Status quid sit 143. eius consideratio ibidem, & dein.
Statuum inter se cognatio & diuersitas 376
in Status tres omnia recidunt 157
Stella, luminis stilla 53
Stesichorus poëta lyricus 307
Sterilia haud facilẽ uicũtur 85
Stertinius orator 133
Stoici philosophi 511. eorum argutiæ 612
Stomachus Ciceronis 327
Stratocles, comœdiarum actor 597
Studẽdũ semper, & ubiq; 541
Studentibus commoda, & incõmoda 527.528.532.533
Studere amplius 290
Studium omnia superat 18
Studio ad perfectum opus, non indignatione 516
Studia contenta esse non possunt 26
Studia oratoris post finẽ quæ sint 640. & dein.
Studiorum fatigatio 26
Studiorum finem non facientes 383
Studiorum fructus maximus, sui contemplatio 123
Studiorum infantia 21. utilitas 615
à Studijs ut ducantur argumenta 245
Stulta, per se ridicula 320
Stultitia cõtra urbanitatẽ 310
Stupratoris pœna 368
Styli consideratio 221. 300. 524.529.539
Sua omnia quibusdam placẽt, alijs suum nihil 525
Suadæ medulla, dura declinatio 108
Suadendi partes 167
Suadentis persona 171
Suasoriarũ seu deliberatiuarum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum consideratio 164
Subscriptarum ornatus 392. numeri 494
Subcœnãt alij, Galbæ dictum 323
Subditiuij libri 32
Subiectio 439. 443
Subiectio sub oculos, seu hypotyposis 448
Sublime dicẽdi genus 392. 637
Sublimitas unde oriatur 417
Subsequendi optimos, dignitas 645
Subtile dicendi genus 637
Subuerra compendiose Suc, nomiur 58
Suggestio seu subiectio 439
Sullaturio, uerbum 395. 421
Sulpitius Gallus orator 71. 531. 541. 614. 629
Sulpitius Longus fœdissimus 314
Summa rei considerãda 282
Summa si desperes, quid agas 645
Summissa quales pedes exigant 496
Summum qũo quid fiat 405
Superbia seu potius generositas mentis humanæ 545
Superbia qũo refutanda 276
Supercilioriũ habitus 72. 580
Superciliorum motus 580
Superuacua in oratione uerba 399
Supinitas omnis odiosa 587
Suspicio, ioci materia 323
Suspicionem iudicis ut ultemur 447
Suspicionis schematismo mouendæ ratio 448
Suspicione quoq; earẽdum 81
Sustentatio, quod & inexpectatum 440
Sybaritis frugalitas odiosa 161
Συγχώρησις, seu κατάθεσις 146
Syderum ratio grammaticis noscenda 32
Syllaba correpta interdum producitur, & contrà 39
Syllabæ extremæ ne intercidant 72
Syllabæ omnes puero perdiscendæ 25
Syllabarum aliæ clariores, aliæ obscuriores 392
Syllabarum contextus 480
Syllabarum non eadem quæ literarum ratio 22
Syllabarum plurium uerba in fine periodi indecora 484

Syllabarum similium incidentia 480
Syllabas tres quod excedit, id ex pluribus est pedibus 486
Syllabis longis longiores, & breuibus breuiores 487
Συλλογισμὸς 150. infirmior finitio 357
Syllogismus oratorius, enthymema 287
Syllogismi & ratiocinationis consideratio 373. & dein.
Sylua scriptorum quæ uocetur 326
Syluæ ac nemora an scribentibus apta 527
Σύμβολον, etymologia 32
Συναίρεσις 39
Συναλοιφὴ 39. 479. & 491
Συναθροισμὸς 410
Synecdoches consideratio, eiusq; usus 419. 465
Συνεζευγμένον 466
Συνέχον 178. 179
Συνοικείωσις 466
Synonyma edisscentium pueris cura 499
Συνωνυμία 392
Συντελικὴ φάσις 150

T

T, & d, cognatio 34
Tabularum cõsideratio 229
Talpæ tam mares quàm fœminæ 436
Tã magis, Quàm magis 438
Tanquam elephanto assem dare 318
Ταπείνωσις 397
Tarditas ac solicitudo in oratorum initijs sit 525
Tarditas uocis nimia, uitiosa 176
Tarditatis ac temeritatis uitandæ notæ 526
Tarẽtinoriũ iuuenũ iocus 310
Taurus homonymum 387
Ταυτολογία 398
Tautologiam non ubiq; uitauit Cicero ibidem
Ταυτολογίαν ἢ περισσολογίαν 203
Τεχμήρια 238
Tectum pro domo, etiam in prosa 419
Tempus aliud, aliud dicendi genus postulat 550
Tẽpus dolores mitigat 298
Tempus nullum otiosum sit aut cura uacuum 20
Tempus præteritum in iudicijs maxime ualet 345
Tempus susciptẽdarum caus-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſarum quod ſit 617
Temporis in laude conſideratio 162
Temporis in ſcribendo modus eſſe debet 330
Temporis intellectus 146
Temporis præſentis controuerſiæ 345
Tempus ſecretum ſtudia poſtulant 26
Tempore eodem an plura ſimul diſci poſſint 74
à Tempore quomodo ducantur argumenta 247
Tempora quæ fruſtra perdimus, ſeriis artibus magis danda 77
Tempora tria 252
Temporum iactura multiformis 643
Temporum translatio, quæ & μετάζασις 444
à Teneris aſſueſcendum 30
Tenorũ, qui aeceẽtus, ratio 40
Tentanda non ſunt, quæ effici non poſſunt 224
Terentius comicus 314
Terẽt. Varro, doctiſſimus 313
Terẽtij in Eunucho locus 447
Terra ut cultu, ſic animus diſciplinis melior fit 368
Terræ ſuccus ut æqualiter tractatur 391
Terra orti 163
Teſtamentariæ actiones 367
Teſtium & argumentorum inter ſe collatio 236
Teſtium conſideratio 231
Teſtis uelut fidem aduocatus qui bonus uir creditur, aſſert 184
Teſtium perſonis quædam mutantur 636
de Teſtibus & argumentis loci communes 88
Teſtimonia diuina 236
Theatri utilitas, et religio 168
in Theatris ſibi locum inueniunt quædam, quibus nullus eſt in bibliothecis 568
Θέματα, quæ & propoſita 335
Themata ſcholarum 200
Themiſtocles ciuitatem deſperabundam apud deos deponendam cenſebat 453
Themiſtocles lyræ imperitus, indoctior habitus 67
Theocritus poëta 507
Theodoctes Ariſtotelicus 109. 132. *Eius memoria* 567

Theodorus Byzantius rhetor 131
Theodorus Gadareus ſeu Rhodius præceptor Hermagoræ 132
Theodorei 132
Theodoti de pœna conſultatio 173
Theon Samius pictor 628
Theopompus hiſtoricus 509. *Iſocratis diſcipulus* 97
Theopompi Lacedæmonij aſtus 119
Theophraſtus Ariſtot. diſcipulus 132. *ab illo non timidè diſſentit* 174
Theophraſtus philoſophus 311. *unius affectatione uerbi hoſpes deprehenſus* 385
Θεωρητικὴ 123
Therſitæ contemptus 162
Theſaurus eloquentiæ, memoria 359
Θέσις qd dicatur græcis 140
Theſis à cauſſa quomodo diſtinguitur 141
Theſes ad exercitationem dicendi maxime uberes 87
Theſes quæ dicantur 141
Θέσεις, quibus Cicero exercebatur 332
Thraſybulus tyrannicida 147
Thraſimachus Chalcedonius rhetor 131
Thucydides hiſtoricus cõpoſitionis ſtudioſus 476. 509
Thucydides & Xenophon Ciceroni non uidẽtur oratori utiles 503
Thyeſtes Varij poëtæ 513
Tibicen reus, quòd ſacrificantem in inſaniam cantu ſuo adegiſſet 69
Tibullus poëta 512
Timagenes hiſtoricus 65. 509
Timãtes Cithnius pictor 106
Timere ſic, quis tibi permiſit 413
Timotheus muſicus 82
Tiſias & Corax rhetoricæ artis præceptores antiquiſſimi 117. 131
T. Liuij iucunditas 314
Tityus maximus 320
Tityus, ſaltationis genus quoddam 388
Toga delapſa, reponẽda 592
Toga, ne craſſa ſit, non ſerica 635
Togæ forma 590
Togati poëtæ 514
Tonare ac fulgurare uideri

Universidad de Deusto
Biblioteca

homini conceſſum 116
Τόνοι, qui & accentus 40
Tonores, qui & tenores ſeu accentus ibidem
Τορός & fiſtula 68
Τοπογραφία 444
Tormentorum ratio 229
Totũ minus eſt dicere quàm omnia 401
Trachallus orator 517. eius dictum 321. in dicendo uocalitas 616. 619
Tractandi ut ſint quos offendere ueremur 537
Traductio 467
Tragici poëtæ 508. 513
Tragœdia pueris legenda 60
Tragœdia Thyeſtes, ſolœciſmus non eſt 44
Tragœdiarum antiquarum grauitas 60
Tragœdias paruis litibus mouere, indecorum 299
Transferenda quæ ſint 274
Tranſgreſſiones longæ nimis 478
Translata quomodo probentur 396
Translata uerba quæ dicantur 47
Translatorũ proprietas 387
Translatio criminis in alium 363
Translatio & abuſio quo differant 421
Translationis lex 424
Translatio lucem affert 289
Translatio quando locum habet 274
Translationis, quæ & metaphora, conſideratio 416
Trãslationis uis quadruplex 417
Translationis uſus in uerbis aptandis 386
Translationis utilitas 416
Translationem non eſſe ſtatum 153
Translationem primus Hermagoras tradidit 152
Translationum humilitas & deformitas uitanda 418
Tranſſumptio, quæ & μετάλημψις 422
Thraſymachus Chalcedonius 131
Trebatius, iuriſconſultus 180
Trepidationis uitia 387
Tres ſyllabæ quod excedit, id ex plurib. eſt pedibus 486
Τρίβραχυς quid ſit 111
Τριβὴ ἄλογος & 338
Tribr

Tribrachys 487
Tribum ſolus liber habet 360
Τρίκωλα 469
intra Triennium inſtituendi infantes 20
Triquedra, an triquetra 32
Triſtis ſemper ac demiſſus puer ſpem de ſe non dat 30
Triſtes ac ieiuni Pollionem æmulari uideri uolunt 522
Triumphalis habitus 543
Trochæus 486
Troiam quinquaginta reges oppugnaturi acceſſere 343
Τρόπος, qui & modus 249
Tropus quid ſit 416. 428
Tropus & figura ſæpe in eaſdem ſententias conueniunt 429
Tropus quare dicitur fieri 426
Τρόπος intellectus 147
Tropi omnes puero diſcẽdi 61
Troporum conſideratio 416. per totum. & 428
Troporum cum figuris conuenientia 429
Tropos q̃dã motus uocãt 416
Truculentus Caſſij Seueri aſpectus 300
Tuberonis in Ligarium actio 301. 336
Tuẽdi ſe, rationes 155. et dein.
Tullius, Tollius 317
Tullius, uide Cicero
Tumor in oratione quibus paretur 496
Tumultuoſa actio, indecora 547
Tumultus quid ſit 359
Turba inanium uerborũ 388
Turdi piſces 386
Turpia laudandi ratio 555
Turpia ut decora fiant 552
à Turpibus ut recta obtineamus, cautio magna adhibenda eſt 170
Turpiter aut impotenter dictum, homini liberali indignum 322
Turpitudo ac deformitas, riſus ſedes 310
Tuſcanicæ ſtatuæ 628
Tuſſis crebra oratori fœda 576
Tutelæ iudicia 367
Tyberius Cæſ. Theodori Gadarei rhetoris auditor 132
Tydeus paruus, ſed bellator 161
Tyrãnicidæ conſideratio 365
Tyrannidis affectatæ cauſſa quomodo tractanda 354

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tyro Ciceronis libertus 309. 541
Tyrtæus poëta 307.645

V

V, & I, literæ medius quidam est sonus 33
Vs finita nominatiuo, quomodo genituos faciant 50
Vu geminatum græci non habent 632
Vacillatio in dextrum ac sinistrũ latus, indecora 588
Valesij quondam, nunc Valerij 34
Valerius Flaccus poëta 512
Valerij coruus 87
Valetudo, non robur, corpora inflat 83
Varenus poëta, ut quidam legunt 512
Variandæ artis bona 574
Varietas animos reficit 75
Varietas in pronũciãdo 574. 596
Varices Ciceronis 591
Varietate res gaudent 448
Varius poëta 513
Vario marte pugnare, eruditus sermo 419
Varro ac Lucretius poëtæ philosophi 32
Varronis disciplinæ 644
Varronis etymologiæ 53
Vatinius à Cicerone irrisus 321
Vatinij rei dictum 318
Vberratis facile remediũ 85
Vbi amici, ibi opes 268
Vbi dicas, plurimũ refert 549
Vbi quibus utendum 313
Vehementer 40
Vel, i principio orationis 458
Velati capitis dolor 106
Venales nouitij intelliguntur 386
Venenum eruditati componitur 346
Veneno ferrum armare, elegans translatio 418
Veneficus 455
Venti quatuor quidem principales, sed plurimi eorum medij sunt 638
Ventilatores scenici 538
Ventris gestus 586
Venus cur apud Lacedæmonios armata 88
Venus pro coitu 419
Veneris abstinentia uoci confert 570
Venustum quid dicatur 312
Verbum insolens uitandũ 193
Verbum nullum æquo animo perdes, miser orator est 384
Verbũ pro nomine, iuẽ & pro participio positum 457
Verbũ quod quoq; loco maxime quadret, nosse, præcipuũ i cõpositione opus est 483
Verbi eiusdẽ geminatio 460
Verbi sensus uehemens 478
Verbi unius lapsu, tota causa cecidisse uidemur 538
Verbo claudenda oratio 477
Verbo integro & diuiso alia atque alia significatio inest 374
Verbo populũ offendere Pericles uerebatur 625
Verba, ab aëre uerberato 53
Verba ab authoribus ius sumunt 32
Verba alia alios decent 548
Verba alia pro alijs in tropis ponuntur 429
Verba cur sint inuenta 384
Verba maxime poabilia ibid.
Verba omnia suis locis aptata, optima 499
Verba parum uerecunda, ab oratione sint aliena ibid.
Verba per se nullam uirtutẽ habent 396
Verba peregrina 43
Verba, ppria quæ dicãtur 47
Verba rebus conueniant 392
Verba regionibus familiaria, aut artium propria 387
Verba sensu tincta 215
Verba uerbis, & nomina nominibus ne nimium continuentur 480
Verba uetusta 53. reperta 395
Verbalia 36
Verborum ac factorum in scelcribus consideratio 353
Verborum ac sentẽtiarũ idem significantium congeries etiam amplificat 409
Verborum cura cum rebus iungenda 382
Verborum cura, rerum solicitudo 383
Verborum delectus 392. 458. 499
Verborum diuisio 45. 56. 393. poëtis aliquando permissa, non item prosæ 426
Verborum duntaxat causa nihil nouandum 384
Verborũ duplex itellectus 37
Verborum & appellationũ consideratio 36
Verborũ figuræ 455. et dein.
Verborum geminatio 434
Verborũ humilitas nõnũquam uim

Universidad de Deusto
Biblioteca

ubm rebus affert 393
Verborũ idem significãtiũ separatio et cõgregatio 463
Verborum iunctura alia alia clarior, auditúque iucundior 392
Verborum magnificentia an suasorias decet 173
Verborum mistura indecora 387
Verborum modi, qui & status, & qualitates 43
Verborum ne sis solicitus in arduis rebus 391
Verborum põdus & authoritas 396
Verborũ proprietas ac differẽtia omnibus cõmunis 16
Verborum significatio, forma ac mensura ex multa lectione consequenda 499
Verborum uarietas ac usus in pronunciando 396
Verbis cuiusmodi utẽdum 34
Verbis an turpitudo etiã insit 396
Verbis eleuanda quædã 208
Verbis etiã figuræ fiunt 436
Verbis in singulis quid considerandum 384
Verbis non periclitandũ 338
Verbis omnibus in oratione locus est 499
Verbatim cogitata in agendo referentes 535
Verecundia silẽtio iudicãda 396
Verecundia nihil ad conciliandum gratius 594
Verecundia uitiũ amabile 616
Verecundiæ optima emendatio, fiducia 616
Verecundiæ rubor 380
Verres, quòd oĩa uerreret 318
Verris irrisio ibidem
Verilogũ dicta etymologia 32
Veritas an narratione obscuranda 206
Veri à contemplatione abducenda iudicis mens 303
Vero nemo contentus est 428
Verruca saxea 428
Versicolor Demetrij Phalerei nejtis in dicendo 303
Versicolor elocutio uitiosa 383
Versificatio in poëmate, compositio in oratione 492
Versus ab oratione absit 485
Versus ad imitationẽ scribẽdi propositi, ociosi ne sunto 23
Versus etiam imprudentibus excidunt 485
Versus finis orationi ineptus 485

Versus non bene finitur pentasyllabis aut tetrasyllabis dictionibus 494
Versus poëtarum soluendi pueris, & paraphrasi uertendi 62
Versus prima pars quæ optime orationem claudat 485
Versuum initia, orationis initijs non conueniunt, sed ultima 485
Vertenda græca in latinum, & contrà 531
Vertex quid sit 386
Vesperug 36
Vetera, maiestate ac religione commendantur 48
Veteres qui legendi, & qui fugiendi 93. quid oratori prosint 504
Veterum poëmata cui usui oratoribus fuerint 60
Vetustas quæ censenda 415
Vetustatis autoritas 163.393
Vetustatis commẽdatio 53
Vetustorum præstantia 504
Vibius Crispus, orator 281. Eius dicterium 413.517
Vibius Curius à Cicerone dicterio exceptus 320.323
Victoriæ aureæ 453
à Victu ut ducantur argumenta 245
Video, uerbum 300
Vigintiuiratum Cicero repudiauit 602
Vinci ubi necesse est, ibi cedendum est 330
Vinctæ orationis partes 476
Vini inuentio Libero tribuitur 161
Vio, pro eo, infelix fictio 421
Violẽtia non uis dicatur quam facit indoctus 104
Vir, ac fœmina, nõ cõtrà 477
Vir bonus esse debet orator 599
Vir fortis optet quod uolet 338.369
Vir quiuis spadone formosior 271
Vir uere ciuilis, reip. utilissimus, orator 15
Virum Viri signa 240
Virum bonum decentia 550
Viri boni ut simus, uoluntate maximè constat 642
Virorum clarorum dicta in exemplum pueris scribẽda proponenda 23
Vires suæ metiẽdæ 300.626
Virilis ne magis sit oratio incom

incomposita quàm composita 473. & dein.
Virilitatem etiam in oratione optaret Quintilianus 271
Virgilius primo à pueris legendus 59
Virgilius uetustatis amator 393. 437
Virgilij in scribendo tarditas 325
Virgilij poëtæ laus 311
Virgilij locus 142. 240. 242. 308. 388. 393. 397. 398. 400. 401. 402. 403. 406. 408. 411. 412. 427. 438. 443. 445. 448. 457. 458. 468. 500. 507. 604
Virgilij principia 189
Virgilij manus, id est, autographum, Quintiliani tempore extabat 57
Virginius rhetor 133. Eius lapsus 187
Virtus doctrina pficitur 607
Virtus est uitiũ fugere 457
Virtus etiam ipsa disciplina indiget 608
Virtus quid sit, aduersa ei malitia detegit 605
Virtutis imaginem non effingendam & imitandam, sed ipsam uirtutem 528
Virtutis oratoriæ indiciũ 532
Virtutes dicendi diuersæ 538
Virtutes in quibusdam gratiã non habent 597
Virtutes oratori necessariæ 126
Virtutum ac uitiorum uicinia 103. 163. 390. 521
Virtutum & uitiorum loci communes 87
Virtutum semina nobis innata 125
Vis δύναμις 108
Vis oratoria mentes audientium alienat 390
Viscllius rhetor 434
Visiones, quæ & φαντασίαι 307
Visurus, ad uidendum missus 457
Vitæ anteactæ cõuicijs quando abstinendum 351
Vitæ anteactæ crimina primùm purgandæ 336
Vitæ honestæ facilis institutio 642
Vitæ honestæ ratio ad philosophos nõ est relegãda 15
Vitam ad discendum satis esse longam 642

Vitij in figura excusandi rationes 456
Vitio carere, prima orationis uirtus 396
Vitia aliena quàm sua quisq; reprehendi mauult 93
Vitia humilia 597
Vitia in bonũ uix uerteris 18
Vitia ipsa in quibusdam delectant 547
Vitia orationis 397. & dein.
Vitia pueritiæ in uirilem usq; ætatem perdurant 18. 20
Vitia quædam puerorũ ferenda 84. & dein.
Vitia quædã in quantitatibus, carmine excusantur 39
Vitia reprehẽsu facilia 278
Vitia uirtutib. uicina 390. 521
Vitiorum deriuatio ibid.
Vitiorum in oratione excusatio 37
Vitijs carere, prius ac antiquius sit 415
Vitiosum in oratione uerbum quod dicatur 399
Vituperatio ijsdẽ quibus laus modis constat 162
Viua uox 55
Viuendi consuetudo, consensus bonorum 55
Viuentes inuidia sequitur, defunctos gloria 133
Vt uiuit quisque, ita dicit 547
Vltima syllaba indifferẽs 488
Vltimum quod dicendum, primum ferè occurrit 338
Vlysses reus Aiacis cædis 198
Vlyßi, Achilli, & similia in genitiuo terminabant ueteres grammatici 46
Vlyßis dicturi habitus 503
Vmbra corpus arguit 253
Vmbratilis uita 27
Vnum pluraliter indicari, & contrà 419. 459
Vnus quilibet è populo, populum totũ repræsentat 259
Vocabulum quid sit 35
Vocabulum & nomen differunt ibidem
Vocabulis, rerum uis nõ mutatur 430
Vocalitas obseruanda 37
Vocales an in consonantium uim transeant 33
Vocales iunctæ quam uim habeant ibidem
Vocales quo in seipsas coëant, ac sibi insidant ibid.
Vocalium coitio 573
Vocalium concursus 478. modicè

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicè hunc uituerunt Cicero & Demosthenes 479
Vocalium geminatio in longis syllabis 56
Vocalium geminatione ueteres uelut apice utebãtur 33
Volubilitas uocis nimia, uitiosa 576
Voluntatis causæ non solæ quærẽdæ, sed et erroris 352
Voluntarij testis interrogandi ratio 232
Voluntate constat dicendi studium 30
Voluptas audientis ad fidem multum adiuuat 289
Voluptas oculorum ac auriũ, cogitãdi sensum aufert 527
Voluptatem ac uirtutem finxit Prodicus 443
Vopiscus 36
Vòrtices & uorsus, uertices ac uersus facta 58
Vox bona 574
Vox fusca 570
Vox infinitam habet differẽtiam 570
Vox nulla latina sine acuta 41
Vox, naturæ rerũ de quibus dicitur, accommodatur 496
Vox non nimis urgenda 576
Vox oratoris qualis esse debeat 569. & dein.
Vox præceptoris, solis instar est 26
Vox pro affectibus mutatur 577. & dein.
Vox tot recipit mutationes, quot ipsa mens 578
Vox uiua plenius alit 80
Vox ut ferìtur, ita sonat 577
Vocis cuiusq; uim intelligere, aut cõmune prudẽtum est, aut oratoris propriũ 614
Vocis cura 569. & dein.
Vocis in agendo uariatio 67
Voci quando parcẽdum 572
Vocis natura, quantitas, qualitas, spiritus 569. & dein.
Voces factitiæ 421
Vocum ambiguitas 257
Vocum studio, res non omittendæ 382
Voluntas cogi non potest 30
Vr finita nomina quomodo in genitiuo exeant 51
Vrbanè dicere affectare uideri non debet orator 313
Vrbanè dictorum à Ciceronе libri tres 309
Vrbanitas quid secũdum Fabium 325. 326
Vrbanitas animos reficit 191
Vrbanitas Ciceronis 309
Vrbanitas quãdo dicatur 310
Vrbanitas rusticitati cõtraria 311
Vrbanitas refutandis maxime conuenit 329
Vrbanitatis breuitas 316
Vrbanitatis commodum 310
Vrbanitatis definitio 325
Vrbanus, Ciceroni nouum erat uerbum 395
Vrbanus homo qui sit 326
Vrbs, Roma intelligitur 325. 386. & 412
Vrbis captæ descriptio ac elaunitas 401
Vrbiũ laudes quomodo tractentur 163
Vrbanitatis consideratio, uide caput de risu 309
Vsitatis uerbis tutius utimur 47
Vsus uis 539
Vsu dura molliuntur 47
Vsu trita, reformidanda non sunt 385
Vsura mortis hostilis frui 320
Vtendi uoce, ratio 570
Vtile an semper cum honestate cõiunctũ 164. et dein.
Vtile cum honesto an pugnet 169
Vtilia honestis præferimus ibidem
Vtilitas ab eo quod decet, an separetur 544
Vtilitas & tempore & natura discernitur 90
Vtilitas in dicendo inter bona non uidetur 272
Vtilitatis quæstio uariat multipliciter 169
Vtilitatis quæstiones 168
Vulcanus pro igne 419
Vulgare orationis genus nõ auersandum 383
Vulgaris sermonis, & uiri eloquentis orationis alia atque alia natura 634
Vulgi etiam laus, non solum doctorum, captanda oratori 639
Vulgo recepta fidem unde habeant 268
Vulgo persuasa, utilia sunt testimonijs 267
Vulpes, uolipes 53
Vultus dicentis supinus ne sit 72
Vultus efficacia 579

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX.

Vultus ingressusq; animi habitum arguit 378
Vultus mutatio 473

X

X, carere potuimus 33
Xenophon 510. Eius ore musæ locutæ 503

Y

Ὑπαλλαγὴ 419
Υ, & ζ, literas non habemus 632
Ὑπαλλακτικὴ φάσις 150
Ὑπερβατὸν 426
Ὑποδιαιρεσὶς 373
Ὑποζυγμὸς ibidem
Ὑποτύπωσις 400. 443
Ὑποτύπωσις narratio non est habenda 196

Z

Z, literæ dulcedo 632
Zenon rhetoricen ac dialecticen coniungebat 125
Ζήτημα 178
Zeugma 437
Zeusis pictor 627
Zodiaci in signis, memorandi locos Metrodorus constituebat 362
Zopyrus Clazomenius 143

FINIS.

M. FABII
QVINTILIANI
ORATORIS ELOQVENTISSIMI
DECLAMATIONES
VNDEVIGINTI.

APVD SEB. GRYPHIVM
LVGDVNI,
1549.

DECLAMATIONVM XIX. INDEX.

I	Paries palmatus.	Pro cæco contra nouercam.
II	Cæcus in limine.	Pro cæco contra nouercam.
III	Miles Marianus.	Pro milite contra Tribunum.
IIII	Mathematicus.	Pro filio contra patrem.
V	Aeger redemptus.	Pro patre contra filium.
VI	Corporis proiecti, seu Anus	Pro patre contra matrem.
VII	Tormenta pauperis. (cæcæ.	Pro paupere contra diuitem.
VIII	Gemini languentes.	Pro matre contra patrem.
IX	Gladiator.	Pro filio contra patrem.
X	Sepulcrum incantatum.	Pro uxore contra maritum.
XI	Diues accusatus proditionis.	Pro diuite contra pauperem.
XII	Pasti cadaueris.	Pro ciuibus contra Legatum.
XIII	Apes pauperis.	Pro paupere contra diuitem.
XIIII	Odij potio I.	Pro iuuene contra meretricē
XV	Odij potio II.	Pro meretrice contra iuuenē.
XVI	Anuci uades.	Pro iuuene contra matrem.
XVII	Venenum effusum.	Pro filio contra patrem.
XVIII	Infamis in matrem I.	Pro uxore contra maritum.
XIX	Infamis in matrem II.	Pro uiro contra uxorem.

MAR. FABII QVINTILIANI ORATORIS ELOQVENTISS. DECLAMATIONVM LIBER.

*

PARIES PALMATVS, DECLAMATIO I.

ARGVMENTVM.

Quidam cui erat filius cæcus, quem hæredem instituerat, induxit illi nouercam, iuuenemq; in secreta domus parte sepoſuit. Is noctu dum in cubiculo cum uxore iaceret, occisus est, inuentusq; postero die habens gladium filij defixum in uulnere, pariete ab ipsius ad filij cubiculum uestigijs palmæ cruentato. Accusant se inuicem Cæcus & Nouerca.

Pro Cæco contra Nouercam.

SI IVVENIS innocentißimus, Iudices, uti uellet ambitu triſtißimæ calamitatis, poterat allegare uobis amiſſam cū oculis cogitationū omniū temeritatem: ſed cum oſtendere innocentiā ſuam moribus malit, quàm aduerſis: neque pietatis neque conſcientiæ ſuæ grauem ferre contumeliam poteſt, ut parricidium non fecisſe uideatur beneficio cæcitatis. Quare non petit ut miſerum putetis, niſi & innocens fuerit: nō petit ut afflictum alleuetis, niſi & probauerit ſeſe infeliciorem quòd patrem amiſit, quàm quòd oculos. Aeſtimate iuuenem ijs moribus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quibus uidentem æstimaretis, uita, pudore, pietate. Quæ si omnia sibi: ut erunt promissa, constiterint, nullo terrebitur crimine. Nec quòd sceleratissima fœminarum calamitatem nostram cruentato pariete imitata est, expauescimus. Quo diligentior, quo solicitior fuit ne deprehenderetur, hoc magis indicauit sibi oculos non defuisse. Gratias agimus, quòd nimium auidæ suspicionis argumenta in nostram transtulit partem, non esse Cæci scelus difficilius probaretur, nisi omnia sic acta essent, ut fecisse Cæcus uideretur. Quare iudices non improbè sperauerim futurum, ut suspecta sint uobis, quæ tam inconsideratè ficta sunt contra miseram cæcitatem. Primùm, quòd spatium illud ingens domus, quod in medio fuit, ita digesto cruore satiatum est usque ad cubiculum miserrimi iuuenis, tanquam planè timuerit parricida ne non deprehenderetur. Deinde, sceleri nox potissimum electa, quo tempore inueniri maritus sine uxore non posset. Tum in cæde, in qua nemo utitur ferro, nisi alieno, gladius adolescentis, ne argumentum decesset Nouercæ, relictus est. Postremò, peractum uulnere uno scelus quod obijceretur manibus erantis. Et tamen contra tam multa incredibilia solam aduocat Nouercæ testamentum, uultque illud esse precium parricidij: ut rerum intellectu in diuersum coacto, occisum eò probet patrem, quòd non meruerit occidi. Nos uerò istud (si crimen putatis) agnoscimus. Iuuenis hic patris sui hæres solus est. Hoc testamentum, si iuuente adhuc miserrimo sene notum esse in domo potuit, scitis quis illi debuerit irasci. Nam quòd inuisum fuisse filium patri iactat, crimen Nouercæ erat, si confiteremur. Idq; probari ex hoc potest, quòd secretũ non filius accipit à patre, sed cæcitas. Quo loco dissimulare satis callidè conatur inuidiam suam. Pater qui filium cæcum in semota penatiũ parte seposuit, eripuit Nouercæ oculis uoluptatem

tem. Nanq; ista cum inuasisse uacuos penates uideretur, cum patri filium Cæcum hoc esse crederet quod orbitatem, excogitauit indulgentissimus senex quemadmodum hic miser patri suo in eadem domo esset, Nouercæ in alia, accepit secretum quod erat petiturus. Quod quo sit animo senis factum, potestis interrogare testamentum. Neque ego grauissimum patrem suprema sua iuueni iactasse crediderim, ut hæredem filium scriberet. non est res quæ imputetur, istam magis oportet uel aliquo indicio, uel suspicione mulierbri arcana mariti deprehendisse, & statim omnibus nuptiarum renunciasse pignoribus. Nam cum propter pecuniam ames, idem amoris & spei finis est. Habuerat adolescens gladium in cubiculo suo semper, siue antequam in hanc fortunam incideret paratum, siue quia cæcutis miseræ solatium est habere rem uidentium. Certe nunquam illum pater timuerat, nunquam Nouercæ obiecerat. Palàm positum est sub oculis omnium tota domo notissimum ferrum. Scitis quanto negligentius custodiat ferrum bona conscientia, quàm etiam extra suspicionem sit res sine usu. Innocentia facit ut ferrum subtrahi possit etiam uiendi. Siue igitur aliquis ex seruulis corruptus est, præsertim in tam facili occasione, siue ipsi Nouercæ non defuit audacia ad ferendum, quod facere poterat & præsente priuigno, utique (quod dubitari non potest, quod facit certum sceleris authorem) mauult in cæde alieno uti quàm suo gladio quisquis illum relicturus est. Reliqua iudices si fieri possunt facta æstimate. Dicitur cæcus sine rectore, sine duce, ex illa penatium parte secreta, & penè ex alia domo, per inane longum, per tot offensa limina, per excubantes seruulos errasse cum ferro: cubiculum deinde patris ingressus, in neutram deflexisse partem, sed recto gradu sicut ducere oculi solent, ad lectulũ accessisse leuiter, non in totũ in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cidisse, non antè peruenisse quàm crederet. Vos iudices criminum tumultum ex rerum fide ducite. Dormiens senex, quem cæcus percussor quæreret, excitatus antè esset quàm inueniretur. Iungũt his multo incredibiliora, ut occiderit patrẽ, pepercerit Nouercæ: parricidiũ autem uno ictu explicuerit: quod fere uix etiam ijs contingere solet, qui oculos manu sequuntur. Nulla ergo luminum uirtus, sed homo ferrum mussurus in casum, satis felix si percussisset quamcunque corporis partem, in ipsam protinus animam incidit, & an morti satisfecisset, intellexit. Officium iudices oculorum est renunciare manibus quid actum sit. Cæci percussoris una securitas fuerat, sæpius ferire. Negat præterea quicquam se ex his Nouerca sensisse, cum iuxta iaceret: nec explicat unde illud acciderit maximæ signum trepidationis. Si & pater uno ictu perierat, neque ista uigilabat, nunquam gladium reliquit percussor securus. Reliqua iudices nimium suspecta, improbe assimulata. Spatiosissimus paries, & longissimum domus latus habuit notas sanguinis, quas reliquisse uideretur manus reuertentis. O quàm bene quicquid uolunt imitantur oculi. Stupeo, si qua est fides, omnia priuignum illa nocte fecisse. Dicitur ad uotum Nouercæ gladium in uulnere reliquisse, quem suum negare non posset. Deinde per totum parietem quid aliud inscripsisse, quam se parricidam sanguinem patris usque ad cubiculum suum perduxisse, & uiam sequentibus reliquisse? Hoc fecit aliquis negaturus? Gratulor tibi adolescens, si non potuisti parricidium illud admittere, nisi ut relinqueres argumentum cæcitatis, habuisti innocẽtiæ necessitatẽ. Causã igitur miserrimi adolescẽtis sic apud uos agere proposui, ut primùm ipsam defendam, quasi reus tantũ sit: deinde eũ esse securus de huius innocentia cœpero, tũc ingrediar Nouercæ accusationem. Spectabitis utrunque

utrunque suis moribus, suis causis: erit'que facilior uia uestræ religionis. Quanquam duos indicia complexa sunt, uos tamen tanquam de singulis cognoueritis. Et primum sic agam, tanquam iuuenis habeat oculos, tanquam impetus eius nulla corporis debilitate frangantur. Interrogabo quid antè perditè, quid flagitiosè, quia impiè fecerit, per quæ se parricidam scelera promiserit. Innocentia per gradus certos ab homine discedit: & ne in maximis trepidet audacia, diu utres in mũoribus colligit. Nemo inde cœpit, quò incredibile est peruenisse. Dicas necesse est quæ huic cum patre odia fuerint, quàm uiolenta dissensio inter sacrorum infinita nominum pignora. Crede mulier etiam tua causa. Nam si facile est filio occidere patrem, facilius est uxori maritum. Loquar nunc de infirmitate miseræ cæcitatis. Tenuitas omnis animorum, calamitate corporum frangitur: & frigescunt impetus mentium, quos non expleant ministeria membrorum. Ad solam se alligat destituta mœrorem. Vultus ille perpetua nocte coopertus ac timidus non concipit nefas ad quod ducibus oculis peruenitur. Cogitat semper errare & offendere, cogitat eundi redeundiq; difficultatem. Magna innocentiæ necessitas est, neminem facilius posse deprehendi. Semper se custodiunt miseri, ne esse miserabiles desinant: & quisquis amisit oculos, laborat ne meritò perdiderit. Quid aliud cæcitas discit, quàm rogare, blandiri? Odium omne adiuuant oculi, & hunc in pectoribus humanis furorem lumina accendunt: nec ieuis animis accedit insania, quoties quem execreris aspicias. Cæcus miserior est quàm ut inuisus sit, timidior est quàm ut oderit. Præterea nocentibus liberis frequentissimas ad parricidium causas suggessit illud quod uidebant. Vitijs enim nostris in animum per oculos uia est. Aliis tradidit in parentum sanguinem luxuria ferrũ, luxuria uãe-

tium crimen: Alijs meretriculæ amor immodica poscentis: amor, cui renunciant oculi. Cæcus infelix patrem occidit? deinde cui manum porriget securior? cuius humeris leuior incumbet? Quis contumelias seruorum castigabit seuerius? quis calamitatem tam obnoxiam maiore reuerētia proteget? Inter felices alius est ordo uotorum: Cæcus filius optat superstitem parentem. Volo nunc scire quemadmodum dicat explicitum tam difficile facinus. Cæcus parricidium cogitauit. cum quo? cuius se commusit oculis? iturus per totam domum, quem ducem elegit? Ille qui erat in cubiculo suo solus, secum (opinor) secum deliberat. Sufficit sibi, cum homine expeditissimo loquitur. Cur enim socium conscientiæ quærat? omnia potest scire. Primùm, nox quando sit. Deinde prospicere solicitè, an omnis familia dormiat. Gradu suspenso ponere certa uestigia, & in omnem timoris sui partem solicitum circumagere uultum. O quàm parum est in metu ipsos etiam oculos habere! Ita non iste sibi dixit, Occidere quidem patrem uolo, sed quem sequentur hæ manus? Nocte solus egrediar, sed quando perueniam? Putas nos iunctis habitare liminibus? domus inter patrem filiumq; media. Quantum erroris, quantum moræ! spatium ingens & uix metiendum. Cæcitas inconsulta quid agis? nox antè deficiet. Quid si deinde uterque uigilauerit? quid si Nouerca? Age, limen inueniam, cardinem sine strepitu mouebo, dormientis cubiculum intrabo, quiescentem feriam patrem. semel satis erit, nec nouerca uigilabit. Securus egrediar, sciente nullo reuertar. Vota sunt ista, sed ocidorum. Cæcus desperaret etiamsi tam multa nox polliceretur. Hoc loco quæram necesse est, quæ ratio fuerit ut iuuenis ad parricidium suo potissimùm gladio uteretur. Nimirum illud in mentem uenit, quia erat relicturus. Nam si alienum & ignotum in uulnere patris

tris gladium reliquisset, potuerat de percussore dubitari. Hic attulit suum, ut etiam si euasisset, tamen ferro suo teneretur. Cur ergo, inquis, gladium in cubiculo tuo habebas? quia habueram semper, quia usurus illo non eram. Ferrum ergo parricidio meo tot ante annos præparaui, & secundam illam quem minabar patri, tandiu innocens fui? Ego eram ferro ac mente paratus, & tot abiere noctes? Antè gladium illum familiarem oculis tuis feci, antè omnibus seruulis notum. pependit in cubiculo tanquam testis conscientiæ meæ palàm in medio negligenter, sic ut subtrahi posset. Non illum conscientia trepida uelauit: tā notus in cubiculo fuit, quàm cæcitas domini. Quisquis ferrum præparat sceleri, sic illud habet, ut possit suum negare. Ponite nunc ante oculos actum parricidij, deprehendetis difficultatem. Dono illud, dum à suo limine egreditur, dum illos quos accepit à patre seruulos, fallit. ecce cubiculum senis inuenit aliquando, ecce paries ille deficit, & percussoris manus subito destituit, cessere fores sine strepitu: quid postea agit? Vtrum ipsum cubiculi parietē circuit, an se committit in medium, & per spatia tenebrarum armatam manū iactat? Ecce patris lectulum tenet, & iam dormientium anhelitus imminens audit, unde sciet quò dirigat ferrum? quem potius feriat ex duobus? Tenuit ergo uultus, & pectus obiectum? breuissimam perituræ animæ uiam quæriti? & quantus erit sopor, qui ista non sentiat? Dices, neque ego sensi. Ideo intelligis quam malam causam habeas, cuius & una & incredibilis defensio est. Ita feritur in sinu tuo maritus, & tu nihil sentis? Ad latus tuum fata hominis peraguntur, tu taces tanquam te priuignus occiderit priorem? Ita non ille percussus est homo, quem Cæcus occidit? Te uerò (si nihil aliud) calens ille cruor denique fusci tasset. Sed quàm manifesta est conscientia quæ te ad hanc compellit neces-

sitatem, ut cum occisum à priuigno tuo patrem uideri uelis, cogaris dicere nihil sensisse? Sufficit, uicimus, innocentes sumus. Cum in eodem lectulo fueris, cum amplexa sis forsitan illum qui occisus est, tam incredibilem profiteris soporem? Cur ergo tu incolumis es? quæ tam iratis manibus sanguinem tuum fortuna subtraxit? Certe dormiebas, certe nihil senseras. Ita priuignus te reliquit, qui deprehendi non timebat? Occidit ergo aliquis patrem, & Nouercæ pepercit? Maximum omnium nefas fortiter fecit, minori sceleri statim par non fuit? Omnia humana sacra confudit, uiolare non est ausus pectus odiorum? Incredibile est, sine fide est, non occidere Nouercam, cui imputes quòd patrem occidat. Quid ais adolescens? tu'ne circa illum sanguinem deseciisti? illa te blandius rogauit anima? perdidisti ergo illud, quòd nihil senserat, quòd nox, quòd silentium, quòd tempus supererat sceleris alterius? Tu si facere parricidium posses, ideo patrem tantum occidisses, ut tibi & nouercam liceret occidere. Non uideo cur, nisi uideri uelit relictam mulierem ideo tantum, ut uideretur illud nefas illa fecisse. callide satis. Sed hoc alio protinus argumento subuerteretur. Non est eiusdem consilij, nouercæ parcere ut substituat ream, & gladium relinquere quò ipse deprehendatur. Sæpius uti necesse habeo argumento cæcitatis, & hoc etiam loco, quo de illo uulnere disputandum est. Mehercule si percussor intrasset qui uideret, qui lumen præ se tulisset: non tamen tam feliciter librasset ictum, quem etiam si nullæ fallerent tenebræ, metus & conscientia magni sceleris testes incertum fecissent. Raro contingit semel ferire carnifici, quamuis componat ipse ceruicem, & exercitata manus homicidium nouissime uelut quoddam genus artis exercet. Sic ergo librauit manum cæcus, ut ipsam protinus feriret animam? Ego mehercule etiam illud admiror, quòd cum

cum patrem uellet, non nouercam percussit. Præter animum nihil uirium habet parricidæ primus ictus: ille trepidat, ille cogitat, ille erubescit, ille est ab innocentia proximus, ille præstat hoc solum, ut sequens fortius feriat. Interrogare nunc uolo quæ iuueni causa fuerit, ut reliquerit gladium. Scilicet noluit Nouercam suam infamari. Abstulit sibi omnem defensionem, & se parricidam confessus est. ferrum in uulnere reliquit. Si nondum occisum putabat, iterum feriret. Si iam perfectum nefas intelligebat, auferret indicium. Sed quid ego rem manifestissimam colligo? Si uultis Iudices scire à quo sit gladius relictus, cogitate cui expedierit ut inueniretur. Sed paries usque ad cubiculum priuigni uestigio manus cruentatus est. Cogitate Iudices ante omnia, non esse incallidum hominem, neque consilij iacentis, qui cæcus explicare conetur facinus etiam oculis difficile. Ille ergo non existimat, cum manum cruentam parieti applicat, uestigium à se parricidij sui relinquat? cum dexteram qua duce utebatur, uestie tergere, atque ita abire sine uestigio posset, totũ parietem cruentabat, & ubique aliquid de patre misero relinquebat? Quid futurũ esset postero die, quantã expectaret inuidiam ad lucem, non cogitabat: sed disponebat indicium certũ, indubitatũ, sine errore, quod Nouerca sequeretur usq; ad cubiculum suũ, usque ad limen ipsum? O admirabilem casum, nec eruor antè defecit? Vtar hoc loco natura ipsius rei. Palmatus sanguine paries inuentus sic est, totam manum explicuit, omnes digitos diligẽter expressit. Totũ ergo sanguinẽ consumeret intra prima uestigia. Pone enim manum cruentatam, atque adeo (ut istis etiã blandiar) madentẽ: pone mensuram itineris, spacium parietis: diu enim in secretam domus partem reuertendum est: debet proxima pars à cubiculo patris habere plurimum

sang

Universidad de Deusto Biblioteca

ſanguinis, ſequens minus, tertia minimum, ultima nihil. Nam
cruor quoties admotus eſt, tranſit, aut in manu tardè reptan-
tis areſcit. Hoc quid eſſe dicamus, quòd circa cubiculum utrũ-
que ſanguinis iſtius ueſtigium quaſi incipit? hinc eſt paries
palmatus, & illinc? Quomodo pertulit manus quod relin-
quebat? Nouerca iſtud, Nouerca ſecuris compoſuit oculis: il-
la miſerum dextera ſanguinem tulit, & manum ſubinde re-
nouauit. Palmatus paries habet diſtantiam, uacat aliquid lo-
ci, integrum ubique ueſtigium eſt, Cæcus manus traxiſſet.
Quæro nunc, unde tantum ſanguinis in manu? Tunc enim
ex omni uulnere cruor profluit & effunditur, cum ferri re-
centem uiam ſequitur. At quoties eodem quo factum eſt clu-
ditur telo, latet tota mortis inuidia. Præterea cum manus ex
parte qua palmare ueſtigium poteſt, plicetur in capulo, & ſe
dum telo occupat claudat, neceſſe eſt exteriore ut parte re-
ſperſa ſit. Tuus autem qui palmatus eſt paries, ueſtigium eius
partis oſtendit, ad quam cruor peruenire non potuit. Ve-
ſtrum eſt nunc omnia iſta comparare, perpendere. Cur pru-
dentior ſit iudex in deprehendendo ſcelere, quàm reus in ad-
mittendo, hoc eſſe in cauſſa puto, quòd alter tantum pro ſe
cogitat, alter pro parte utraque. Tuitus ſum adoleſcentis mi-
ſerrimi cauſſam, nunc inſpicere uolo quanto certioribus ar-
gumentis Nouerca teneatur. Tranſeo illum uulgarem & o-
mnibus notum de comparatione perſonarum locum. Alius
diceret, maritum & uxorem, niſi liberis initiarentur, non for-
tiſſimis corporum uinculis inhærere. Ego illud potius dicam.
Decepta eſt mulier expectatio tua. Veneras quaſi in uacuam
domũ, & ſine hærede. Expectaueras ut infelix iſte iuuenis ab
ipſis protinus nuptiarũ tuarũ expelleretur auſpicijs, extorrẽ
& inopẽ ſummoueret pater blando corruptus amplexu, &
omnino ſummam calamitatem corporis occurrere delicatis
uxoris

uxoris occulis uetaret. Inueniſti pium & deuotũ unico ſenem,
& de omnibus coniugis tui deſperaſti ob id affectibus. Mi-
ſerrimus eſt maritus quiſquis inducit filio Nouercam, quòd
uxori non uidetur poſſe utrunque amare. Quæro igitur ante
omnia, ubi occiſus eſt maritus? In cubiculo ſuo. hoc paulò an-
tè priuigno defendendum non fuit. Occiſus eſt in cubiculo ſe-
nex. Ita ille percuſſor non timuit uxorem? Audio ſecretum
nuptiarum, & matrimonialis lectuli ſolitudinem occiſurum
intrare. Quem quæram? ubi relinquitur maritus ab uxore
innocens? Noctem autem ad ſcelus quis elegit? Nox tuum
tempus eſt, quid ſi accedit huic etiam ſceleris occaſio? Non ue-
nire debet ad ſecretam domus partem, nec tota tibi penatium
ſacra peragenda ſunt. Tu non cogitas quemadmodum ſuſpen-
ſa manu ſonantem blandè cardinem flectas. Iaces ſecundum
occaſionem, & expeditum tibi in proximo facinus eſt. Non
times, ne quis deprehendat. Ipſi quoq; ſeruuli longius quieſ-
cunt: & præſtatur grãde ſecretum genio loci. Tibíque ferire
cum uelis, ſcire an dormiat licet. Nox & ferrum, & ſecurus
maritus, quidnam iſto delicatius ſcelere? Occiſum eſſe miſe-
rum ſenem cum tu uolueris ſcimus. Quomodo tamen, inquit,
gladius peruenit in meam poteſtatem, qui priuigni fuit? Hæ-
remus, hic difficilis expugnandus eſt locus. Quis credet mi-
hi ſi dixero, Gladiũ Cæcus ille perdidit, perpetua nocte clau-
ſæ genæ non cuſtodierunt? Fingere nimirum ad tempus ui-
debor, & rem nimium manifeſtam impudenter complorare.
Scilicet ſemper iſti appoſita capulo manus, & diebus ac nocti
bus curæ. Nolo tanquam callido glorieris ingenio, non dece-
piſti trucem horridumq; latronem: noſtri tibi occaſionẽ præ-
buere mores. Nam quòd uno ictu occiſus eſt ſenex, ad te ſu-
ſpicio magis reſpicit. Tu præparare corpus illud ad ictus po-
tes, dũ uideris amplecti. Tu blãda manu prætẽtare pectus, ubi
aſſiduo

Universidad de Deusto
Biblioteca

aßiduo uiſceris pulſu non quieſcat anima,ubi ſtatim mors ſit, ubi de ſpiritu ſanguinis ictum explorare antè & cognoſcere licet.Poteſt & uno ictu mulier occidere. Venio nunc ad ueſtigia parietis cruentati, quibus te ſatis abundéq; preßimus dum adoleſcentem defendimus.Hæc ſunt tamen quæ contra te reſeruata ſunt.Cum maritus tuus in cubiculo occideretur, ſciebas nullum tibi relictum patrocinium,niſi aliquid cæcitati ſimile feciſſes:ideóq; ſanguinem in illam partem induxiſti, in quam quæri uolebas,ut poſtero die omnis inuidia, ſanguinis notas & ueſtigia præparata ſequeretur, Infámas cæcum,conſilium ex calamitate ſumpſiſti.Sciebas illum non aliter,ſi dux defeciſſet,ingredi poſſe,quàm ſi ueſtigia parietis perpetuitate dirigeret. Simulaſti itaque cæcitatem, & ne quid ſceleri impio deeſſet,mariti tui cruore luſiſti. Omnia tibi compoſita atque ſimulata ſunt per ocium & ſecuritatem, tanquam ſcelus tranſferretur ingenio. Nunc enim tu innocens,quia priuigni gladius in uulnere,quia paries cruentatus.hoc ſufficere utrunque indicio putabas? Quàm facili momento cauſſæ fata uertuntur!quòd feciſſe etiam is ſcelus frequenter inuentus eſt,qui obijciebat.Sed cauſſas, inquit,parricidij iſte habuit, quem iratus pater in ſecretam domus partem relegauerat. Mulier,illa forſitan ignominia felicioris uideretur eſſe priuigni. Cæcitatis beneficium eſt,cum illi ſecretum datur. O præclaram ſenis optimi ſingularémque pietatem!quàm blande ille ſepoſuit miſerum ſuum!quàm diligenter uxoris gaudentis excluſit oculos?quàm multo cæcum pudore donauit? Si felicior,inquit,eſſem pater, ego tibi potius cederem domo tota. Nunc miſer illam occupa partem,in qua nemo te uideat,in quam ſolus ego ueniam. ſint circa te ſeruuli fideles,non gemitus tuos audiat quiſquam,non flebili mœrore paſcatur. Nihil eſt quod te ſolicuet conuerſatione noſtri.

Secre

Secretum quod cæcitati præſtatur, ideo præſtatur, ut minus oculi deſiderentur.Aliquis odit filium cæcum,& hac tantum ultione contentus eſt,ut illi aßignet quietam,& ſepoſitam,& meliorem domus partem? Ita ais,ego ſic intelligebam, quaſi abdicaret,quaſi expelleret.Iratus igitur ſenex tenet iuuenem ſuum uelut interiore complexu, & à limine obſtat? Rogo, quòd duos ſeparat media domo,te integram, ſanam illum infelicem, cæcum, contumeliæ opportunum, iniuriæ facilem, utrum filio iraſcitur,an uxori? Nolo,inquit, iuuenis utaris amœna domus parte.ne hæc quæ nitidioribus tectis elaborata ſunt,pertineant ad oculos tuos. Quis tam ſtulte iraſcitur cæco,ut putet illius intereſſe ubi habitare iubeatur? Te potius ille ſubmouet,tuis inuidiam facit oculis.tibi dicit, Sufficiat, ſatis eſt,habes maiorem domus partem.abſentem puta, miſero in paternis ædibus aliquem angulum relinque. Pater qui filio ſub Nouerca aßignat ſecretam domus partem,confitetur uxori ſe abdicare non poſſe. Tranſit ad aliud genus defenſionis, Sibi cauſſam cædis non fuiſſe, cum hic hæres inuentus ſit omnium bonorum. Quis enim alius eſſe debeat,ut huic properandum fuerit ad hæreditatem? Filius ſcriptus non timet pœnitentiam teſtamenti. Omnium bonorum hæres relictus eſt. Non ergo iraſcebatur pater cum daret ſecretam domus partem. Non poſſunt tibi diuerſa prodeſſe, eadem obijceres reo ſi exheredatus eſſet. Elige utrũ uoles. Si ſciuit ſe eſſe hæredem,amare magis patrẽ debuit:ſi ignorauit,nõ habuit quod ſperaret ex morte patris. Reliquũ eſt ut intueamur, ille qui periit,ab utro magis ueſtrum deſideretur.Te opinor hic grauius afficit dolor,impatiẽtius hic luctus exanimat,tuq; obſolet am protinus nubem,& tẽpori accommodata lugubria flammeo reuertente mutabis:hic uerò inuenis, qui ſi fortunæ ſuæ mala cum præteritis cõparet,cæcus cœpit eſſe nunc primum:

quid

*quid non miser in hoc sene perdidit? uiuebat illi magna pietas, aderant quocunque iusserat de facie patris oculi. non illudere infelicibus tenebris contumaces seruuli poterant, nec (quod extremum contumeliarum genus est) ut dominum ageret rogabant. Nunc quanta dij boni ludibria sunt iucunda? Iunxere se pariter cæcitas & solitudo. Quid tibi nunc miserrime adolescens hæreditas prodest, quam tantum audis? quid enim circa te pecunia potest? quæ fruendi uoluptates? quid aliud quàm spoliorum facilis occasio? Quàm bene ista omnia paterni oculi custodiebant? quàm facilè decipi, quàm facilè denudari, quàm sine labore falli potes? quàm citò inops fieri? Morte patris exhæredatus es. Quid nunc tibi nisi perpetuus imminet mœror, & execratio uitæ? Miser post omnia & lacrymas perdidit, nec dolentem adiuuant oculi. Incipit apud te gladius habere quod agat. Quærit, ecce quærit miser ferrum. Nunc, inquit, huc reddite illud, innocens dors

runt aduersus hanc debilitatem probationes. Cæcus in parricidio non debet suspectus fieri, sed deprehendi. Quæso itaq; Iudices ut hæc prima propter causam iuuenis putetis, quæ contra illum nuda sunt. Nihil magis debet esse pro Cæco, quàm quòd aduersus illum fuerunt multa fingenda. Et constat de pietate, de innocentia hominis, qui expugnandus fuit parricidij similitudine. Congesta sunt aduersus miseram debilitatem ferrum, cruor, uenenum, & quicquid nõ potest esse negligentiæ, nisi nescientis. Nemo Iudices, nemo diligentior debet esse ad facinus, quàm qui parricidium potuit facere Cæcus. Iuuenis iste de quo summa in rebus humanis monstra finguntur, eius fuit erga parentes semper affectus, quem nefas est optare de liberis. Cum domus ignium septa uiolentia rapuisset miseris senibus omne præsidium, illa festinatione qua fugimus, erumpimus, in medium cucurrit incendium. In quanto tunc periculo fuit rerum naturæ pietas? Dum diu multumq; attonitus hæret, dum ad utrunque respicit, ad utrunq; discurrit, penè infelicissimos parentes perdidit pientis æqualitas. Vt demum miserrimos senes eluserat iam propior ignis (audiat licet inimica pietas) patrem iuuenis elegit, & de pariter ardentibus uices disposuit affectus. Vixdum posito sene, cum illum quoque miraremur explicitum, iterum' flammas aperuit, & undique coëuntis incendij redditus globis arserat iuuenis, si tardius perdidisset oculos. Facinus est existimare Iudices, non hoc quoque maximis contigisse conatibus, ut seruaretur & mater. Minus tamen in utroque fecerat, nisi perdidisset oculos. Viderint qui filium in eo magis parente mirantur, in cuius salutem faciem multusq; consumpsit. Patri præstitit cæcitatem, qui amisit oculos, dum repetit quam reliquerat matrem. Non expectatis, certum habeo Iudices, ut excusem quòd pater induxit Cæco Nouercam. Factum

ctum est eo tempore, quo constabat patrem filio senem soluendo non esse. Contenderim quinimmo iuuenis fuisse consilium, ut pater cui matrimonium filiumq; abstulerat incendium, residua senectutis alia solaretur uxore: & ut domus quæ Cæcum tantum habebat & senem, acciperet ex coniugio ministeria custodita. Facinus est Iudices, quòd bonos priuignos Nouercæ facilius decipiunt, nec leuius oderunt. Quàm multis insidijs, quam multis artibus patet cæcitas innocẽtis! Mulier cui spem inuadendæ hæreditatis præstabat debilitas priuigni, senectus mariti, intellexit hoc solum deesse sceleris occasioni, ut prius infamaretur parricidij Cæcus. Viso igitur hoc, quòd sibi iuuenis non uidebatur esse priuignus, uenenum quod in miseri sinu abdiderat, deprehensura, nuncianit patri, tanquam parricidium pararetur. Et quia mendacium poterat facilè nudari siquem conscium nominasset, totam delationem sic ordinauit, ut sibi crederetur promissam dimidiam partem bonorum, si uenenum sem uoluisset ipsa porrigere. Videtis Iudices, qua præparatione Nouerca ad testamentum patris accesserit. Mulierem quã credit maritus noluisse partem bonorum accipere pro scelere, necesse est sic remuneret, ut faciat hæredem. O quanto aliter probaretur parricidium, quod iam potest deprehendi! Mulier quæ se dicebat in conscientiam sceleris admissam non hoc primũ exegit à patre, ut quæreret quis parasset Cæco uenenum, quis dedisset: unde maximum sciebat posse fieri quæstionis errorem, instituit ut innocentissimus iuuenis interrogaretur repente, subitò infamatura uelut deprehensi trepidationem, seu tacuisset Cæcus, seu negasset. Adductus ad filium senex dixit iuueni quicquid audierat. Nunquam Iudices tam simplicis innocentiæ fuit facinus negare. Non esset cuius iuuenis coram ea muliere mentiri, quæ prodidit & scijt ubi esset uenenũ. Vt uerò sensit

infelix instantem Noueream, postulantemq; ut sinus iuuenis exquireretur, tunc uerò attonitus, hærens, & tota malorum suorum cogitatione confusus, intellexit hoc, argumentum eius esse quæ parasset ut posset deprehendi. Igitur propere, festinanter omnia membra pertractans, & mersis in sinum manibus, dum cuncta suspicionibus, dum tactu iuuenis explorat, uenenum primus inuenit. Laudo Iudices innocentiam silentij, laudo fiduciam, quòd interrogatus cui paresset, non putauit sibi defendendum uenenum. Rem quinimmo fecit eius qui sciret patrem non creditурum, & (quæ maxima est innocentiæ contumacia) persuasionem senis nulla uoluit excusatione corrumpere. Non fuit illud trepidatio, non tacita confessio. Quisquis habet uenenum, habet & quod respondeat deprehensus. Fecit post hæc senex rem hominis quem non mouisset quicquid inuenerat. Non torsit ministeria Cæci, & de scelere in quo solus nocens esse parricida non poterat, non explicuit ordinem quæstionis, sed, quod plus est quàm absoluere, remisit iuueni defensionem. Vtrum deinde intellectis deterrimæ mulieris insidijs, filiũ paulisper uoluerit exhæredatione protegere, & diligentius de patrimonio suo deliberaturus, interim capiuerit ut uideretur mulieris cupiditati iam non obstare priuignus, an facillimum fuerit ut exhæredationem quoq; impetraret Noverca Cæci ab homine cui tam multa persuaserat: cogitationibus uestris relinquo. Hoc tantum dixisse contentus sum, Testamentum continuò mutauit. Et ne quis miretur hanc festinationem, statim subsequutum est ut periret. An interfuerit Iudices iuuenis huius, ut uiueret pater, qui iam alio moriebatur hærede, uos æstimabitis. Certè non interfuit ut occideretur. Facinus Iudices quod illa nocte in cubiculo Novercæ, quod in lectulo factũ est, domus tota persensit. Nemo non sibi uisus est iuxtà fiisse. Exciari sola Noverca

non

non potuit illo in loco unde uenerat fragor. Concurrit familia quò solicitos atque trepidantes ducebat strepitus, quem sequebantur. Inuenerunt senem occisum, Novercam iuxta cadauer sic iacentem, ne statim possent interrogare quis occidisset. Nunciatum est deinde facinus & Cæco. Inuentus est (quod innocentiæ sufficit) non à scelere rediens, stans in limine cubiculi sui animo quo discurrebant uidentes. Vt deinde ferrum iuuenis inquireretur, exegit eadem utique quæ postulauerat de ueneno. Quòd in lectulo gladius cruentatus inuentus est, non deprecor Iudices, quin contra cæcitatem non minus argumentum putetis, quàm quòd inueniri potuit uenenum in paricidij suspicione. Gladius cruentatus nouissima probatio debet esse, non sola. Ignoscite malorum periculorum metus, ignoscite humana discrimina. Defensionem iuuenis primum lacrymis genitúque prosequimur. Perdidit infelix patrem, perdidit & cæcitas illum senem, cuius oscula, cuius amplexum imponebat uulneribus oculorum, cui præstabat Cæcus ut uiueret. Misera ignorantia, misera debilitas, quòd te Noverca nõ sic potius decipere maluit, ut biberes uenenum. Facinus est Iudices comparationem fieri, ut incredibile sit parricidium. Idem uos putatis efficere noctium merita, & affectus oscula blanditijsq; quæsitos, quod nataliũ pignoriũq; reuerẽtias? Nullas ego facilius perire crediderim, quàm corporũ charitates. Et licet matrimonijs paulatim reuerẽtia grauitatis accedat, possint tamen distrahi facilitate qua coëunt. Vxor est, quam iungit, quam diducit utilitas: cuius hæc sola reuerentia est, quòd uidetur inuenta causa liberorum. Aspicimus matrimoniorum singula momenta rixantia: mutant quotidie domos, & per amplexus lectulosq; discurrunt. Placet etiam post liberos alius maritus: & unde deprehendas omnium scelerũ facilitatem, possunt non amare uiuẽtes. Quid si

huic uxoriæ utilitati nouercale nomen adiungas? Mulieri quæ
post liberos inducetur, matrimonij non continget tota reue-
rentia. Quãto altos præstat affectus, diligere uitæ lucisq; au-
thorem? Liberi ac parentis non alius mihi uidetur affectus,
quàm quo rerum natura, quo mũdus ipse cõstrictus est. Quis-
quam ne mortaliũ confodiet illud sacrũ uenerãdumq; corpus,
quod potest ex ignibus rapi? pro quo bene cõsumuntur oculi?
Non inuenio Iudices, quemadmodum possit esse cõtra liberos
salua reuerẽtia. Non est difficile ut mariti uxor occidat, si nõ
est difficilius ut filius patrẽ. Non est Iudices quòd putetis inter
mulierem & uirum de scelere quæri: neq; est quòd se Nouer-
ca sexus occasione tueatur. Maior est cæcitatis infirmitas. Sũt
& fœminis ad scelera uires, cum habent causſas uirorum.
Quintimo si interroges, facilius hæc pectora metus, odiũ, ira
corrũpunt: & quoniam non habẽt roboris tantum, unde uitia

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt, oculi, per quos paupertatem ferre non possumus: oculi tota nostra luxuria. Hi nos in omnia quotidie uitia præcipitant, mirantur, adamant, concupiscunt. Facilius impleas animi satietatem. Quò per fidem diuitias iuueni, apud quem omnium rerum diuersitas periit? Circundes licet hanc debilitatem fulgore, diuitijs: cæco tamen tunc magis cuncta desunt, cum contigerunt: nec inuenias debilitatem cui magis cum paupertate conueniat. Homo in honorem parentum excæcatus, patrimonio sub patre melius utetur. Et quod per fidem parricidij genus iuuenis elegit? Venenum, inquit, parauit. Cur per fidem, si sufficit ferro, sicinus aggreditur, cui adhibere conscium, cui præstare debeat ministrũ, cum maius habere possit in gladio parricida secretum? An postea iuueni succurrit quid possent facere manus, & se circa uenenum deprehensa debilitas collegit in uires? Nemo Iudices, nemo nescit quemadmodum possit occidere. Intellexit Iudices Nouerca quàm incredibile esset ut uideretur cæcus parasse uenenum. Igitur adiecit tentatum se ut illud ipsa porrigeret. Date per fidem Iudices operã, inuenire uerba. secretò priuignus & Nouerca de parricidio loquuntur. Ita se non putat uterq; tentari? Quid cogitatis, quid dicitis Iudices? Nullam'ne in tota domo quod corrũperet aliud parricida pectus inuenit? Difficilius hoc credas Nouercæ, si te à nullo alio putes impetraturum. Non ergo iuuenis credit hoc omnes loqui cum patre? omnium blãditiarũ primum esse sermonem? Nouercam timeas negãtem. Non habet fidem, et credere parricidium, quem scias proditurum nisi impetraueris. Per fidem Iudices, diligenter attendite criminis diuersitatem. Tentatam se in parricidij conscientia mulier affirmat. Quis uerò dubitet, nunquã hoc priuignũ fuisse facturũ, si habere conscium potuisset alium? Atqui uenenum tam parauit, emit. Et cum hoc ipse facere nõ potuerit Cæcus, quis est iste

iste cui parricidij tantum instrumenta creduntur? Cur non idem porrigit seni? uel si non potest decipi maritus nisi manibus uxoris, cur antè parricidium struitur, quàm sciat an Nouerca promittat? Nam quòd uult uideri promissam sibi partem bonorum, non est argumentum, nisi & ipsum probetur. Mulier quæ solicitatur ad facinus, quemadmodum sibi consulit ne illam parricida decipiat? Et probationes prospicere debuit, seu factura quod rogabatur, seu proditura. Adde quòd neque odit Nouercam Cæcus, cui parricidium credit: neque hæreditate corrumpitur, cuius contentus est parte dimidia. Nemo Iudices parricidium faciet, quo alius utatur. Exigo igitur ut istud parricidium Cæci, tu socia, tu conscia manifestius probes. Quid opus est ut iam uenenum iuuenis habeat? potius sermonibus uestris interpone testes, fac coram seruis loquatur, fac interstint amici, fac audiat pater. Facillimum est Cæci decipere secretum. Vtere mulier homine qui se commisit oculis tuis. Vtere uerbis, quæ regis manibus, quæ moues. Volo uenenum ipse proferat, ipse porrigat. uolo te rursus in facinus hortetur, uolo plura promittat. Parricidium Cæci deprehendi potest, dum tibi fatetur. Sed, inquit, inuentus est tenens uenenum. Exiguum argumentum Nouerca de magna facilitate feci sti. Non accusas Cæcum, sed ostendis. Homo expositus ad omnem occasionem, ad omne ludibrium, quem tactus, quem proxima quæque decipiunt, quid refert quid in sinu habeat? ille quem deprehendere possis, qualem relinquas? A quo modò Nouerca digressa est, cuius ordinauit uestes, tetigit sinus, membra composuit, uenenum potest habere sic ut nesciat, potest sic, ut aliud putet. Si mehercule uolueris, tenebit palàm: si iusseris, accipiet coram seruis, coram amicis: & si uenenum non dices, hauriet, bibet. Nullo magis Iudices argumento potest innocentia cæcitatis intelligi, quã quòd

uidetur iuuenis deprehensus. Si parricida est, & exquiritur hanc saltem sibi præstabit dissimulationem, ne teneat uenenũ. Neminem Iudices credo mirari, quòd iuuenis interrogatus cui parasset, uerba non habuit. Non fuit illud patris indignatio, non fuit dolor, uenenum iuuenis expauit. Auferunt nobis uocem, quæ fieri posse non credimus, & silentium est admiratio subita miserorum. Nescit tacere deprehensorum scelerũ trepidatio: & statim respondet illa cum suo sibi scelere parata defensio. Tacere facilius est deceptis, quàm deprehensis. Quid per fidem facere uultis iuuenem, quem de parricidio consulit pater ille seruatus? Miror hercule non dixisse, Volui, fum ueneficus, fum parricida. & inuidiam putarem si cõfessus esset. Bene quidem quòd nescit iuuenis quemadmodum parricidium neget, neque habet illa deprehensorum multa uerba. Venenum quod tenet Cæcus, ipsius est, si illud excuset. Sed, inquit, exhæredatus est à patre. Poteram Iudices secretũ hoc senis profundumq; uocare consilium, contra iuuenem tamen esse non debet, etiam ut de parricidio crediderit Nouercæ. Notum hoc iudices ac uulgare facimus est, quòd plerunque contra liberos amantur uxores, & sequentium matrimoniorum non aliunde quàm de damno pietatis affectus est. Genus infirmissimæ seruitutis est senex maritus, & uxoriæ charitatis ardorem flagrantius frigidis concipimus affectibus. Quid quòd necesse est impatientius amet maritus uxorem, qui sibi uidetur filium iam perdidisse? Facillimum est de cæco parricidium credere, cum hucusque erraueris, ut inquireres. Volo scire Iudices, quid fecerit homo senex, qui parricidam filium sciat. Non culeum parat, non illud porrigit uenenum, non saltem abdicatione dimittit: testamentũ tantummodo mutat, & parricida sola paupertate punitur. Rogo, quis præcipitat? urget? adeóne no potest fieri idẽ postero die? grauius hoc faciet pater,

pater, si nõ præstiterit uxori. Quid quòd hoc ipsum tam placidè, tam quietè facit, quasi captet imponere? Quid dicitis miserorum parentum affectus? Exhæredaturus filium pater, nõ aduocat propinquos, non contrahit amicos, nullis lacrymis tabulæ, nulla uociferatione complentur? Nescis senex, quanta tibi opus sit ratione tabularum: exhæredas miserabilẽ parricidam. Non est Iudices quod putetis ideo nullum adiectum ad exhæredationem iuuenis elogium, quia de scelere constaret. Nemo unquam ideo non obiecit filio parricidium, quia crederetur. Per fidem Iudices, duorum inter quos de scelere quæritur, æstimemus mutato testamento proximã noctem. Iuuenis, seu innocens, seu parricida est, adhuc in suo silentio stupet: nec facilè dixerim, unde maior trepidatio, si alienum tenuit, an suum uenenũ. Nouerca rem inter manus habet anxiam, trepidã. Nihil est difficilius quàm differre gaudium, quod scias te non mereri: & filio se esse prælatam, non est longa persuasio. Expectat nunc ut iuuenis agat causam postero die, ut credulum senẽ propinqui, ut ciuitas uniuersa cogitet, & se Nouerca sensit unius tantum noctis hæredem. Nõ creditur testamento hominis, qui eadem nocte qua filium exhæredauit, occiditur. Tractemus nũc Iudices ipsius sceleris cõparationem. Cæcus ignorat ubi taceat senex, an iam quiescat. Et quàm difficile est ut credat illũ, qui modò de parricidio suspicatus est, dormire patrem? Tu sentis quando senem uicerit lassitudo curarum. Cæco quis renunciat quod dici noctis'ue secretum? Scis pariter an unà quiescentium fores uallauerit cura seruorum. Tu facere potes occasionẽ, uxor & domina. Cæco fortassis ad aliud limẽ errandũ est: tibi hoc solum restat, ut feriat. Cæcus necesse est quietem patris ipsa corporũ electione confundat: tu iugulum, tu potes pertractare pectus, dum amplecteris. Nobis iterum casus redit, rursus incerta tentanda sunt:

tibi

Universidad de Deusto
Biblioteca

tibi restat ut statim membra componas, ut quiescas. Non sufficiunt facinus facturo solæ cogitationes, & uix tam multa pariter scieritis oculi. Per fidem Iudices ab utro credibilius est occisum senem? à nouerca, quæ prospexit ut alius posset esse suspectus: an à iuuene, cuius inuidia periturus erat, etiam ut illum alius occidat? Intuemini per fidem Iudices procedentē parricidam. Quos non ista uestigia frangant rumpant'que somnos? Vestigia plura semper errantium, quæ non ualent suspensis prætentatisq; gressibus librare corpus, & quia diu sunt incerta, nutātia necesse est grauius premāt solū cui crediderint. Quāto ex hoc turbæ plus accipiat necesse est illa nocturni silentij quies, quòd ambulantis cæci nec manus cessant, præmittuntur, explorant, & adesse se nunciant? Illa per quæ complexus ueniunt, non sunt in potestate cæci, quibus toto se fateatur strepitu. Quicquid occurrit, nequaquam potest euitare cæcitas nisi offensa. Vt ambulare, ut ingredi nocte possimus, dies facit. Quàm multa deinde supersunt postquā ad patrem peruentum est? Exploretur necesse est pariter iacentiū prima diuersitas, uultus, ora tractentur, detrahātur uelamenta corporibus, quæratur uulneri locus. In ex duobus neutrum excitat? Grauior semper dexteræ tractatus errantis. Paulatim deinde admouendus est pectori mucro, & nequa confundatur ignorantia nimium liber ictus, præcedat oportet gladium manus. Vnde tantum uirium cæco, ut in uno statim ictu mors tota peragatur? Incertum uulnus sit necesse est, cuius impetum non regitis oculi: nec possis custodire destinatum ferro locum, dum ad colligendum uulneris pondus, dextra redire permittitur. Vtrum deinde inuenis post uulnus unum continuo fugit? Et quemadmodum scit an facinus expleuerit? an potius expectat ut de parricidio cadauer credat? Ecce iterum per eadem incerta redeundum est, omnia rursus

peric

periculose tētanda ueniēti. Fidē uestram Iudices, ut nobis prosit argumentū criminis nostri, cæcus si nec uenire nec reuerti sine strepitu potest: neq; sic occidere potuit, ut deciperet nouercā. Te, te hoc loco mulier interrogo, quæ tā grauis quies, ut te mors tam uicina non excitet? Paruulis noctium turbamur offensis. Excitant nos exigui plerunque motus, uox incerta, longinqua, & aliquando ipsum silentium. Illorum sanè iuxta te suprema non sentias, quos senectus languoresq; dissoluunt? Hominis qui ferro occiditur, tumultuatur exitus, & simulis est repugnanti. Quid quòd necesse est nulla mors inquietior sit, quàm quæ statim tota est? Nam quòd dormiēs occisus est, non est quòd sic æstimetis, tanquam per illam quietem transierit in mortē. sit aliquid necesse est inter soporem mortemq; medium, nec potest iungi tantā diuersitas, cum sit somnus ipse pars uitæ. Non multum interest, quietem nostram ratio uitæ rumpat, an mortis. Hominem qui dormiēs occiditur, ipsa mors excitat. Sane non habuerit supremam uocem, habet utiq; palpitationes, habet motus, & quicquid totus lectulus sciat. Et quādo mulier seni tuo blandius implicita iacuisti? Siccine dormis, quæ modò turbasti totā domum? cuius priuignus parricida, miser est maritus? Ecce uitalibus ruptis in amplexus tuos effunditur cruor, & fugiens per uulnus anima agit ante se anhelitus, agit crebra suspiria. En iterum largus ille sanguis circa tuos duratur artus stringeris deficient ū rigore membrorum: non moueris, nō expaueſcis. Sed dormis per tot diuersitates? Non relinquitur quid aliud simulare possit mulier, cui necesse est iuxta eū inueniri quē occidit. Non est iudices, quòd incredibile putetis, ut quis perferat dormiētis simulationem: nihil est quod facilius humana calliditas possit imitari. Sic quidam cadauerum expressere pallorem, & contra uerbera & experimēta telorum, mortiū pertulere patientiā.

Quant

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quanto facilius est simulare rem, cuius imitationi sufficit elusisse lumina, laxasse membra, dedisse suspirijs modum, & anhelitus negligenter egisse? Inter dormientem simulantémque non est nisi conscientia. Nam quòd ad tot uestigia, tot manus, tot proclamationes in eodem tenore durauit, nolite mirari: facilius excites dormientem. Et hæc est omnium natura rerum, ne quid diutius perferas, quàm quod imitaris. Simulare somnũ habet & hanc facilitatẽ, quòd uidetur similis excitato, qui deprehensus est. Quid hoc esse uis mulier, quòd te non excitat res qua domus tota turbatur? Illam seruilis negligentiæ quietem, illos sine curis, sine affectibus somnos, illos qui non statim primo timore prosiliunt, fragor noctis agitauit. Quantus deinde fremitus discurrentium tota domo? Prima sunt cuigilantium præsidia clamores, nec potest quieta res esse noctis auxilium. Minore strepitu cõmota es cum excitareris. Ecce cubiculi uestri fores trepidæ festinationis effringuntur impulsu: en lumen super lectulam ingerunt multæ manus, & ad prostratorum corporum similitudinem cubiculum gemitu, uociferatione completur. Tu iaces, & in cadaueris similitudinem usq; resoluta es. Hoc tu quietem putas esse? Patientia est. Vestræ Iudices æstimandum relinquo prudentiæ, strepitũ quem in cubiculo senis fuisse confessi sunt qui illo potissimum cõcurrerunt, utrũ putetis factum colluctatione morientis, an à peracta cæde referentis gladium mulieris fuisse discursum? An hoc quoq; inter artes nouercæ, ut omnibus sceleris sui partibus sensum quieteq; dispositis, ipsa ad excitandam familiam fecerit strepitum, cui hoc solũ supererat, ut sic inueniretur? Fragor quo familia excitata est, si redeuntis cæci fuit, deprehensus iuuenis esset antequam gladium referret. Vt sciatis Iudices nemunem fuisse in domo, quẽ non fragor ille confuderit: cæcus quoq; inuẽtus in limine est, sicut solet ultro citroq; commeare.

Iuuen

Iuuenis si inter suum patrisq; cubiculum facilè discurrit, quid adhuc in limine facit? Euasit, effugit, gladium iam reposuit. Et quanto facilius est cæco simulare somnos, uultum quietis imitari? Quod per fidem maius subitæ confusionis argumentum est, quã quòd cæcus exiluit, & stetit? Grauius necesse est expauescant, quibus de solitudine sua non renunciant oculi: & quorum conclusus animus non exit in uisus, non habet unde timori suo par sit. Deprehensus est iuuenis ubi illum destituerat impetus timoris. Potest negligere cæcitas in cubiculo suo ducem in quo dies omnes eunctusq; noctes agit iter, quod iam multis offensis, multis edidicit erroribus. Extra limen cæcitas est, inde error, inde tenebræ. Nihil est innocentius cæco, qui nec in scelere deprehensus est, nec in dissimulatione. Proclamat hoc loco iuuenis. Vt primùm, inquit, mi pater, fragor me domus, & uelut tui confudere gemitus, iterum tanquam te rapturus exiliui. Tunc primũ miser sensi tacinus cæcitatis: steti, donec mihi renũciaueris occisus, & in illa discurrentiũ trepidatione tenui miser ocium timoris. O si numẽ aliquod paulisper accommodasset oculos, primus in cubiculũ intrassem patris, inuenissem fortassis adhuc aliqua uerba morientis, loqui & interrogare potuissem. Tarda & trepida sunt officia seruorũ. Ego te deprehẽdissem Nouerca uigilantem. Sed, inquit, gladius cæci cruẽtatus inuentus est. Nõ est Iudices excitatis audacia de parricidio referre gladiũ: & homo cuius pauloante exquisiti sunt sinus, nõ referret in cubiculum suum ferrum, quod nõ tegere posset, nõ abscondere, & tamẽ cruentatũ sciat. Quis hãc Iudices impudẽtiã ferat? Negat cæco surripi potuisse gladium mulier, quæ se quiete defendit. Et quanto facilius est somnos excipere miserorum? Grauior est quies, quibus ex lassitudine calamitatũ uenit. Cæco uerò facile est, etiam uigilãti surripere gladiũ. Quemadmodum autem

parat

paratur argumentum? Quædam facere non potest negligentia, & facilius est ut cæcitatem imitentur oculi gladium cruentatum reponentes. Has tantum causſas habet qui occidit alienо. Sentio Iudices iamdudũ indignari miſerrimũ iuuenẽ, quòd argumentis, quòd probatione defenditur, reddenda ſunt maximo uirorum patrocinia tam piæ cæcitatis, & agenda reliqua pars cauſſæ admiratione. Intueri mihi Iudices uideor expeditionis illius incredibilem nouamq; faciem. Vadit rapto patre iuuenis per ardentes creſcentesq; flammas. Dicturum me putatis, ut euadat, ut fugiat? Properat miſer, ut reuertatur. Ecce membra contactu ſtringuntur ignium: Pater tamen toto cooperitur amplexu, & ardentibus tunc quoq; penè luminibus, texerunt manus alterius oculos. Hoc me nunc putatis ſtupere, mirari, quòd huic iuuenis oneri per medios ignium globos & ruentia tecta ſuffecit? Illud eſt cui uix habere poſſit mortalitas fidem. Viſus eſt ſibi feciſſe rem facilem. Quanta diſcæq; pietatis audacia eſt, ire rurſus in flammas, illò ubi patrem penè perdideris? Iam non erat illud penetrale, iam non erat domus, ubiq; tamen iuueni uidebatur ardere mater. Iam miſer undique flagrantibus membris, cum diſcurrentem cluſiſſet ignis, quod ſolũ ſupererat uirium genus, matrem quærebat oculis. Non fuit illud primum ignium, perire lumina candentia, non protexerunt flagrantem ſua membra faciem, & oculi quærentibus matrem manibus arſerunt. Rurſus infelix totum tactu perluſtrat incendium, & unde maximus eſt collabentium culminum fragor, illò debilitas tanquam inuentura reuocatur. Solus omnium ſeruatus eſt beneficio cæcitatis. Protrahatur Iudices, ſi uidetur, in medium reus. plurimum probationibus adijcere debẽt truces uultus, terribilis minaxq; facies. Hic eſt Iudices qui dicitur tota nocte diſcurriſſe. Hic ille circunſpectus, hic ille felix parricida. Receſſerunt cunc

cuncta debilitatis officia, & hominis qui circum genua ueſtra ducendus eſt, non eſt qui dirigat greſſus, non ſeruuli ſuperſunt, non penates. Reſpondete per fidem, reſpõdete mortales, utrum hic patrem occidit, an perdidit? Quid agis infeliciſſime iuuenis? Rogandũ eſt, neq; habes totas preces. perit ille ueſter ambitus, ueſtra miſeratio: ſed nefas eſt ut reatus iſte ſentiat debilitatis aduerſa. Nos agedum iuuenis duc, immo noſtris humeris, noſtris manibus innitere: nos tibi preces, nos accommodamus oculos. Quid aduerſaris infelix? Quid repugnas? Scimus te non rogare pro uita, ſed dura miſer, dura. ſaltem uiue dum uincas. decet te hic quoque uirtutum tuarum cumulus, decet ut digneris moriturus abſolui.

MILES MARIANVS.

DECLAM. III.

ARGVMENTVM.

Bello Cimbrico miles Marianus Tribunum ſtuprum ſibi inferre conantem, propinquum Marij occidit. Reus eſt cædis apud imperatorem.

Pro Milite contra Tribunum.

SATIS dedecoris atq; flagitij caſtra ceperunt, cum hæc furenti Tribuno mens ſubiecta eſt, ut in medio belli Cimbrici ſtrepitu, ante ſigna (tuis honor ſit habitus ſanctiſſimis auribus) iuberet proſtare gladio cinctum, & uim turpiſſimam ac nefariã tentaret inferre (ne quid aliud dicam) fortiori. Habet æternam labes illa memoriam, & in exemplũ, in quod facillime uitia proficiunt, noua culpa pernotuit. Et licet impunita ſit reo uirtus ſua, tamẽ in hoc ruẽtis in deteriora ſeculi curſu, affirmo, plures erunt qui Tribunũ imitẽtur, quàm

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui Militem. Etsi nihil minus conuenire uidetur partibus aduocati, summe Imperator, quàm reo capite periclitāti subsidiū miserationis auferre: memor tamen pro quo, & apud quem loquar, audacter, at q; ut spero, tutò profitebor, Militem tuum, quicquid asserat casus hodie, sub ipso fortunæ nunantis ictu stare securum. Aut enim absolues tanquam innocentē, aut punies tanquam uirum. Fas est uita periclitari, qui natum se meminit lege pereundi. Neq; in militiā grauissimo asperrimoq; bello ita uenit, ut nesciret sibi mortem in procinctu habendā: neq; est tam imbellis, ut non forti pectore aduersa, dum non inhonesta, toleret. Affirmo tibi C. Mari, non sic nuper repugnasset, si illum Tribunus uoluisset occidere. Neq; ignorauit quæ mancrent eum pericula, cum obscœnos furiosi corruptoris amplexus gladio diuelleret. Nec habeo sane quid in milite præsertim tuo laudem, si pudicus est tantū quia expedit: nec si sit uitæ cupidissimus, pœnitere eum facti sui potest. De interfectore coruptoris fortasse dubites: illud utiq; scio, de impudico Milite non deliberasses. Hunc uerò C. Mari (defendatur enim tam fortiter Miles tuus, quàm uindicatus est) nec si damnaueris, pœnitebit. Si fors ita tulerit, ibit ad pœnā pleno gradu, tā paratus mori pro pudicitia, quàm occidere: laudēq; perpetuam fortissimi pudoris secum feret. Omnis licet delatorum uis ingruat, nunquam tamen effici poterit, ut Miles tuus magis doleat quòd accusatus, quàm quòd appellatus est. Sed neque hoc Roma parens, nec signa militaria, aquilæq; uictrices, nec tua summe Imperator diuina uirtus sinat, ut tua quoque sententia quisquam uir & Romanus & Miles ninnū pudicus sit, apud quem ante principia agendum est. Ecce cum maxime hoc agitur, ut inter Romanarum legionum manipulos scorta deligere, & ad stuprū trahere sacramēto rogatos posthac liceat ex decreto tuo: nec pudet accusatorē apud C. Ma

C. Marium (quod exemplum diuinitus nobis datum uidetur, quid in homine uirtus posit) assidētibus Legatis Præfectisq;, & istis illi prodigio dissimillimis Tribunis, toto armatorum iudicio, obijcere militi quòd uir sit: tantumq; nō durum ac rusticum, sed parum meretricijs artibus queritur educatum. At ego, siqua est fides, pudicitiā in Milite etiam laudare erubesco. Fœminarum est ista uirtus. Aliter laudādus est uir fortis, idoneus bello, prōptus ad pericula, præstātis animi: libere dicam, dignior qui Tribunus esset. Hoc enim propinquo Mari non erubescerem. Pater huic emeritis bello stipendijs tū, cum tota subnixū Numidia fregimus Iugurthā, exauctoratus armis manus agresti labore subegit. Prædura priscis moribus mater, frigoribus ac solibus perusta, & in pleriscq; ruris operibus marito particeps, affirmo, quā nemo appellasset impune. His ortus ipse, procul ab omni cōtactu recesserat, puerilesquoq; annos aliquo sēper opere durādo, sequi pecora primò, arcere gregibus feras, aliquid semper audere maius annis. Ludus fuit rotare saxa, uibrare iactu fudes, saltus agitare uenatu, mox uigētibus lacertis humū scindere, segnē futuris noualibus eruere syluam. Sic effectum est, ut (quemadmodum aliqui putant) posset cito militare. Interim ex ultimo littore oceani, & diremptā frigoribus plaga, gens à rerum natura bene relegata, stolida uiribus, indomitæ feritate, insolens successu, nec minus animorum immanitate, quàm corporum, beluis suis proxima, Italiam inundauit. Nec tamen tantum ui sua, quantum luxuria socordiáque nostrorum ducum elata, dum nos in bello quoque uitia pacis sequuntur, & delicati sumus etiam miseri, uastitatem agris, solitudinem iuuentuti, periculū imperio ac propè exitium attulit: apparuitq; nūquam Populo Rom. ad propulsandam perniciem magis uiris opus fuisse. Itaque cum appareret soluta militiæ disciplina, &

non minor nobis pugna cum moribus esset, quàm cum hostibus, ad unicum C. Mari cum uirtutis tuæ, tum sanctitatis seueritatisq; præsidium confugimus. Et mehercule festinarunt parentes ad nomen liberos mittere quamuis asperrimo bello, uelut occasionem complexi, ut sub te ponere rudimenta militiæ contingeret, cernere quotidie diuinæ uirtutis exemplum, te hortatorem operum habere, te testem. Et cum hæc communis totius exercitus esset felicitas, dux Marius, tamen (ô facinus indignũ) plus reliquis consecuti uidebantur, quibus Trib. contigerat propinquus tuus. Quanta cura robora militum legeris Imperator, ut hostibus propè humanas uires excedentibus opponeres parem delectum, uel ex eo manifestum est, quòd cum scires nõ ex censu esse uirtutem, præterita facultatum contemplatione, uires tantum animosq; spectasti. Quid prodest? en quanta delectui tuo fit inuidia: diceris aduersus Cimbros puerum probasse. Sed neque te militaris ætas fefellit: cuius certissima mensura est, posse fortiter facere. Neq; illa libido fuit saltem uitijs usitata, quæ ad obscœnos Veneris impetus formæ cupidine incenditur, sed quidam perditus contumeliæ amor, ac summa flagitiorum uoluptas, inquinare honesta: hoc ipsum quòd primus ante signa procurrit, quòd ueteranos tyro præcedit, quòd redit puluere & cruore concretus, istud, istud, quòd tam uir est. Vulgaria sunt irritamẽta cupiditatis, forma, ætas: singularis res est fortis cõcubinus. Illas cicatrices, illa uulnera, illa tot eximiæ decora militiæ, quid exequar ultra? Imperator, pudet me quod intelligis. Trãseo oblatã nolenti munerũ uacationẽ, & blandius quàm militiæ disciplina postulat, adulatum militi Tribunum, imperatas asperrimas expeditiones ut remitterentur, sæpe ordinis, sæpe affinitatis tuæ iactatã gratiã. Cõfitemur C. Mari, diutius uixit obscœnus corruptor, dum ista miles non intelligit. Non audeo dicere

dicere Imperator, concipe animo temporis illius habitum, reforma cogitationes tuas: in alijs fortasse causis permittatur indignitatẽ rei oratione exaggerare, de iniuria nostra latine queri non possumus. parcendũ uerbis est, inhibẽda magna ex parte ueritas. præuaricandũ mihi est, si pudorem habeo. Collatis cũ hoste grauissimo cõminus castris, cũ totũ bellũ quodã genere ad pedem uenisset, & omnium mentes imminẽtis pugnæ cogitatio implesset, circunfremente undique barbarico ululatu, Romano militi pro uallo excubanti, meretriciam obscœnæ libidinis patientiam aliquis imperat? Suum quisque habeat fortasse iudicium: mea sententia non satis pudicus est miles, qui armatus tantum negat. Hoc expositionis loco Imperator malo accusatoribus credas. Illi narrarunt rem uiro & Romano & milite tuo dignam, tantumq; non ardorem luminum, horrorem capillorum, fremitum indignationis ante oculos dicendo posuerunt. Ad primum statim obscœnæ libidinis sermonem, non aliter quàm si in hostem classicum cecinisset, gladium illum quem à te pro pudicitia nostrarum coniugum acceperat, per pectus infandi corruptoris egit, & in latus ultra pedem. Si omnes milites tales habemus Mari, uicimus. Verebar equidẽ ne fugandi corruptoris caussa ferrum strinxisset, & (quod accidere interim solet) dum alter recessurum putat, alter percussurum non putat, tam honestum opus casus fecisset. Neque enim (ut opinor) hoc quoq; exigendum fuit, ut cum cæcus amentia corruptor per uulnera ipsa rueret ad prendendos amplexus, miles etiam gladium reduceret. Ego uerò parum uiriliter istum indignatum puto, si in tanto dolore Tribunum potuit agnoscere. ipse nihil excusat. Percussi, inquit. Gratia Marti, signisq;. Occidi, hausi noxium ultrice dextera sanguinem, siue licuit, siue non licuit. Atque utinam plures mortes cepisset, ut impurum spiritum rena-

Universidad de Deusto
Biblioteca

seens pœna torqueret. Parum seuere militarem redeuntibus supplicijs disciplinam continemus, si Tribuno post hoc factum bene cesßit quòd occisus est. Reum ergo cædis non inficiatione defendam. Viro forti præsertim & innocenti nihil facere cõuent quod negandum sit. Non abnuo crimen: immo si accusatores tacerent, ipse narrassem. Obijcite igitur, sed, ut delatores decet, totum. Verecundißimum enim militem apud sanctißimas imperatoris aures minus pudet confiteri quàm queri. Parum'ne dedecoris subimus, quòd non de honoribus fortißimi uiri quæritur? & ut longißme uota procedant, rem honestißimam miliți feciße, impune erit? Damnetur etiam, & pudicitiam supplicio pendat. Conuenite legiones, intendite animo sancto contracta undique auxilia. Lex dicitur castris, nec pauci sunt qui hoc nolint licere, illud uelint. Non me hercule possint tenere, quo minus in accusatorem dolor meus erumpat. Quid dicis? Tu si Tribunus esses, hoc fecißes? Si miles esses, hoc tulißes? Date præcepta, componite disciplinam. Miles hac contumelia percussus est. indignis uerò uocibus contaminatus, nihil amplius aget, quàm rennet? Et quis non illum inter prostitutos habeat, si commiserit ut possit iterum appellari? Neget tamen, & ultionem iniuriæ suæ differat. Ita puto, cum illuserit Tribunus, queretur. Iniicitur manus, & ab assignata statione miles abducitur, ut stuprum patiatur. Vos interrogo accusatores, quid faciet? feret libidinosas manus uulnera sua tractantes? deponet arma, an reponet? Vir est enim, authorem habet, hoc primi ordines iubent. Aequum est Tribuno militem parere: in diem sperare etiam processus potest. pro hoc merito accipiet fortasse uicem, ordines ducet, & sub illo alij militabunt. Si hæc conditio caussæ est, si defensio sui non permittitur, indicate, prædicite: si corruptorem non licet feriri, feret. nõ enim potest nuda manu

nu repelli. Mementote, corruptor armatus est. Implicitus tamen infando nexu, cogitate quid sibi feciſſet, utrum id. si plura dispiciat, immo, si uidetur, quò iustius queri possit, patiatur. Istud uerò flagitium in conatu pereat. Nam si libido ad uotum obscœni corruptoris processerit, duo occidendi erunt. Libere itaque dixerim C. Mari, quam de fortißimo milite sententiam feras, magis tua interest. Huius quidem gloriæ nihil plus adijci potest, quàm si pro re tam honesta moriatur: hunc mirabitur sola uirtutem incorrupta testis uetustas, hoc factum patres liberis uel post pœnam præcipient. Tu cogita quid te sensisse homines sciant. Hoc exemplum in neutram partem potest taceri. Cogitare certum est id quenque cum iudicat, probare quid in re simili ipse feciſſet. Omnibus enim ad uirile robur per pueritiam iter est, & iam contra libidinẽ maturuisse non prodest. Recognosce incremẽta tua, & honestam tantæ magnitudini memoriam pristinæ tenuitatis. Sine dubio te ad tot Consulatus, & actos aut destinatos triumphos diuina uirtus tua sustulit. Memento tamen, & tu sub Tribuno militasti, nec ad hoc fastigium dignitatis tam breui tibi uenire contigisset, si sero cœpisses. Dicam nunc ego præcipuam semper curam Romanis moribus pudicitiæ fuisse? Referam Lucretiam, quæ condito in uiscera sua ferro, pœnam à se necessitatis exegit, & ut quamprimum pudicus animus à polluto corpore separaretur, se ipsa percußit, quia corruptorem non potuit occidere? Si nunc placet tibi miles, quid ego Virginium narrem, qui filiæ uirginitatẽ, qua sola poterat, morte defendit, raptumq; de proximo ferrum non recusanti puellæ immersit? Diuisit illi solam Appiũ, quem tamen Populus Romanus secessione à patribus, & propè ciuili bello persecutus, in uincula duci coëgit: neq; ulla res tũ magis indignationem plebis commouit, quàm quòd pudicitiam auferre tentauerat

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuerat filiæ militis. Hæc sunt honesta, hæc narranda fœminarum exempla. Nam uirorum quæpudicitia est, nisi nō corrumperet? Non sit mihi forsitan querendum auersis auribus seculi in tantum uitia regnare, ut obscœnis cupiditatibus natura cesserit, ut pollutis in fœmineam usque patiētiam moribus, iucurrat iam libido in sexum suum. Finem tamen aliquem sibi uitia ipsa exceperunt, ultimumq; ad hoc huius flagitij crimen fiat, corrupisse futurum uirum. Hoc uerò cuius dementiæ est? in concubinatum iuniores leguntur, & in mulierem brem patientiam uocatur fortasse iam maritus. Ego uerò gratulor militari disciplinæ, gratulor opinioni castrorum, si huius mentis Tribunus in hunc primum incidit. Ita'ne tandem (iuuat enim uelut præsentis insequi furorem) scorta tua stipendium merentur, & sub signis exoletos trahis? Ideo meretrices ab exercitu summouentur, intrare castra fœminis non licet? Ita puto, non opus est: militem, hoc est pluſquam uirum, iamiamq; in acie staturum, cui pro uirili portione salutem suam patria commisit, appellas. Fortasse classico sonante ideo stationes circuis, ideo uigilias ambis. En quem Tribunum faceres, cum prætextati militabant? Non hic profusus est furor? non manifesta dementia est? Vides munitum gladio latus, loricam ferro asperam, clausam galea faciem, & ad terrorem belli cristas minantes, inscriptum in scuto C. Marij nomen, totum denique uirum Martio habitu horrentem. Hic tibi cultus prostituti uidetur? Appellabis de stupro? tum afferes? Quid deinde expectas? ut ille te Tribunum putet, cum tu illum non putes militem? Vacat enim uitijs nostris, & ad omne uotum fluente fortuna lasciuit ociū, aut in eo saltem statu respub. est, ut ad restituendā eam satis sit milites impudicos nō esse. Non de prolatādo tibi imperio res est, nec trāsmarinas (ut nuper) prouincias petimus: de Italiæ possessione certatur, pro aris focisq; cōstitimus:

stitimus: an hæc omnia igni ferroq; uastentur, an nobis caput barbarus hostis excidat, an Cimbrice loquendum sit. Vita omnium nostrum & salus (pati nanque aliud ne sub hoste quidem uiri timemus) in ultimum discrimen adducitur. Influxit Italiæ inaudita multitudo, quam ne ea quidem potuit sustinere terra, quæ genuit: inusitata corporum magnitudo; mores etiā Germanis feri. Strage nostrorum campi latent. Iam fugatorū Carbonis atque Syllani sub cōparatione felix militia est. Iacet post amissum Scaurus exercitum. Seruilij Manlijq; bina cum tot legionibus castra perdidimus. Gens maiorem terrarum partem uictorijs peruagata, tantum in Mario stetit. Libenter te Imperator interrogo, in hoc rerum statu tales milites habere malis, an tales Tribunos? In tanto belli discursu, ne concessæ quidem ueneri dares ueniam. Nam quo ad altiorem quisque honorum gradum extenditur, magis in exemplum spectantibus patet. Cū alij excubent armati, alij claustra portarum tueantur, alij uallum fossasq; scutis innixi cingant, cibum ipsum stantes capiant, Tribunus inter scorta uoluetabitur? & has solas uigilias aget? ac ne ideo quidem breuem saltē frugalitatis perferet simulationem, ne hæc illum facere milites sciant? Age porrò si uiueret Trib. & hoc ad te factū Imperator deferremus, circūstaret uniuersus exercitus, nec hanc militis contumeliam, sed militiæ putaret, quid ageres? quid cōstitueres? Beneficium accepisti Mari, beneficium: non habes necesse propinquū tuum occidere. Nā si uere æstimemus, imperium Pop. Rom. ad hanc diē militari disciplina stetit. Non enim nobis aut multitudo maior est quā cæteris gentibus, aut uehementiora corpora, quam uel his ecce Cimbris, aut maiores opes quā locupletissimis regnis, aut mortis cōtemptus facilior quam pleriſq; barbaris causſam uitæ nō habētibus. Principes nos facit seueritas institutorum, ordo militiæ, amor qui-

dam laboris, & quotidiana exercitatione assidua belli meditatio. Itaq; plura pene moribus quàm uiribus uicimus, cum captiuæ quoq; sanctè habebantur, & cõtumelia etiam hosti aberat. Quæ omnia lõga superbæ nobilitatis intermissa luxuria, tui nobis mores retulerunt. Dij profectò magnitudinem tuam curant Imperator ac dirigunt, qui tibi super cæteras laudes obtulerunt tam honestæ sententiæ occasionem. Quòd miles fortiter fecit, si absoluis, tuum exemplum est. Nisi fortè hoc me perturbari putatis, quòd Tribunus fuit. Ideo herele turpior, ideo morte omni dignior. Hæc enim conditio superiorum est, ut quicquid faciũt, præcipere udeãtur: & permciosissimus est malæ rei maximus quisque author. Quis continebit militiam? Quis castrensis disciplinæ præcipiet seueritatem? Quis te Imperator maioribus curis districto, delicta militum coërcebit? Tribuni corpus & peccatum corriget? Ad quem confugiam? cui querar? Sic fit ut necesse habeamus ipsi nos uindicare. Tribunus fuit, & hic miles fuit, Tribunus. Hoc dicis, cui parere caligatum lex iubet, qui non solum militibus, sed centurionibus præpositus, partem quandam imperatoriæ potestatis obtinet. Ita opinor contra iura castrorum fecerat miles, etiam si tantum negasset. Nescit quod istius honoris fastigium, quæ potestas ordinis: tyro est. Agè si ad te C. Mari aliquis impudicum militem detulisset, ferres dicentem, Tribunus me iussit? Quòd si par in utraq; parte delictum est, hoc tamen crimẽ militem saltem decet. Tribunus fuit. Videor mehercle Imperator oblitus mediocritatis meæ, cum uix unius defensioni sufficiã, quædam pro uniuerso dicturus exercitu. Omnes has quæ circunstetere legiones, florem Italiæ, ciuium sociorumq; robora, una uoce proclamare apud tribunal existima. Non ignominiæ Tribuni parere possumus, nemo nostram recusat itinerum laborem, nec inuisum super arma fascem, non æstiui

æstiui solis ardorem, nec sub pellibus actam hyemẽ. ferienda sit fatigato fossa, pro uallo portisq; uigilãdum, fortiter ancipites inibimus pugnas, uulnera laude pensabimus, mors erit ignominia potior. Quicquid in pugna patimur, uirorum est. Imperet asperas Trib. expeditiones, siquo uertice montis hostis pellẽdus est, si inter infestos armatis saltus speculãdũ: sæuiat deniq; in terga uerberibus, exigat seruilem plagarum patientiam, leno etiam, leno etiam seruis excipitur. fortasse hac lege captiuos uendes. Si meretricia imperatur necessitas, si aduersus obscœnã uim corruptoris arma tantum contumeliæ caussa habemus, potius castra capiantur, & uim Tribuni interpellet Cimber. Nihil tale nouere Germani, & sanctius uiuatur ad Oceanum. Quid futurum est Imperator, si ad pudicitiã militum pertinet uinci? An ignoramus Imperator quanta quondam populi Romani exarserit seditio, cum ex domo fœneratoris addictus lacero uerberibus tergo prorupisset in publicum, & illas suppliciorum notas tulisse se quereretur quòd uim corruptoris pati noluisset? Et ille tamẽ quãquã hoc flagitiũ conatus in addicto ac penè seruo, uidebatur & uix libero, aliquatenus memor fuisse Romanæ sanctitatis, qui uim obscœnissimã nõ tentauerat nisi aduersus alligatas manus: cò tamen usque populi Romani uindicta processit, ut ardentibus bellorum finibus, ad delectum nemo responderet, nisi & pœna corruptoris, & abrogatione legis satisfactum esset. Nolebant militare, quanuis hanc iniuriam non miles acceperat. Quid de Fabio Eburno loquar, qui filium impudicum cognita domi caussa necauit? Iam iam commilito quicunque casus manet, etiam si te Imperator damnaturus est, habes solatium, satius est quàm à patre occidi. At propinquus C. Marij fuit. Corrumpitis Iudicem, & animo alioqui leui gratiæ pondus imponitis. Propinquus tuus fuit. Orem omnibus narrandã, cum

absolu

Universidad de Deusto
Biblioteca

absolueris. Nam si quid tibi iudicandi fides tua caussa facere permittit, cogitas profectò quantũ tibi hoc ipsum apud æmulos, quos uirtutibus offendis, allaturum sit inuidiæ, cum uideberis aut corruptorem militis iudicare innocentem, aut propinquum tuum etiam uindicare nocentem. Olim iam Imperator inter fulgentes uirtutes tuas liuor locum quærit, & natura quidem omnibus nouitatis incrementis aduersa nobilitas, tuis tamen laudibus pressa & obruta rimatur occasionẽ criminum. Quòd si bene inuidiam noui, hoc quoq; tibi obijcietur, quòd saltem propinquus tuus peccauit. Quare abdicãdus & eiurandus est non tuus sanguis. Certe nihil minus committendum, quàm ut ulciscaris hoc flagitium in eo præsertim, qui apud malignos poterit uideri te permittente feciſſe. An ille si unquam cogitasset se esse propinquum tuum, non has uirtutes tuas, inter quas fortuna tua minima est, cum ei uelut propius contemplari licuisset, toto pectore haurire debuerat? Nõ huic affinitatis suæ felicitati referre gratiam? Milites te melius imitantur. Quòd si post hanc mentem uiueret Tribunus, necessarium forsitan erat hac quoq; eum premi inuidia, quòd ista feciſſet Marij propinquus, quòd ex ipsa stirpe uirtutum sustulisset se flagitij soboles. Nam cum bene sit liberata probro familia, quid attinet illud subinde Mario obijcere? Optimũ fuerat non habuisse talem proximum, aut libenter perdidisse.

Perorata Imperator, ut mediocritas ingenij mei tulit, caussa, scio commendationis partes esse reliquas: sed has superuacuas facit sanctitas tua. Quid enim uerear ne noceat reo humilitas apud te, cui uel gratior potest esse nuda uirtus, apud quem maximum est ex se cœpisse? Commendem tibi ordinem caligati militis, quem uelut incrementorum tuorũ natalem libenter ab alto respicis? Adhuc fortasse patricium ualuerit genus, sed ductum eius longa serie dignitatis ordinem ipsa uirtutum

tum conditione meliorem feciſti. Nondum potuit altius procedere uir adhuc huius ætatis. Tamen cum uirum fortem, cum dignum tuis castris, tuis auspicijs probarim, commendo tibi quicquid melius miles fieri potest. Hoc quidem profectò non expectas, ut in extrema actione miserabili fletu, & humili obtestatione uitam genu nixus petat: nec tu rogari ab innocẽte exigis, nec uiro forti opus est precari absolutionem. Vnum rogat, ut si quid de caussa illius dubitas, des dilationem usque ad proximum prælium. pone in prima acie: pone ante signa (fortiter dixerim) non inter tyrones, ubi plus periculi, quò maximus hostium globus ingruet: spectа pugnantem. affirmo, tunc minus ignosces Tribuno. Liceat ire in aciem, congredi cum hostibus. Si perire debet, rogat te Imperator miles tuus, opera mortis suæ utaris feliciter.

MATHEMATICVS,

DECLAM. IIII.

ARGVMENTVM.

Vir fortis optet præmium quod uolet. Qui caussas uoluntariæ mortis in Senatu non reddiderit, insepultus abiiciatur. Quidã de partu uxoris Mathematicum cõsuluit. Is respondit uirum fortem futurum qui nasceretur, deinde parricidam. Cum adoleuisset qui erat natus, bello patriæ fortiter fecit. Reddit caussas uoluntariæ mortis. Pater contradicit.

Pro Filio contra Patrem.

POSITVS, P.C. in ea cõditione triſtißimæ sortis, ut nec morte dignus sim, nisi me parricidam putetis: nec præmio, nisi innocentem: adeoq; ludibrijs miseræ diuersitatis uel necessitatis implicitus, ut impetrãdũ à uobis habeam odij mei fauorẽ: quæso præter omnia, quæ ante hoc tẽpus circa nos ordo prædictæ ueritatis explicuit, attuliſſe me credat

Universidad de Deusto
Biblioteca

credatis urgentiũ malorum probationẽ. De parricidio uenit, quòd occidere me possum: de fato, quòd mihi nõ licet mori. Nõ solus mathematicus seculo temporibusq; prædixit has manus, sed & ego me parricidium credo facturũ: plus quàm responsum, quàm sacræ artis præsagium, triste est, quod mihi sic minatur animus meus. Nõ habeo infelix in cogitationibus meis, unde non timeam, & facinus, quod sibi pro me pietas patris, quodq; singulorum innocentia rogat, sentio, patior, agnosco. Ne quis me timẽ laborare putet miseræ persuasionis errore, accipite cur nõ possim dubitare de fato. Parricidiũ credit, qui facturus est: non timet, qui periturus est. Ante omnia igitur à grauitate publica peto, ne pro tota innocentia mea contenti sitis hoc, quòd uolo mori. Nec quia uideor cõtendere cũ mathematico, uincere necessitates, expugnare fatum, ideo mihi bene credi putetis & uitã. Aliud est facinus non esse facturũ, aliud mori uelle ne facias. Quinimmo (siqua est fides) hoc quod uos constantiam putatis, infirmitas est: quòd ad suprema confugio, animũ meum noui. Nouissima uictæ mentis integritas est in mea potestate, breui nõ habebo nec mortem. Fidem uestram P.C. ne quid amplius de misera pietate speretis. Qui mori uolo ne parricidiũ admittam, nõ inuenio quemadmodum illud possim nõ facere uicturus. Nã quod ad patrem pertinet, qui me retinet uiuere nolentẽ, non miror, quòd adhuc recenti gloriæ nostræ gaudio stupet, & in opera mea totus oculis amoq; cõuersus, parricidã non uidet per uirũ fortem. Hic est animus, quo me quamuis denunciatũ prædictumq; seruauit: & cum incertis adhuc dubijsq; uirtutibus præstiterit ut uiuerem, præstat meritis actisq; ne moriar. Nũc ille, quòd pietate, quòd uideor ipsius perire reuerentia, uocat parricidiũ suum: & in orbitate, quã facere sibi uidetur, non remediũ meum, sed suum spectat affectũ. Filius qui uult mori ne parricida sit, aliter sibi uidet

uidetur remunerari nõ posse, quàm ut ipse moriatur. Merito prorsus, merito miserũ senem tristes solicitudines & præscij metus ad mathematicum & responsa miserũt. Debui uir fortis nunciari, parricida prædici. Siue enim miseræ cõiugis prodigiosa fœcunditas tumultuosis pulsibus maritales inquietauit amplexus, siue per anxias noctes diros q; somnos feralibus senex imaginibus agitatus dicitur ad notissimum sacræ artis antistitẽ, nõ spes, non auida uota, sed suspiria, metus, & præsagium magni nescio cuius incerti detulisse pallorẽ: quid aliud hoc esse uultis P.C. quàm primã fatalis instinctus necessitatẽ? De partu uxoris non potuit nõ interrogare, deinde non credidit. Referã nunc P.C. cuius artis, cuius fuisse dicatur authoritatis, quem putauit adeundum, qui sic timebat. Homo quã, quod certũ habeo, plurimis meruerat experimentis, ut ad illum uelut ad oracula deorũ, plenumq; sacro spiritu pectus, hominum solicitudines metusq; cõfugerent: dicitur inspecta totius ratione cæli, digestis sideribus in numeros, ad publici priuatiq; fati stupuisse conspectum: & tanta prosperorum tristium q; congerie magis ipso consultore perterritus, diu non commisisse uerbis, quod uidebat. Sed ô uirum grauitatis antiquæ, dignumq; cui se fatorum arcana nudarent. Cum partus de quo quærebatur, multa præstaret propiora prospera, lætos incipientes annos, nõ fuit contentus meliora prædicere, sed (quæ certissima est uera proferentium fides) quicquid deprehenderat, protulit in mediũ, & proclamauit futurũ uirum fortem, deinde parricidã. Quis unquam P.C. fiducia maiore respondit? Cum summum facinus denunciaret, antè se dixit probaturum. Fecerat profectò P.C. interrogando mathematicum pater rem non educaturi si quid tristius comperisset, nisi hoc primum de fato fuisset ut uiuerem. Sed nec mathematici fides circa momentum aliquémue cessauit ordinẽ: non numerus fefellit

fefellit, non sexus in partu, non iuuenta, non robur. Illa quoq; quæ uelut extrinsecus cõsentiebant, affuere responso, bellum, hostis, acies, ad illam ipsam qua fortiter facere poteramus, ætatem. Pater uerò periculi sui denunciatione non territus, arma mihi, prò tristis necessitas, arma ipse circundedit, & suis ad pugnam manibus aptauit, tanquam mathematico iam credidisset. Quis miretur quòd responsum non contempserit, dum sperabat ut fortiter facerem? Mori me non uult, & iam non superest nisi parricidium. O mors laudanda fortibus, expetenda miseris, non recusanda felicibus, quantum te quæsiuimus in bello? Tuli enim (deos testor) in aciem, tuli non uirium iactationem, non gloriæ cupiditatem, sed ut patriæ præstaret aliquid utilitas mei: ut hunc mihi deploratum spiritum, hoc destinatum damnatumq; corpus, publicarum utilitatum usus absumeret. Ibi primum miser didici quàm multa nescientes, quàm multa faceremus inuiti. In medios hostium globos perditus pugnator exilij, cessit acies. Densissima quæque certamina solus inuasi, resistere nemo sustinuit. Obuijs ictibus membra nudaui, & ad incurrens ubiq; ferrum uitalia parata circuntuli: uacua circa me tela ceciderunt. Miserum me deceptæ cogitationis euentu: fortiter feci, dum mereor occidi. Recedite gratulantes, abite laudantes, non circumeo templa, non reddo uota numinibus: ad parricidium ueni. Quem ego pauloantè passus sum miseræ conscientiæ pudorem? Ad patrem arma non retuli. Timui quinimmo ne mihi dum reuertor, occurreret, ne in oscula mea plenasq; adhuc uictricibus telis manus incauto rueret amplexu. Quam tunc inter cæteras exclamationes deducentis exercitus uocem, quod circunstantis populi murmur excepit? Magnum felicemque iuuenem, si subito moreretur. Adiuuate dij pariter atque homines, dum perire concupisco, dum uolo: miseremini, ne hunc ardorem fugientis

tis animæ dilatione laxetis. Proclamo, testor, in nouissimo fati flamus abrupto, prope est ut occidat patrẽ parricida prædictus, cũ est mori paratus. Quid me pater adhuc detines? Quid moraris abeuntem? Melius quidem fuerat hunc spiritũ aut in ipsa maternorum uiscerum sede comprimere, aut ut primum contactu suo cælum terrasq; polluerat, festinata morte dimittere. Sane tamẽ charitas patriæ priuatos uicerit metus, & in honorẽ uirtutis scelera nutrita sint: quicquid est propter quod educari me tanti fuit, explicitum peractumq; est. Restat una pars fati, ultimum solumq; facinus. Frustra me consolaris æquanimitate patientiaq; tua. Non idem utriusq; nostrum discrimen agitur. Tu mori periculeris, ego patrem inuitus occidere. Hoc primum itaque excuso nobis P.C. quòd præmium peto satis sit hactenus uiri fortis nomen agnoscere, hucusque authoritatem sacræ legis attingere, ut illam in aduocationem sacræ mortis adducam. Relaturum me putatis illa optionum uerba solennia, non capere magnorum precia meritorum solas æquitates: tanta remunerandum benignitate quòd fortiter fecit aliquis, quanta solicitaretis ut faceret? Nemini unquã minus soluendo ciuitas fuit. præstiti post quod mori continuò deberem. Sed securi estote de auiditate summæ potestatis: illud infinitum, illud immodicum, quod nobis uoluerunt licere leges, intra se consumit ille qui meruit. Titulos, imagines, honores, seruate uictoris: mihi præstate salutem patris, innocentiam meam, temporum pudorem. Quæso ne mihi ideo præmium negetis, quia fortasis & hoc debeatis odisse, quòd fortiter feci. Extra inuidiam est optio, cum id exigam, quod impetrare potuissem etiam antequam fortiter facerem. Nam quòd obiter optionis reddo rationem, quæso nequis ideo me parum aut præmio fidere credat, aut caussis, quia utriusque iuris miscui preces. Ignoscite ardori perire cupientis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd pariter imploro quæ singula sufficere potuissent. Fidem quinimmo uestrã, siqua adhuc lex est quæ adiuuare possit mori uolentẽ, cõmodate, conferte. Est utriusq; iuris & authoritas, quod in mea morte tribuatis. Præstate causis ut moriar, præmio ut spoliar. Sentio P.C. hoc primum ab affectibus publicis petendum, ne quis ideo mori me uelle non credat, quia potius ad causas ac uerba confugi, quia à uobis malui petere quicquid ab his potui manibus accipere. Merui fateor malignas interpretationes, uir fortis ut morerer. à bello reuersus arma posui, populi fauorem, gaudia ciuitatis intraui. Sed siue hoc est sepulturæ suæ magna reuerentia, pessimæq; additæ pectoribus humanis infirmitates, ut esset quod timeret, qui non timet mortẽ: siue decuit innocentiæ amore pereuntẽ trãquillitas magna pereundi: ignoscite quæso cunctationi, patientiæ, moræ. Si me continuò occidissem, tanquam parricida motiæ, moræ. Si me continuò occidissem, tanquam parricida moriebar. Neque est P.C. quòd exeludi præmium putetis conradictione patris. Eximus per magnorum operum reuerentiam de necessitate parendi, & aut interim nobis magna uetenit contra nominis huius potẽtiam de uirtutũ fauore libertas, aut obsequia peracta demũ optione repetemus. Non est quòd uos resistentis moueat authoritas. Neminem inuenias mori uolentem, qui non habeat aliquem uetantem. Ille cui præsto non sunt pignora charitatis, lacrymis tamen audientium, & consolationibus, & promptissima semper exhortatione retinetur. Parentibus uerò circa liberos unus affectus est, fauere uitæ, timere mortem. Non habent patientiam nec iustæ orbitatis, & inter supplicia licet pœnarũq;, omnes tamen illis innocentes, omnes miseri sumus. Ego P.C. communem hanc impatientiam senis accendo pietate, reuerentia. Fieri non potest ut se mori debere persuadeat patri filius, propter quem se uidetur occidere. Hactenus leges, hactenus merita uirtutum

uirtutum: ueniamus ad necessitates. Mori uolo, mori uolo, ita ut reddidi causas. Ita non ex hac destinatione sentitis quicquid dici non potest? Videritis, quid nos hucusque protulerit, hinc incipit ratio. Quod uolo, fingite unum ex populo turbaq; petere, ius præmiorum. Non debet hoc uetari, quoties habet causas: non potest, quoties non habet. Scilicet enim uerendum est, ne ad hoc inconsulte, ne temere leuitas humana prosiliat: & credibile est, ut quicquid apud hominem pro uita dici potest, ipsa sibi uita non dixerit. Abite gratulationes, silete blanditiæ, quoties iam putatis noluisse me mori? Primum, hoc maximum, quòd pro incolumitate hominis natura commenta est, ut peritremus inuiti: & contra tot aduersos casus, patientiæ nobis æquanimitate succurreret. Inde est quòd inter luctus & desperationes fœda uiuacitate duramus. An uos me moueri non creditis quòd iuuenis sum? quòd modò uitæ uoluptates, modò gaudia lucis ingressus sum? Quantopere mihi blanditur, quòd publicis ex acie reportatus humeris lætitiam ciuitatis implerim? Quoties mehercle hæc uulnera, & rorantia hostili cruore arma complexus, animum supra necessitates erigo. Supra fatum pono. Sed omnia mihi iam discussa, consumpta sunt, & honesta pereundi ratione uicta cesserunt. Quid mihi amplius cum corpore, quod oderũt oculi sui? cum quo quotidie properans anima rixatur? Non sunt mea membra, quæ possim uelut hostis alicuius lacerare, confodere. Homini qui semel renunciauit rebus humanis, non redditur uita, sed tempus: & ipsa cupiditas ratioq; pereundi, hoc ipso quo uetamur, accrescit. Felicior mehercle qui moritur antequam debeat, antequam uelit. Pene serò renunciat uitæ, quisquis sic ad exitum peruenit, ut hoc illum facere nemo uetetur. Et tamẽ debet mors negari, de quo non sufficit hoc pœnæ genus, ut ipse se potius occidat. Nam quòd lex iussit ut moriturus

turus redderet cauſſas, quòd inſepultũ uoluit abiici, ſi ſic properaſſet erũpere, ut nõ nũciaret hoc prius, nõ fateretur: fallitur quiſquis ideo factũ putat, ut teneremur inuiti. Illa uerò non timet pereundi temeritatem, nec ſecretum doloris alieni libenter inquirit. Sciebat illos non aliter auſuros proferre cauſſas, quos ſceleris conſcientia, quos maioris cruciatus metus in ſuprema compelleret. Igitur ne ſupplicia properato lucrarentur obitu, rurſus in pœnam nocentis inſepulti corporis reuocauit iniuria. Lex placida, mitis, cauſſas mortis reddi uoluit, non æſtimari. Poſſum igitur P.C. publica quadam uoce generis humani reſpondere quærentibus cauſſas mortis interrogatus. At ego difficilius redderem uitæ. Quid iuuat ô miſera mortalitas animam per tot annos, etiam, ſi natura patiatur, per infinita temporum ſpatia triſtiſſimo corporis retinere cõplexu? Si cuncta gaudia noſtra, ſi uoluptates, & quæcunque ex hac uniuerſitate mundi uel ſolicitant aſpectu, uel blandiuntur uſu, diligenter excutias, tota uita hominis unus eſt dies. Humiles prorſus abiectæq; mentes, quas non implent hæc eadem ſemperq; redeuntia: ut qui honeſtis operatus artibus ſciat quis finis bonorum, quæ uera felicitas, nunquam ſibi uidebitur præmaturã morte periturus: & lucis cauſſas ad animum mentemq; referentium neminem quotidie uita non ſatiat. Relaturum me nunc putatis, quanto plura ſint in hac æui breuitate fugienda: comparaturum gaudijs, proſperis, metus, calamitates? Illa illa æſtimemus propter quæ fatigamus uotis deos, propter quæ breuem querimur ætatem. Nempe ſunt uanitas, cupido, luxuria, libido. Non pudet propter hæc ferre debilitates, luctus, ſpatia morborum? & cum liceat euadere, malle pati? Finge tibi uelut ipſam proclamare naturam. Receptus es in hoc pulcherrimum mundi rerumq; conſortiũ, & per ſuccedẽtium uices in ordinẽ mortalitatis natus, bona

bona noſtra uidiſti: admitte poſteros, cede uenientibus. Neſcis te quanto diutius uixeris, tanto magis impatientiam parere? Quantumlibet prorogentur tempora, iungantur ætates, quãdoq; tamẽ nõ poteſt non exitu perire miſeri, qui moritur inuitus. Miraris quòd ſuprema mea ipſe præcipiẽ? Nũquid enim non hoc agunt ſinguli dies? Omnis nos hora per tacitos fallẽtesq; curſus applicat fato, & in hac turpiſſima perpetuitatis cogitatione diſtricti, per exigua feſtinantis æui momenta præmorimur. Faciamus potius de fine remedium, de neceſſitate ſolatium: exeamus ſponte, conſilio, pleni ſecuritatis, gratias agentes. Solus uixit quo ad uoluit, qui mori mauult. Indulgete quæſo ſeuæ triſtesq; cauſſæ, indulgete uirtutes, ut mori tanquam magno animo uelim. Ita non ſufficit ad maturandos exitus, quod fortiter feci? Infirmæ prorſus terrenæq; mentis eſt, ut numeretis annos: ego (quæ feliciſſima uel laßitudo uel ſatietas eſt) uirtute conſenui. Quid adhuc inter accidentia fragilesq; caſus ago? Homo receptus in publicas gratulationes, præſentiæ humilitate decreſco. Minores fiant neceſſe eſt diuturnitate, quorum initia confirmauere ſucceſſus, cum iam, nec operibus, nec felicitati poßit accedere. Cũ fortuna ruere dementia eſt, & ætatem trahere pereuntem. Nullos ego ſenes degere turpius puto, quàm qui fortiſſimi fuerunt. Vultis expectem ut putres artus fœdet pudenda canities? ut ſanguine membra uacuata uix nitantur ad greſſus? ut hæ laudatæ manus, nec ad quotidianæ uitæ miniſteria ſufficiant? Quàm miſerum, quàm deforme eſt meminiſſe quod fueris! referre cicatricum tuarum redundationes, & frigidam præteritorum memoriam! cum iam fidem membra non habeant, ſupra ſua facta rideri! Feſtinatò exire de ſeculo debeo, dũ alacre corpus, dũ ſpiritus uiget, dũ tenear, dũ deſideror: & hoc uolo deberi manibus meis, animo meo. Fauete dij pariter atq; homines:

Universidad de Deusto
Biblioteca

mortem uir fortis inueni. Est hæc communis mihi cum multis fortassse caussa sed ueniamus ad meam. Si mihi Mathematicus denũciassset damna membrorũ, grauẽ corporis perpetuumq; languorẽ, ignoscerem tanta mala uel incerta fugienti. Plus est quod expauesco, quod timeo. Minatus est mihi manus meas, meos animos: nullumq; uoluit esse mometum, quo securus intreptiuiq; requiescerem. Iussus sum uitã per anhelitus metuisq; consumere. Quis inter hæc spei, quis consolationis est locus? Mori debeo tanquam nocens, si Mathematicus uerum dixit: tãquàm miser, si mẽtitus est. Quid, quòd me futurũ dixit parricidam? Ecquem mittamus in experimentũ, cui credamus? Placet pòst futurorum inceram tractare rationẽ. quid ad diuersas suasiones, & ad loquacissima humanorũ pectorum ingenia uertar? Parricidium dictus sum facturus: si possum posthac uiuere, non sum innocens, etiã si non fecero. Interrogare mehercle hic libet uos omnes liberi, omnes parẽtes, quẽ mihi post hanc denunciationẽ assignetis animam. Homo sum, cuius corpus tratum fortasse seculo numen, uelut aptissimã facinori uidetur elegisse materiã, cui in primis continuò natalibus assignata est uirtus pariter & facinus, omnium incredibilium diuersorum q; parter capax, omnibus difficultatibus nouitatibusq; sufficiens, sceleribus nuser, & sine morte sua nocens, in quo debeatis ipsas quoq; odisse uirtutes. Nescio quæ me prodigiosa feritas in patrem uelut telum aliquod casurumq; pondus librat, impingit. Facinus me manet, quod contra fidem est, quod profuturum mihi negatur: & nolim: cuius non tempus, non locus, non caussa prædicitur. An mori debeam, nos æstimabitis: non debui nasci. Sentit pater quanta sit prædicti sceleris immanitas: & ideo tẽtat efficere, ut Mathematicam artem non putetis: ac modò contendit non esse fatum, & cuncta casu fortuitoq; decurrere: modò etiam ut prouidentia regãtur, non posse

posse tamen humana scientia deprehendi. Dum utrunque colligo, interim apud grauitatem uestram depono sensisse aliquid patrem etiam cum metuit. Ego Mathematicum probaui dixisse uerum: ille credit esse quod dixit uenturum. Casu'ne tibi pater hæc diuersitas uidetur in corpus unum dissentientibus solidata primordijs, ut summo uertice locatus igneus uigor cuncta leuia calidi spiritus ardore suspenderet: profundus humor ad ima demersus, unde quotidie superpositae caloris alimẽta traherentur, terrenam pondus in medio quanto superne spiritu, tanta penitus inanitate subnixum librata mole consideret, ut seculorum infinita series, per assiduas temporum uices sua lege festinet? Quid hæc fulgentium siderum ueneranda facies? quòd quædam uelut infixa ac cohærentia perpetua semelq; capta sede collucent, alia toto sparsa cælo uagos cursus certis emetiuntur erroribus? Ista credis posse fortuitoq; disposita? Rogo, quid melius ratio fecisset? Deus hæc, deus fabricator operis uniuersi ex illa rudi primaq; caligine protractum posuit in uultum, digessit in partes. Postquam dederat uniuersitati partem dignamq; faciem, spiritum desuper quo pariter animarentur, immisit. Inde est quòd quicquid nascitur, consociata nummi proprietate signatur, & in totam æui sui breuitatem compositum firmatumq; sic accipit futura, quasi uitam. Hæc credo pater terrori primis fuisse mortalibus, mox admirationem consumpta nouitate meruisse. Paulatim deinde hoc quod stupemus, animus ausus diligenter attendere, in arcana naturæ sacrum misit ingenium, & ex assiduis obseruationibus notisq; redeuntibus latentium ratione collecta, peruenit ad caussas. Miraris fatum hominis posse prædici? Defectiones siderum laboresq; narrantur, nunciatur origo tempestatum, lassitudo uectorum, quod sidus immodicos solis adores, quod seuera minetur hyemes, quid significent

Universidad de Deusto
Biblioteca

sparsi longius crines, quid ardentius solito iubar, quid excussa flamma sideribus. Non inuenio quid possit esse certius uerę artis ingenio, quàm dicere quid futurum sit, fieri deinde quod dixerit. Quòd si esse artem Mathematicam probant natura, ratio, experimenta: pater quoque, qui credidit cõsulendum, superest, ut ostendamus uerum dixisse de futuris, quem de præteritis non possumus probare mẽtitum. Accipite primam certissimæ scientiæ probationem. Homo qui de partu consulebatur, non confudit turbauitq; responsum, nec per uarias ambages indeprehensibilem sparsit errorem: nihil ita locutus est, ut illud audientium interpretatio traheret dirigeretq; quò mallet. Atqui in eo tota ratio fallendi est, non dare consulentibus quod deposcant, sed caligine magnaq; promissorum uarietate suspensos sic dimittere, ut quicquid casus attulerit, putent esse prædictum. An scilicet hæc fuerit ratio fingendi, quòd dicebat usitata, communia, quæ futura pater facilè crederet, libenter audiret? Fortiter, inquit, faciet filius tuus. Rogo, ubi magis desinit, qui mentitur? Sed quibus ille, dijs deæq;, signis, quibus impletus est notis, qui de parricida dissimulare non potuit cum quæreret pater? Artem tantum mirari me pater putas? Ego miror animum, stupeo cõstantiam. Erit, inquit, uir fortis, & parricida. Rogo, quæ ratio fallendi est, ea dicere propter quæ nec prioribus debeat credi? In parricidio, quod prospiciebat Mathematicus, hæc sola ratio fuit mendacij, ne prædiceretur. Vero tamen, ut quis in alijs consultationibus decipi possit aut errare: de futuro parricida non magis Mathematicus potest, quàm pater interrogare. Omnes, sicuti apud sacræ artis antistites satis cõstat, animæ proprietates, & futuras mẽtiũ corporumq; formas, ex illorũ siderũ qualitate, quibus in ortu suo cuncta gignuntur, accipiunt. Aliquis uagi nuncij errore perstrictus est, uitã transfiget ille discursibus. Placida

cida conceptum stella signauit, erit modesta lenitate conspicuus. ardens nascẽtis horã sidus accẽdit, uiribus pariter moribusq; flagrabit. Lãguidi et iam uergẽtis in procliue mũdi, hebescentibus tardior membris, simulis senectæ iuuenta pigrescit. Iam sicui principalium deorum fulgor illuxerit, in populi consurget imperium. Credo mehercle in illum natalem meũ monstri diem, iratorum numinum conspiratsse uiolentiam, sedemq; prodigiosi spiritus collato pariter igne pressisse. Si uerum est, post uetusta secula, & innumerabiles annos reddi rursus alijs corporibus animas, fortassis in me renatus sit aliquis ex illis, quorum scelere uiolatus dies mũdum subito nutauit, quos per maria terrasq; fugientes, firiales faces, & ultricum dearum terror agitauit. Necesse est ut maiores notas uentura promittant, quæ non temere nascuntur. Sic futuras tẽpestates, pelagi fragor, & conscium nemorum murmur enunciat: sic perituroru fata populorum ardentes cælo faces, & crinita siderũ flãma præcurrit. Prædicebar bello, mõstrabar armis, agebat ante se uentura ferinas publicas calamitates, & omnium malorum consummatione parricida ponebar. At nunc ista putet aliquis fortuito, non arte sentiri, possit fortasse casu euenire quod futurum sit, non potest casu fieri quod prædictũ est. Ecquãdo unquam pater explicuit manifestius ullius fati necessitatẽ totus ordo responsi? Vir, inquit, nascetur: euenit. Educabitur, quanuis parricidiũ prædictũ sit: accidit. Perueniet ad iuuentæ robur. adoleui. Viribus erit conspicuus, & nimis. Aderunt bella, uenerunt. Ibit in aciẽ te uolente, missusq; fortiter faciet: feci. Erit parricida, si uixero. Si pater tam secretæ profundæq; artis ratio reddẽda est, non ne habere tibi grande consortiũ prædicti uidetur ipsa diuersitas? Virum fortẽ dixit, & parricidã. Vicina sunt hæc, etiã ut dissimilia: paria uiribus, etiam ut mente dissentiãt. Quid enim me aliud no-

tabilem fecit in bello, quã quod nõ parco cædibus, cruore non
satior, exultans super stratorũ corporũ strages, palpitantibus
adhuc cadaueribus alacer insisto? Virtutis sunt ista cũ hostis
cõtigit. Pax est quæ nos deprehẽdit: & cũ iusta grassandi ma-
teria cõsumpta est, in facinus necesse est otiosus ardor erũpat.
Ecce iam reipublicæ præbita est quies, mihi tamẽ plurimũ est
cũ gladio meo. totis diebus tracto ferrũ, ad arma respicio, tela
mea laudo, admiror, alloquor. Crede pater, & parricidiũ tã
facile est, quã fortiter facere, cũ utrunque de fato est. Sed quo-
usq; ratione colligã, quod exitu iam probatum est? quod nullis
Mathematicus dixit ambagibus? nullis dissimulari artibus po
test? Partẽ respõsi futuram in alio opere iam uidisti, &, quod
præcipue torquet animũ, fides sceleris uirtus fuit. Explicata
est authoritas responsi, cũ de duobus prædictis unũ factũ est.
Nec possis de ueritate dubitare, quoties cũ incertis experimẽ-
ta cõsentiunt. In responso cui cuncta cesserunt, fieri nõ potest
ut hoc solum falsum sit, quod nouissimũ est. Nõ potest, inquit,
fieri parricidiũ. Vis mirer pater, si nõ creditur futurum, quod
etiã cum factũ est, uix creditur? Falleris si aduersus prædictas
necessitates sufficere credis q; ego bonus filius sum, quòd tu
optimus pater. Tu non mereris scire, credo ego utiq; nolle me
scire. Quid est ergo factũ, nisi quod fit, & non habet caussas?
Quẽadmodũ ergo, inquit, ista uitari potest, si fieri necesse est?
Scilicet hac sola ratione, ut mors inter facinus hominemq; po
natur. Vincitur pater fatum si resistas: uincit, si contempseris.
Ago quinimmo grattas hoc solo nomine crudelissimis fatis,
quòd maximũ facinus non in prima æui mei parte posuerunt,
quòd præmissæ sunt antè uirtutes, magnorumq; operum
prior ordo defluxit. Potest puto cauere parricidiũ, quod &
prædicitur, & nouissimũ est. Fingamus pater Mathematicum
de hac sola uitæ meæ parte mẽtitum: quid tanti est ut credam

ista

ista & uiuã? Occidi pater nõ potest. Sed quid refert si difficul
tas ista nõ est salua animo meo? Excedit omnẽ calamitatẽ, in-
nocentiæ suæ non credere, diebus ac noctibus timere, suspectũ
habere animum suum, calumniari manus, incursare uisus, &
parricidalem agere cogitationẽ. Maior mihi ratio moriendi
est, si parricidium fieri non potest, & ego me credo facturũ.
Quem tu mihi pater imperas laborem? quam asperam exigis
patientiã? Horreo oscula tua, ne seniles artus nimium grauis
amplexus elidat. Non sustineo eosdem expetere conuictus, ne
quos porrexerim cibos, uenena fiant. Timeo eiusdem peregri
nationis adire comitatum. Omne fugio secretum, ne quid fortu
na, ne quid afferat casus. Quousque timebitur animus? Mors
mihi præstare potest ne parricidium faciam, mors ut uidear
nec fuisse facturus. Sed me infelicẽ, quàm multa sunt quæ time-
re debeam etiam contra animum meum? Vnde scio an expul-
sum me repẽte sensibus meis, aliqua magni discriminis imago
raptura sit? Prosilibo fortasse tanquam sequar classici uocan-
tis instinctum, tanquam me ruentis patriæ fragor, & uocife-
ratio captæ ciuitatis exciuerint. Me sane interdiu custodire
possum, sed unde scio quid afferat nox, casus, error? Mathema
ticus hoc non futurum dixit ut uellem, sed ut occiderem. Tu
quoque pater quanto grauiores passurus es ex ipsa dissi-
mulatione cruciatus? Felicius prorsus est, palam occidisse quẽ
timeas. Cum bene in oculis meis amplexibusque requiescas,
subeat necesse est tacitas cogitationes prædicti periculi metus:
& licet componatur ad fortẽ superbamq; constantiã, natura-
lis tamen hominis infirmitas potest tam percussorem timere,
quam mortem. Explica nos pater tam misero tristiq; comple-
xu, & longissimas solicitudines breui recide patientia. Mi-
nus indignum est ut moriar si innocens futurus sum, quam ut
uiuam si parricida. Denuncio tibi pater, & de suprema

necessitate

Universidad de Deusto
Biblioteca

necessitate confiteor. Iam non sunt meæ potestatis hæ manus: non regere dexteram, non retinere sufficio. Venit ille nescio quis ardor, non sentio, non intuentur oculi. Tunc omnia incipio scire, cum gesta sunt. Quid? tu me lacertorum uiriumq; beneficio strauisse nuper hostes putas? Quantũ dicuntur narrasse captiui nescio quem in me mõstrosi uultus horruere conspectum. non tela iaciebam, non iaculabar ictus. fur ialibus miser facibus ardebam, & pectus istud non lorica, non ferrum, sed diri serpentum clauserant nexus. Non fuit illud pugna, nõ acies. in bello parricida uincebam, excesserũt opera mea humanarum uirium mediocritatem. quicquid factum est, rabies, insania fuit. Prædico, protestor, non ego parricidium faciam, non ego fortiter feci. Quòd si ulla ratione casu ue effici potest ut prædicta non fiant, fidem uestram P. C. ut mihi potius innocentia, quàm fato debeatur: ego dicar expugnasse constitutionem, fregisse uincula necessitatis: mea pietas, mea laudetur integritas. Dij non sinant, ut inter me responsamq; decernat exitus. Mathematicum uincere malo, quàm reprehendere. Quid nunc agam P. C. quemadmodum me uir fortis ad preces, quemadmodum parricida componam? Dicam, miseremini? dicam, succurrite? Sic rogari contra mortem solet. Nouo mihi inauditoq; opus est ambitu malorum. Nisi morior, periclitor. Ideo uideor causas reddidisse, ut contradiceret pater: & si bene noui malignas interpretationes, nõ exitum captasse dicar, sed excusationem. Explicare per fidem miseri pudoris æstum, nunquam uidebitur mori uoluisse parricida, si uixerit. Ad tua nunc genua porrigo optime pater has ad scelus tantum fortes manus. Per ego, si fas est, quicquid feci, per hãc ipsam mei charitatem, qua me nondum timere coepisti, miserere, filium pietate pereuntem ne uelis exitum facere parricidæ. Præsta mihi patientiam, qua me modò bello credidisti.

Finge

Finge nos in ipso prosperi Martis cecidisse complexu: confectumq; magnis uulneribus cadauer efferri. Relinquo tibi pro me omnes parentes: hunc quo nos retinere uoluisses, in suprema mea transfer affectum: tuis manibus compone corpus, extrue rogos, funeri iusta persolue. Deinde cum iam nouissimis osculis, supremoq; discedens satiatus fueris amplexu, tunc te fas est sublatis ad cælum manibus proclamare, Mathematice, mentitus es. Reddidimus causas, peregimus preces. reliqua uos manus, uos adiuuate ciues, non ut liceat mihi mori. licet istud etiam ut negetis. Vir fortis commendo uobis exitum meũ, si non cõtinuo letale uulnus inpresserо: si non cũ sanguine totam animam properans ictus egesserit, adiuuate dexteram, deprimite telum, & ante omnia detinete patrem. Nescio quàm longe manum sparsurus sit fugientis animæ dolor, quò cadat extractus mucro uisceribus, in quem se collabentis corporis ruina præcipitet. Vultis scire quantum debeam timere iacturus? Metuo ne parem, dum morior, occidam.

AEGER REDEMPTVS,
DECLAM. V.

ARGVMENTVM.

Liberi parentes in egestate aut alant, aut uincianrur. Quidam duos filios habebat, frugi, & luxuriosum. Peregre profecti sunt capti à piratis. luxuriosus languere cœpit. Ambo de redemptione scripserunt. Pater uniuersis bonis in unum redactis profectus est. Dixerunt illi prædones, non attulisse illum nisi unius precium, & eligeret utrum uellet. Aegrum redemit. Quidum reuertitur, mortuus est. Alter ruptis uinculis fugit. Alimenta posett pater. contradicit filius.

Pro Patre contra Filium.

QVAM

QVAMVIS Iudices in tanta malorũ cõtinuatione iam poteram nihil ex accidentium meorum nouitate mirari, nullumq; mihi reliquerint impatientiæ genus aduersa, quæ de solatijs remedijsq; creuerunt: confiteor tamẽ hoc solum me prospicere nullo metu, nulla tristium recordatione potuisse, ut post piratas, orbitatem, famem, hinc quoque calamitatibus nostris põdus accederet, quòd reuersus est filius meus. Viuebam miser, ut hunc uiderem, solaq; superstitis expectatione suspensus, auidissimam moriendi cupiditatem contentiosa mendicitate fallebam. Pudet persuasionis, redisse se iuuenis affirmat ut uindicaretur morte fratris, ut patris orbitate gauderet: nec intelligit maiorẽ se factis meis authoritatem hac indigatione conferre. Nunc magis sentio, quantum facinus fuerit ægrum non redimere. Queritur se relictũ, qui potuit euadere. Vtcunque igitur Iudices poterã redemptionis illius reddere de præsenti iuuenis impietate rationẽ, & mihi crudelitas ista præstabat, ut filium uiderer elegisse meliorem. Non utor tamen occasionis huius inuidia, nec quicquid miseræ pietatis impatientia feci, querela malo defendere. Ego uerò tunc non mores liberorum, mentesq; tractaui, nec mihi in illa tristissima conditione succurrit de comparatione consilium. Sola, quid facerem, necessitas, sola iuuenum meorum aduersa suaserunt. Ex duobus liberis neutrum magis amat, qui redimit ægrum. Illud plane Iudices ultra omnem malorum meorum fateor esse tristitiam, quòd hac asperitate iuuenis, hoc inopiæ squaloris; despectu famam optimi fratris incessit. Hominem qui piraticum carcerem, qui prædonum uincula discussérat, decuerat ne uoluisset aliter reuerti. Ex quo se nobis tanto uirium labore restituit, poterat eius quoque admirationem mereri, qui precio paulo antè cessisset. Dij immortales,

les, quam laudem, quem gloriæ fauorem impleuerat! si pasceret patrem, redemerat fratrem. Relaturus uobis Iudices ordine malorum meorum euentum, quem nemo tam crudelis, nemo tam sæuus audiet, ut me non pascat, hunc ante omnia, qui se queritur in fratris comparatione damnatum, secreti doloris indignatione conuenio: Quid agis impotens superbe? Tu nescis utrum fuerim redempturus ex duobus sanis, ex duobus ægris. Habui enim Iudices, filios diuersissima mẽtium corporumq; qualitate compositos: & sicut mox probauit sæua captiuitas, in totam dissimilitudinem, uitæ quoque genere deductos. Hic nanq; robustus ac patiens, non molliri prosperis facilè, non accidentibus frangi: & quem de uoluptatum gaudiorumq; contemptu scires parem quandoque fortunis, traxerat ex firmitate mentis magnã protinus & in membra constantiam. Ille uerò pariter in Letitiam metusq; resolutus, alienus à curis solicitudinibus impar, delicatus, impatiens, & iam similis ægro. Sed apud patris affectus hæc ipsa liberos dissimilitudo iungebat, & erat quædam inæqualitate charitatis æqualitas, quòd hunc seriò, laudatumq; semper, illum iam quadam miseratione diligerem. Quid profuit induidua pietas? Erat etiam me nolente manifestum utrius magis colloquijs, magis letarer aspectu. Velit nolit Iudices ipsa quoq; querela iuuenis, quid de patris fateatur animo, probat. Irasci quòd non sit fratri prælatus ægro, impatientia est hominis qui magis ametur. Accipite Iudices maiorem pietatis æquæ probationem. filium nec peregre dimissurus elegi, iunxi fratrem, aptaui comitem, & utroque patris latere nudato, uisus sum mihi magis habiturus utrunq; mecum, si pariter essent. Hanc apud me iuuenum æqualitatem, etiam in calamitatibus fortuna seruauit. Vterque captus est, ambo de redemptione scripserunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pſerunt. Diſſimules licet, iterum tamen & inter aduerſa perſuaſionem charioris inuenio. In captiuitate cõmuni puto minus ſperauit ille de patre, qui languere cœpit. Tu mihi nunc impotentiſſime iuuenis, tu quæſo reſponde. Quid aliud facere debuerit pater duos redempturus? Cunctas facultates in precia collegerus, ſeruulos, penates, & omnia utiliora properãti feſtinatione parentis addixi, & ultrà quàm non poteſt excogitare ſummus affectus, nihil ſenectuti meæ, nihil dubijs caſibus (prò inconſulta pietas) nihil neque illi reſeruaui, quem redemiſſem. Quantum Iudices ad piratas tulerim, ſcire poteſtis ex hac fame. Fuerit precium licet exiguũ, paruumq;, dum totum: fingite quamlibet diuitem, quamlibet pauperem patrem. nemo unquã plus pro liberis dedit, quàm qui ſibi nihil reliquit. Vtrúm ne igitur Iudices nemo mortalium habet precium pluriam liberorum? An piraticæ feritatis ingenium eſt, in captiuorũ taxatione ſolos æſtimare rede mentes? Dij immortales, quàm arrogans me pirata, quàm ſuperbus excepit? Parum, inquit, attuliſti ſenex, languet alter. Quid ego à dijs hominibuſq; merui, quòd mihi non redditurus utrunque, non ipſe potius elegit? Sæuus, & humani doloris artifex, negauit à me duos poſſe redimi. Deinde ut hoc triſtius, ut difficilius eſſet, redditurum ſe dixit utrum maluiſſem. Vides iuuenis quantum pietati meæ teſtimonium reddiderit ipſa crudelitas. Conditio non ponitur niſi duos redempturo. Expectatis, certum habeo iudices, ut in triſtiſſimæ neceſſitatis poſitus abrupto, ad ægrum cũtinuò properauerim. Quis non putet audita cõditione uincula me ſtatim detraxiſſe languẽti? Oderitis licet cõfeſſionẽ meã, deliberaui. Tenuit inter illos inexplicabiles doloris æſtus, perquã longũ pietas miſera conſiliũ: & quod nũquã ſatis manibus filij, nunquã ſatis excuſabo conſciẽtiæ meæ, nõ ſtatim mihi ille deficiens unicus fiat. Diſſimul

ſimules licet orbitas, ego mihi plurimum uideor adieciſſe languori cũctationis mora, et ſenſit infelix quid in electiõis huius neceſſitate fuerim neutro languente facturus. Tandem, quod ſolum habebat ambitus genus, deſperatione præualuit. Accepi fateor illum qui ſolutus quoq; non ſequebatur, quem non gaudium redemptionis, non lætitia prælati, non hortantis erexit patris amplexus. Si eſſet in rebus humanis ulla clemẽtia, merueram etiam de piratis ut mihi duo redderentur. Vtinam Iudices iuuenis illius uita præſtaret, ut uideretur non periculi miſeratione, ſed charitate prælatus. Me infelicem, quòd bonam habeo cauſſam. Explicuit iuſtitiam comparationis, qui deceßit etiam redemptus, & in perituro filio nihil aliud electũ eſt. In quo fui miſer famæ periculo? Filius meus languore defunctus eſt. Tamẽ pater occiderat ægrum ſi reliquiſſet. Videram continuò Iudices in carcere illo quantum promitteret cõſtantia hominis, quem non captiuitas, nõ expectatio patris, nõ fratris fregiſſet infirmitas. Nec immerito de fortiſſimo iuuene cũcta ſperaui, ſi fuiſſet ad omnes conatus explicato languente liberior. Tandẽ miſeros fortuna reſpexit, & puto cõtra prædonum commenta feritatẽ, ipſa conſenſit, ut nobis quẽ negauerãt, non abſtudiſſent. Non quidem mihi Iudices arrogo temporis illius prouidentiam, nihil me fateor feciſſe conſilio: poteſt tamen utriuſq; iuuenis exitus neceßitatibus meis aßignare rationẽ. Periſt quẽ redemi, reuerſus eſt quẽ reliqui. Inueniſſe te putas iuuenis patrẽ cibos et alimẽta poſcẽtẽ? Quærebam preciũ tuũ, teſtor clemẽtiã mitiſſimæ ciuitatis: hæ preces, hic rogãtis ambitus fuit. Miſeremini, date ſtipes, indulgete conferte, repetendus eſt ille qui redimi maluit fratrem. Sed & hac te decebat reuerſum proclamare uoce, Erige uultus pater, attolle triſtiſſimã faciẽ: uindicati de ſæuiſſimis prædonibus ſumus, duos redemiſti. Alimẽta poſco, poteram non adijcere, fi-

e lium

Universidad de Deusto
Biblioteca

lium pater, sed mendicus hominem, sed iuuenem senex. Quis enim magis ex ipsis rerũ naturæ sacris uenerandisq; primordijs descendit affectus? Quid etiã inter liberos ac parentes tam cõmune, tam publicũ, quàm ut alicuius famem proximus quisq; depellat? Voluit nos ille mortalitatis artifex deus in cõmune succurrere, & per mutuas auxiliorum uices in altero quẽque quod pro se timeret asserere. Nondũ hæc charitas est, nec personis impensa reuerentia: sed similiũ accidentiũ prouidi metus, & cõmuniũ fortuitorũ religiosus horror. In aliena fame sui quisq; miseretur. Sic cibos obsidio partitur, sic inopiam pariter nauigantiũ frequẽter unius alimenta pauerũt. Hinc & ille uenit affectus, quòd ignotis cadaueribus humum congerimus, & insepultum quodlibet corpus nulla festinatio tam rapida transeuntis, ut nõ quãtulocunq; ueneretur aggestu. Parentibus uerò liberi nõ præstatis alimenta, sed redditis: quanto dij deæq; breuiora, quanto minora pro tot infantiæ, tot pueritiæ sumptibus, tam uarijs uel abstinentissimæ iuuẽtutis impendijs? Si mehercule hoc quoque officij genus natura permitteret, bene pro deficientibus aliquid & uita uestra deperderet, iterumq; ex illa quam traxistis anima portio breuis in suum rediret authorem. Vultis scire quãtus nomini nostro debeatur affectus? quãta ueneratio? Non est beneficium quòd pascitis: sed est facinus quòd negatis. Liberi parẽtes alant. Pudet sacrorum nominum, pudet religionis humanæ. Hæc ergo lex erit? Quid imprecer homini, qui primus fecit ut pietate iuuarcmur? Liberi parentes alant. O crudele factũ. O nunquã tristior fames ita pascit ille qui cogitur? Non meruisti, inquit, accipere. Discede pietas, quiesce paulisper: infirmitas remuneranda sit. Primum lex seuerissima est, ut fortius alimenta poscantur. Perdiderũt pulchritudinem sanctitatémq; naturæ, qui putant illis parentibus iura succurrere, quibus apud liberos salua

salua est de mutua charitate reuerẽtia. collisis prospexere pignoribus, & inter tam uenerabiles affectus hoc quoq; digniũ prouidentia fuit, ut aliquid & odia præstrarent. Quereris, irasceris, & ideo iuberis. Expectandũ est uidelicet ut liberorum parentumq; cõcordiam præferant totius merita uitæ, & ut pietas, natura, sanguis accipiant quotidie tanquam amicitiæ nexum: & nisi nos promeruerimus obsequijs, adulatione, patientia, natales ortus & pignora prima perierunt? Si uultis Iudices ut huic nomini salua sit in omni personarũ diuersitate ueneratio: bonum patrem filius alat, lex malum. Non faciam hanc contumeliam rerum naturæ, non faciam legi, ut excusem uel pessimum patrem, ut sacro nomini tentem gratiã petere de uenia. Sim licet crudelis ac sæuus, filium tamen diutius amaui. Clauserim paternos penates, de testamento, de spe successionis expulerim, onerauerim uinculis manus, fœdauerim membra uerberibus: persolui gratia non potest nec malo patri. Arrogans, impotens sum, nolo quotidie mereri quicquid mihi deberi cœpit primo die. Facilis, mitis, indulgẽs, uocabula sunt ista minoris affectus: propter hæc aleretur amicus, pasceretur extraneus. Vestrum quinimmo crimen est, quòd interdum aliud sumus: & (unde manifestiũ est diuersitatem nostram uenire de moribus liberorũ) non inuenias asperũ patrẽ, nisi iã peccãtis ætatis. Quid ais? rigidus, immitis sum: ideo pasce, tãtum pasce, nõ ultrà malo pro reuerẽtia nominis nostri. Quicquid præstatis inuiti, et cũ alitur pater quẽ quereris indigniũ, accipere mihi uidẽtur omnes parentes. Si uis, affectũ debes: sin minus, necessitate seruitutẽ, patientiã. Nõ tãquã pater alitur, qui tanquã bonus amatur. Sepone iuuenis, differ querelas, tunc irasceris, tũc obicijes mihi, cũ prosperitatum, cum secundorum officia deposcam. Non talis ad tua genua prouoluor, ut extimẽdus sim. Nulli malus est pater, cũ esse cœpit infelix.

Universidad de Deusto
Biblioteca

felix. Aspicis collapsum, & ex omni calamitatũ genere miserum, & ultra quod accidentium mensura non exit, in orbitate mendicũ. Riget squallidi capitis concreta canities, uigor pristini uultus uacuis luminibus intabuit, & per obstantium crinium illuuiẽ tenuis arctium iactus oculorũ. Hæret astricta nudatis ossibus cutis, et in fame sua homine cõsumpto, iam mẽbra sine corpore. Iterum bonus sum: in pristinã religionẽ de calamitatũ horrore restituor. Adeo'ne nõ habent hæc ipsa supplicia pœnas, quòd posco, quòd rogo, quòd mendicus sum filij mei? Et quàm multa dij, deæq; non possunt pro nobis impetrare legest Quanto plura sunt quæ negantur cum præstant inuiti? Non exigo ut tuis manibus porrigas cibos, ut consoleris, ut foueas: proijce quod rapiam, abijce quod colligã. Genus ultionis est pascere, nec misereri. Si tamen iudices fas est impietatis huius ullas accipere caussas, & filiũ qui non alit, putatis reddere posse rationem, æstimate per fidem quod sit facinus illud, cuius ultionem debeat exigere aliquis de fame patris. Captũ me, inquit, non redemisti. Quis non putet queri de filio patrẽ? Quenquam'ne dicentẽ feras, nihil tibi debeo qui mihi uitæ lucisq; beneficiũ semel præstitisti, quia hunc spiritũ, hoc corpus non ex indulgentia tua rursus accepi? Iniquissima magnorum condicio meritorum est, si quicquid non fuerit adiectum, de prioribus perit, & pessimo exẽplo gratiam præteritis auferunt reliqua cessantia. Non redemi, non tamẽ ideo minus est quòd in hunc te diuinorũ humanorumq; conspectũ de nostra protulimus anima. Maria terrasq;, & infatigabiles siderũ cursus, & cuncta sacro fulgore lucentia nos ut fruereris oꝛtẽdimus. Has quas subtrahis manus, hæc uerba quæ negant, de meo spiritu, de meis uisceribus hausisti. Gaude potius, exulta quòd tibi patris asperitas præstat boni filij iactationẽ. Solus habet quod imputet patri, qui queritur, et pascit. Quàm multa

iudices

Iudices huic querelæ respondere poterã, propter quæ filiũ salua pietate non redemissem? Quis non acciperet excusationẽ, si dicerem, Impedijt quamuis properantẽ senectus, inopia, lãguor? Preciũ non tam festinanter inueni: Explicare non potui nauigationem iuuenibus quoq; fortibusq; difficilẽ. Solus ac senex non illa qua sperauerã prosperitate direxi? Per quos metus, per quæ peregrinationis incerta properaui? Remoue iuuenis indignationem, nihil plus pro filio factũ est quẽ recepi. Non fortunam tibi debeo, sed affectũ: non exitum, sed uoluntatẽ. Pro duobus precia contraxi, pro duobus maria conscendi, pro duobus genua tenui. Rogo uter magis amaretur, si mihi piratæ duos reddidissent? Age tu nunc iuuenis ad faciendam inopiæ patris inuidiam (si uidetur) exclama, Famem obtẽdis, ad quã luxuria, prodigarũq; uoluptatũ continuatione uenisti: exhausisti senex census in precia meretricum, quanquam & huic iubetur necessitati pietas uestra succurrere, & lex quæ inopem, quæ patrem nominare comẽta est, filiũ nõ remisit ad caussas. Quid uerò si in educationẽ, in discursus, in precia uacuatus sum? Excedit omnem scelerũ cõparationẽ, patrẽ mendicũ facere, nec pascere. Tenuat iudices hoc, quòd nõ est redẽptus, ampliare alia iuuenis inuidia. Fratrẽ, inquit, mihi prætulisti. Fateamur paulisper hoc crimẽ, agnoscamus hoc nefas. Impudẽtissime generis humani, tu nõ feres ut frater tuus uel magis ametur? Vides enim, prælatus est tibi nescio quis affectus, possidẽt charitatis tuæ locũ pignora de muneribus sumpta nomunibus. Illiũ nẽpe, cuius æquè spiritus de uisceribus his trahebat ortum: qui patrẽ uel solus impleret. Pessimus est mortaliũ, qui amari fratrẽ suũ sine sui charitate putat. Tu custodies utrũ frequẽtius osculer, utrũ stringã magis arctiore cõplexu? Non est hoc impatientia, nec circa patris affectus sacra de pietatis cõtentione rixa. Eum tantũ fratrẽ putas amari magis, quẽ non

Universidad de Deusto
Biblioteca

ames? Falleris iuuenis, longeq; te ab intellectu rerum naturæ
sepoſuit praua perſuaſio, qui putas ex paternis affectibus fi-
lio perire, quicquid in altero de neceßitate præponderat. Par
eſt in omnes liberos, eademq; pietas, ſed habet in aliquo ple-
runq; proprias indulgẽtiæ cauſſas, & ſalua charitatis æquali-
tate eſt quiddã per quod tacito mẽtis inſtinctu ſingulos rurſus
tãquam unicos amemus. Hunc primus naſcẽdi locus, illũ gra-
tiorẽ præfecit infantia, alium lætior uultus, & blãdior oſculis
amplexibusq; facies, quoſdã magis ſeueritas probitasq; com-
mendat, in quibuſdam diliguntur impatientius calamitates. Et
damna corporum, debilitatesq; membrorũ notabilius miſera-
tione cõpleƈtimur. Salua eſt tamẽ uniuerſitas, cum quicquid in
alio ceſſare creditur, in altero reſtituit alter affectus. Securus
ſis, nõ intercidũt iſta, nõ pereũt, ſed inuicem uincũt, præualẽt,
cedũt. Filio nõ poteſt præferri niſi filius. Blãdiar Iudices pau-
liſper calamitatibus meis, & ſic agam tanquam apud piratas
inuenerim utrunq; ſanũ. Attuli ſine dubio preciũ duorum, ſed
utrunq; prædo nõ reddit. offert electionẽ, ſuadete quid faciam.
Quid dicitis? Iſta pietas eſt, abire, diſcedere, iraſci ſcilicet, que-
ri, et inuidiã facere piratis? Vos interrogo liberi, nos parẽtes,
Non ergo facinus eſt, ideo neutrum redimere, quia utrunq; nõ
poßis? Egregia pietas, æquare liberos iuſtitia deſperationis, et
ex hoc quòd ſuccurrere non contingit duobus, orbitatẽ facere
totã. Tu uerò ſenectus accipe quicquid datur, accipe quicquid
offertur, dum hoc ſaltẽ feritati libet, antequã in patientiã tam
ſæua decreſcat immanitas. Interim multa poſſunt afferre ca-
ſus: ſperare licet, repetere, ſperare pater fortaßis euadat. Quæ
cũque explicari coacerυatione nõ poſſunt, per partes uices q;
ſeruãtur: & facilius eſt diuiſa ſubtrahere, quorũ magnitudo la
borat in ſolido. Quãtum intelligo Iudices, filius, cui profuturũ nõ erat ut eligerẽ, hoc ſolũ ferre non poteſt, quòd redẽptus
eſt

eſt frater. Quis hanc Iudices impudentiam ferat? Obiecit mihi
quòd ullũ de liberis meis potuerim facere diſcrimen. Deinde
queritur non ſe potius electũ, & cum fratri præter ciuſdẽ no-
minis par ac ſimile conſortiũ reuerentia quoq; languoris ac-
ceſſerit, indignatur apud affectus patris non eam præualuiſſe
partem, in qua tantũ filius erat. Non inuenio Iudices quemad-
modũ effugere potuerim criminis huius inuidiã, ſi hunc po-
tius recepiſſem. Patri, cui utrunque pirata reddere nolebat, re-
dimẽdus fuit aut æger aut neuter. Quid q, inquit, etiã luxurio-
ſum prætuliſti? Parce iuuenis maledicto, parce cõuitijs. Reliq-
ſtis hæc nomina, domi erunt iſta uitia, domi erũt iſtæ uirtutes,
ſed cũ fueritis reuerſi. Interim nihil aliud eſtis quàm fratres,
quàm liberi mei, duo captiui, ambo miſeri, & diuerſitas ueſtra
de calamitatum ſocietate conſumpta eſt. Vides quam nefas ſit
alterum ex uobis mihi eſſe utiliorem? Piratarum non intereſt
uter eligatur. Dignũ hunc dereliquiſti, luxurioſum redi miſti.
Cõparatione ueſtra iuuenis circa patrimoniũ honores ue con-
tenderes, & ego proclamabo, uicißes. Sed uentũ eſt illuc, ubi
non probitas, non mores æſtimãtur, & de corporibus ſola ta-
xatio eſt. Vnde triſtes toleraret caſus ferret ſordes uinculorũ,
piraticã famẽ iuuenis, quẽ torquere ſolebat noſtra frugalitas?
unde in illa ſolitudine carceris duret animus cõuictibus ſemper
comitatibusq; lætatus? Expecta tu quẽ decet honeſta patiẽtia,
laudabilis labor, qui tibi difficultatũ reddis ipſe rationẽ. Tu diſ
ferris, luxurioſus redimitur. Quid uis? Prætuli illũ de quo ſoli
tibi quererer: quẽ cum uellem caſtigare, reprehẽdere, te ſole-
bam laudare, mirari. Exaggera quantũ uoles uitia fratris: lu-
xurioſum, perditũ uoca, dũ ſcias te ſic magis probare nõ ani-
mum fuiſſe patris, ſed de calamitate rationẽ. Ille eligit, qui re-
cipit ante meliorẽ. Sed parce quæſo iuuenis aduerſorũ inter-
pretationi. Non eſt electio, alterũ recipere, cũ preciũ attuleris

Universidad de Deusto
Biblioteca

duorũ. discrimen illud non ego, sed pirata cõmentus est. Quicquid inter uos in alterutro fecero, affectus est, quo duos amo. Et homo apud quem filius sola præualuit gratia calamitatis, non fratrẽ tibi prætuli, sed quod in te fratri prætulissem. Consilium hoc putas fuisse patris? Fortunæ est, qua capti pariter estis, qua decubuit alter, qua non conualuit redẽptus. Cũ propter duos uenerim, quod in altero mihi pirata concessit, idẽ est ac si mihi neutrum reddidisset. Sed quousq; facti mei dissimulabo rationẽ? Aeger electus est, respondete nũc, si uidetur. Luxuriosus, perditus fuit. Parcamus quæso memoriæ, reuereamur suprema cineris, pœniteret me fortasse si uiueret. Iterũ ac sæpius (quod necesse est) ipsa criminis mei uoce defendar, Aegrum redemi. Non habẽt profectò, nõ habẽt discrimen liberi, nisi de calamitate: et inter homines quos natura pietatis æquauit, differentiã nisi de dolore non explices. Non cum usu nunc uestro, nõ cum moribus loquor. Ille anhelat, illius sunt lassa suspiria, ad illum serius ueni. Excogitasti rursus fortuna quod supercresceret charitati, quod posset sacris nominibus accedere. Hic solus maior affectus est quàm filios amare, filij misereri. Me quidem Iudices si quis interroget, conditio illa non fuit uera, nõ simplex, habuitq; piraticæ feritatis ingenium. Aegrũ mihi nõ licuit relinquere, licuit eligere. An fas fuisse credis, ut iuxta moriturũ tu reddereris? & homines eius immanitatis, ut possent liberos cũ patre partiri, paterentur eum sibi relinqui, quẽ periturũ ex hoc probabãt, quòd illũ pater nõ eligebat? Tẽtata est misera pietas, & placuit hoc quoq; addi calamitatibus nostris, ut onerarer pudore cõditionis partes nõ habẽtis. Cum in comparatione sani æger offertur, ideo ponitur, ut eligatur. Superest, nisi fallor Iudices, ut cũ sibi prælatũ fratrẽ queratur: æstimetis utri tũc magis debuerit pietas nostra succurrere. Est quidẽ Iudices humanæ infirmitatis ista natura, ut ex omnibus

acci

accidentibus grauissimum putet quisq; quod patitur: & cum aliena cogitationibus, nostra dolore tractentur, necesse est apud impatientiã suã uel minora præualeant. Lãguor est tamen, languor, cui meritò cesserint cunctæ calamitates, in cuius cõparatione consolari se potest genus omne miserorum. Stringat licet manus sæua captiuitas, profunda carceris nocte mẽbra claudantur, datur tamen colludere catenis, artus extrahere nexibus: & habet aliquid æquanimitatis, cum pœna sua posse rixari. Sæuiunt regna tormẽtis, bella uulneribus, sed leuius afficit quicquid uiribus feras: & cum in plenũ adhuc sanguinẽ aduersa ceciderunt, repugnantis roboris colluctatione uincuntur. Quos cruciatus cõpares, quẽ dolorem, cũ penitus uisceribus immissa tabes cotidie aliquid ex homine præmittit in mortẽ? cum cibos, haustus, & omnia blãdimenta uitæ fames fastidit, & poscit? desiderare assidentiũ officia, dehinc ferre nõ posse? grauari quos appetieris attactus? per totum cubile corpus uelut super ardentes exagitare flãmas? Lux fatigatis luminibus grauis, uox sola de gemitu. Cũ ex duobus captiuis lãguet alter, una est inæqualitas patris eligere sanũ. Retuli Iudices usq; adhuc in penatibus suis iuxta parẽtes propinquosq; languẽtẽ. O carcer, ô morbi, quẽ uos nõ facitis ægrũ? Et nõ ille carcer, quẽ seueritas legum, quẽ potestatũ iustitia cõmẽta est. Nõ possunt humani metus, humanarũ cogitationũ ingenia satis abundeq; cõcipere quæ uidi. Iacet sub immensæ rupis abrupto tristis, & ultra naturalẽ profundæ caliginis noctẽ mersus piraticis artibus specus, quẽ tota circunfusi uastitas maris, & undiq; minãtibus scopulis illisa tẽpestas terrore ruituræ molis euerberat. Horrẽt cũcta crucibus, squallẽt circuniecta naufragijs, nullus nisi in supplicia mortesq; prospectus, & ad infeliciũ captiuorũ metũ præmissus de simili exitu dolor. Spiritus solus intus uiuit, quẽ uinctorũ trahũt redduntq; gemitus, quẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

tot contulere languentes. Hoc erat ubi iacebat æger, illud tot annorũ ex quo cœpit pirata grassari, idẽ cubile. Corpus quod grauaretur assidentiũ sedulas manus, iacet inter uincula, quibus instringat adhuc recentẽ pirata captiuum: & quanuis tenuata de nexibus mẽbra labantur, rursus in modũ stringentiũ tenent, quæ nullo suspensa nixu uelut uecto homine sederunt. Qualis erat ille sub ferro, cuius exãgues manus uix leuia uelamẽta transferrẽt? Quis inter cõplorationes gemitusq; somnus, quẽ uix silẽtia solicita præstarẽt? Ad quæ colloquia tristitia respiraret? Vndique pares simulesq; miseri, & uberibus captiuis adiectus cotidie nouus aliquis impatiens. Cõpara, si uidetur, huic ægro captiuitatẽ tantum tuã. Tu quereris quòd cibos pirata nõ præstet, ille remittit oblatos. Te nuda humus, nudũ cubile frangit: ille ad singulos ardẽtis corporis motus in sua uincula uersatur: & quocunq; mẽbra lassata dolore trãstulerit, in suppliciũ redit renouata patientia. Breuiter sæuissimi Languoris definiẽda mensura est. Nõ potest ex illo sanari, nec quẽ redemerit pater. Insta nunc, si uidetur, ac subinde iuuenis interroga, cur ægrũ potius elegerim. Reddi á me posse rationẽ cur hoc fecerim, putas? Ego uerò nõ possem nec si te redemissem. Quid enim si respõdere iubeas orbitatem, cur in exequias totos egerat cẽsus? Quid sibi uelit ille funebriũ longus ordo põpariũ? Cur super flagrãtes iaceant rogos? Cur ardẽti nõ diuellãtur amplexu? Et ego dico, proclamo, fateor, erroris ani demẽtiæ furor est cũ feceris. Hoc est ergo, inquit, quod de te præcipue queror, morituram mihi prætulisti. Quæso iuuenis, ne nobis putes tantũ inesse feritatis, ut illũ potuerimus existimare morituru. Vis nõ sperẽ uicturum filiũ, quem tunc primum aspicio, cõplector ægrum, quẽ pirata nõ recusat sibi relinquit? Si persuasionẽ patris interroges, quicquid est quod miser torquetur, afficitur: nõ languorem credo, sed impatientiã, desid

derium, dolorẽ. Hominis qui apud piratas lãguet, tuũ remediũ putes, ut redimatur. Sed nõ est, quæso iuuenis, quòd hoc patrociniũ de tam calamitosa pietate concipiam, ut dicã, uictu rũ putaui. Exaggero quinimmo inuidiã criminis mei. Redemi fateor illum, qui dilationes, qui moras ferre non poterat, in quo mihi pirata uẽdebat breuia oscula, paucos dies. Si me hercle uterque fuisset æger, illum redemissem, qui prior languere cœpisset. Si duos pariter naufragia raperẽt, illi porrigerẽ manum, quem iam membrorũ contentione lassatum fluctus hauiret. Si uulneribus confectos remisisset acies, properantius ei clauderẽ plagas, per quem animam largior sanguis egereret. Ignoscite dij pariter atq; homines, nõ possum de liberis, possum eligere de miseris. Gratias quinimmo fortunæ: gratias ago, quòd adhuc æger sentit, intelligit. Alioqui cadauer acceperã, & precia duorũ pro funere tantum supremisq; persoluerã. Nescis quantũ pudori, quantũ adijciat affectibus meis inter tam impares æquata conditio. Aeger qui tantundẽ est piratis, plus est patri. Velis tamẽ nolis infelix senectus, fatendũ est quod merito, quod summa pietate factum est, quã difficilẽ fecerimus. Quæ tunc mihi cogitationes, quis tẽporis illius animus fuit, cũ inter duos liberos incerta miser electione discurrerẽt? Hũc diutius osculabar, illum putabã desperatione moriturum. Lacrymas ad languẽtem gemitusq; transtuleram, & tu mihi uidebaris futurus æger. Quoties catenas tuas soluturus inuasi? sed mihi cõmẽdabat relictũ, quòd te prætulissem. Quàm frequenter iã laxata misero uincula rursus imposui, dũ mihi tua potius sanitas placet? Dissimulare nõ possum cõditionis illius secretas difficultates. Redimi debebat æger, ego te uolebã. Ponere uos iudices uelut in illa necessitatis meæ præsentia uolo. Ecce infelix ad primũ aspectũ patris conatus assurgere, illas pallẽtes sordibus manus paululũ tãquã amplexus daturus erexit: nec

Universidad de Deusto
Biblioteca

xit:nec usq; in ceruices meas spiritu iam deficiēte perlatas, in suum miser iterū cubile deiecit. Totus ille circa nos carceris populus obticuit: & ne colloquijs nostris terribilis catenarū stridor obstreperet,lassatos artus in sua tenuere patiētia. Ego serius grauis, hinc, si uidetur,incipiam. Luxuriose,meruisti. Ignorat profectò paterni doloris æstus,quisquis solatium putat ut de languente filio queratur,ut moribus mentiq; maledicat. Abite uirtutes,ignosce probitas,charior est ex liberis ille qui moritur. Mihi uerò fateor hinc aliqua languente filio uenisse solatia,quòd uixit infelix quēadmodum uoluit, quòd fuit hilaris ac læta breuis ætas. Crede iuuenis,& pro te iam maluissem ut luxuriosus esses. Cui tu tēpori,cui dolori rigorē ultionis,frōtem castigantis inungis? Impatiētissima res est perdere filiū cui uidearis irasci. Corruptum me precibus putatis, ambituq; lacrymarū? Hoc uicit æger,quod non rogabat. Aßidebā misero,demittebat oculos. interrogāti responsum de lacrymis tātum gemituq; reddebat. agebat me deliberante tā uictū, cū repēte miseras manus uelut recidētis amplexus posuit in sinu meo. Et cū lassa suspiria per ardētes anhelitus egestis sæpe uiceribus,cū diu collatis uterq; singultibus muscuissemus lassas sine uoce lacrymas, tādē spiritu uix in paucissima uerba collecto,Tibi qdē,inquit,gratias ago pater, quòd redēpturus utrūq; uenisti: nō adeò tamē sensus meos lāguor hebetauit, ut exitū cōditionis huius ignorē. ego luxuriosus,ego perditus, nūc uerò sup infamiā nominis huius immorior. Vtinā hoc saltē mihi serò fata præstarēt, ut residuū laborātis animæ in tuo ponceremus amplexu. Sed si mora est lōgior properātibus expectare pereuntē,ite superstites,ite felices: has tātū reliquias cōmendate piratis,ne mersus profundo, & proiectus in fluctus,exitum faciam hominis ad quem nō uenerit pater. Vnde enim sperare possum,ut reuertaris,ut facias? Tūc super abrupta uerba

ta uerba tota defectione cōticuit,strictisq; uitalibus circa dolorē suum membra riguerūt. Exclamaui fateor, quid agis infelix? cur desperatione collaberis? Attolle paulisper oculos,cō firma,dura,te frater elegit. Visa est post hāc uocem meā pera cta conditio, cōtinuò pirata detraxit catenas,uincula laxauit. Vultis elegisse me negē? Vultis in lucē diemq; productus,carceri suo reddatur æger? Ego uerò non habui uerba,quibus me deliberare,quibus nolle contenderem. Vultis scire quid pater, quid pirata præstiterit? Ego duos redemi,sed alterum accepi. Vt scias,inquit,ægrū redimi nō debuisse,defunctus est. Crudelissime generis humani,qui nos putas precium tuū perdidisse, audi quā multa nobis in morituro filio pirata reddiderit. Frater ille tuus inter uincula catenasq; deficiēs,respirauit aliquid in toro,tandemq; liberas uinculis manus per totius lectuli spatia iactauit,post impias carceris sordes illum cum ferali ueste squallorē exuit,paulisper æger uidit propinquos,allocutus est amicos,uādauit,exegit: & quamuis suprema sorte collabens, prius tamē luce cæli libera satiatus est. Contulit mihi grande uelit nolit fortuna in orbitate solatium. filium qui relictus mea fuit moriturus inuidia,non occidi,sed perdidi. Quid ais iuuenis? Ita si moriturum filium redimere non debui, non sufficit hæc tibi de me pœna,quòd ille decesit? Irasci patri tantum fortasse fas esset,si uiueret frater: tunc alimenta quærenti respondere posses,Posce prælatum. Quātum intelligo,qui de mendi ciuate patris uindicaris,ægri es redēpti iuuenis inimicus. Nescis quid sit inuidiā facere patri. Melior erat tua caussa,si mei misereris. At quanto,dij deæq;,alius fuit ille infelicissimi iuuenis affectus! Nuncio enim, & audiente & tota ciuitate teste proclamo. Tibi gratias agebat ille dum moreretur. Credo me herele hoc miserum dolore consumptum,quòd sibi uidebatur preciū suum mihi perdidisse. Nō aliter igitur quā si te præsen

te defi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

te deficeret, Per illud, inquit, frater optime natalium nostrorũ sacrum uenerandumq; consortiũ, per socias peregrinationes, per aduersa cõmunia, per hoc quod & tu lãguere potuisti, si te uel tua quandoq; uirtus, uel satietas securа prædonũ piratico carcere emserit, cõmendo tibi senẽ quem facimus uterque mendicum. Testor immortalia numina, & infernarum sedium deos, pascerem patrem si te redemisset. Ego tamen, inquit, mihi debeo, quòd reuersus sum. Non quidem quicquã uelim iuuenis de uirtutum tuarũ admiratione detractum, audias tamen necesse est in hac pietate uerum. Euasisse te putas ingrate? Dimissus es. Mea pietas istud, mea fecit electio. Vnde enim euenit quicquid antè captiuitas tua præstare non potuit? Iacta quantum uoles effractum carcerem, ruptas catenas: uis scire quid negligentes fecerit securosq; piratas? Acceperant preciũ duorum. Intelligit Iudices & ipse iuuenis, non esse se calamitatum nostrarum iustitiæ parem, & sic agit, tanquem alere non debeat. Itaq; transfert in hoc defensionẽ, ut posse se neget. Quid dicitis Iudices? Feretis hoc dicentem iuuenem corpore atque ætate robustum, Non habes opes, sed membra, sed uires? Nam neque ego laborem, nec difficiles posco conatus, cõtentus sum iuuenis ut uelis. Cibos me poscere putas? Humeros posco quibus incumbam, manus quas elisо pectori apponam, sinus in quos egeram exhaustarum reliquias lacrymarum: ut sepelias, ut hæc cum miseri illius membris ossa componas. Non alimenta quæro, sed filium. Quid quod nec graue longumq; supremæ pietatis exigimus officium? Non diu uiuerem etiam si me duo pasceretis. Securus sis, breui te gemitus mei liberabũt, assiduis planctibus cuerberata uitalia. Quid me remittis ad turbam? Quid facis rursus omnibus grauem? Consumpsi fletus, clementiam ciuitatis exhausi. Non alit populus hominem quem pascere filius debet. Quid sibi uult hæc aliena calamitatibus

tatibus nostris, aliena uirtutibus tuis, iuuenis, asperitas? Abstuliisti mihi malorum quoq; meorum uerecundiam. Quicquid fuerit, mendicitas est ex quo reuersus es. Durat in susceptо rigore iuuenis, & ad misericordiam non memoria fratris, non patris contemplatione deflectitur. Exclamaret alius hoc loco, Ex tua fide dignus quidem eras impotentissime generis humani, quem in tormenta mea doloremq; redeuntem, uincula rursus ac pœna carceris exciperet. Et insultes huic confessioni licet, allegare non possum. Quid mihi nuseras ultiones, quid triste monstratis auxilium? Faceret hoc pater qui redimere noluisset. Agè nunc uiuacissima senectus, redeamus ad preces, quod solum uis paternæ pietatis agnoscit, hic quoq; rogemus. Per ego te iuuenis illos meos de quibus nunc quereris, annos, per expertos tibi notosq; humanorum accidẽtium casus, per infelicis illius manes, cui nec hoc saltẽ contigit, ut te reuersо, te præsente moreretur: pasce nunc quòd te redimere uolui, pasce quòd fratrem tuum redemi. Nõ ego lassitudinem tuam posco, nunquam ocium meũ: nec ut ipse securus quietusq; transigam diem, tuas operibus manus, tuum laboribus assigno sudorem. Iungamus mutuæ pietatis officia, par flebile, par omnibus ætatibus nomimbusq; reuerendum est nobis negociũ cum ciuitate mitissima. Quanto libentius dabunt, cũ uiderint pariter unaq; miseros mutua sustentatione connexos? Et ego quidem rogabo, qui soleo, sed in tuos sinus populus congerat stipes. Quicquid preces, quicquid impetrauerint lacrymæ meæ, accipe, tuere, dispensa. pro tua fama, pro tua sum pietate solicitus. Ego mendicabo, tu pasces.

CORP

Universidad de Deusto
Biblioteca

CORPORIS PROIECTI,
Ipsa est Anus cæcæ.
DECLAM. VI.

ARGVMENTVM.

Qui in calamitate parentes deseruerit, insepultus abijciatur. Qui habebat uxorem & filium, captus à Piratis scripsit domum de redemptione. Vxor flendo oculos amisit, filius retinente matre profectus uicarijs manibus redemit patrem. Idem in uinculis decessit. Abiectus in mare, & appulsus ad littus patrium, est eiectus. uult illum sepelire pater, mater prohibet.

Pro patre contra matrem.

ETIAMSI *Iudices in hac asperrima conditione fragilitatis humanæ, ĩ qua nemo propè mortaliũ impune uiuit, hæc omnibus natura est, ut sua cuique calamitas præcipue misera atq; intoleranda uideatur: inter omnes tamẽ hoc constet necesse est, infelicitatẽ meam tantũ cæteras supergressam, ut prorsus hæc sit quæ fieri debeat usq; ad cæcitatẽ. Quid enim passus sum tam leue, ut non comparatio mei felices aliorum etiam miserias faciat? Graue est à piratis alligari, magis dicat hoc qui sciat quàm cito capti moriantur. Alligatus sum, sed tamen miser magis queror quòd solutus sum. In digna est impietas in suos, quæ quanta uersetur in hoc iudicio, uidetis. Sed mihi hoc quoq; querendum est, quòd me & uxor nimium dilexit, & filius. Quid ego putarem in rerum natura posse reperiri quod orbitate acerbius uidetur? Non contingit mihi, quod cæteris miserrimum est, filium efferre. Parum est quòd iuueni singularis exempli caussa mortis fui, & tam preciosa redemptus anima, senex odiosus morte filij mei uiuo. Parum est quòd mihi luctum meum fluctus nunciarunt, & aliud agenti patri subitò ad littus orbitas appulsa est, quòd miserrimum iuuenem toto iactatum mari, etiam, si nemo interpellasset,*

pellasset, serò sepelirem: adhuc supremo prohibeor officio, & ne quid solatij contingat, perdo etiam matris misericordiam. Inijcit erranti corpori manum mulier, & piratis & tempestate crudelior: atque ut accedat dolori meo cumulus, quæ hoc facit, uxor mea est. Ne quis tamen erret ignotus, non est filij mei nouerca, sed mater. O facinus, ô cladibus nostris mutata natura. Mater ignem ultimum filio negat, & mulier quæ maritum quoque suum debilitata desiderat. Quis hoc de ista credat? Filium non flet funditus euersa. fulmen hoc gladiumq; non sentit. Comparet dolorem, quanto minore caussa excæcata est? Huius iudices pœnæ ab ipsa morte repetite crimen. Ego sum, ego & alligaui filium meum, & infamaui: & ne non accedat grauissimi doloris comes pœnitentia, in illum mortiferũ carcerẽ mersi. Quo fato parẽtes miser sortitus est, ut illi uitã pater, sepulturã mater auferret? Nam ut pietatẽ filij mei semel iudicem, patrem redemit. Si quòd ego redierim, uxor trascitur, reddat rationem cur acceptis literis meis fleuerit. Atqui miserrimus iuuenis quomodo magis tẽperare potuit officia? Lex parentibus in calamitate ferre opem iubebat, uterq; parens erat calamitate deuinctus, unus autem succurrere utrique non poterat, inuenit tamen ingeniosa pietas, & utrique subuenit dispendio sui. Ipse uenit ad patrem, me remisit ad matrẽ. Hoc si defendendum est, agnosco partes meas, caussam planctibus agam flere enim certè per legem licet. Alioqui diu laudare non expedit. Diligenter defendere contrarium est actioni nostræ: ut impetremus, funus moramur. dum nos litigamus, dum circa cadauer nostrum orbi rixamur, dum agitur caussa defuncti, dum sepulcro lege præscribitur, dum dantur legitima dicentibus tempora, putrescit interim corpus, nec totum in sicco iacet. Cadauer ab incursu auium ferarumq; tantùm miserantium corona custodit. Conuenerũt etiam alic-

ni parẽtes, totus in ſpectaculum populus effuſus eſt, & ignoto quoq; corpori publica humanitas quaſi quaſdam fecit exequias. Deflent omnes homines, dolent: plurimorum tamen illa uox eſt, Iuuenis inſepultus iacet. Miſer, nec patrem habet fortaſſe, nec matrem. Iam hominis figurã uetuſtas pene conſumpſit. Iam lenta tabes in terrã defluxit. Iam ſoluta cute oſſa nudãtur. Quanlibet duraueris animo, non ferres tamẽ iſta ſi uideres. Sed audire certe potes. Ille eſt filius noſter, cuius ſpes ipſas amauimus, quẽ apud omnia templa & ſurdos uotis deos ſuperſtitem precati ſumus, à quo ſepeliri optauimus. Ille amabilis infãs, ille blandus puer, ille iuuenis etiam ante hoc crimen piißimus. Ille dum par fortuna parentum fuit propenſus in amorem tui. Mentior, niſi cum peregrinatio mea nos diuideret, maluit eſſe cum matre. Me per omnia maria uolitantem, ut plus filio relinquerem, circũuenit ſæuius ipſo mari latrocinium. Deſcribã nunc ego pendentem fluctibus carcerem, & catenas macie mea laxatas, & detritã lateribus meis cõſciam malorũ carinam, & obrutam perennibus tenebris feralis loci eruentam cæcitatem? Iſta uerò, ſiquid pudoris habeo, tacenda ſunt. Alioqui quis mihi ignoſcet quòd uicariũ accepit? Etiã ſeri pſiſſe pœnitet. O literæ fletibus tremulæ. O parũ alligatæ manus. O delẽda uxoris oculis epiſtola. cur indicaui, cur ſcripſi quod uxor ac filius ultimũ legerent? Vt incertum ſit utrũ me carius redimant, an lugeãt. Cognita clade, rariſſimi uxor exẽpli, & prorſus talis filij mater totos effleuit oculos, fontemq; illum perennium lacrymarum tantum cæcitas cluſit. Si non tenuiſſet, filium uicerat. Continuus inde planctus, incredibilis mœſtitia, aſſidua lamẽtatio fuit. Iuuenem neſcio in me magis an in te futurum impium, ſi non redemiſſet, quem tu ſic deſiderabas. Ergo proſectionẽ apparat, ut quoniã reddere matri nõ poterat oculos, redderet utrũ oculis charioré. Sed videlicet

lice eſt quædã ultima calamitatum rabies, & nouiſſimè in furorẽ uota ipſa uertũtur. Retinuit iuuenẽ, & epiſtolis meis legem opposuit. O uanæ figurationes, & pectora hominũ alio errore cõfuſa. Nemo illã non putabat timere de filio. Itaq; iuuenis quod ad ſolatiũ pertinere credidit, commendauit amicis cuſtodiam matris, ſubſtituit uici curæ ſuæ propinquos. Neque enim aliter uſq; ad reditum meũ cæca uixiſſet. Quicquid humana ratio ualet, cõtulit. Si potuiſſet redimere oculos matris qua pietate fuit, uicarios ſuos dediſſet. Ipſe profectus eſt ſolo comitatus animo, nec ſe putauit ire ſine precio, quãuis ad piratas ferret inanes manus. Dicat aliquis, adeò domi nihil reliquerat? adeo lõga ætate ſic uixeras, ut ne precium quidem tui paraueris? Si hoc ita eſſet, teſtor deos, de redẽptione literas nõ miſiſſem. Fuit unde redimi poſſem, Iudices, fuit: ſed illud totũ filius matri reliquit. Nauigat ergo per horridos fluctus, & gemẽtia littora, & ſpumãtes ſcopulos, & quacũq; miſer relatus eſt inauſpicatũ metiens iter, prorſus omnoſe retentus, peruerſis etiã uotis, qui optaret alligari à piratis. quos uitare quoq; miſerũ eſt. Quærit hæc omnia impius ille filius propter parentes, quod non præſtitiſſet frater fratri, nõ uxor uiro. Quid differimus ultra? Non pater filio. Dij immortales, cæli, maris, inferorũ præſides, uni mihi adhuc omnes male experti, uos tamẽ ſolos habeo teſtes, quàm inuitus redemptus ſim. Miſerum me, perijt qui ſciebat. Nã ut primum peruenit iuuenis ad piratas afferens redẽptionis meæ ſe precium, à ferali nauicula auidus exilijt, uicarias oblaturus manus. ſtrauit ſe ad genua ſingulorũ, & ut cupiditas fecerat blandũ, obſecrauit omnibus precibus, miſerabili plãctu, et lacrymis pene maternis: nemo unquã ſic ut ſolueretur rogauit. Nec ſane difficile fuit impetrare à piratis captiuitatem, maior illi pugna mecum fiat. Non dignũ illud ſpectaculum latronibus erat, cum pater filiusq; de uin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

culis contenderent, & sibi quisq; carcerẽ uindicaret. Ego iam usu defendebam meum, & in his annis iam maturam mortem asserebam. At ille cõtrà, Ego te in calamitate deserã? ego alligatum relinquam? Et quomodo ad matrẽ redibo, quæ misera desiderio tui dies noctesq; fletibus iungit? quæ uiuere sine te non potest? Non dicebat tamen omnia: & cum assiduos planctus & irrequietas diceret lacrymas, adijciebat, Iam pene cæca est. fortasse si redieris, uidebit. In summa non recedo. Fas est mihi etiam inuitis parẽtibus pie facere. Non recedo, si persueraſſem, demus piratis lucrũ. Aut uicarius ero, aut comes. Quãtum inter hæc fleuit? quandiu cecidit oculos suos? Si perseueraſſem, duos excæcaueram. Obstupuerunt pietate tanta etiam latrones, & per immobiles antè uultus fletus cucurrit. Non tenuiſſent fortaſſe iuuenem, niſi redempturos parẽtes talẽ filiũ credidiſſent. Ipſe in se transtulit ferreos nexus, & hilarior alligatus est filius, quàm solutus est pater. Supremum tamen, & nefas in æternum, me iam catenatis manibus amplexus, postquàm mei cura diſceſſerat, Matrẽ, inquit, tibi per hæc meritis cõmendo. Tu illam tuere, defende, ama, ne relinque: sic paria faciemus. Illic tu eris uincarius meus, si hæc feceris: non iraſcetur mihi fortaſſe mater quòd ab illa receſſi. Sic in nauem filij mei male permutatus uector imponor, & quà usum oculi dederunt, ad piratas è puppe proſpecto: curua littora, & immẽſum sideribus fretum, & turritos urbium scopulos retrolego. Miserum me, quandiu à piratis etiã nauigatur? Mandata tamen tua fili perago, aßideo, ſuſtento. Immo me hercle tu aßides fili, tu ſuſtines, propter quem mihi etiam huius propensior cura est. Dum recedere ab uxore nolo, filium nõ redemi. At illum interim cotidie situs carceris ſtrangulat, insidunt oßibus catenæ exemplum seculi in myoparone moritur. Mater, iam satis est. habes pœnas ſuper legem. ſepeliſſent talẽ uirũ etiam

etiam ipſi piratæ, niſi eos conſcientia scelerum, metusq; pœnarum ab omni littore arceret. Quod unum poterant, secundis proiecere uẽtis. Excepit mitior matre tempeſtas, & (ſiqua dici potest calamitatũ felicitas) proſpero cursu cadauer tantum non ad ipſa maiorum ſepulcra depoſitum est. Narretur res seculo noſtro diuerſa, & nescio utra parte mirabilior. Filij corpus matri maria retulerunt, mater mari. Magnam quidem partem agnosco culpæ meæ. Ego uxorem adduxi, & ne miseram dolore fraudarem, ipse meis humeris aduerſariam meam usque ad littora tuli. Et ſane aduerſus eum prima uerba, orbitatis animo æstimantem fefellerunt. Quis autem non dolentis affectũ putaſſet, cum diceret defuncto filio mater, Quid enim nauigaſti? Quid maria ingreſſus es? Quid piratas petiſti? Nam illa quidem uulgatißima orbitatis uox est, Fili, cui me reliquiſti? Etiam cum tota ſuper corpus incubuit, amplexam putaui. Etiam cum iniecit tollentibus manum. Et hoc inquam ſolent facere matres, ut funus morentur. At iſta legem recitat, & in cadauer filij perorat. Tace, tace misera, ita tu iſtud optaſti? Sola scilicet calamitatibus noſtris adhuc deſuit culpa, ut cum ſæuitia nimiæ quoq; felicitatis turpis sit, procedat inauditum antea monſtrum. misera, crudelis, ſiquid irati dij reliquerunt, si quid infelicitas oblita est, ſuis manibus perdere cupiat. Detracta est fortunæ inuidia, quandò ſuo quoque iudicio mater poſt amiſſum filium parum misera est. Lacrymas ipſas nouiſſime perdo, inanis domi libitina plangitur, deriſus deſignator redit, refertur rogus. Inter hæc omnia non gemitus ullus matris, non lacrymæ, non queſtus. Putes appulſum ad littus aliquem ẽſſe piratam. Vnde hunc illi animum? Si mala ſua ideo non sentit quia non uidet, & hoc boni cæcitas habet, eruat aliquis oculos meos. Sed tenebræ corporis affectibus non obſtant. Eſt'ne hæc uxor mea? eſt'ne ille

Universidad de Deusto
Biblioteca

filius noster? Liceat dubitare, si fieri potest, & sane uix iam dignoscendam speciem uetustas reliquit: sed attritæ manus, & tumida uestigia uinculorum, & testis longæ captiuitatis macies, infelicia argumenta, consentiunt. Miserum me, certus luctus est. Filiũ agnosco, uxorẽ non agnosco. Ergo quoniã de iure lõgior pugna est, & nobis festinandũ: sint primæ precum partes. Adeste uniuersi utriusq; sexus parentes, dum matrem in exequias filij rogo. Per matrimonium uetus, & per mutuam charitatem quæ utriq; nostrum magno constat, adijcio, per commune pignus, per annos pariter actos, & beneficio filij plures, per meum in te obsequium, iam mei miserere, cuius soles. Crede mihi, hoc quod patior, carcere peius est, captiuitate crudelius. Mea ista pœna est. Quid tibi tantum mali feci? Quid offendi? Certe ego te non reliqui. Iam si totum affectum in hunc consumpsisti utrũ, & omnis per oculos misericordia effluxit, tulerit sanè filius noster merito pœnas, dederit spiritum supplicio, nihil de præteritis loquamur, quod postulauit Cicero etiam ab illo crudelissimo Siciliæ tyranno, mors sit extrema malorum. Quod quidẽ cum permissum non esset, pernoctabant ante ostium carceris precio redimẽtes sepeliẽdi potestatem. Quid? tandem hoc Marcus Tullius, patres matresq;, promeruit: tu uende saltem, quod sub Verre crudelissimũ fiat. Certe ego filium redimã, nec mihi preciũ diu quærendum est, habeo manus. Nihil moueris nunc, & debilitatem tuã iactas. Singulare fœminis exemplũ ostendi narrariq; desiderat, sepulturam filij maritus à te impetrare non potuit. Vade hercule si libet, & corpus in fluctus repelle. Aut si parum celebri loco uidetur abiectũ, injice manum, & ne minus te satiet alienum ministerium, ipsa potissimum trahe, alteram manum cadaueri impone, altera duc qua frequentissimum rotis iter est, & nigra limo uia. Proterat miserum onustum uehicu

uehiculum, & sanctissimum pectus ungulæ rumpãt. Ipsa quoniam defecerit oculis, elisum caput, & oppressa ponderibus præcordia manibus tuis pertractã: si quidem audeas, istis etiã lacera dentibus. Litigamus, consistimus, in diuersum abimus. Nempe cum uicerit, omnia paria habebimus præter animum. Non sepelies? unde quæso, unde ne dum litiges, arenam fluctus aggeret, injiciat humũ misericors populus. Obstas? si cuius clementia tumultũ fecerit, effode: & cum talis sis mater, aude indignari, & exclama, Magis amauit patrem. Cruces succidũtur, percussos sepeliri carnifex non uetat. Ipsi piratæ nihil amplius quam proijciunt. Mater (quanquã hoc nomen profanari nefas est) si perseuerat esse filij sui nouerca, ut hæc crudelitate uideatur digna, quæ orbitatẽ suã non intelligit. si ultra hostium affectũ, qui cæsos acie sæpe tumularunt, ultra tyrannos, ultra latrones, parum habet non sepelire, nisi aliorum quoq; officia præciderit, & tantum nõ petita ex fluctibus aqua restinguit ignem, si adeo nõ genuit filiũ sed effudit, & illo infelici partu ingratũ uteri põdus exposuit: licet imputet nobis ut uolet, quod tueri non potest, singulare mariti desideriũ, dicam tamen quod sentio, excusatius odisset utrũ quàm filium. Quãquã in hoc mutuæ charitatis affectu paria fecimus: illa oculos propter matrimonium neglexit, ego filium: uicem cæcitatis orbitate persolui: tamen, quod inter hæc quoque mala priuatim doleam necesse est, omnem illam quam cõtraxerat, perdit opinionem. Iam inimici mei triumphant, iam passim loquuntur: Illa exempli mulier, illa seculi decus, utrum redimi noluit, nec filium sepeliri. Equidem Iudices ut sentio, nemunem non mortalium fauere humanis sepulturæ conuenit, quia hæc una res est, cuius exemplum ad omnes pertineat. Ideoq; non nisi ab ultimo parricidio exigitur pœna trans hominem. Etiam siqua sunt iura quæ obstent, si tamen angustus saltem

detur accessus, per quē intrare humanitas posſit, uera elementiā occasione cōtenta est. Siue omnis in defunctis sensus perit, & ad operiendam fœditatem, subtrahendamq; dolori materiam, mortui iuuentiū causſa sepeliuntur: seu cum ad infernas sedes anima migrauit, unus hic luce uiduis bonos, & à suprema face (ut uates ferunt) petitam ulterioris ripæ stationem contingunt, quæ uera esſe & credo miser, & opto, cito iturus ad filiū: certe rerū natura ut in generādis alendisq; hominibus quæ necessaria erant, ex se ipsa prospexit, ita cum rursus opus suum resoluit, corpora nostra quamprimum reducere ad principia festinat, ut desertis etiā locis circa cadauer tracta imbribus terra concrescit, aggerant pulueremue ēti, & liquefacta multa die mēbra paulatim humus bibit, etiam si nullus operit. At ipsa longo tempore in terram ossa desidūt. Nobis uerò aduersus examines genuit non solum miserationē, quæ cogitationi nostræ subit, sed etiā religionē. Inde ignotis quoq; corporibus transeuntiū uiatorū collatitia sepultura, inde inuecta ab alienis humus. Facinus indignum, cum hæc ita sint, sepultus esſet filius meus, nisi incidisſet in matrē. Et hæc iudices non ideo ego dico, ut affectu iura corrūpam, neq; uobis præcipio, sed aduersariæ exprobro. Legē quidē istam quidni horream, cum id unam miserrimo iuueni sit obiectum, quòd in calamitate non deseruerit patrem? Sed quatenus luctus nostri in ius uocantur, & flenti disputandum est, & orbitati suæ mater irascitur: superemus quam exorare non possumus. Ecquando duorum hominum miserrima uota uidistis, ut de his pater si uicerit, filium suum efferat: mater si uicerit, abijciat? Quæ tamen lex est? Qui parentes in calamitate deseruerit, insepultus abijciatur. Omnis nobis in hac prius causſa iudices de scripto & intellectu legis contētio est, utrum uerborum ambiguitate, an uoluntatis fide standum sit. Pars enim aduer

aduersa id nititur, parentē fuisſe in calamitate, eam quæ deserta sit: cuius rei pœna est, abijci insepultum. Quid tum fuerit in causſa, quid sit postea consecutum, quomodo legem intelligere conueniat, subterfugit dicere, neque à uestigio scripti recedit, sed nuda recitatione cōtenta est. Nos neque omnibus personis, neque omnibus cæcis scriptam esſe legem, & iuueni iustas ac necessarias recedendi causſas: & cui rei semper ius satis plenum est, bonum animū fuisſe, postremò non hoc esſe deserere contendimus, atque eò causſam dimittimus, ut nō sit absoluendus adolescens, nisi etiam laudandus. Qui autē dubitat an scripti uoluntatem sequi conueniat, is mihi uidetur quæstionem tentare incertus qua de re. Ideo pauciora adijciam, quod nobis quoq; (si ita pergitis) afferet quandā cauillationem ista sermonis ambiguitas: ac uideri poterit omnem actionem partis aduersæ prima statim recitatione subuertere. Nam lex cū dicit, qui parentes in calamitate deseruerit: rursusq; cum dicit, insepultus abijciatur: non utiq; id significat, ut non liceat eum sepeliri postquam proiectus est. Quare aut mihi quoq; permittite sic agere quomodo uolo, aut (quod magis uestrā religionē decet) indignā sanctißimis auribus uerborum captionem ex utraque parte præcidite: & cū filium singularis exēpli probauero, fortiter sentite nullam unquam à maioribus nostris pœnam scriptam esſe pietati. Atque in eo quod primum posuerā, nō ad hanc rem pertinere legē, non diu uersabor, neque dubitatione, quā non habet, afferam morā. Neque enim puto si ætas impediet infantem, ualetudo ægrū, Respub. legatum, dux militē, nihilominus obstricta crudelitas non accipiet rationē necessitatis: & cum semel apparuerit patere in eiusmodi causßis defensionē, potero plane esſe securus: nec timebo ne teneri uideatur filius meus, si nō potuit omnibus succurrere, dum in ipsa lege occupatus est. Pater alligatus est, mater

cæca est, unus utrique filius, magna locorum distantia, habet lex in medio debitorem. Duc ad utrũ manus, ad utrunque non potes, nisi hanc conditionem misero imponimus, ut quicquid fecerit, proiiciẽdus sit. Si exierit, mater sepeliri uetabit: si remãserit, pater. Nõ dubito fore dubium, quantus in hac lege fuerit & nubi, nisi forte (ut omnia inique iniusteq; conquiritis) hic quoque unius occasione uerbi aliud putatis tuuare parentes, aliud non deserere. Id est, de hoc dubitare uultis, utrum parentibus ubique ferri oporteat auxilia, ut ego existimo: an uerò non mereatur adiutorium, nisi qui præsente filio miser est. Nam si deserere in calamitate, nihil aliud putamus esse, quàm à misero discedere, duo simul scelera permittimus. Primum illud, ut etiam qui aderit, possit impune nihil præstare, si quidẽ absolutus est hac lege qui secundum miserum stetit. Quo quidem modo nõ adiutores calamitosis parentibus filios damus, sed spectatores. Dehinc accidit illud uel grauius, quòd cũ rerũ necessitas quotidie nos diuidat, si quædã fortuna parentes nos deprehenderit, quamuis exiguo diuisus spatio impune opẽ non feret, nõ succurret, ut hac saltẽ se calumnia defendat. Non reliqui, non abscessi: neque pede, quod aiunt, uno à parẽte discessi. Solutus erit omni auxiliandi necessitate, quandò uestra interpretatione, absentia, impietatis occasio est. Hoc uoluisse legumlatorem putamus, ut natus ex nobismetipsis in rebus aduersis præsidium parenti labore atque præstantia solueret, lucis usuram ubicunque: nisi fortè non sumus parentes nisi palàm. Quid est ergo non deserere? Opem ferre, non deesse. Omnia hæc enim eò spectant, ut auxilio liberorũ tuti sint parentes. Quod cũ ita sit, tam ad me lex ista pertinuit quàm ad matrem. Duo unũ uocabamus, uideamus quò ire debuerit. Poteram quidem fortiter dicere, Pater iussi. Hoc nomen omni lege manus est. Tribunos deducimus, candidatos ferimus.

Ius

Ius nobis uitæ necisq; cõcessum est. Si non fecerit quod iubeo, non deferam illum ad sepulturam. Necesse habuit parere. Non deseruit, sed abductus est. Crede, non contemptu tui uenit in carcerẽ. Sint sane tua parta, sedeatq; medius inter duos iudex: non comparabo personas, quamuis apud omnes gentes plus iuris habeat pater. sit sane natura communis, non imputabo quòd nomẽ dedi, quòd familiam, quòd impensas, quòd dũ illi acquiro, captus sum. Non indulgentiæ diserimẽ excutiam, de qua tam lite concessum est. Fuerint quidẽ ista facienda, sed ego ius meum reprimo. inter duos parẽtes cæcus affectus est. Exorabit qui prior rogauerit. Tẽpore certe uinco: anteè miser esse cœpi. Tu adhuc integra es, ego iam alligatus sum. Tu sana in domo, ego iam penè defunctus in carcere. Tibi adhuc non opus est filio, ego iam rogo. Nempe calamitas tua nata est post epistolam meam, nisi te flentẽ cõsolari filius uoluisset, ante cæcitatẽ tuam exisset. Noli mirari si te gratia uinco, antè exoraui filium, quàm tu rogares. Si quisquã figuratione quadam in hac malorum condutione iudicẽ ponat, fortuna quæso absit, cuius tanta calamitas fuit. Abstulerat quidem tibi oculos nimius affectus, & de quinque rerũ sensibus pars una cessabat, & tenebras etiã saluis luminibus alternans cõtinua nox duxerat. Maius est tamen malum quod sic fletur. Nam ut merito queri possit ablatas uidendi uoluptates, impeditos rerum actus: tamen si non iniqui iudices sumus, nec ambitione miseri sunt qui mederi possint, referam, non solum quà uincenda mihi, sed magis etiam quà consolanda est. Nam quando omne tormentum corporis abest, dolorq; membrorum, qui totam cogitationem in se rapit, feliciter cessat: superest ut cruciet nimium ocium, & assidua quies, res si non sint necessitate iucundæ. Nam ipsus damnum sarciunt reliquæ uoluptates, odor, gustus, tactus, auditus: quibus tametsi deesse

summam

Universidad de Deusto
Biblioteca

summam fatendum est, nō est tamen maximæ calamitatis loco numeranda parum plena felicitas. Domus certe propria, lectusq; genialis, conuentus propinquorum, sermo amicorum, ipsa (quod rarò cōtingit) honesta calamitas, & in quacunque fortuna beata libertas, tot uoluptates obruere possunt unū dolorem. Nam lucis desiderium si malis meis compares, etiā delicatum est. Non enim aliquid rerum natura genitura est spectaculo nostro nouum, ac nō quicquid speciosissimū pulcherrimumq; uisuri sumus, uidimus. Nempe cotidie nox oritur, & æquam temporum portionem inuoluit obscuritas, & ex parte sui ipsa quodammodo cæca natura est. Cui alienis oculis uti licet, audire, imperare, cuius ministerijs officia non desunt (nō ei defuerunt, nisi se erigit, & fortunæ suæ rationem reddit) miser non est, præsertim in tam bona cæcitatis conscientia: animi uitio miser est. Non debet dolere quippiam qui potest gloriari: quanquam cuiuslibet & quacunque caussa hunc incursum passæ leuius est tamen malum fœminæ. Non enim nauigatis, non legationem obitis, non frequenti peregrinatione uariatis aspectus: non militaris uos, non forensis ratio deducit. Alioqui semper estis intra domum, uno plurimum in loco, leuibus officijs affixæ. Tuum quidem affectum si bene noui, nulla magis caussa cæcitatem doluisti, quàm quòd ad redimendum maritū ire nō posses. Hæc tua calamitas erat, æstimemus meam. Nulli quidē grauior uisa est quàm tibi, audi tamen quàm multa in illis epistolis non scripserim. O fili, in quibus te malis reliqui? Iā illa principalis ac maxima dono deum concessa libertas, nec hominum solum, sed ferarū uoluerumq; sensibus fixa & ingenita, primum spoliū fiit. Me ipse perdidi, teneor uenale mācipium, & ciuis Romanus merces fio, & libertatē senex dediſco, & natus ingenuus uænire opto. minimū est, habitamus in fluctibus. hyberni nos feriunt uenti. non statio, non sedes, non quies,

non quies, sed quod malorum meorum maxima portio est, tā miseri sunt etiam domini mei. Sed cito prætercunda est memoria propter me uxori grauis, mihi propter filium. Trāseo hir sutos hostium uultus: & immanium barbarorum feros fremitus, tantumq; mihi cotidie esse metuendum, quantum pati captus, audere pirata potuisset. Nihil est desiderio suorum grauius: timui ne quem ex meis uiderem. Nihil tempestate minacius, cotidie naufragium optaui, nam mortem, confitebor, seni li inertia una caussa minus cupiebam, ne defunctū nemo sepeliret. Quam uestem relictā captiuo putas, nisi quæ præda nō erat? quales epulas cibosq; præbent, qui ipsi rapto uiuunt? Nā illa quidem satis digna quis dixerit, udum carcerem, & inūda tam sentina nauiculam, & impositum nuda trabe irrequietū latus, reuinctas post tergum manus, alligatos tanquam esset quà fugeremus, pedes? Solæ in carcere tenebræ iuuabant. Sæpe de auribus questus sum, quæ sonum flagellorū, gemitumq; cæsorum, quāuis impexis obrutæ comis acciperēt, dura metus sui exempla. Miserum me fili, nempe morbo periſti. Compara terram mari, domum naui, lectulum carceri, libertatem seruituti, desiderium oculorum totius corporis damno. Quò nos lōgius ducit calamitatum nostrarum miscra cōtentio? Cæci etiā litigare possunt, captiui nec uiuere. Verum hæc etiam si in æquo ponerentur, multū tamen in alteram partem debuissent habere momenti, quòd plus mihi poterāt prodesse quàm tibi. Ei labori incūbere oportet, ubi effectus promittitur. Stulta cura est, quæ spem non habet. Ego redimi poteram, tu sanari non poteras. Qualiscunque ista calamitas, inemendabilis cecidit: non remedium accipere, non uicarium potest. Assedisset scilicet lectulo inefficax sedulitas, & acceptis epistolis meis iuuenis filius nihil aliud quàm cū matre fleuisset. Quia profectus est, alterius tantum parentis calamitas emendata est. Si

reman-

remãsisset,& matrem cæcam haberet,& patrem captiuum. Adijcio quòd tibi non necessaria filij præsentia fuit. Assidere enim,cibos ministrare,manũ porrigere quilibet poterat. Mentior nisi factũ est:me ab illis captum,tam dura conditione uenalem,quod utique in cõfesso est,nemo alius redemisset, quàm filius meus. Et ego sic ago tanquam hæc tantum filius propter me fecerit,quanquam in hoc litigatu quodãmodo tibi ipsa excidisti:& quanquam id agas,ut merita tua iniuria uincas, & nouum induisti rigorem,non prohibeo tamen testimonium ad redemptionem meam filium ipsa misisti cum sic plãgeres, cũ mortem precareris,cum te omni uiduatam uoluptate clamares,cum sæpius gemeres captiuitatem meam, quàm cæcitatem tuam. Non erat illi ferreum pectus, nec cor silice concretum, ut hæc pati posset æquo animo. Tu filium prima docuisti sibi non parcere potius quàm plus flere, potius quàm ipsam rescindere cæcitatem. Profectus est, maritum tibi reddidit. O crimen graue. Si hoc antè feciſſet, uideres. At retinere non potuisti. Non dicam tibi, habet pietas impetum suum, nec ullam dominam nouit affectus: nec ille te potuit retinere ne fleres. Audi quod est uerius, aliud putauit. Non erat credibile obstare te redemptioni meæ: interpretatus est maternum metum, & maris domui nostræ male experti periculum credidit,timens ne si tibi nõ paruisset, nemo nõ uos putasset colludere. Cæterum me poterat non redimere, cum tu clamares, Cæca sum,oculos desiderio uiri perdidi, solitudinẽ ferre non possum. Itz ille ad redemptionem meam excusatius profectus esset, si me minus desiderasses? Dubitatur an tua caussa fecerit? & filium & uirum habere non poteras:reddidit tibi quem magis amabas. Siste iam lacrymas,maritum reducem & incolumẽ accipe. Quid trasceris? Quæ tanta mutatio est? quis hoc crederet? Quereris discessisse quem odisti, cum

cum eum rediſſe nolis quem diligis. Atqui si(ut suprà probauimus)is parentes in calamitate deserit, qui opem non fert, & (ut nunc ostendemus)optimus filius corpore suo adiutoria matri redemit,profectò opem tulit,id est non deseruit. Nã si,ut antè dixi,ne uestigio quidẽ abijsse à miseris licet,ne ipsorum quidem caussa qui adiuuantur, discedere fas erit,nec cibos saltem petere,aut alia usibus necessaria parare continget. Si uerò dum adiuuatur parens, nihil refert ubi sit ille qui adiuuat,quia præsens cura exhibetur: quicquid tibi ego præstiti, ad authorem muneris,id est, ad redemptorem meum transferendum est. Non assedi, non consolatus sum, non ministraui, non tuli, non denique totus tibi rediui. Verum fatendum est, si desertam te putas, mea culpa est. Sed iam tempus est ista quæ non excusata debent uideri, uerum pulchra atque magnifica, animo maiore defendere, & cum iudicium agatur exempli,tandem caussam suam intelligere. Hoc saltem habebis miserrime fili,quod honoratis contingere funeribus solet, defunctus laudaberis. Omnia licet huc reuocemus præterita, & ad canendas unius laudes uniuersorum uatum scriptorumq; ora consentiant, uincet tamẽ res ista mille linguas,ipsam'que, si sit aliqua corpore uno,facundiam materia superabit, etiam si nihil dixero nisi quod obiectum est. Lucem libertatemq; patri filius reddidit, & (quod antè inauditum est)magis me amauit quàm uellem. Ingressus est maria, in quibus iam minimum periculi tempestas habet: & quod inter ista difficillimum est, amore mei uicit etiam matrem suam. Tace nefaria lingua, ergo tu ista laudas? Obtulit se captiuitati, quia sciebat graue esse alligari, malis patris succeßit. Subit libens pœnam pietas etiam sceleribus grauem. Tu melius uxor,quæ factarum retinebas. Comparate nunc, siquis patrem per hostes solus tulit,qui cum uenientia in partem tela excepisset, simplici

Universidad de Deusto
Biblioteca

simplici tamen morte defunctus est. Vnũ legimus, qui uicarias pro patre non quidem piratis aut mari manus obtulerit, sed ubi redimi posset. Me miserũ, dicendũ est quod hoc ipso admoneor exemplo, in honorẽ pietatis etiam damnati sepeliuntur. Hæc alij laudant, ego queror. Te quidẽ iuuenis omnia secula loquentur, & admirabile exemplũ tenaci memoriæ traditũ, in ipsa astra sublimem pennata uirtus feret. Sed mihi ista laus tua caro constat. Non erat satius lectulo matris incũbere, & & in huius ministerijs deditum secura ocia impendere? Soli tibi contigerat ut posses patrem excusare, non redimere. Me interim, ut cœperat, tabes lenta consumere. Me, quæ debebat sola, senem mors redemisset: & cum exanime corpus in fluctus esset abiectũ, si contigisset similis tempestas, quod æquius erat, tu me fili sepelisses. Fefellit te ingenitus honestis animis gloriæ amor: spes tibi perpetuæ laudis imposuit. Vbi uirtus? ubi pietas? Peristi, miser, & male audis. Non morienti pater assedi, nõ ægri caput molliori sede composui, nõ fatigatũ latus mutaui, non spiritũ excepi. Absens, extinctus, euersus, mortem tuam inueni. Nemo ægro uincula laxauit, nemo manus ferro sordidas ad accipiendos remisit cibos. Tantũ catenarũ caussa solutus es, neglectus, despectus. Quidni uilis senis uicarius? Inter tot ardentissima febriũ desideria, nõ habuisti quem poscéres. quo modo te uincula composuerant, iacuisti: matrem, patrem, propinquos tantum cogitasti. Nunquid indulgeo mihi, quòd te puto expirasse in carcere meo? Nõdum matri satisfactum est. Quoniam pœnas à cadaueribus exigis, audi sequentia tempora. Mors ipsa filij tui naufragium fecit, per tot fluctus uoluũtũ corpus intumuit, tot illisum scopulis, tam spatio fis tractum arenis, nunquam tamen infelicius, quàm cum uenit in terram. O quam graue est mori! quanto grauius, quòd ego uiuo superstes filij mei! Viuo omnibus dijs hominibusq;, sed

sed ante omnes mihi & inuisus, & infestus: & uxoris quoq; pietatem perdo. In funere filij diuortium fecit. Video hæc rerum naturæ bona, quæ filio abstuli. Omnis me ætas mei admonet luctus: senectus, ad quam non peruenit: misera pueritia, quam nunc transiuit: adolescentia, in qua perijt. Supersum, ut, si felicissimè cesserit, rogũ meum uideam, & edaces circa corpus filij mei flammas. Si hoc non contigerit, nigrum cadauer, & deforme etiam ignotis spectaculum. Inter hæc mala credetis puto si dixero, Vellem oculos nõ habere. Quid nũc amplius? Ad te uxor preces cõuertam irritas, malè tẽtatas? Tu uerò perge, et bono tuo utere: felicẽ te, quòd in hac fortuna irascéris. Ad hos cõfugiendũ est. Per cõmunes casus, per calamitatem meam, humanæ calamitatis exemplar, ita uos coniuges uestræ ament, non sic desiderent, ita hoc orbitatis meæ ultimũ exemplum sit, ita uobis habere tam pios filios non necesse sit, miseremini. Si uicarium accipitis, me proijcite. Non inuidiosæ preces sunt, nihilominus impero. Non læta sentẽtiam uestram sequetur gratulatio, non ad templa deducar, sed ad sepulcra. Etiam cum uicero, flendum est. Si uerò uincimur, ibo in littus miser: planctibus aues abigam, aut me corpori filij mei uelut tumulum imponã. Iacebimus duo insepulta cadauera. me feris obijciam, aut circa singulorum domus ad genua prætereuntium ibo: & recepto iam miseris more supplex, non cibos petam, non stipem: mendicabo terram, & collatas miserantium manu glebas: aut (quod certe licet) filium in mare proijciã. Iam crudeles aquæ, & uẽti malè secundi, reddo uobis uestrum beneficium. Ferte quò libet, licet ad barbaros, licet ad hostes, licet ad piratas. Fortasse aliquis iubebit sepeliri, certe (quod sciam) nemo prohibebit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

TORMENTA PAVPERIS, DECLAM. VII.

ARGVMENTVM.

Liberum hominem torqueri ne liceat. Pauper & diues inimici. Pauperi erat filius. Nocte quadam pauper cum filio reuertebatur. Interfectus est adolescens. Offert se pauper in tormenta, dicens à diuite eum interemptum. Dines contradicit ex lege.

Pro Paupere contra Diuitem.

SENTIO Iudices plurimum detrahi calamitatibus meis miserationis, quòd ad uos detulisse uideor nimium fortem dolorem: & tristissimæ orbitatis unde quoq; accessisse nouitatẽ, quòd cum aduersus me tam grauia & crudelia deposcam, patior inuidiam hominis exigentis aliena tormenta. Non possum tamen uel in nobis approbare quid patiar, quòd mihi non est relicta miseri patris infirmitas. Percussorem filij mei uidi, & miserior sum quàm si nescirem quis occidisset. Fateor igitur iudices, ipse miror unde ad hoc probationis genus repẽte confugerim. Venerã tanquam nũciaturus indubia manifestaq; nec alium expectauerã publicarum suspitionũ de filij mei morte cõscensum, quàm si percussorẽ uideretis omnes. Hic hic ut torquerer inueni. Postquã satis nõ uidebãtur explicare uerba quòd uideram, cõfugi ad fidẽ doloris. Quid ficiã, si temeritates quoq; nostras cõsciẽtia reorũ nõ potest pati? Intellexi miserationẽ factũ, qui ut torquerer exegerã, ex quo me diues nõ putat aliud in quæstione dicturũ. Neq; ego iudices quenquam uestrum dubitare crediderim, ex qua conscientia, qua trepidatione descendat, ut quis torqueri nolit inimicum. Quos nunc putatis cruciatus diuitem pati, quem dolorem, quòd hoc mihi negat? quàm uellet ideo tantum filium

lium meum non occidisse, ut mihi posset indulgere tormenta? An hoc creditis iudices diuitem facere legum libertatisq; respectu, & reum pro exemplo esse solicitũ? Ille uerò nunc laceratur, & sic magis nostro dolore fruitur. Operæprecium est inimico negare tormẽta, cum feceris ut uelit ipse torqueri. Illud igitur à uobis iudices infelicissimus omniũ mortaliũ peto, ne cum inaudita, incredibilia passus sim, misereri uelitis corporis mei: crudelius & indignius est quàm torqueri, non impetrare tormenta. Est aduersorũ meorũ & ista nouitas, quòd necesse habetis ea mihi ratione succurrere, qua odissetis aliũ. nec quicquam est homine infelicius, pro quo tormenta sunt. Percussorem à me filij mei usum esse contendo. Facinus est hoc uos non deprehendere, si mendacium est. Facinus hoc me non probare, si uerum est. Quod ad me quidem iudices pertinet, orbitatis meæ repeto præsentiam, & noctem illam rursus ante oculos meos cogitationes reponunt. Iam mihi uideor & in tormentis esse confessus. Filium Iudices habui sicut erecti ac sublimis animi, ita qui nondum suos haberet inimicos, & quem nemo adhuc nisi caussa tantum mei doloris occideret. O parentũ misera conditio, quàm nouis inusitatisq; patemus insidijs! Nos exasperamus, nos offendimus, inimici tamen liberos nostros oderunt. Quis hoc unquam iudices simulatum timuisset ingenium, ut eodem aliquis excogitaret animo & quòd pareit, & quòd occidit? Reliqua iudices non debeo nisi in quæstione narrare. Felices illos in mei comparatione patres, qui perijsse liberos suos muncijs credunt. Ego sum inaudita malorum nouitate perculsus, cuius unicus ideo tantum occisus est, ut uiderem. Reuertebamur nocte pariter, sicut omnia nos uitæ ministeria iungebant: & homines quibus nõ seruos præstabat fortuna custodes, tuebamur pauperem mutua pietate comitatum, inuicem sustinentes, inuicem

Universidad de Deusto
Biblioteca

cem innixi, nec nisi magna percussoris diligentia separandi: cum diues medio noctis horrore stricto mucrone prosilijt, & stupentibus attonitisq; miseris confodit illum fortiorem: illum, qui fortasis aliquid in mea morte feciſſet. Confiteor iudices, nihil tunc oculorum meorum diligentia, nihil egit cura miseri patris. Percussor uoluit agnosci. Vos nunc ciues, uos omneis humani generis affectus, miserrimus interrogo pater. Suadete quid faciam. Hunc quem uidetis circa me sanguinem, de filij mei uulneribus accepi. His manibus labentis unici membra sustinui. In oculis meis adhuc uultus illius morientis hærent, auribus uerba super cadauer habita inimici exultantis. Fidem tormentorum, quousque percussoris filij mei conscius ero? Aperite pectus istud, & totum de uisceribus meis latronis egerite secretum. Vidi, & mihi non creditur. Vidi, ita posim & in tormentis idem dicere. Aut si compono, si fingo, urar, lacerer, & non probem. Si uidetur, torquendus sum iudices ut hoc desinam dicere. Nec me iudices fallit quantam molem accusationis etiam in manifesta ueritate susceperim. Diuitem detuli reum pauper inimicus, occisi pater: & postulo ut mihi credatur testimonium in mea orbitate dicenti. Itaque non deprecor quò minus mihi uelitis irasci donec probem. torquete tanquam mentientem. Lex, inquit, liberum hominem torqueri uetat. Per fidem Iudices, quis non hoc eum respondere credat, cuius tormenta poscantur? Nemini Iudices credo dubium, legem quæ torqueri liberum hominem uetat, hoc prospexisse tantum, ne quis torqueretur inuitus: & iura quæ nos à seruilium corporum conditione secernunt, impatientiæ tantum succurrisse nolentium. Omnium beneficiorum ista natura est, ut non sit necessitas, sed potestas. Quicquid in honorem alicuius inuentum est, desinet priuilegium uocari posse, si cogas. Cuncta, si uidetur, iura percurrite: nusquam

nusquam adeo pro nobis solicita lex est, ut quod præstat, extorqueat. Dedit cæco talionis actionem, non manus recusantis impellit. Iniuriarum cædis agere permisit, sed non cogit inuitos. Adeo pene leuius est ultionem perire, quàm potestatem. Genus seruitutis est coacta libertas, & eadem iniquitas, quicquid de inuito homine facias. Vis scire quid lex ista prospexerit? Non exigo ut torquearis. Quàm multa dij deæq; non minus sunt iusta quàm lex exigit, quarundam inuidia rerum, ut uinci se magnitudo patiatur? & quicquid accidisse mireris, tantundem poscit in ultione nouitatis. Filius in conspectu patris occisus est, torquete securi. nihil iniquius fieri potest. Ignoscant persuasiones, si facinus istud omnium illicitarum rerum consumpsit inuidiam. Et unde tormentis salua iustitia est, plus est de quo quæritur, quàm quo modo quærendum est. Nullum debet inimicum uideri genus probationis esse quod solum est. Et quicquid potuit prodesse seueritati, nunquam nocuit exemplo. Sufficit libertatis reuerentiæ, quòd torquetis inuiti, quòd contra me non alius inuenit. Liberum torqueri non licet. Hoc est iudices propter quod filium meum diues coram me non timuit occidere. Filium igitur meum in conspectu meo occisum esse contendo. Quid dicitis? Ita non erat contra proclamationis huius fidem, si nunc agere possem quietum modestumq; miserum? Vultis, cum hoc uiderim, tantum testimoniũ dicam? Mirum hercle, si scindo uestes, nudo corpus, ignes, flagella deposco? Insaniat necesse est pater, cum solus hoc sciat. Fallitur iudices quisquis hoc quod postulo, contemptiũ, quisquis audaciã uocat. Filius urit, exagitat, & inter tormenta fugio dolorem. Si mentientis est uelle torqueri, inuenite quid facere debeat qui uerum dicit, & non probat. Mentiris, inquit. Bene quòd & tu fateris non esse mihi sine quæstione credendum. Et quas per fidem mendacio meo

Universidad de Deusto
Biblioteca

cauſſas diues aſſignas? Ignoro percuſſorem. Deinde te potiſſimũ de quo quererer elegi. An ſcio, & ſimultatibus noſtris occaſionem orbitatis indulgeo? Decipi me nõ potuiſſe manifeſtũ eſt. Filius meus, cum pariter rediremus, occiſus eſt. An dignoſcere percuſſorem nocte non potui, cum percuſſor potuerit eligere, fugere? Quid ais? Iuuenem meum alius occidit, & tu mihi ſolatium ultionis imples? Te accuſo ſcilicet, ut interim neſcio quis ille effugiat, euadat. Quod tu mihi genus furoris aſſignas, ut maximi ſceleris ultio pereat falſæ accuſationis incerto? Homo qui me uidiſſe contendo cum occideres filium meum, niſi de te uindicor, non reliqui mihi ut hoc de alijs probarem. O te extra omnes humanorum pectorum affectus inimice ſepoſitum, nunc qui me putas poſſe mentiri? Perdidi infelix illum chariorem pauperibus affectum. Succurrere mihi putas quòd aliquando diſſedimus? Falleris, deciperis. Hominis cuius occiſus eſt filius, unus inimicus eſt. Sanè poſſit aliquis hanc doloris diſſimulationem mendacio perferre uerborum, torqueri uolo. Nihil eſt tanti niſi uerum. Videlicet inter ignes ac flagella ſufficit mihi ſi dixero, hic eſt inimicus animæ, qui nobis ſubinde maledixit: hic ille contumelioſus, ille impotens. Ego neſcio an mihi poſſit in quæſtione ſufficere quòd uidi, & quòd inimicus me contendit ideo uelle torqueri. Tormenta poſtulo. En ad quod confugiat homo qui ſe ſciat poſſe mentiri. Nulla eſt ratio quæſtionum relicta mortalibus, ſi adiuuant contra ueritatem, & ſublata eſt de rebus humanis neceſſitatis huius utilitas, ſi iam tuetur ultro, explicatq; fingentibus. Hucuſque durant artis ingenia mortalium: & licet ſit aliquis ſecreti firmitate compoſitus, hominem tamen ultrà non ſequitur animus. Non uacat aſſerere quæ finxeris, tunc cum uix prodeſt & uerum fateri. Et nemo non contra id torquetur, quod dixit ante tormenta. Non refert, cuius

cuius ad equuleum nominis perſuaſionem, quas ſilentij afferas cauſſas. In quæſtionibus tantum corpora ſumus, & nemo non contra aliquem torquetur affectum. Exigam quæſtionem, an recuſem? Quid intereſt tormentis breui futurus ſimilis homini qui fateatur inuitus? Nouum iudices inauditumq; rebus humanis aperitur exemplum. Nemo unquam ideo torqueri non debuit, quia mentiretur. Sed ſi fas eſt iudices dubitare de fide quæſtionum, alius debet eſſe ſuſpectus, ille ſcilicet in quo ſeruilium pectorum receſſus, in quo uerniles excutiuntur artus. Quoties tortori eſt rixa cum membris, tum cruciatus agnoſcit aſſiduis ſupplicijs durata patientia, & homini non eſt noua res dolor corporis appliciti, quod ſciſſa laceraq; ueſte primum ferre non poteſt pudorem, quod neſcit ad flagellorum uices membra componere, nec ullo uerbera frangit occurſu. Nos inquam ſumus quos leges ſuperuacuum putauere torqueri. Vnde nobis inter iſta ſecretum? In tormẽtis libero homini opus eſt patientia, ut uerum dicat. Sed, inquit, ideo torqueri non debes, quia exigis ut torquearis. Aliud ſunt intimæ tormenta, aliud uelle torqueri. Felices illos qui recuſare uoluerunt. Meretur clementiam & fauorem quiſquis ad illa tremens examinisq; perducitur, quem uix à genibus tortor abducit, cui iam ſciſſas quoque difficilè poſſis eripere ueſtes. Ego quemadmodum uultus deprecer, qui uideor prouocaſſe tortorem? Ille, ille ſine ulla miſeratione laceratur, cui ad ſingulos ictus dicitur, Ipſe uoluiſti. quem non decet rogare, qui creditur fingere proclamationes, ſimulare genitus: de quo primùm uidentur uindicanda tormenta. Non inuenio iudices quid ſperare poſſit qui mentitur, & exigit quæſtionem. Homini qui uult torqueri, dum non creditur nec uerũ dicenti. Nec eſt iudices quòd patetis adeò mihi triſtiſſimam orbitatẽ omnes humanorũ pectorum rapuiſſe ſen-

sus, ut non intelligam petere me, quòd diues posit euadere, & penè magis pro percussore torqueri. Sed quid me facere uultis? Non debeo uideri posse mentiri, homo, qui cum filius meus occideretur, interfui. Veritati tantum præsto patientiam, exigo quæstionem, in qua quid dicturus sim nescio: quid debeam dicere, uidi, scio. Vultis post hoc argumentis, suspitionibus agam? Breuiora tormenta sunt. Non inuenio Iudices cur renuat tantopere diues quæstionem, post quam supersunt adhuc incerta ac dubia. Facinus est tamen me non torqueri, si mihi torto utique credendum est. Quousque me crudelissime mortalium metus simulatione deludis? Ego magis qui postulo tormenta, timeo: ego qui nihil facere potui cum uiderem. Suspecta tibi est nostra patientia. Vides enim, horretur nos contra dolorem primæ robur ætatis, solidum plenumq; corpus. Quàm facilis, quàm expedita res est torqueri miserum! Affero ad quæstionem iam planctibus membra liuentia. Quantum animæ, quantum sanguinis orbitas traxit? Quanto imbecilliora sunt hæc cotidianis lamentationibus euerberata uitalia? Quicquam ergo fingere potest hic pallor, hæc macies, & iã torto similis infirmitas? Adijce quòd nihil minus in quæstione diu possis dicere si mentiaris, quàm quod oculis scias: & breuissimũ confessionis est genus dixisse quod uideris. Felices, diues, quos tortor interrogat, qui non habent in sua potestate credẽtes. Impatientissima res est, posse cum uelis desinere torqueri. Quin potius, inquit, probas? Fiduciam hominis, qui scias hoc me uidisse solũ. Sine dubio diues multa te poterãt argumẽta cõuincere, si deferret alius: & eras manifestissimus reus, si mihi percussor quærendus esset. Quis enim credibilior in cæde pauperis, quàm diues inimicus? Aut de quo facilius constare posset scelere, quod caussam non habet nisi de sola ultione? Non inuenit multa uerba, uidisse.

se. Nec mihi debet perire probatio ista, quia poteras & accusari. Exigit probationes, cum facinus sic disposuerit, ne possit probari. Quem mihi nox testẽ, quos præstare potuit oculos nuda semper & incomitata paupertas? Tibi seruus à conscientia sceleris summouendus fuit: & ista ratione quis interesset: quem putares posse torqueri? Et totũ facinus in has angustias redegisti, ut illud soli scirent, qui faciebãt, & cui non crederetur. Nunquid dubitaretis quærere, si alius sciret hoc scelus? Facinus est ideo filij mei perire uindictam, quia pater uidi. Ego uerò Iudices & ex hoc quòd recusat diues quæstionem, partem probationis impleuit. Accusatoris tormenta nunquam timebit reus, nisi de quo credi potest & ante tormenta. Cur, inquit, si mihi caussæ sceleris simultates nostræ erant, non te potius occidissem? Vere crudelis, ego te hoc maxime argumento percussorem probo, quòd mihi pepercisti. Tuum fuit hoc inimice commentum, occiso filio seruare patrem. Parcendi tamẽ mihi uel hæc fuit ratio, quòd defendi non poteras, si duo perissemus. Audire mehercle mihi uideor illas cogitationes, illa scelerum secreta consilia: Quid mihi cum uulneribus, quid cum cruore consumptæ & iam penè abeuntis animæ? Occidatur potius ille iam iuuenis, iam inimicus, de sene uindicabitis me patris oculi. Vis mirer quòd me nolueris occidere? Queri me hercule te puto, quòd in senectute magni doloris uita breuis est. Pepercisti mihi, quo modo excogitant artes detinere supplicia, & de pereuntibus magis sæuitia eruitur dolore suspenso. Agnosco noctis illius clementiam Inimice, quòd me torqueri non uis, ex hoc euenit, quòd neque occidisti. Tentat Iudices efficere diues, ut incredibile uideatur quòd occisum ab eo contendo filium. Dicturum nunc putatis magis interesse securitatis, ut quis facinus sibi tantummodo credat, & id tutius esse inimico patre quàm conscio. Plus est quod affirmo. Filium in

Universidad de Deusto
Biblioteca

conſpectu patris occidere ſic operæprecium eſt, ſi illud ipſe facias. Perdit plurimam de ſceleribus uoluptatem, qui mãdat, & minus gratiæ rebus ex nuncio uenit. Occidet alius te iubente, ſed uulneribus illis nõ fruentur oculi: ſed plus eſt ut ſingultibus abeuntis animæ, ut cruore ſatieris, ut collapſam palpitantemq; uideas, ut me uidente. Conuenit iudices quòd ipſe diues hoc fecit, & quòd ego uidi: ratio ſæuitiæ eſt, ut aliquis coram me occidatur, propter quem occiditur. Fidem ueſtram Iudices, ne me ideo non putetis uidiſſe, quia nihil feci. Seruulorum iſte libertorumq; dolor eſt, occiſo homine ſtatim ſcire quid facias, exclamare, procurrere, fidem deorũ hominumq; teſtari, poſtea cum lacrymis uenire. Vultis percuſſorem inuadam? Vultis fugientem ſequar? Interim deficientem quis excipiet? cui ſe morientis imponet infirmitas? Scis profectò percuſſor facinus ordinare, diſponere. filium occidere coram patre, ſecretum eſt. Miſereminí Iudices igitur, ut hinc quoq; uelitis æſtimare diuitis conſcientiam, quòd contentus eſt ne de ſcelere quæratur. non habet fiduciam hominis qui me ſciat mentiri: & quod non minus debetis attendere quàm ſi fateretur, non putat ſibi ſaluum ut iterum neget. Diſſimules licet, non eſt innocentiæ metus, cum timentur aliena tormenta. Quid ait diues? Orbitatem meam in tale genus uſum'que conuertet, ſi paterni doloris authoritas facinus impingit alienũ? Deinde non ipſe affers equuleos, non ipſe diſponis ignes. Diceres meherele te uelle torqueri: ego ſcindo ueſtes, tu intremiſcis. ego ad flagella nudo corpus, te facit pallor exanimem. ego equuleos, ego poſco flammas, tu non habes in meo dolore patientiam. Rogo quid aliud faceret qui occidiſſet? Quid nunc agam miſer? Gratiam confeſſionis ante tormenta conſumpſi. Scio quanto credibilius fuiſſet, ſi hoc ſtatim inter ignes, inter flagella dixiſſem. & multum de authoritate primæ

mæ proclamationis amiſi. Non eſt tamen quòd ſuperuacua putetis eſſe tormenta, quanquam dixerim quicquid ſciebam. Habeo adhuc ex illo multa referre ſecreto, quæ argumenta faciet dolor. Non refert an me uidiſſe dixerim, tormentis hoc probaturus ſum, debuiſſe mihi credi ante tormenta. O quantopere nunc inimice torqueris, quòd te coram iudicibus interrogo, quòd hoc non potes mihi fateri. Sed ſi bene gaudij tui perſpicio ſecretum, non putas te negare, quia uidi. Arrogantiſſime percuſſorum euaſiſſe te putabas, quòd illud duo tantum ſciebamus? Meis, meis hoc ignibus nega, & dum me per ſingulos artus tortor interrogat, perſer ſaltem non credendi patientiam, cum ego me uidiſſe proclamem, tu nullam afferas innocentiæ probationem. Non potes aliter abſolui, quàm ut illud ego negem. Nec tamen Iudices putetis ſolo me calamitatum ambitu petere quæſtionem, dabo propter quod torqueatis irati. Filium meum illum ſingulis uobis uniuerſis'que laudandum, iuxta quem felix, iuxta quem arrogans eram, occidit. Mea nimia libertas, ita ego te non equuleo efferã, non ſuper ardentes eximã flammas? Nunc me uindicas, nũc tueris. Modò modò coram me filiũ meũ diues occidit fiducia tui. cõcurrite omnes liberi, omnes parẽtes, urite, lacera te hos primum patris oculos, diſtrahite has manus, quæ nihil pro pereunte fecerũt: hoc corpus, hæc membra, quæ de complexu latronis uulnera nulla retulerunt. Siue hoc pœnã, ſiue uultis eſſe clementiã, debeo tam miſer eſſe dum probo, quàm cum uiderem. Miſerũ me, ſi fas eſt in quæſtione mentiri. Sine dubio diues hoc captauit recuſando quæſtionẽ, ne crederetur. Sed dura parumper anime, uidiſti. Nunc infelix ad nos miſeros pietas redi: quod fieri in ipſa orbitate non potuit, & uires quas improuiſus abſtulit dolor, probatio reſtituet. Cum flammis

Universidad de Deusto
Biblioteca

mis urētur nuda uitalia,nox illa occurrat:cū membra fidiculæ flagella laxauerint,rursus ante oculos sit morientis unici uultus,hæreant uerba percussoris, mandata pereuntis. Filium spectasse morientem, longa præsentia est. Nescis infelix senectus quanta tibi opus sit ueritatis contentione, ut pœniteat diuitem quòd nō duos occidit. Iam nunc tamen uobis Iudices infirmitatem meam allego, commendo. Si me fortè fidiculæ flagella mutauerint, ego tamen uidi. Si uocem in equuleis ignibusq; perdidero, ego tamen uidi. Si totus undiq; dolor pariter admotus occiderit,ego tamen uidi. Alioqui nisi hoc animo meo, nisi lieuerit oculis, morerer hoc dolore, quo puto me posse torqueri.

GEMINI LANGVENTES, DECLAM. VIII.

ARGVMENTVM.

Gemini quibus erant pater & mater,ægrotare cœperunt. Consulti medici dixerunt eundem esse languorem. Desperantibus reliquis promisit unus se alterum sanaturum,si alterius uitalia inspexisset. Permittente patre execuit infantem, & uitalia inspexit. Sanato uno,accusatur pater ab uxore malæ tractationis.

Pro matre contra patrem.

QVANVIS Iudices plurimum infelicissimæ matris aduersis miserationis abstulerit,quòd ex duobus liberis pari desperatione languentibus alter euasit,& pleriſque maximum dolorem prima fronte tractātibus uideatur auiditas gaudiorum,ut modò ad totius orbitatis redacta patientiam, iam non sit unius salute contenta: non possumus tamen affectibus uestris non hanc primam tristissimæ calamitatis allegare mensuram,quæ ex ipsa quoque solatij sui conditione descendit. Minus misera quereretur de marito,si

to,si sanari nec ille potuisset, pro quo est frater occisus. Nunc infelix par non est dolori, nunc non inuenit ulla solatia, ex quo sibi uidetur filium perdidisse uicturum. Super impatientiam tristissimæ orbitatis increscit, quòd intelligit illum non sine sanitate fuisse languorem: nec persuaderi miseræ potest peritуro laborasse fato,in quo inuentum est quod sanaret alium. Captet licet crudelissimus senex parricidij immanitatem metu maiore potegere, non inuenio unde colligi possit utrunque fuisse moriturum. Ex duobus ægris non periit, nisi qui occisus est. Ante omnia igitur illud à uobis infelicissima mater petit,ne maximi sceleris ideo decrescat inuidia,quia pati uidetur & reus ex orbitate tantundem. Non perdidit filium,quisquis occidit. Explicat à dolore patrē,quòd sibi uidetur feciſſe rem maximā, & in locū iuuenis amissi substituit de uanitate solatiū. Alia est,alia cōditio matris,quæ medico nō credidit, apud quā sæuissimæ cōditionis immanitas fidem nō potuit impetrare tētādi. Pro utroque timuit, pro utraq; sperauit. Facinus est eum maioris pietatis uideri,qui de morte filij putauit alterius uel certa salute transigere. Sic debetis odisse patrē,tanquam duos occiderit,cuius nō interfuit uter occideretur. Est tamen sanctissimi Iudices quod de crudelissimo parricida queri possit non sola mater. Adiecit humanis calamitatibus ipsam sanitatem, & morborum languorisq; uiolentiam medicinæ conceſsit. Filium occidit (si ipsi creditis) fōtasse moriturum: & hominem cuius charitas debuerat ipsa desperatione creuisse, in hoc solum impendit,ut tantundem supereſſet incerti. Non exonerat Iudices immanitatem sæuissimi patris, quòd hac ratione credidit de languente filio rem inauditam, rem facere crudelem. Vnam rationem habet, si ipse sanetur. O tristior indignioriq; semper mensura calamitatum magna felicitas. Hunccine fecit exitum illa modò ciuitate tota conspicua mater? ille indiſcre-

Universidad de Deusto
Biblioteca

indiferetus ab utroq; latere comitatus? ille gaudentium dulcis error oculorũ? Quid mihi mortem nunciatis unius? Perdidit misera geminos. Paßi sunt enim languorẽ miserrimi iuuenes, sine dubio pariter unáq;, non fraternitate, non animæ corporumq; cõsortio, sed cõditione fragilitatis humanæ, qua sic extranei quoq; duo languere potuissent. Non negauerim morbũ terribilem, grauẽ, & parentibus utiq; metuẽdum: de cuius tamẽ adhuc, ut parcißime dixerim, remedio quæreretur. Quid refert an medici consenserint utrunq; periturũ, cum eundẽ dixerint esse languorem? Manifestum est de duobus non dixisse uerum, quos de altero cõstat esse mentitos. Iam tamen Iudices de tam perdita pronũciatione nõ querimur, quòd ægros quos sibi uidebantur explicare non posse, parentibus crediderunt. Innocentior est simplicitas, desperare, si remedia non noueris: & hanc ignorantiæ malo probitatem, ut lãguorem quem nescias, tantum neges posse sanari. Maximi tamen uirorum, & quibus artis suæ soluendo non sit humanitas, si sciebant hoc genus curationis, & illud non indicare uoluerunt. Vultis & illos mentitos breuiter probem? Desperauerunt de languore, cuius remedium (si patri creditis) alius inuenit. Siue enim Iudices uanißimus nescientium uidit hanc patris in periculo liberorum rigidam nimiamq; patientiam, & hominem in filiorũ languore solicitũ de remedio generis humani: siue captauit ex hoc cultu quandam artis mutationem imitari, quandò sanare non poterat, & ignorantiæ pudorem tegere magno tentauit incerto: siue ut aliud uideretur dixisse quàm reliqui: uerba desperationis incredibili uanitate uariauit, magnaq; miseros parentes ambage suspẽdens, tutißimum putauit promittere, quod deberet nemo experiri. Causas quidem se dixit ignorare morborum, sed salutem spopondit unius, si licuisset alterũ occidere, lacerare, perspicere. En cui pietas patris, cui credere

credere solicitudo debuerit: dixit se scire remediũ, quod nesciebat. Vultis intelligere Iudices nihil impatientia charitatis fecisse patrem? Non retulit ad matrem, adacta est à morte filij uel sanitate discedere. Non propinquos consuluit, non amicos, sed sua tantum persuasione mediciq; cõtentus, quod nocentius est quàm si ipse occidisset, alterutrum potuit eligere. Dicat nunc parricida, quid fecerit illud quòd etiam de similibus tam paribus ægris in alterum desperatio illa prævaluit? Si medici non interfuit utrum occideret, constabit uiuere utrunq; potuisse: si interfuit, constabit nõ eundem fuisse languorem. Qualis fuerit illa curatio, quid passus sit iuuenis in morte qua medicus parabatur, omnium cogitationibus liquere crediderim. Ideoq; parcimus auribus matris. Breuiter tamen longæ crudelitatis explicanda sæuitia est. Ex omnibus quæ pertulit, leuißimum fuit quòd occisus est. Non est quòd ueniam tristißimæ curationis paret, quòd uidetur in alio fratre explicata promißio. An alterum medicus sanauerit, fortuna uiderit: quod negari non potest, alterum medicus occidit. Erumpit hoc loco mulier infelix, & tota libertate proclamat. Redde mihi, inquit, marite filium, quem tibi pariter medicoq; commisi. Hic est ille uester insanabilis, recipe quem mihi credidisti. hic ille moriturus, hic quem permiseras medico, si maluisset occidere. Vides quid profecerint anxia uota pietatis, solicitæ preces. Dum iam frigidi pectoris calorem superpositis reuocamus uberibus, dum frigentia membra continuis osculis, & spiritu trepidæ matris animamus, dum labentes oculi ad nostras exclamationes nostrosq; planctus admissa paulatim luce laxantur, dum multa mentior, multa promitto, & fratrem dico sanatum, respexit ad uitam, conualuit, euasit. Non tamen iacto pietatem, non arrogo mihi prosperæ curationis eventũ. Quid hunc sanauerit, uis scire breuiter? quod potuit utrunq; sanare.

Pudeat

Pudeat uos ô iura legesq́; quòd miserrimi sexus dolorem his clausistis angustijs. Ita maritũ, quòd occisus est filius, malæ tractationis uxor accusat? Perdiderunt legis huius authoritatem, quæ ad illas uxorias querelas matrimonium solẽt deferre delicias. Ego illam datam miseris tantum matribus puto potestatem, ab iniquo cõiuge explicare diuortium: & contra maritales tuetur iniurias, ubi nolis præstare patiẽtiam. Illis succurrit quas nefas est ab uiro discedere, quas in pessimi coniugij durũ perpetuumq́; complexum, communium pignorum nexus arctauit, quæ malos maritos pariter & patres nec relinquere nec ferre sufficiunt. Facinus est ideo euadere maritum, quia damnaretur si de illo minore dolore quereretur. Itaq; impudenter facit, quòd pro detracto matrona cultu, negatoq́; comitatu, fastiditis noctibus, pulsataq́; facie, filium complorat occisum. Sileo adhuc illa per quæ parricidij creuit immanitas. Occisum filiũ obijcio, putate luxuriosum, perditum, nocẽtem: fingite hoc patrem ira, indignatione feciſſe: quãtum facinus sit filium occidere, nemo magis fatetur, quàm qui uult uideri se illud feciſſe pro filio. Ecquid Iudices? uel ex hoc totus animus mariti, tota tristissimæ cõiugis calamitas perspici potest, quòd se negat matri communium liberorum debere rationem? Placet ergo mortales, ut de hominibus in quos plus ex harũ sanguine, ex harum transit anima, non habeãt partem nisi tantũ doloris? Solos ergo cõmunicabit misera plãctus, & ab omnibus consilijs quibus ordinatur iuuenta, uita disponitur, extranea, utilitate seposita, circa mœrores tantũ lacrymarumq́; consortiũ orbitate iungetur? Si mehercle fas est æstimare utri plus parẽti debeatur ex liberis, nõ improbe totam potestatem sibi uindicabit affectus, quæ decẽ mẽsibus ante uestram incipit diligere notitiã: & cum uos patres gaudiũ primum faciat oculorũ, antè sunt conscientia matres. Facinus est ideo tantũ illis minus

mus licere, quia minus facere sufficiunt. Vos estis qui crescẽtes adhuc in peregrinationes, qui iã adultos in castra magnorũ parẽtiũ uanitate dimittitis. Erubescitis desiderijs tanquã infirmitate, & unde uelocissimus trãsitus est in rigorẽ, liberos uultis amare patiẽtia. Quàm multa ideo tantum de filijs facitis, quia licet? & frequẽtius potestatis uestræ iactatione tanquã aliquo grauitatis genere delinquitis. Non habet orbitas uestra lacrymas, super ardentes rogos tenetis inconcussam rigidamq́; faciem, itis obuiam cõsolationibus, & quod omnem modum feritatis excedit, capatis in magna calamitate laudari. Quicquam ergo erit quod de communibus pignoribus, non pari mente, pari impatientia, uel, si necessitas postulet, pari rigore faciatis? Mali tantum patris interest ut matri munus liceat. Sane cedat uobis circa regendas communium pignorum mentes sexus infirmior: uos mores, uos uitæ genus, uos matrimonia, cæterosq́; actus uestra persuasione firmetis: nunquid arrogans consortiũ, nunquid impotens societas est, liberos communes esse languentes? Si quis immo pudor est, cede nunc tota potestate matri, illius sit in ægri toro proximus locus, hæc adhibeat fomẽta, porrigat cibos: si quid impatiẽtia, si quid stomachantium uiscerum poscit infirmitas, mater neget, mater indulgeat. Illas quas immodicus ardor discutit uestes, hæc super fatigatos reponat artus: illa iactatas toto lectulo manus sedulo contineat affectu. Frustra capitas uideri ultionem magnæ charitatis, ab omni curæ ratione sepositus. Cum circa curationes liberorum non consentiunt parentes, curationis est culpa, non matris. Quid quòd filium occidit innocentem, cui nihil obijcere, nihil poterat irasci? Filium (si ipsi creditis) pro fratre mori paratum, cuius suprema ferre non poterat. Nouum Iudices & incognitum rebus humanis audite facinus. Iã parricidiũ pietas, charitas, & impatiẽtia orbitatis admit-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tit. Malo odium, querelas, execrationes, quàm ut quis liberos affectu quo seruantur occidat. Quid refert an per hoc alterius filij anima redimatur? Si parricidiũ fas est ullas accipere causſas, filius propter se tãtũ debet occidi. Adijcite Iudices immanitati, quòd occidit ægrum. Omnibus equidem mortalibus maiorẽ crediderim de languore uenire reuerentiam: & illorũ quoq; quos inter supplicia pereuntes auido spectamus assensu, iuxta ualetudines tamen morborumq; uiolentiam quodam innocentiæ fauore miseremur. In carceribus, & in illa profunda nocte pœnarum, irreligiosus ille anheli pectoris pallor inspicitur, non sic confunãũt obuios graubus catenis colla stridentia, & diutino squallore concreta facies, ut ille quem ad singulos conatus gressusq; labentem uix trahit impellitq; longus ordo uinctorum, & inter tot destinatos, totq; perituros, omnium tamen in se retorquet oculos unus æger. Quid ais? tu illum quem nunc nefas est castigare, reprehendere, cuius auribus parcere debuerunt sæuiora uerba, si quid negares, uidereris occidere: ferro, uulneribus aggrederis? Non potest hinc tibi uenire defensio, ut hoc sis pro alterius salute cõmẽtus. Inter duos liberos pari desperatione lãguentes, da bonum patrem, non præponderabit alterutrum, non eliget, sed ut incertum orbitatis euadat, ipse morietur. Tenãt hoc loco Iudices crudelissimus senex excusationem temeritatis suæ de medicorum habere consensu. Desperauerant, inquit, de duobus. Sed ut incertum orbitatis euadat, sepono paulisper immanitatem patris, qui credidit: & de arrogantissimæ persuasionis hominibus queri, de totius generis humani nomine uolo. Quàm multas artes misera mortalium solicitudo fecisti? Fato uiuimus, languemus, conualescimus, morimur: medicina quid præstas, nisi ut iuxta te nemo desperet? Dicturum me putas, non credo renunciantibus, non accedo cum desc-

runt relinquũtq; languentes. Ego uerò medicis non credo sperantibus. Aspicite maiorem partem generis humani, & si me interroges, illam robustiorem, illam adhuc in prima rerum naturæ ueritate uiuentem, nullos artis huius nouit antistites: nec minus tamen bellorum uulneribus, morborumq; medetur incursibus, non disputationum uanitate solerti, sed experimentis: & inuicem per similes dissimilesq; casus obseruatione ducente, tradita ratione succurrit. Non medicina sanat, sed quicquid uidetur sanasse, medicina est. Quo uultis animo feram, quòd ars (quantum dicitis) inuenta pro uita, si dijs placet, authoritatem formamq; captat, ut longè uentura suprema prospiciat? ut adesse fata denunciet, quæ nec timentur? & maxima scientiæ pars esse cœpit, sanare non posse. Quisquam ne ab homine qui adhuc loquitur, spirat, intelligit, sic recedet, quemadmodum relinquitur exanime corpus? & ibi finem uitæ putabit, ubicunque scientiæ substiterit infirmitas? Si fragilitatem mortalitatis, incertosq; uelimus æstimare casus, tantũdem periculi habet omnis æger. Iniquissimum est desperationes uocari, quoties remedium medicina non inuenit: & angustias siue artis, siue mentis humanæ, ad inuidiam referre fatorum. Nihil magis interesse omnium puto, quàm ut spes pro homine tam longa quàm uita sit. Vnde putatis inuentos tardos funerum apparatus? Vnde quòd exequias plãctibus, ploratu, magnoq; semper inquietamus ululatu, quàm quòd facinus uidetur credere tam facilè uel morti? Vidimus igitur frequenter ad uitam post conclamata suprema redeuntes. Plerique conualuerunt negligentiæ bono, quosdam explicuit quicquid alios fortassis occideret. Hos indulgentiæ temeritas, illos adiuuit desperationis audacia. Datur fortassis huic arti perspicere morbos, profutura meditari, sed unde sciet quantum inter uiscera, latẽtesq; pectoris sinus, unicuiq; animæ na-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tura conceſſerit? quam proprietatem ſpiritus, quam corpus acceperit? Non tam uariæ mortalibus formæ, nec in uultibus noſtris ſedet tanta diuerſitas, quanta latet in ipſis diſſimilitudo uitalibus. Inenarrabile, indeprehenſibile eſt quicquid nos elemẽtorum uaria compago formauit. Et prout in nos plura ſeu rariora de terrenis ſemnibus cæleſtibuſq; coierunt, ita uel duramur tacita ratione, uel ſoluimur. An deſperantibus credi debuerit, uos æſtimabitis. qui negarunt ægros poſſe ſanari, nec in hoc probauerunt qui euaſit, nec in illo quem non languor occidit. Iuſtas mehercle haberet mulier cauſſas querelarum, ſi noua incognitaq; ratione uel utrunque ſeruaſſes. Nunquam ex magno uenit affectu incredibilia uel profutura tentaſſe: & in re quæ plus de incerto habet, temeritas experimenti ſolam probat deſperationis audaciam. Quid refert cuius ſit conditionis æger, quantum adhuc ſpei, quantum uideatur habere de uita? Sacroſancti ſint parentum metus. Diſ non ſinant ut ex liberis ullior incipiat eſſe periturus. Medici deſperauerunt. Quid iſtud ad patrem? Spera tu, iube ſperare mãtrem: tuis potius affectibus, tuis crede uotis. Et hoc de parricidij facilitate eſt, circa filiorum languorem ad deſperantes potius accedere. Fidem habes hominibus, quos mentiri alius affirmat, cõtra quos iterũ credis uni præſertim? Peßime hercle de tua feritate ſentirem, ſi in quacũq; filij curatione non adhiberes propinquos, non interrogares amicos, non reſpiceres ad matris animum, non hanc primã impatientiã, non hunc conſulis timorem. De nullo filio minus debet ſoli ſibi permittere pater, quàm qui uidetur utique moriturus. Fratres, inquit, & gemini erant, ideoq; credibile eſt illis eundem fuiſſe languorem. Rogo, quis in ullo mortalium ferat ignorantiam pariter & affirmationem? quiſquis neſcit quod genus languoris ſit, non poteſt ſcire an idem ſit. Nihil Iudices in

in rebus humanis uoluit eſſe rerum natura tam ſimile, quod non aliqua proprietate ſecerneret. Quid refert an ex iiſdem prima illa duorum corporum animorumq; cõpago ſemnibus oriatur? Sibi quiſque firmatur, ſibi quiſq; componitur, & duo plures'ue fratres naſcuntur fato ſingulorum. Hanc ipſam indifferentiam quam mirantur occurſus, ſtupent ciuitatis oculi, parentum tamen agnitio dignoſcit, ſeparat notitia nutricum, & fallentibus notis, eſt rurſus quod faciat ipſa ſimilitudo diſſimile. In pleriſq; quamuis ſit indiſcreta facies, inuenitur tamen alius oris ſonus, habitus, inceſſus: & ut ipſa conſentiant, diuerſa mens, contrarij mores, & uitæ genera rixantia. Quid quòd non eandem eſſe naturam gemnorum probat etiam fortuna diſſimilis? Hunc preßit paupertate perpetua, illum inſperatis opibus excoluit. Illius per titulos & honores, huius per ignobiles obſcuraq; ſordes totam duxit ætatem. Simile eſt quicquid accipiunt ex homine genuni, diſſimile quicquid ex fato. Nec enim tam pariter in lucem de maternis exiliere uiſceribus, ut illos eadem origo ſignauerit. Quantum putas interfuiſſe temporis, dum primum uteri pondus egeritur? dum parumper exonerata uiſcera, altero rurſus homine laxantur? Breue fortaßis exiguũq; uideatur mortalibus oculis: ſed ſi terrena mẽte perſpicere uelis orbis huius naſtiratẽ, ſcies multum eſſe quod inter duas tranſcurrat animas. Voluitur ſuper nos hæc cæli ſiderumq; compago, & præcipiti per procliue decurſu, totius diei noctiſq; breuitate emẽſus orientis occidentiſq; curſus, diuerſorum ſiderũ in primo ſtatim ortu, rotato ſe rurſus axe conſequitur. Hoc tu paruum credis eſſe ſpatium, quod diuerſis pariter rebus impleatur? Quantum inter illa trãſcurrentis horæ momenta naſcitur, periit igitur quando unquam peregrinati ſunt unà, militauere pariter? quid non diducti ſeparatiq; fecerunt? quando illos languor, quãdo ſuprema tu-

xerunt? Et quãdoq; sit necesse est aliter, ex geminis quòd pãriter lãguerũt, nõ sic accidit quomodo fratribus, sed quomodo duobus. Non eodẽ fato lãguere geminos, quemadmodũ uultis breuius probẽ, quàm quòd nec uterq; occisus est, nec uterq; sanatus? Sed fingamus hoc esse uerũ, quod desperauerũt medici: relinque nobis pater innocẽtiã calamitatis. salua solatia sint de liberis, quos tibi uideris nõ perdidisse nisi fato. Quis ex parẽtibus nescit hac se mortalitatis procreare lege? Sed indigni exitus supra orbitatẽ sunt. Ideo magis flemus illos quos bella rapuerũt, haufit incendiũ, naufragia merserũt. Fortius feras inter aßidentiũ manus, inter suorum officia labentes, cum se inuicem oscula, cũ se satiauere sermones, cũ data suprema mãdata sunt, & scit pietas omnia fecisse pro uita. Igitur uerũ dixerim, illos mori credimus, hos perire. Non inuenio quemadmodũ excusationem pater de consensu posßit accipere medicorum. Hoc est quod omnem comparationẽ feritatis excedit. Filium pater propter hominẽ quem non putauit posse sanari, occidit. quod tu monstri portẽtiq; genus es? Habes parricidij patientiã, non habes orbitatis. Ita demum potes ferre filij mortem, si facinus adieceris? Tu occidis, quia desperauere medici? Quererer mehercle si reliquisses. si quid de cõtinuatione curæ solicitudo laxasset. Nihil ergo plus facies, quàm illi qui nunc plures fortasßis circumeũt ægros, quos detrahit, quos auocat alia curatio. Filios saltẽ committe uel matri, de fortuna queratur, dijs faciat inuidiã. Mulieri quæ ferre non potest quòd uideris desperasse, nunquã ex hoc rationẽ reddas, quòd occideris. Quis hanc Iudices impudentiam ferat? tentat pater ut & huic rei credatis, quòd desperauerũt omnes, & quòd sperauit unus. Nostræ quidẽ querelæ sufficit non cõuenisse medicis: & cũ inuẽtus sit qui cõtra sensum desperantiũ, genus aliquod sanitatis afferret, fas erat Iudices ut adhuc inuenirẽtur alius qui lætiora et utiliora

pro

promitteret. Hoc nũc me queri putatis, quòd in re de qua credere nec omnibus debuisset, accesßit uni? Nõ interest an supersit remediũ quod tẽtare non debeas: & ubi tantundẽ periculi speres quantũ desperatio habet, melior exitus est qui facit miseros innocẽtes. Quid inuidiam prioribus medicis paramus? Nemo magis desperat, quàm qui se negat nosse lãguorẽ. Quid ais pater? Ita tecũ quisquã sic audet agere de duobus filijs, tãquam de duobus ægris? Tu ex geminis alterũ occidẽdũ dabis? Non ferrẽ si separare expositurus auderes, si contentus esses educaturus alterutrũ: non ferrẽ à piratis captũ filium alterius uicaria seruitute redimẽtẽ. Tu de orbitate facies uices? & casum singulorũ per utrũq; diffundes? Parricidiũ uocarẽ, si pro mittẽte medico quòd sanaret unũ, posses eligere periturũ. Penè crudelius est geminos diuidere quàm perdere. En scientia cui debeat credi. negat se scire causßas lãguoris, deinde promittit quicquid licere non deberet nec intelligẽtibus. Occidã, inquit, deinde sanabo. Memineris pater in hac cõditione prius esse ut occidas. Non est tãta pietas seruare filiũ, quantum facinus occidere. Tu nunc hoc putas profundæ artis esse secretũ? Verba tantum desperationis inuoluit, & homo cautißimæ uanitatis capeat illã nouißimam circumire breuitatẽ. Vides quãta promußum suum expti mentũq; caligine medicus inuoluerit? nunquam constabit an fuerit languore moriturus æger, qui aliter occiditur. Non noui, inquit, languoris genus. Post hanc uocem mehercle non deberes committere ægros, etiam si uellet experiri potionis hauſtus, ciborum fomentorumq; nouitates. Nescio, inquit: sed si permiseris alterius aperire uitalia, pectus effringere, remedium fortasßis inuenam. Iam excusatus es medice matri, speraßi ne tibi crederetur. Differo pauliſper quòd de fratribus, quòd de geminis, quòd pater hoc facit non consentiente matre: publico potius mortalitatis contendo nomi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne, non debere genus istud curationis admitti. Actum est uelut de genere humano, si nobis pro salute ægri opus est morte hominis alterius: & penè ratio sanitatis intercidit, si consumit medicina tantundem. Ego quenquam dicentem feram, Vt inueniam ualetudinis causſas, date mihi aliud corpus, alia uitalia: occidam: deinde salutaria quæram, profutura meditabor? Ita non facilius est nosse languorem? Quæ hæc est impudentia crudelißimæ uilitatis? Aegrum placuit occidere, ut inueniretur cur non debuisset occidi. Nullum sanctißimi iudices natura morborum genus solis uisceribus abscondit: & quicquid causſas ualetudinis de uitalibus trahit, in corpus emanat. Inde pallor, inde macies, quòd ad interiorem dolorẽ superposita consentiunt. Non inuenio cur hominem uulneribus exquiras, cur remedia quoque uitalibus per corpus immutas, & in latentes meatus per hæc quibus tegimur, medicina descendat. Cur ergo non eadem ratione languor admittit intellectũ sui, qua sanitatẽ prodit? Abditos profundosq; morbos, aut citatior clausi sanguinis cursus, aut crebrior anhelitus laborantis animæ indicat. Crede de his ante omnia sensibus, oculis tuis: & ipsos de quibus agitur, modò singulos, modò pariter interroga, cui potißimum parti graue tacitæ pestis pondus insederit, unde proruampat in gemitus conscius dolor. Medicus qui per hæc non potest inuenire languorẽ, nõ inuenit nec remedium. Quid si aliquid sanato medicina potest præstare rationis? Sufficit quòd aliquando iam facta ex unius hominis inspectione, ad totius intellectum naturæ medicina profecit. Quid allaturus huic ægroto es, quod non tot seculorum, tot Languentium experimenta deprehenderint? Vis tu potius hac audacia, qua secreta languoris exquiris, remedia tentare? Breuior uia sanitatis humanæ, propior nostræ salutis utilitas est. Si uiscerũ nimius ardor stricta circa se mẽbra

bra durauit, adhibe remedia laxantia. Si fluitat nimijs æger humoribus, præsto sint per quæ prebis clusisq; uenis in nouas uires corpus aresçat. Si parum prodest abstinentia, rursus ciborum qualitate foueatur. Si spiritus receptis premitur alimentis, ad puriores meatus ieiunio fameq; tenuetur. Contigit tibi magna experimentorum materia medice, ægri duo, & languor idem. Non est opus ut expectes quando se per unius homunis patientiam explicet profuturorum magna diuersitas. potes experiri pariter eadem, cõsentanea, diuersa, pugnãtia. Nulla ratio est uulnerũ, sanguinis, supremorum. Quemadmodũ sanari debeat alius æger, scire non possis nisi ex altero sanato. Quid quòd etiam ut idem sit ualetudinis genus, necesse est tamen duorum corporum diuersitate uarietur? Nunquam in alienis uisceribus inuenias totũ quod de altero quæras, & alius languor est, alius æger. Cur maximum nefas alterius filij salute defendis? Homo in quo sola quæritur causſa languoris, propter medicum occiditur. Adijce quòd nec deprehendi ex non sanato potest ullius causſa languoris. Quicquid nos in uitia morborum à naturali sanitate commutat, facit aut nimij sanguinis pondus exæstuans, aut superfluus calor, aut ultra naturalem modum humor exundans, aut spiritus per tacitos meatus non solita laxitate discurrens. Quid horum, si uitalia ferro uulneribusq; resecentur, saluum potest esse languẽtibus, cum cõpressi spiritus laborem protinus ille reserati pectoris meatus emittat, sanguis ijsdem pariter deprehendatur egrediaturq; uulneribus? An fas putatis ut suam seruent uiscera nudata faciem? ut nihil perdat ex priore natura illud pectoris uitæq; secretum, cum admisit oculos? Plurimum in nobis etiam timore mutatur. Quantum affert solicitudo, gaudium, dolor, & aliquis subitus affectus? Quoties dum ad curationẽ præparatur æger, dũ cõponitur ad sua remedia corpus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

pus, medentium manus anima destituit? Iam uerò ad singulos ictus, & longissimas uulnerũ moras, quantũ ex toto homine conuertitur clamore, genitus? Necesse est omneis perire quibus cõtinctur uita, causas, quoties uita ipsa cõsumitur: & cum homine qui propter intellectũ languoris occiditur, ipse quoq; paulatim languor emoritur. Differ saltẽ pater hanc crudelitatem: quicquid ex filio facis, facies ex cadauere. Si potest deprehendi languor dum occidit, facilius cũ occideris. Interrogare mehercle hoc loco libet, utrũne perituri pater, an medicus elegerit? Negauit sua interesse quẽ occideret, hoc si & alter perisset, probauerat utrũq; fuisse perituri: cum cõualuit, probat utrunq; uicturũ. Ad sæuissimã curationẽ potuit ægrum facilius mehercle explicare, si esset unici pater. Sufficit ergo eõparare, decernere, num iterũ ille tibi preciosior, ille melior incipiet esse uicturo. Vbi est impatiẽtia patris, qua uix dimittitur cadauer in rogos? qua corpus exanime detinetur amplexu? Dij immortales, quã sæua, quã crudelis est ista cunctatio! dum deliberas, dum unũquenq; detrectas, parricidiũ in utroq; cõsumis. Duorũ utilitate fit, ut ex fratribus poßit alteruter occidi. Nunquam Iudices res tam horribilis inauduæq; feritatis admissa est. Filiũ pater propter eũ occidit, quẽ etiã ipsum poterat occidere. Trãsfert Iudices reus in medicũ electionis inuidiã. Ille, inquit, æstimauit, ille decreuit. Ergo manifestum est non parẽ fuisse languorẽ. Ex duobus ægris plus habuit spei, propter quẽ debuit alter occidi. Recede paulisper mulier infelix, filij tui nobis referẽda curatio est. Felices ægri, qui languore moriuntur, qui supremos anhelitus inter suorũ amplexus, inter suorũ alloquia posuerũt. Vt erat iuuenis primò ipso cõparationis incerto, mox electione cruciatus, abacta est à perituro prima mater, & modò sedula ministerta seruorum, repente mutata sunt in morus officia. Detrahũtur trementibus uelam

uelamẽta membris, & ut grassaturas manus totũ corpus admitteret, nudatur mirabilis ac deflenda macies. Toto deinde tenditur toro, & ad immobilẽ rigidãq; patientiã per omnia lectuli spatia duraturus exponitur. Accipit carnifex ille telũ, nõ quo dextra statim totũ uulnus imprimeret, sed quod leuiter paulatimq; descendẽs, animã in cõfinio mortis ac uitæ librato dolore suspẽderet. Hæc exhortatio, hoc fuit perituri iuuenis alloquiũ. Fortiter dura, patiẽter admitte, sanabitur frater. Nõ est quòd exanimeris metu, dolore deficias. Caue uiscera exclamatione ne lasses, anhelitu gemituq; cõcutias, ne remediũ pereat alienũ. Passus est miser discurrẽtẽ per omnia reserati pectoris improbũ uagæ artis errorẽ. Cõtenũ fuisse medicum toto homine discentẽ primo putatis aspectu? Egesta sæpe uitalia, pertractata, diducta sunt: fecerũt manus plura quã ferrum. Stat iuxta medicũ pater apertis uisceribus inhiãs, stillantẽ animæ sedẽ cruentis manibus agitantẽ ne festinet hortatur, iubet altius diligentiusq; scrutari: interrogat, dubitat, contendit, affirmat, & accipit de filij morte rationem. At mulier infelix elusis aduoluta foribus, cruentumq; secretum toto corpore effringens, uelut super busta tumulosq; clamabat. Audi miserrime iuuenis, siquis adhuc tibi superest sensus, exaudi. nõ permisit hoc mater, crede orbitati meæ, crede lacrymis, nec frater hac uellet ratione sanari. Inter hæc reficiebatur miser haustibus, detinebatur alloquijs, cõprimebatur residuus eruor, eludebãtur aperta uitalia. Nemo unq; tã noua pertulit cõmẽta sæuitiæ: tãquã sanaretur, occisus est. Ite nũc & quærite an potuerit medico sanãte uiuere, qui tandiu uixit dũ occiditur. Vos tũc putatis illius tãtũ lãguoris medicũ quæsisse causas? quæsiuit quicqd nesciebat: & usus occasiõe rarißima, in omnẽ uoluit proficere nouitatẽ. Dij immortales, quantũ infilix iuuenis animæ, quãtũ sanguinis, quãtũ habuit ex uita, q pertulit ordinem

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem longissimæ curationis? Vix ægre misero licuit mori, uix à cruciatibus suis anima dimissa est. Inuentum putatis esse languorẽ? Inuentũ est illum potuisse sanari. Agedũ commẽto tuo senex superbus exulta, habes quod liberis, quod parentibus, quod imputare seculo possis, fecisti medicum parricida meliorem. Libet mehercle intueri par illud. Aegrum uidisses hominem, qualem non salutares medentium manus, non ars inuenta pro uita, sed diri ferarũ rabidiq; morsus, & auium fames satiata desiuit, hunc alium in nouas uires recensq; robur reddito uigore surgentem. Vultis scire Iudices unde uenerit tanta diuersitas? illũ pater curauit, hunc mater. Quantũ, inquit, misera pertuli laborem, dum tam magnam foueo tristitiam? Non fuit mihi rixa cum morbis, nec cum repugnantis ualetudinis rigore contentio. Totus in lacrymas mœrorẽq; resolutus oderat lucem, respuebat cibos, fastidiebat haustus, & uitam parricidij pudore fugiebat. In omni proclamatione gemituq;, frater: ille diebus ac noctibus cogitationes, ille torquebat oculos. De quibus tu ægris impotentissima medicina mentita es? Non fuit, non fuit solo languore periturus, quem non potuit nec mors fratris occidere. Quid igitur, inquit, miserrima fœminarũ, sæuissime senex ex hac recordatione tristissimæ orbitatis ad hos uultus, faciemq; conuerteris? Sine dubio filius est, & post grauissimas denunciationes redditus uitæ. Sed ignoscat natura, pietas, non est solatium matri unus ex gemnis. Felicior ille dolor est, qui transigi saltem cum oculis potest. renouatur, accenditur, & in his uultibus illum quotidie putat uidere pereuntem. Sed & ipse gaudio redditæ uitæ lætitiaq; non fruitur, nec se credere potest charitate prælatũ, quem medicus elegit. Semit infelix cuius orbitatis unicus sit, quibus lacrymis perfundantur oscula, quàm magnis profundisq; suspirijs concutiantur amplexus. Misera uerecundia sanitatis ingra

ingratæ, precium sibi uidetur fratris occisi. Conuertitur hoc loco Iudices mulier infelix, & uelut ad quandam præsentiam amissi iuuenis, Siue, inquit, tandem securitate mortis explicitus, in aliquo sedis æternæ pudore requiescis, siue exclusus ac uagus, & inter fabulosa supplicia metuendus adhuc laceratione, per stupentes horrentesq; manes umbra discurris, audi miserrimæ matris iniquissimã cõploratiõẽ. Non quidẽ licuit mihi in illud cubiculum conditorium tuæ mortis irrumpere, nec super charissima membra prostratæ meis uulnera tua tegere uisceribus: quod solũ tamẽ potui, corpus quod medicus, quod reliquerat pater, hoc sinu misera collegi, ac uacuũ pectus frigidis abiectisq; uisceribus rursus impleui, sparsos artus amplexibus iunxi, membra diducta composui, & de tristi terribiliq; facie tandem ægri cadauer imitata sum. Hoc est tamen quod de tristissima orbitate præcipue ferre non possum: propter fratrem uideris occisus, nec tamen unquam constare potuerit an tu sanaueris fratrem.

GLADIATOR,

DECLAM. IX.

ARGVMENTVM.

Abdicare & recusare liceat. Pauperis & diuitis inimicorum filii iuuenes amici erant. Filius diuitis cum in piratas incidisset, scripsit patri de redemptione. Illo morante profectus pauperis filius cum amicum apud piratas non inuenisset, quia lanistæ uænierat, peruenit in ciuitatem in qua munus parabatur, sub tempus ipsum quo pugnaturus erat diuitis filius. Pactus est cum munerario pauper adolescens, ut uicariis operis redimeret amicum, petiitq; ut si egeret pauper pater, alimenta ei præstaret. Ipse in pugna occisus est. Diuitis filius reuersus egentem inuenit pauperem, palàm cœpit alere. abdicatur.

Pro Filio contra Patrem.

Nemi

NEMINEM unquam Iudices intra tam breue ætatis suæ spatium plura terra mariq; perpessum, quàm quæ proxima peregrinatione uel tuli, uel timui, uel uidi, facilis, ut opinor, fides est, cum ex omnibus quos nouimus mortalibus unus nominari me miserior possit, quem infelicem ego feci. Tamen in hac quoq; omnia excogitantis in me fortunæ uiolentia, confiteor nunquã hunc me concepisse animo metum, ne post redemptum per alienas manus filiũ, displiceret patri meo misericordia. Illas uerebar magis iam non tacitas uulgi opiniones, quibus crudelitatis atq; sæuitiæ reus peragor apud plerosq; sanctos & graues homines. Nõdum excusare potui quòd redemptus sum. Obijcitur mihi orbatus senex, & ille qui modò saluo filio etiam contra diuitem steterat, amissis in uno iuuene omnibus bonis inimicæ domus supplex. Licet enim totas aduocemus in odia fortunæ uires, & egentem unum senem uniuersa gratiæ mole calcemus, cõfitendum est tamen, plus amici nocuimus, quàm inimici. Quin ipsa prorogatæ quotidiana stipe infelicis animæ uidetur quodammodo maligna clemẽtia. Quod enim beneficiũ est efficere ut uiuat orbus? Vnũ tamen uel grauius crimen infelix hæc abdicationis meæ fortuna defendit, quòd uix ad sustinẽdũ spiritũ sufficientes cibos, prorsus tantũ mortis impedimẽta, auara manu dederim. Puto iam ignoscetis omnes, si plus præstare nõ potui inuito patre. Quanquã Iudices oboritur animo meo nonnunquã & illa suspicio, quòd patrem non alimẽta uni seni parce uiuere assucto, nec liberaliter data, nec diu danda, in offensam meã cõpulerint. Quãtulũ est enim facultatibus diuitis, quod sub patre sanè tenaci filiofamiliæ supereſt? Ac si foret maius forte momentũ, quis tamẽ parens tam durus est, ut propter aliquã impensam carere filio uelit, quòd ipse celatus sit, quòd

quòd non suæ misericordiæ pauperem cõmiserim, non rogauerim, præsertim qui quicquid unquã petij à patre, exorauit? Sed neq; hæc ultimo fulmine castigari meruit in differendis precibus uerecunda cunctatio. Qui dum tempus opportunũ, faciles aditus, hilariorem animũ capto, interim uolui superesse cui ignosceret. Neque inficior tamen fuisse me lentiorẽ quàm oportuit: tametsi hoc præcipue habere uideor patris simile. Sed si ulla emendatio pœnitẽtia est, hic in publico uobis adhibitis rogabo. Non ego æs alienũ luxuria contraxi, nec profusus in uitia fortuna nostra male usus sum. Redemptionis meæ precium debeo. Si impetro, intelligam uerum esse quod quidam opinantur, ambitiosum patrẽ publicare uoluisse domus suæ misericordiã, ne uiderentur pauperes tantũ uitam inimicis suis dedisse. Si perseuerat ut porrectos agẽti cibos mea fame rependat, & expulsum omnibus bonis filium simulem faciat inimico, uereor ne iniquis æstimatoribus inexpiabilis illius & sæpe reprehẽsi odij culpa uideatur penes patrem, quia tã facile irascitur. Verũ enim sic placet, fortunæ magis moribus dissidere, quàm suis. nã & paupertatis est proprium, quãdo alia deficiunt, exercere libertatem: & dum cõtemptus fama uitatur, potentiores uel ambitiose offendere: & nacta bonam conscientiam magna fortuna, indignius imparem aduersarium patitur. Ergo conseruit, ut solet, casus duraturа longius à paruis initijs odia, dum contumeliam humilitas facilius intelligit, dignitas grauius. Neque ulla fuit æmulatio (quæ enim esse inter impares potest?) sed fato quodam simulis ex diuersis caussis contentio. Hic irascendo pertinax erat, ille incendendo cõtumax. Quanquam nisi ultimam exprimere cõfessionem uicti utique placuisset, multa iampridem signa dederant ueniæ, finemq; pugnæ petentis. Nam quò pertinuisse credimus, quòd pauper adolescens relictis omnibus solum me quem coleret, quem

Universidad de Deusto
Biblioteca

quem amaret, elegerat? Sine dubio à primis ætatis annis iunxerat nos potentissimus amor ille puerilis, dum aut nulla erat inter parentes odia, aut à nobis non intelligebantur. Post diductas tamen domos perseuerauit, immo impensius laborauit. Et si quid mihi in eo satis perspectum est, nihil horum fecit inuito patre. Quantum intelligere potui, pauper sine dubio pudore cedendi, ne damnasse caussam suam uideretur, simul quòd nulla ipsi dabatur gratiæ uia, stare uisus in suscepto circuitu, tamen quosdam molliores tentauit aditus, & dum firma tandem pax impetraretur, filium nobis obsidem dedit. Ac ne meus quidem offendi uisus est pater, certe nunquam reprehendit, nunquam prohibuit. nec clam feci, nec cotumace aduersus patris imperia unquam fuisse me uel ipse rerum declarat ordo. Nam quauis infestum latronibus mare inuisus intrau. Neq; dissimulauerim magnas fuisse caussas patri cur hoc mihi imperaret, quod ipse facere non potuerat: ego etsi nesciebam, non interrogaui: satis plena ratio fuit patrem uelle. Felix nauigantium conditio, qui procellas modò, & sæuos tempestatis incursus, & albentes fluctibus scopulos, aliaq; pericula tantum maris pertulerunt: ego miser naufragis inuideo, captus barbaris manibus: nec tam nexu catenarum uinctus, quam pondere, inundatum carcerem tuli, & uincula macie laxaui. Quis non ignosceret omnibus qui post hoc exemplum nauigare timuissent? Ergo qua una spe misera trahebatur anima, literas de redemptione scripsi patri (testor deos) soli. Quid enim sentire uiderer de parentis affectu, si hoc incolumi redemptionem ab alio petiuissem? Nam quod unum mihi secundum patrem fortuna uidebatur parasse præsidium, hoc sperare in illa sorte non poteram. Quid attinebat amico scribere, quem sciebam non habere unde redimeret? Nunquam'ne mihi dabitur liberum tempus conquerendi apud patrem de amicis suis, qui proficisci uolentem

retinere

retinere tentarunt? qui piæ festinationi attulerunt moras? Profectus esset tamen uel inuitis omnibus (quis enim non hoc præstaret filio patri?) nisi quòd interim amicus anteceßit. Illum non pericula maris, non infesti latronibus sinus, non uicinum meæ fortunæ documentum prohibuit. Minus hæc miror de amico: illud est quod pensari nullis beneficijs possit, proficiscentem non retinuit pater: immo si quid in subsidia uitæ sepositum erat parca frugalitas, id omne in impensas itineris contraxit, & contulit: Infelicissime senex, sic egere cœpisti. Dicam nunc ego per quos iuuenis præstantissimus nauigauerit fluctus, quos accesserit scopulos, quantos lustrauerit sinus? Faciliora ista putant qui nunquam nauigauerunt. In omnia præceps, sine respectu sui, quem iam tum apparebat uitæ non parcere, adijt, exploraui, & tamen ille quoq; qui tantopere festinabat, serò peruenit. Audite Iudices nouam captiui querelam. iam miser apud piratas nō erā. Alebat deuotum corpus grauior omni fame sagina, te inter debitæ noxæ mancipia cōceptissimus tyro gladiator, ut nouissime perderē calamitatis meæ innocētiā, discebā quotidie scelus. Hæc tamen omnia sustinui, tuli: adeò difficile est etiā sua caussa mori. Et iam dies aderat, iamq; ad spectaculum supplicij nostri populus conuenerat, iam ostentata per arenam periturorum corpora mortis suæ pompam duxerant. sedebat sanguine nostro fauorabilis dominus, cum me, cuius, ut interfecto mari, non fortunā quisquam nosse, non natales, non patrem poterat, una tamen res faceret apud quosdam miserabilem, quòd uidebar inique comparatus. Certa enim arena destinabar uictima, nemo munerario uilius steterat. Fremebant ubique omnia apparatu mortis. hic ferrum acuebat, ille accendebat ignibus lamminas: hinc uirgæ, inde flagella afferebantur. omnes piratas putares. Sonabant clangore ferali tubæ, illatisq; libitinæ toris ducebatur funus an-

i te

Universidad de Deusto
Biblioteca

te mortem. Vbique uulnera, gemitus, cruor, totum in oculis periculum. Si quid est in me abdicatione dignum Iudices, unũ crimen agposco, quòd in hæc amicum meum misi. Est quidẽ felicibus difficilis miseriarum uera æstimatio, figurare tamen potestis qui tunc animus mihi, quæ cogitatio fuerit. Nanq; & natura redit in extremis tristis præteritæ uoluptatis recordatio, & mihi cum generis conscientia, cum fortunæ conscius aliquando fulgor, cum liberales artes, cum omnia quondam honestiora manerario meo, domus, familia, amici, cæteraq; nunquam uidenda in ultima mortis expectatione succurrerẽt tenenti seruilia arma, & ignominiosa morte perituro, tum (si ulla miseris est fides) quid horum omnium ignari agerẽt propinqui, nihil peius de fortuna mea suspicãtes, quàm quod scripseram: illud tamen grauissimũ, quòd patrẽ qui tandiu non ueniret, captum putabam. Ergo tota cogitatione intentus in mortem, expectabam cruentũ illum confectorem. Quis enim dubitet quid futurũ fuerit si ego pugnassem? Ille quoq; occisus est, qui inter nos, ut apparet, fortior fuit. His cogitationibus attonito, & in mortem iam penè demerso, inopinata subitò amici mei species effulsit. Obstupui, totumq; corpus percurrit frigidus pauor, neq; aliter quàm si uana obijceretur oculis imago, mente captus steti. Vbi primum lux redijt, laxatumq; est iter uoci. Quid tu, inquam, quo casu peruenisti huc miser? Nunquid & te uendidere piratæ? At ille complexus ceruices meas, effusis in pectus meum lacrymis, solutus, intercepto prope iam spiritu, serò, iam trepidante me, primam uocem & diu solam edidit, Satis uixi. Vt uerò causas itineris reddidit, & uenisse se ad redimendum indicauit, & unde? inquam tibi pecunia? nisi redistis in gratiam, & te pater meus misit? Audite gentes, audite populi, non solita iudicium nostrum corona circunstet: sed si patitur natura rerum, totus ad

ad cognitionẽ talis exẽpli orbis circũfluat. Tacete priora secula, in quibus tamen à primordio generis humani paucissima amicitiæ paria admirabiliora fecerat longa tẽporibus nostris fides intercepta: quicquid historiæ tradiderunt, carmina finxerũt, fabulæ adiecerũt, sub hac cõparatione tacẽt. Quis crederet (si dubitari posset) inter duos amicos, quorũ alterũ immunem malorũ omniũ fortuna fecerat, alterũ piratis ac lanistæ tradiderat, meliorẽ conditionẽ fuisse captiui? Si diues essem inquit, pecuniã pro te attulissem quod unũ pauperibus præsidiũ est, manus habeo, has piratis daturus fui, has pro te in pugnã uicarias dabo. Ignosce pater, quòd nimia cõtentione affectus, penè tibi orbitatis uulnus impresserim. Testor deos non per me stetisse quòd uiuo. Neq; enim ita me efferarat ludus, aut in tantũ durauerat animũ cædis lõga meditatio, ut eũ amicũ uellẽ occidi, qui pro me mori poterat. Vindicabam mihi fortunã meã, & adhuc necessitatis gladiator depugnare etiã uolebam, neq; ullis precibus poterã euinci, quãquam se non superfuturũ altioqui minabatur, idq; unũ affirmabat interesse, utrũ uicariũ mallẽ habere mortis, an comitẽ. Non uici. Quid igitur actũ sit quæritis? Duxit me ad munerarium Iudices. Quis ego illius preces, quàm pertinaces lacrymas, quàm miserabilẽ obtestationẽ uid! Nemo unquã sic rogauit missionẽ. Transferũtur in illum detracta corpori meo arma, & malè à piratis insignibus festinatũ par producitur. Quid me admonetis supremarũ amicitiæ precũ, quibus hæc alimenta caro empta, inopi patris senectuti petita? adiutorium hoc ad caussam putatis? Me pudet quòd rogatus sum. Per hãc, inquit, mihi lucẽ ultimã, per notissimã amoris nostri fidẽ, nõ sinas mẽdicare parentẽ meũ. Sustineas, adiuues, præstes affectum, si mereor: tu sis illi uicarius meus. Nec plura dicẽdi tẽpus fuit, iãq; suprema per galeã dederã oscula, digressisq; in diuersum ministris permissus Mars

Universidad de Deusto
Biblioteca

erat. O quàm solicitus spectaui! quàm attonita mẽte! quàm simili corporis motu! Quoties ad infestũ mucronẽ, quasi ipse peterer, me summisi! Quoties ad conatus erectus sum! O misera cogitatio, ô crudelis natura metus, merito tu amice pugnare maluisti. Facinus indignũ, illũ animũ, illũ ardorẽ non cõtigisse castris, nõ bellicis certaminibus, ubi uera uirtus, nulla pugnãdi lege præmiũ scribitur. Qua ut prælitũ inuaserat, iratus etiãnũ tanq; aduersario meo, ad omnes impetus excipiebatur callide ueterani gladiatoris astu, omnes cõatus cõtra se erãt. Nec difficilem tamẽ sub illo præsertim authoramẽto habuisset missionẽ, sed noluit gladiator uiuere. Igitur iam nudũ corpus uulneribus offerẽs, ut totã propè mercedem semel solueret, stans periit. Cui licuit in patria, in domo, inter propinquos, securo cõsenescere æuo, trãquillã sine reprehẽsione agere uitã, iacet cõfectus uulneribus, & primo iuuentæ flore fraudatus, periit miser fato meo. At ego qui debebar illi fortunæ, quẽ mors sibi destinauerat, emissus ludo nocẽtior, quàm uẽditus: etiã uiatico illius infelicis reuertor. Placeamus licet nobis fortuna nostra pater, pauperi soluẽdo nõ sumus. Siqua est fides Iudices, pudet me cõtrà indicare mea beneficia, nec uideor uobis rationẽ posse reddere, quod mihi tã parũ obijciatur. Redẽptoris mei patri in preciũ meũ orbo, egenti, quid præstitit? Quod pirata capto, quod lanista gladiatori, exiguã stipẽ, et cibos semper petẽdos. Quantulũ enim dari poterat, quod nõ sentiret dominus tã curiosus? De hac re cõsedistis, hoc cõcitauit istã iudicij scenam, panis datus mendico: & dilatata hac impotentiæ nostræ opinione, uidebamur amicos ferro occidere, inimicos fame. Computemus totã istam meæ luxuriæ impẽsam. audite summã, & miramini si hos sumptus ne diuitiæ quidẽ sustinẽt. Tãti cõstat patri captiuitas mea, cum tam care redemptus sim. Quo tandem patereris animo, si delicatus adolescens, præsertim splendidis

didis opibus, uel ex ætate mores, uel ex fortuna traxissem, & tempestiua conuiuia, & pernigiles ludos aduocata sodalium turba, solutus atque affluens agerem, tantumq; impenderem quantum non posset te ignorante consumi, quæ tamen ipsa boni patres libenter annis remiserunt, cum abdicatione dignum putes, & ultimo patriæ potestatis fulmine coërcendum, quod mendico seni porrexerim, ut parcissime dicam, quod illi filius musitẽ? Non redempta meretrix, non egestum conuiuijs fœnus, non lenonum parasitorumq; cara adulatio in crimen uenit: cibaria senis nempe unius ætate ac malis confecti. Hoc diuitias tuas cõcutit? hoc fundatam paternis auitisq; opibus domum exhaurit? Si tam auarus es, computa, adhuc de alieno uixi. At hæc fortasse quæ circunstat iudicium corona, & omnis ignara causæ turba, magnum nescio quod & portento simile crimen expectat. Abdicas me pater tam citò? Modò tibi ex illa funesta peregrinatione insperatus reuertor, unde ut uenirẽ, uix optare potuisti. Nulla adhuc pro reditu meo soluta sunt uota, non percussæ dijs immortalibus hostiæ, redẽptori certe gratiã non retulimus. At ego expectabã ut desiderio incensus affectus uix posset expleri, ut post infaustã profectionem uelut obburgatus tanto periculo, nũquam me posthac saltem peregre dimitteres. Vix salutatis laribus expellor, & apud plerosq; dubitari potest an admissus sim. An hoc agis, ne quid tibi præstitisse uideatur qui me redemit? Sæuus enim credo & impius, & (quod maximũ omniũ uitiorũ signũ est) ingratus beneficia patris non æstimo. Fortasse cui uitã debeã nescio, nulla est apud animũ meum memoria meritorum. Miserum me, quòd non possum tantum soluere, quantum accepi. Quanquam causas abdicationis pater altius repetit, & ultra peregrinationem meam inquirit, idq; ratione duplici. Primùm, ut reũ quẽ premere atrocitas criminũ non potest, turba

confundat: deinde ut grauius uideatur iudicium patris, cum is damnet qui soleat ignoscere. Cur, inquit, cum ego inimicũ haberem pauperem, tu amicum filiũ eius habuisti? Volo iudices omissa omni contentione scilicet sic agere, Peccaui, ueniam peto: & errare hominis est, & ignoscere patris. Duxit me similis ætas, euicerunt officia, cepit fides, amantẽ odisse non potui. Nihilo nunus satis abundeq; pœnarũ est: & si pietatem tuam bene noui, plusquã uelles, datũ est. Quãtumlibet peccauerim, quid amplius tratissimus dominus exigeret? Ludo tibi satisfeci. Nullam ne cladibus meis finem dari placet? Parum est quòd insanos pertuli fluctus, & sæuis tẽpestatibus commissus, arbitrio uentorum pependi? Parum est quòd in nefarias latronum manus præda perueni, & (quæ ultima malorum etiam seruorum cõditio est) sine exceptione uænalis? Inde me si uoluisset, emere potuit inimicus. Parũ est quòd me diu piratæ in carcere retẽtum, quia redemptorẽ illis diuitem promiserã patrem, in ludũ uẽdiderũt tanquã decepti? Quòd quotidianæ pugnæ meditatione tandiu mori didici? Quòd cõpositus, armatus inductus perieram, si melior amicus fuissem, nisi me noua uelut in portu adoptata tẽpestas, paternis laribus extorrẽ, & necessarij quoq; uictus inopẽ, circùm ad alienas mitteret domos? Pudet enumerare calamitatum mearum gradus, piratã, laniſtã, patrẽ. Atqui pars ista criminis iudices mei nõ defendi meruit, sed laudari. Neq; enim reperio quid in rebus humanis excogitarit natura præstãtius amicitia, quid cõcordia cõtra fortunã maius auxilium. Nam primũ præter cætera animalia induit nostris pectoribus quãdam societatẽ, quæ mutuo gaudere congressu, cõtrahere populos, cõdere urbes edocuit: & cum mentibus nostris uarios imposuerit motus, nullũ præfectò melliorem beneuolentia tribuit affectũ. Quid enim foret humano genere felicius, si omnes esse possent amici? Non bella, seditiones,

nes, latrocinia, lites, cæteraq; mala quæ hominibus ex seipsis nata sunt, fortunæ accessissent. Id quia nimũ deo uisum est, at certe honestis cõuenire mentibus, fidẽ colere, amoris gratiam referre, omnibus tẽporibus, omnibus gentibus præcipuum & quodãmodo sacrũ fuit (neq; enim nisi optimis mentibus cõtingit ut aut sic amare sciant, aut sic amari mereantur) hoc ego crimẽ expauescam? Scires quantopere gloriarer pater, si cum amico ego meo redissem. Nisi fortè simulitudine flagitiorũ ductus, turpi me coniunxerã iuueni, quæ uitã sine dubio nomen amicitiæ nõ accipit: tametsi ad paria ducẽte natura, uitia amborũ cõuenerũt. Obijce mihi amicũ, & habes maledicẽdi materiam. Gladiator fuit, quare amicus illius fuisti? Ita, opinor, pœnitet. Effert te longius dolor, & nimia concitatus ira, quò pongrediare non respicis. Non sentit pater hoc te mihi obijcere, quod uiuam? Quisquã de illa amicitia queri potest præter pauperem? At ego inimicũ habebam illius patrẽ. Decuerat quidẽ, simultates, quas maximè omnium mortales esse noluere sapiẽtes, in his desinere, in quibus nascerentur. Nam sic quoq; immodicas serit discordiarum fortuna causſas, etiãsi non hæreditaria subeamus odia, ac diutius inimicitiæ maneant, quàm inimici. Tamen siquid aduersus te ipse commisit adolescens, sit hostis & meus. Si innoxius, & omni uacans culpa, charitatẽ mereri cupit, si nullius me amici filius ualdius amat, qui tandẽ uis pater respuã, & iratas obijciã manus? Tu quoq; non odisses pauperem si te amaret. Inserit se, & beneficijs certat. Noras adolescentem omnia ultro præstantem, & sic me amabat, quanuis tu esses inimicus patri. Adijce, si tanta in adolescente indoles fuit, quantam nulla unquam cognouere secula: si fides antiquissima, & cum deorum cœtu permixtis inaudita temporibus: si me semper habuit chariorem spiritu suo, etiã'ne despicienda mihi rarissimi boni occasio fuit? At ego perpetuã

quandam mihi gloriam reor, quòd ille cælestis animus me potißimum quem amaret elegerit, quodq; ego sim probatus tanto iudice. Me quoq; igitur feret fama per gentes, & amici laudibus illustrior uiuam. Credet aliquis idem me pro illo fuisse facturum. Cur cum inimici nos essemus, uos amici fuistis? Aliud hoc loco crimen agnosco. Peccauimus enim fateor, peccauimus, quòd cum amici essemus, uos inimici fuistis. Hæc Iudices diutius exequerer, nisi absoluta essent ipso iudice patre. Longum iam istius criminis tempus est, nunquam obiecit, nunquam exeanduit. Et quid hoc inter nos pater conuenit, nisi longiores repetis offensas? Apud malignos uidearis me iratus non redemisse. Sed siquid antè commisissem odio tuo dignum, potuisti me redemptum non recipere. Manifestum est ergo te patiente, id est te uolente amicum mihi fuisse iuuenem. Et sane non solus in hac fuisti sententia, idem filio permisit & pauper. Atqui si pars hæc causse, quæ confessione longi silentij absoluta, hodie in accessionem criminis alterius deducitur, potest apud uos impetrare uenia, facilior certè sequentium ratio est. Ille enim sanè fuerit inimici filius, hic iam est amici pater. Nec ignoro Iudices quàm malè ista defensio de humano genere mereatur, si adeò nihil est per se misericordia, ut nisi ulterior aliqua necessitas pudori uim fecerit, pro summo crimine damnanda sit minus necessaria humanitas. Ergo si alienum & ignotum, tamē (quæ publica omnium mortalium, quippe sub uno parente naturæ, cognatio est) hominem cibo forte iuuissem, pœna dignum uideretur seruasse perituram animam, & ignouisse rebus humanis, & respectu communis omnium sortis, uelut adorato numini stipem posuisse Fortunæ? Si hoc crimen est, laudetur ergo crudelitas, nihil habeatur piratis laniſtisq; prudentius. Ferantur sane profutura humano generi duo exempla, intra tam breue tempus

pus propter misericordiam alter abdicatus, alter occisus. Quod crimen si fatendū sit, non animum mihi ipse finxi, aut mea potestate regitur affectus. In arbitrio formantis mores omnium naturæ compositus, cum crimine meo natus sum. Nam siue cælestis prouidentia, siue irrationabilis casus, siue assignata siderum cursu nascentibus nobis necessitas, multa uarietate pectora nostra distinxit, nec minus numerosas animorū quàm corporum dedit formas. Sunt quorum mentes etiā nocentium supplicia confundant, qui ad omnium sanguinem palleſcant, ignotorum quoq; miserijs illacrymant. Sunt cōtrà qui ne suorum quidem misereantur. mihi mite pectus, & mollis affectus ad omnem calamitatum conspectum tremit. Noli me æstimare mea fortuna pater, nō habeo gladiatoris animum. Vtinam quidem mihi causſa permitteret sic gloriari, Iuuenis cōceptus splendidis parentibus, cum solum tam speciosæ fortunæ crederem fructum posse prodesse, & contra uarios mortaliū casus quasi portum benignitatis aperire, concupiui quandā humanitatis ciuicam gloriā, perituram hominem, siue ille naufragio ejectus, siue spoliatus incēdio, siue exutus latrocinio erat, naturæ patriæq; restitui. Paria tecum facio Respublica, quæ propter me unum ciuem perdideras. Hæc me magis decet impensa, quàm ueſtis, quàm argentū, quàm ubi laus emitur. Vbi enim pecunia melius poni potest, quā ubi fœnus bonitatis extenditur? Magna cōscientia est, felicitatē meruisse. Ignotus sane sit & alienus: quid fuerit antè, non quæro, post hæc erit amicus. Et hercle quo quisq; plus potest, quoq; latius patet ad fortunæ incursus, hoc magis cogitare debet atque respicere, quātum in nos fortunæ regnum sit, quàm instabili fede humana consistant. Non me aurata laquearia, nec radiantes marmore columnæ, nec graues cruſtæ fecerint immemorē fragilitatis. Multa sæpe & locupletibus accidunt, sæpe in imū sum-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ma decidunt. Ego uidi pauperē auxilia diuiti ferentē. Sed sane superbus æstimet miserias longa felicitas, & alienum casum facilè despiciat securus sui. Ego quoties auxilia calamitatis petere aliquem uideo, nō possum non moueri fortuna mea. Succurrit mihi continuò tempus illud, quo ipse clementiā optabā. Ignosce pater, si penitus animo meo hic insedit affectus: amare misericordiam miser cœpi. Sed inimicus, inquit, meus est. Nam quis nos tantopere laudaret pater, si hoc amico præstaremus? Hæc est celebranda uirtus, hæc animi suspicienda moderatio, uincere irā, & inter simultates quoq; meminisse hominis. Vt Fabio Maximo immortalem attulit laudem ereptus ex hostiū manibus inimicus: ut Tiberiū Gracchum admirata ciuitas est, Scipione in carcerem duci prohibito: te quoq; similis animi magnitudo memoriæ dabit. Tuis enim opibus uiuit inimicus. Quicquid est istud quod senex inops ex nostra domo accipit, si non iraſceris, tu præstitisti, tibi hoc pulchrū atq; magnificum est. Nā ego si quid in patrē seruatoris mei cōfero, non sum laudandus. Neq; expectaueris hoc loco pater, ut illa dicam, Semper odiorum honestus occasus est: & dum simultates nihil aliud habent quàm nocendi cupiditatem, speciosa in melius animi mutatio est cum exempli honore, iunctæq; ex hostili pene concursu in affinitatē manus. Vnde tantum misero boni, ut inimicus sit? Aspice solum, egentē, senem, omnibus præsidijs destitutum: no'nne contumeliam fortunæ tuæ facis, si hunc odisti, & adhuc tua putas interesse ne uiuat? Nulla tibi contingere maior ultio potest, quàm si talis est, ut illius etiam nos misereamur. Magna mehercle iam de uetere æmulo pœna supereſt, panem eripere mēdico, & grauissimæ per se fortunæ, manu pondus imponere. Age si perisset, cadauer calcasses? Feræ mehercle generosiores, tacentes transeunt: & reseruati hostes, restitutæq; urbes maiora causſæ exēpla sint: quod scio,

scio, uictis etiā gladiatores pareunt. Post orbitatem, post egestatem, quid amplius potest pati, nisi quod optat? Vlterior'ne tibi aliqua ultio quærenda est, aut aliquid rerum natura peius capit? Quis non te omnium mortalium inhumanissimum putet, si hoc aduersus inimicum tuum saltē optaſſe? Si me hercle inexpiabiles odiorum causſæ, & cōpositis quoq; fabulis ulteriores inimicitiæ fuissent, ausim dicere, si propter illum liberos perdidisses, accipienda tamen erat à fortuna talis satisfactio, certè ad uitandam insolentiæ opinionem, quæ fere immeritam quoq; potentiam carpit, ne uagaretur per urbem inuidiosius mendicus, & calamitatis authori causſas uulgus regereret odiorū. Nescio quomodo omnis pro laborante fauor est, nec ulla perpetuam gratiam seruat nisi modesta uictoria. Nostra potissimum clementia sustineatur, ne illius alij misereātur. Facilis, ut animaduertere uos spero Iudices, defensionis meæ cursus est. Antequam incipiam habere causſam nimium bonā, hic tam conscientia trepidat, & ratio uelut inter binos deprehensa scopulos, cum aliud obijciatur, aliud defendendum sit, hæret in dubio: cum beneficijs meis computare nō audeo. Cognouistis expositionem causſæ, quanta quamq; excedentia fidem adolescentis optimi merita narrauerim. hæc mihi omnia sine dubio ille præstitit. Sed quid interest? debitor delicatus sum. Quid in hac parte defensionis agam Iudices? Dicam, referre gratiam beneficijs uolui? Ita'ne tandem aliquis mendicare amici patrem æquo animo usurus fuit? At ille me redemit, cui nihil retuli. Dicam moueri me supremis amici mei precibus? Egregia uerò comparatio. At ille mihi præstitit, quod non rogaui. Vtrò me uertam? Tanquam honestū defendam factum, an tanquā necessarium? Alterum absolui facilius potest, alterū laudari rectissimum opinor. Veritatis interest. Audi pater, alimenta ista quæ donata egenti putas, quanti illi

consſtent. Si accepto captiuitatis meæ nuncio, nullis precibus adductus, nullis epiſtolis uocatus adoleſcens ad liberandũ me uinculis piratarum profectus eſſet, quibus tamẽ meritis penſarem, cũ id mihi præſtitiſſet, quod ego tantũ à patre ſperauiſ? Intrare maria præſertim tam recenti documento timenda, & latrones ultro quærere, & cum præter uicarias manus nihil eſſet, nauigare uoto captiuitatis quis poſſet alius quã qui paratus eſſet pro amico moriſ Magnũ hoc per ſe, ac ſeculo noſtro uix credibile Iudices. Illud uerò omni prædicatione maius, ad redimendũ me profectus eſt, cũ mendicaturum patrem ſuum ſciret. Atqui ſperare poterat futurum, ut ſine periculo ſuo redimeretur nihilominus amicus, cum haberem diuitem patrem. Sed noluit ipſum itineris apparatũ, & nequa periret redẽptionis hora, præceps cucurrit. Prò fidem deũm hominũmq; quẽ admodum ad redemptionem amici feſtinat etiã cuius pater lentus eſt? Terentium, quẽ inter cæteros captiuos ſecũdo Punico bello Scipio Africanus uinculis exoluerat, memoriæ tradidere maiores, inſigne receptæ libertatis pileo teſtantem in triũpho dueis eſſe conſpectũ. Et ille quidẽ maioris momenti acceßione publicã ſenſerat felicitatẽ, priuatim tamen debere ſe putauit uictoriæ beneficiũ. Quid me facere cõuenit, qui per maria latrocinijs infeſta ſolus petitus ſum? qui lucem, libertatem, deniq; quicquid patri debeo, nõ ignarus, ut primo natalis horæ tẽpore, ſed uidens ſentiensq; acceperim? nec ſolũ donatus his bonis, ſed ſummis periculis liberatus ſum? Non'ne me ex amici fide natũ, & tenacioribus beneficiorum uinculis fãtear eſſe cõſtrictũ? Miſerrime, amice fideliſſime, ingratũ me mortẽdo feciſti. Et quãtulũ eſt quod adhuc loquor de mea infelicitate, de piratis? Leuis eſt iſta fortuna, hæc etiã nunc recepit morã. Solent expectare latrones redẽptorem. In ludo fui: quæ pœna nullã ulteriorẽ ſcelera nouerunt, cuius ad cõparationem

tionẽ ergaſtulũ leue eſt. Hoc ſi ſciſſes pater, affirmo, promitto, cuius pietatis es, nemo te anteceßiſſet. Illa certũ habeo expectas ut dicã. morabar inter ſacrilegos, incẽdiarios, & quæ gladiatoribus una laus eſt, homicidas incluſos turpiore cuſtodia, & ſordido cellarũ ſitu. Iamq; in eam ueneram fortunã, ut me uictum recipere nõ poſſes, uictorem nolles. Aderat hora ſupplicij mei, qua nuſquã morandũ: iam præbendus erat iugulus, & fundẽda uita cũ ſanguine. Neq; enim dubitare de euentu licet. exemplar fiti mei uidi. Si me ab his imminẽtibus malis pecunia redemiſſet, beneficiũ tamen potius dicerẽ magis æſtimandũ eſſe, quàm preciũ. Sed apud malignos interpretes poſſet uideri uel ſpem ſecutus aliquã uenturi tẽporis, uel præſentis uoluptatẽ. Hoc admirabile: & uni tantũ pietati referendum eſt. dedit beneficiũ quod nunquã reciperet: & cũ amicum quẽ redimebat, habiturus nõ eſſet, nihil aliud emit quàm honeſtam mortis conſcientiã. Tranſtulit ergo in ſe fortunã meã, ſubijtq; non ſolùm fortiter, ſed etiã libenter id quod mihi miſerum putabat. Res dictu incredibilis, gladiator dimiſſus, redẽptor occiſus eſt. Recepit pectore aduerſo ferrum, ut quaſi quã emittebat animam, in meũ pectus tranſfunderet: & hoc uno triſtis occiditur, quòd amplius amicum uiſurus non erat. Eant nunc antiquarũ conditores fabularum poëtæ, & ſe ad exhortandã amicitiæ fidem magna quædã compoſuiſſe carminibus putẽt, ſi dixerint aliquos per maria terrasq; aſperiorem fortunam amicorum tantum ſecutos, aut principem Græciæ uirum in ultionem interfecti amici inauſpicata bella geßiſſe. Nam inter fratres quoque illa maximè admirabilis, tamen alterna mors eſt. Vna fingitur coniunx, quæ iam perituri uitam mariti uicaria morte ſua redemit: adijciturq; miraculo fabulæ, feciſſe hoc eam quod non præſtitiſſet pater. En indubitabile ſeculi decus, & fictis maius: ut moreretur pro me amicus, ſuum reliquit

Universidad de Deusto
Biblioteca

liquit patrem,meū uicit. Et sane quid profuisset festinatio patris,etiam si ad redimendum me prior forte uenisset? Hoc me precio nemo alius redemisset. Neq; uerò plurimū fiat præstitisse mortē,nāq; interim speciosō titulo bene uita pēsatur. illud uerò existimo grauius,nomē gladiatoris accipere, subire dominum lanistam. Minus te amice laudarem si uiciſſes. An ille animus rediret in cellulā,ferret saginam,magistrū, personam denicq; sceleris? Mea depugnasti causſa,tua periſti. Hæc tamen omnia ultimæ fortunæ nomina,ut mihi detraheret,induit sibi. Venit in arenam homo nec sceleratus,nec infelix. Ecquando Iudices hoc audistis? Bonitate sua gladiator factus est. Vtinam Iudices hæc quæ illi speciosa sunt, tam honesta essent & mihi. Quoties ad infelicissimum respexi senem,cuius orbitate uno, cum confectū cladibus,& tantū pœnæ suæ residuum considero: uerum fatendū est,pudet me precij mei. Video senē meliore sui parte præsepultum, omnis etiā spei superstitē, orbum, destitutum illud tamen solatium est,quòd nisi talē amicum habuissem,hæc de te dicerētur. Huic patri inuidiosa quædā,opinor, & quæ beneficio mortis pensetur,criminosa liberalitas contigerit egenti. Alioqui duo egentes, & circa omnium uel ignotorum domos stipem rogabimus pariter. Si quis grandis natu parens est,miserebitur senis: si quis iuuenis filius,miserebitur adolescentis. Fortasse proderit mendicaturo mihi, quòd ipse aliquando egentē pauperem alui. Accipe satisfactionē, in quacunq; parte rerum naturæ es amice charissime,non excidēre mihi tua mandata: fortuna defecit,opes auferūtur. Quod unum mihi relictū est, en pollicеor patri tuo uicarias manus. Quid uis porrò faciam? Agrestia opera delicatior aggrediar? hoc à fortuna non didici: & quotidiani quæstus operis duobus egentibus non sufficit. Miserum me, si exoluere fidem uolucro,fortasse mihi in ludam reuertendum est.

Sepulc

SEPVLCRVM INCANTATVM,

DECLAM. X.

ARGVMENTVM.

Malæ tractationis fit actio. Quæ amissum filium nocte uidebat in somnis,indicauit marito. Ille adhibito magо incantauit sepulcrum. Mater desiit uidere filium. Accusat maritum malæ tractationis.

Pro uxore contra maritum.

QVANVIS Iudices inter eos qui liberorum mortibus destituti,cūcta uota & præparatas spes in senectutē ante se egerunt, id ferè acerbissimū certamē cōflictationis oriatur,ut unusquisq; luctibus ac lacrymis suis credat accedere quādā dignitatē, si miserrimus esse uideatur: hæc tamen fœmina neq; noto neq; publico genere miserabilis,non impudenter inter cæteras matres quæ aut unicos aut iuuenes pios filios perdiderūt,eminere & occupare quēdam mœrentium principatū differentia nouæ calamitatis affectat, quæ sola omniū supra fidē infelix in uno filio iam alteram patitur orbitatem. Priorem quidem illam,ut communem cæteris, & fato accidentē,fortius uteunq; tolerabat. Nā & de filio nihil aliud perdiderat misera nisi dies,nec iam timebat ne ille quo fruebatur,mori posset. Plāctibus lacrymisq;, pene improbe dixerim,parcius utebatur,nec sibi permittebat dolor luge re uenientē. Nunc destituta solatio,persuasione fraudata,dum non putabat periisse quem poterat uidere,eripuit ingrata filio alterum titulum. Miser ille nisi teneretur,iam ad patrem ueniret. Tamū misera petit,ne minus perdidisse uideatur, quàm ipsa desiderat. Non inani persuasione,nec cogitationibus ficta lugētis umbra ueniebat,nec agitabat incertos lenis imago

som

Universidad de Deusto
Biblioteca

somnos, ac ne confusi quidē tristi cinere uultus, & infernum
scuillæ caput noctibus suis obibat, sed filius erat qualis aliquā-
do, & iuuenis, & pulcher habitu: nec aspici tantum uideriq;
contentus: uerū si quid desiderio creditis miseræ quæ sola ui-
dit, amplexus & oscula dabat, & tota nocte uiuebat. Multum
perdidit mater, si cōtingebat hoc illi: non minus, si uidebatur.
Nunc tenebras inanes, & lōgas oculis flentibus noctes, iuxta
somnum mariti peruigil, & tantū deserta metitur. Non desi-
derio fictus, aut fucatus habitu, nec ut somniorū uanitate con-
spicitur, sed experta non totū mori hominem, illud quod nec
flammis uritur, nec cineribus extinguitur, nec urnis sepul-
criscq; satis premitur, expectat. Nūc ista carcere obseratā ani-
mam, & repugnantē magico iuuenē cogitat ferro. Infeliciſsi-
ma omnium mater plus aliquid esse quàm umbrā filiū putat,
postquam potuit includi: nec sua tantūmodo pœna, proprioq;
supplicio deserta cōsumitur rescissa orbitate: uel magis cruciа-
tur, quòd non licet filio uenire cupienti. Nunc barbaro car-
mine grauem terram totis noctibus pulsat, & impositum sibi
sepulcrum, quod non posſit euoluere, quæ solebat ipsos discu-
tere inferos, umbra muratur. Miser quē non tantū uerba clau-
serunt (nam forsitan per illa transisset) sed uincula ferrea, so-
lidiq; nexus ad mortem reduxerunt. Quomodo tenetur infe-
lix, qui ne propter hoc quidē uenit, ut queratur? Misereor fœ-
minæ, cuius inuidiæ totū facinus adscribitur. Maritus sic filiū
inclusit, tanquā se inquietari mater ista quereretur. Igitur Iu-
dices nemo miretur, si ad tam crudelem, ad tam immitem par-
tem umbra nō uenit. Sciebat ubi lacrymas, ubi posset inuenire
singultus, à quo magis desideraretur. Nanque isti ferreum
pectus, & dura præcordia, nec sunt de orbitate sensus. Quid
enim inhumanius patre, quid inueniri truculentius potest?
Inuidit matri ne filio frueretur: nec hoc ideo fecit, quia uidere
ipse

ipse malebat: ne uiuentem quidem adhuc & incolumem tam
blanda, tamq; debita pietate prosequebatur, ut defuncto seruа-
turus affectum etiam sepulti pater uideretur. Tanto magis
effusa mater, & suis ac paternis uicibus occurrens. Hæc palli-
dior ad metus, ad uota pronior, non diebus secura, non nocti-
bus. Et ille miser intelligebat utri promptior ex parentibus &
facilior esset affectus. Itaq; ab huius oculis, ab huius fœminæ
ceruice pendebat. Et quia longum est officia præterita debitæ
pietatis agitare, illo ipso languore quo filius caducum illud &
fragile corpus amisit, quàm perditè mulier, & usq; in exem-
plum, modò super ora pallētis infelices lacerabat oculos, nunc
siccata frustra ubera querebatur, nunc superstitem cædebat
uterum! Notabat hæc ille deficiens, mandabatq; morti suæ cui
periret. Vbi sunt qui cito iubent stare lacrymas? quibus non
placet longum agere mœrorem? Retulit umbra gratiam ma-
tri. Scio, & intelligo, cum inter gementes cadauer iacet me-
diū, & cum omnes uidetur remisisse curas, tunc sentit & in-
telligit, & inter suos iudicat. Moneo te orbitas, moneo effu-
sius fleas, effusius efferas, nūquam perisse credas. Filij sui um-
bra cui non apparet, irascitur. Iam gelidi piger corporis san-
guis omnes in mortē strinxerat uenas, & nutantiū fulgor ex-
tremus uanescebat oculorū, & iam desperātibus medicis cre-
diderat pater, adhuc tamē sperare mater uidebatur & quan-
cunq; corporis partē oculis misera tepefecerat, illi uitæ calo-
rem rediisse clamabat. Oderat ignes, oderat rogos: reponi cor-
pus, & seruari membra cupiebat. Et nunc infelicē magis ma-
trem pœnitet quòd sepultus est, qui poterat reuerti. Scitis ipsi
quo exequiarū die labore extracta sit, quandiu filium tenu-
erit allambentibus flammis. Vnde enim speraret ut postea
uidere contingeret? ut extra orbitatem haberet oculos? Iam
magū misera quærebat, ut umbra euocaretur. Reliqua, mater

Universidad de Deusto
Biblioteca

infelix, tu ad iudices referre debebas. & nisi orbitate, nisi lacrymis uox mutaretur in gemitus, noctes tuas quanto melius tuo ore lugeres? Ego utcunq; potero perferã. Satiare misera, satiare saltem memoria diei illius, quo exequias unici duximus. Iam planctus, inquit, lacrymasq; consumpseram, & tenebras ueluti perpetuas uenire gaudebam. Iam fatigata propinquorũ officia defecerant, iam plangorem familiæ altus sopor uicerat. Rogo ne quis tam contumelioſus sit in matrem, ut per quietem contigisse filium dicat. Vnde miseræ tunc, unde somnus? Nihil de te marite, nihil queror. Satis magnas dedisses pœnas, si totis noctibus mecum flere uoluisses. Vidisses utique non quemadmodum tenues rerum imagines solent cogitationibus accipere corpus, cum uanæ absenti animo cogitationes finguntur, sed ipsum filium, qualis blandissimus erat: & si dimittatur, uidebo. Subitò ante me diductus constitit tenebris, non ille pallens, nec acerbo languore consumptus, nec qualis super rogos uidebatur & flammas, sed uiridis, & sane puleher habitu. Nescio ubi totam reliquerat mortẽ. non igni torridæ comæ, nec sauilla funebri nigra facies, nec uix bene cinere compoſito umbræ recẽtis igneus squallor. Proclamaret mater infelix, etiam si talem uidere desisset. Primo tantùm stetit, & se permisit agnosci. Ego tunc plurimum stupui, non ausa oscula dare, non iungere amplexus. infelix primam perdidi noctem, dum timeo ne fugeret. Hãc tu marite persuasionem putas, & uanum animi mei lugentis errorem? Quicquid est in filio, plus apud matrem sit cum desinit. Vis denig; scire quid uxori tuæ detraxeris? ex defuncto filio non habet aliud quod speret. Iam nox altera aderat, et primis statim tenebris præstò filius erat, non ille ut pridie procul, & tãtum uidẽdus, sed audacius & propius, & ad matris manus tanquam corpus accedens. Nec iam nisi eũ luce certa, fugatisq; sideribus, inuitus ille ua-

nescebat ex oculis, multum resistens, sæpe respiciens, & qui se promitteret etiam proxima nocte uenturum. Iam mœrori locus nõ erat, mulier filium nocte uidebat, die sperabat. Quid attinet singula referre? Nullis, inquit, destituta sum tenebris, donec scelerata tacui. Satiabar osculis, satiabar amplexibus, & colloquebar, & audiebam. Misera plus perdidi, si nemo credit. Iam cœperam tuam quoq; marite crudelis agere causam, rogabamq; iuuenem ut paternis quoq; oculis lætus occurreret, & tibi ingrate dimidia nocte cedebam. Iam miser & ille pollicebatur. hæc me fiducia perdidit, ut cõfiterer. Rogo, quid tam muliebre, quid tam maternum fieri potest? Gaude, inquit, marite, gaude: filiũ fortasse nocte proxima uidebis. illum quem crudelibus flammis exussisti, ex quo cineres & ossa supersunt, iuuenem uidebis, & fortè etiam die speres. Ego certè totis noctibus mater sum, uideo, fruor iam & narro. Exitiũ paterni affectus queritis? Filium uidere timuit. Sic magũ protinus nescia matre, cuius horrido murmure imperiosisq; uerbis dij superi manesq; torquentur, excogitator iste mortis alterius aduocat, non ut exorati manes diducerẽtur, nec ut cuocata nocturnis ululatibus undecunq; umbra properaret, sed tanquam parum sepulcra premerent, & tumulorũ leue pondus esset, filius, inquit, meus non satis periit, adhuc fulgore siderum fruitur, & nocte nostra. Nam cum dies occidit, imponit morti suæ finem, domum reperit, & maternos territat somnos. Inueni aliqua, inueni uincula uerborũ, sed arte tota, sed labore toto. Magna tua gloria est, si retines filium, qui redit etiam à morte ad matrem. Noxium sepulcro circundatur carmen. Tunc horrentibus uerbis urna præcluditur, tunc primùm miser filius mors & umbra fit. Ite nunc & putate uana fuisse matris solatia. Filiũ ista si cogitationibus & inani persuasione uidisset, adhuc uideret. At quæ supplicia sustinuit in-

felix illa statim nocte? tam totum domum ac familiã quies prima sopiuerat, & tacentibus tenebris uenerat tempus dulcissimum matri. Iacebat hæc insomnis, inquieta, cum diceret, iam statim apparebit, iam statim ueniet: nũquam tamen tardius uenit. Miserã me fili, proxima nocte iam ueneras. Ecce iam medios sidera tenent cursus. indignor, iraſcor. ita demum mihi satisfacies, si apud patrem fuisti. Miserã me, iam maligna mundus luce clarescit. Quando ueniesˢ iam redire debebas. At postquã alterã tertiamq; noctẽ deserta uanis questibus duxit, tum tristiora lugubria, tum squallidæ magis placuere uestes, tum repetitis sanguinauere planctibus iam conualescentes lacerti. Nihil est infelicius matre quæ perdidit aliquid in filio postquam extulit. Cum uerò comperit noctes suas inuenis necessitatibus magicis excantato perisse feretro, quantum illa præfixum clausumq; tumulum nudis cecidit uberibus? quo fletu sepulcra perfudit? quo gemitu audientẽ forsitã & exire cupiẽtẽ frustra uocauit animã? O natura crudelis, plus magum posse quàm matrem. Vbi sunt qui acerbas mortium necessitates, & ferrea iura fatorum, & inuictas nec ullo mœrore mutabiles inanium leges querebãtur umbrarũ? Filiũ tuum mulier infelix non impositæ inferis clusere terræ, nec spissa perpetuæ noctis caligo cõpescuit, non fabulosa uatibus palus, multumq; celebrati curuato igne torrentes: hæc permeabat, hæc omnia nocte transibat, leuioremq; mortem suam fecerat, quàm si peregrinaretur & abesset. Et nũc minus mali pateretur, si non sentiret. Ille qui non uenit in quendam carcerẽ trãslatus à tumulo, patitur ueneficia uitæ. Magnæ sunt ergo umbrarum catenæ: & quanquam uolatilem uagamq; imaginem, morti stringunt atq; alligant tanquam reum corpus animam. Ferro uerò ac lapidibus arctare, & ut solẽt bellicæ robur accipere portæ, ipsam umbrã iam catenis alligare, iam clausſtris,

non

non dico crudele est, portentosam, nefarium, utiq; si hæc faciat qui sensurum filium credat. Et nunc illos miserrima mater in corpus putat & in mẽbra descendisse mucrones. O mage sæue, crudelis, ô in lacrymas artifex nostras, uellem non dedisses tam magnum experimentum. Iraſcimur tibi, & blandiri necesse est. Dum eludis umbram, intelligimus solũ te esse qui possis euocare. Videtur itaq; mulier infelix à dignitatis dolore secedere, quòd tam uxorias in fòrum querelas, & tanquam delicata matronæ desideria pertulerit. Non enim uestes, nec aurum, nec ambitiosos quærit ornatus, contẽta est orbitas sordibus suis. Ac ne pellicis quidem dolore compellitur, nec tacita gaudia mariti, impatientia & muliebri uanitate complorat. Sed nec relictum torum desertumq; genialem uelut contempta utilitas uxoris uleiscitur: alia lõge, alia de noctibus cura est. Ne timueris, quæcunque est, dignitas est magni doloris: nihil queritur misera nisi par orbitati, nisi matre dignum, quòd publicos consumat oculos, quòd ignotas quoq; exigat lacrymas. Quantum enim à marito acceperit iniuriam, scire uultis? Sola mater filium perdidit, nec potest inuidiam facere morti. Antè itaq; quàm sciatis Iudices quis dolor, quis ue mœror, quæ tãta impatientia eruperit, ut mulier aliquando dulcium oblita tenebrarum, clarum nitorem publicæ lucis, & diem etiam domi inusum, in fòro, interq; leges notabilis & sepulcris abstracta pateretur, certum profectò habetis, neque audaciam, neque impudentiam, nec uanitatem unquam querelas habuisse miserorum. Quàm uerum est quicquid exclamat calamitas, nec ab infelicibus ficti temere exeunt gemitus! Mulier quæ sanguinãtes ad Iudices porrigit lacertos, quæ scisso laniatoq; uultu, quæ liuidis profertur uberibus, magno dolore cogitur ut hoc potius agat, quam cineres osculetur, quàm complectatur urnam. Grauis testis querelæ suæ orbitas est. Et antequam

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad genus illatæ iniquè iniuriæ uenio, cur marite, quæ ex te filium perdidit, quicquam poteſt queri? Crudelis orbitatem feris adhuc alto dolore, tanquam parum deſideria conficiant, quæ de unico gerit: nō pateris animam uacare lacrymis ſuis tu, qui ſinū debes, qui colloquia & amplexus. Quàm miſera eſt quæ queritur, & de ſolatio ſuo non coniugis deſideriis large indulget, nihil aſpere, nihil contra uoluntatem! Habet priuilegium ſuum mater infelix: molles manus, & nutia fomenta magnis uulneribus admoueas. Quæ ſe adhuc ſecari plaga permittit, in ſummo eſt. Viri fortaſſan quo modo fortior ſexus ſit, & contra dolorem quàm imbecillis animus magis pugnat. Itaque totum iſtud lugere, fœmineū eſt: & ſimul orbitas imbelle pectus inuadit, animus ille qui luctus ſuos ſequitur, incipit indulgentiam ſentire lacrymarum. Fidem tuam marite, coniugi flere liceat, ſatiari gemitu, orbitati permitte quandiu uelit flere. Odi patrem, qui cum filium & ipſe perdiderit, putat nimis lugere matrem. Quid ergo queritur, inquis? Hoc primū, filium non quomodo debes ſceleratè deſideras. Magno animo orbus es, loqueris fuiſſe mortalem, & interpretaris nihil ſupereſſe poſt flammas. Flet iuxta latus & plangit uxor, tu ſiccos oculos habes. Illa totis noctibus funebres exercet ululatus, tu graues ſommos, ac placidam quietem. Pater crudelis, pater immemor, quid uis tibi amplius obijciamus? Ex quo perdidiſti filiū, nunquam ſic deſideraſti ut uideres. Quid quòd eripuiſti matri ſolatium, puta uanum & ſuperuacuum? Nolo iudices, nolo corripias, ſcires quantum eſſet hoc, ſi tantundem doleres. Res indignior non eſt, quàm quòd tibi de eo poſtulas credi, quod non uidiſti. Indulge ſanè uanæ rei, ignoſce: libenter ſe orbitas decipit. Magnas calamitates uana ratio ſuſtentat, quòd indulgent mala perſuaſionibus ſuis. Quicquid ad miſeros pertinet, crudelius eripitur, quo minus eſt. Clamat itaq;

clamat

clamat mater infelix, ſi mihi aliquam imaginem filij mei, uel paruuli, uel iam adulti, uel nouiſſimā iuuentæ auferres, iniicerem tamē miſera tanquam corpori manum, illam ſimilitudinē flens tenerem, illos oculos, illam gratiſſimam faciem, & ritus oris expreſſos, & adumbratos artificis manu uultus. Sed illū perdidi, unde imago, unde ſimilitudo, unde ſolatium. Fili plus hodie amiſi, quàm cum elatus es. Poſt mortem te tuam uidi. Si mehercle notas in corpore unici ueſtes ſubtrahere tentares, dicerem, ſuccurre ſolatio meo. Hæc omnia apud me filij mei membra ſunt, ego oſculabor, amplectar, flebo ſupra. Non eſt ratio fortaſſe. Ideo quicquid rationem uicit, affectus eſt. Nihil eſt ſceleratius prudenti orbitate. Leuia, inquit, leuia loquor. Ego filium meum uidebam. Quænam iſtum fortuna, quæ indulſerat cōditio naturæ! Non excludebat orbitas oculos tuos. Eras tam conſecuta mater, ut iuuenem die abſentem putares. Maximam perdidit mors acerbitatem, ſi poſſis uidere quem amiſeris. Videre ergo tibi contingebat ô mulier uultum, habitum, corpus, inceſſum. Non crederem niſi te perdidiſſe ſentires. Tempora ergo cum morte diuiſeras, & ſuperſtite filio fruebaris omnibus tenebris. Quantū perdideris, hinc æſtima, hoc tibi ſi non contigiſſet, non eras tam improba ut optares. Aliquis (ô pietas) ſepultus & conditus, cæteri corporis cinis & fauilla, tamen corpus ſumebat in nocte, & ad ſolita uiuentis membra reuocatus præbebat ſe matris oculis, qualem non crederes receſſurum. Nec queri de luce poteramus: quantum licebat aderat. Videbas ergo mulier, ac præſentia fruebaris. Videbam, inquit, & fruebar. Et ad quem pertinebat rogo, etiam ſi decipiebar? Sed quid ego utor teſtimonio tuo? Mago credo & uidiſſe te filium, & nunc non uidere. At tu miſera nihil crudelius ex marito timebas, quàm ne tibi non crederet. Nemo, inquit, oculis meis fidem detrahat. Fili indulgentiſ-

sime adolescens uidi te, nec semel uidi. Certum est, fixum est, eripi non potest. Quatenus impius pater & hoc tibi auferre conatur, ut te uenisse non credam? Nec illud garrula, nec uana uoce uulgaui. uenire te nulli indicaui, nisi qui deberet optare ut hoc posses. Patri tantum tuo, patri (ignosce deceptæ) confessa sum, dū interrogo an te et ille uidisset. Itaq; das mulier infelix graues nimiasq; pœnas: effecit magus ne filium uideres, & solum apud te reliquit, ut meminisses quòd uideras. Tamen illud solatium tuum refer misera, si potes, & primum confitere simpliciter, an soporis pondus illud, & nesciæ quietis uanitas fuerit. Apud me quidem satis misera, satis eras mater infelix, etiam si tale somnium perdidisses. Miserere, inquit, melius de affectibus meis sentias. Non ego fatigata planctibus sensi uenisse noctem: uidere filium perutiles meruistis oculi, sed primum dum metuo, umbra processit subito, dij boni quod ego gaudium, quam uidi felicitatem! Constitit ante me filius meus discussis tenebris, ita dimittatur aliquando. Prosilui protinus, & accessi. uultus, comas, ora perspexi. meus erat. Quàm lætum se, quàm hilarem offerebat! quomodo persuadebat mihi, ne crederem morti? Scelerate nescis pater, quàm similem uiuenti filium cluseris. Circumibant totum corpus oculi, non inueniebā quid ignis egisset. Subinde dicebam, hunc ego extuli hunc rogo imposui ex hoc ego cineres & ossa collegi? Si talis est, quid habeo quod lugeam? Perisse filium meum hoc uno intelligebam, quòd illum non poteram & patri ostendere. Confitebor, primæ tamen nec ego credidi nocti, & tanquam uictis irascebar oculis, & erubescebam misera si quies fuisset. Ecce iterum iuuenis, ecce iam quotidie uenit. Quid habeo quod interpreter? Verum est utique, quod semper est. Nouissime non tanquam umbra ueniebat, sed assidebat, sed amplexus dabat. Ego sentiebā & recipiebā. Quotiescun

tiescunque domus fuerat grato sopore prostrata, aderat ille, quales humanis se offerunt oculis propitij dij, quale lætissimū numen est cū se patitur uideri. Sicut omnis religio templorū, omnis religio lucorum, cū tacuere mortalia, & profani procul erauere sedibus totis, solitudine frui, & de suis dicitur exire simulacris: ita iuuenis meus noctibus totis agebāt filiū, & paterna domo ac penatibus suis fruebatur placidus & mitis, & matri propitius, ut numen & deus delabi sideribus, & uenire de liquido puroq; aëre uidebatur. Quid imprecer sceleratissimo patri? umbram probare uoluit. Miseremini iudices, ut hoc facinus quibus debetis accipiatis animis, maius parricidio, maius quàm si filij sepulcrum funditus eruisset, & sacratos morte lapides, etiam cineres & ossa religiose quiescentia fracta sparsisset urna. Aduocatur homo, cuius ars est tre contra naturam: qui simul ore squallido barbarum murmur intonuit, fallereq; coëgit superos, audire inferos, tremere terras, ut experimentis loquentium fama est: constitit iuxta tumulum miserrimi iuuenis mors certior: Nunc opertæ, inquit, arcana mea tenebræ adiuuate me digna, nūc omne per unum numen, & religio, quā isti irrogo, propius adeste. succurrite. Magis mihi laborandum est, quàm cum sidera mundo reuelluntur, cum iubentur hyberni fluuiorum stare decursus, cum potentiore carminis ueneno uicti rumpuntur in mea instrumenta serpentes. Custodiendus est iuuenis, assignandus est inferis, & densioribus transfuga cludendus est tenebris. Quanto facilius opus erat si reuocaretur? Mox in ipsam dicitur incubuisse pronus urnam, & inter ossa & inter cineres uerba clusisse. Hoc tamen subinde respiciens confitebatur, repugnabat umbra. Itaque carminibus non satis credo, præfigamus omne tumulti latus, & multo uinciamus saxa ferro. Iam bene habet, expirauit aliquando: non uideri, non progredi potest.

Universidad de Deusto Biblioteca

An mentiar, scies proxima nocte. Omnes mehercle parentes, utiq; qui liberos perdiderũt, ire in istos oculos, in ista ora debebant. Tu sic filiũ tuum clusisti, tanquam nocentes ad inferos reuocari soleant animæ, quæ inter languentium familiam, & tristes penatium morbos uagæ errantesq; magica uanitate aptantur? Laqueo'ne uitã damnatus eliserat? Noxiũ per sua uiscera exegerat ferrũ? An ex cõscientia uenena præsumpserat? nec recipiebat se, nisi carmine inclusus? Quando domum tuam funereus & squallidus, quando te terruit? Crudelissime omnium pater, de filio tuo malam umbram fecisti. Quas nunc putas uxoris miserrimæ esse cogitationes? qua materna uiscera persuasione torqueri? Nunc filius meus illic unde uenire consueuerat, iacet strictus, alligatus, impatiens. Queritur solito terram grauiorem, utique cum sentit uenisse noctẽ, quando umbræ feliciores dimittuntur ad matres. At uerò siqua inter manes colloquia sunt, & esse credo, non deest qui iuueni meo dicat, quàm uilis tuis fuisti? quàm libenter te perdiderũt? Quid illa mater, ad quam ire consueueras? has tibi catenas, hæc uincula pro merito reddidit? Ita infelicissima omniũ mulier, etsi magus etiam recedat, hoc periclitatur, ne filius se putet uenisse ad inuitam. Agit iam hoc loco nobiscum maritus grauius, altius, sapiẽtius, ut homo sine dolore. Negat ullos esse manes, contendit omnia perire cum corpore, nec remeare uiuentes à cinere sensus, nec tam uideri imagines hominũ, quàm cogitari, & oculos luctibus credere. Quòd si ita est, magum ad quid aduocauit? Pessimus parentum, qui dum liberos suos sepeliunt, flere contenti, ut obiter ab rogo siccis oculis reuertantur: negat ad manes, negat ad umbras peruenire quod plangas: affirmat perire lacrymas, affirmat perire singultus. O sceleratum hominem, quisquis luget, & timet ne hoc perdat. Vana ergo sapientes persuasione frustrati, qui constare homines

homines & perfici corporis alimentis animæ'que dixerunt, corpus caducum, fragile, terrenum, ut sicca humidis, calida frigidis, resolutis astricta pugnarent, partim aut doloribus affici, aut nouissimis annis, aut senectute dissolui. Animam uerò flammei uigoris impetum, perennitatemq; non ex nostro igne sumentem, sed quo sidera uolant, & quo sacri torquentur axes, inde uenire, unde rerum omnium authorem parentémque spiritum ducimus: nec interire, nec solui, nec ullo mortalitatis affici fato: sed quoties humani pectoris carcerem effregerit, & exonerata membris mortalibus leui se igne lustrauerit, petere sedes inter astra, donec in alia fata seculo pugnante transmigret: deinde prioris corporis meminisse. Inde euocatos prodire manes, inde corpus & uultus, & quicquid uidemus, accipere, occurrere suis imagines charas, aliquando & oracula fieri, & nocturnis admonere præceptis, sentire quas mittamus inferias, & honorem percipere tumulorum. Rogo, cum filius perit, non'ne satius est hoc credere? Tuæ tamen, inquit, hoc quieti præstiti, ne attonitis agitata terroribus, solicitas semper ageres, suspensasq; duceres noctes. Ita parricida commune facinus fecisti: & imputas quòd filium uidere desijmus? Somnum enim antè petebamus, & placidum saporem. Crudelis, nunc inquieta, nunc attonita mater est, nũc perdidimus noctes. Vmbram'ne tu filij rem formidolosam, rem plenam putasti esse terroris? Quid illa lætius facie? quid illo blandius uultu? quid magis adulatur oculis? quid possunt uidere libentius lacrymæ? Non magis metuenda est umbra filij, quàm cadauer. Necesse est ut mors horrida fiat aliena. Sed aliæ forsitan animũ imagines territant, & tũc inferi uocantur cum ignoti sunt. Itaq; prudẽter, si tantũ ad suos ueniũt. Sceleratus ille, ille impius, quicunq; defunctum filium uidit, & meminit quòd elatus est. Terrebaris, inquit, & solicitis noctibus laborabas.

Universidad de Deusto Biblioteca

laborabas. Ita ne es marite crudelis? Tu clusisses filium etiã si ad te ueniret? Nec magus, inquit, inclusit umbram, sed persuasioni tuæ succurritudeoq; putas nõ uenire illum, quia nec antè ueniebat, quia nec factum est aliquid in quo auocareris. Hoc ipso incipit mater sibi gratulari. Ita non tenetur, inquit, ille, non premitur, nullo carmine, nullo inclusus est ferro. Remouete ergo omnia, & interrogabo. Ego autem scelerata tam cito credidi, ita non ille ad me ueniret solutus & liber? nõ ad hos oculos, non ad hos properaret amplexus? Quando enim me iuuenis ipse nisi flentem, quando non liuidum pectus, & sanguinantes uidit lacertos? quando non erubuit matri fecisse terrorem? Arte cluditur miser, arte retinetur. Quid uis carmina tibi amplius præstent? effecerunt quod repromiserant. Desinis erubescere iam quòd filium non uides? At tu cuius in leges dij superi manesq; torquentur, qui nocturno terribilis ululatu profundum specus & ima terrarũ moues, modò seruientium reuocator animarum, nunc idem crudelis & inexorabilis custos, aliquando preces & matris admitte. Paciscere quantilibet, totos lugentis posce census, non ut labores, nec ut horridum carmen exerceas, sed ut ferrum tuum refigas, ut uerba tua resoluas, ut nihil feceris, dimitte tantum, & euocasti. Nihil ipse crudeliter. patri scio paruisti, sed & huius etiam lacrymis, planctibus huius indulge, consule famæ tuæ. Execrabilem te mage facies & inuisum, si facilius de filio exoraris ut includas. Nec tu marite, nec tu timueris ne ultricis umbræ uanis exagitere terroribus, ullisq; imaginibus: hinc secura dabitur quies, scit ad quam debeat uenire dimissus. Iuuenis pijssime, iuuenis indulgentissime, nunquam matri tuæ umbra nec manes, si modò ueneficũ pondus, & terroribus omnibus uerba grauiora mago patiente discusseris, ad me, inquit mater infelix, ad meas noctes, ad meas lacrymas, ad illos uiuẽtes mi-

hi

hi semper amplexus miseræ propera. Scio quid mihi nocuerit, scio quid me torserit. Fruar, & tacebo.

DIVES ACCVSATVS PRODITIONIS, DECLAM. XI.

ARGVMENTVM.

Pauper & diues inimici, utrique terni liberi. Bellum incidit ciuitati. Diues dux creatus, profectus est in castra. Rumor ortus est ab eo prodi Rempub. Processit pauper in concionem, & accusauit diuitem proditionis. Absente eo populus lapidibus liberos eius occidit. Reuersus diues est uictor à bello. Petit ad supplicium filios pauperis. Pater se offert. Contradicit diues. Erant enim leges, ut proditor morte puniretur, & calumniator idẽ pateretur quod reus, si conuictus esset.

Pro diuite contra pauperem.

EXPECTAVERAM quidẽ ut de inimici mei supplicio non quæreretur, nec me decipi posse crediderã in ultione quam mihi debeat ciuitas tam liberi doloris, sed quatinus eò malorum nouitate perueni, ut in uindicta primùm mea consulere leges ac iura uelletis, quæso ne quis prodesse pauperi uelit, quòd nec defendi potest sine genere pœnæ. Plus meretur pati homo, qui (si ipsi creditis) debet occidi. Hoc est quinimmo Iudices, quod super omnes calamitates meas ferre non possum: uidetur sibi satis uixisse pauper, postquam occidit liberos meos. Operæprecium putat coram impatientia mea felicem consummare patrem, & gaudiorum suorum satietati hoc quoque adijcit, ut orbitatem meam liberis suis relinquat. Fidem uestram Iudices, ne pereat quòd ultioni meæ contingit bonus pater. Actum erat de solatijs meis, si li-

beros

Universidad de Deusto
Biblioteca

beros suos pauper mallet occidi. Illud plane Iudices etiam in hac pauperis impudentia miror, liberos meos pudore deceptæ ciuitatis occidit, deinde me crudelem uocat. Paruulos suos ostendit, allegat, tanquam non ego potius querar hoc de quoquam patre fieri: nec intelligit quantum debeat ad impatientiã nostri doloris accedere, si passus sum quod & in ultione miserum est. Facinus est Iudices quenquam calamitatum suarum inuidiam pati. Sic ultionem meam debetis aspicere, tanquã & liberos suos pauper occiderit. Nec me fallit Iudices pleroſque credere, callidißimum pauperem nec mori uelle, & hoc quòd nudat iugulum, pectus opponit, artes esse pro uita. Sed ego illum non credo mentiri, ego qui scio quid maluissem. Nunquã hoc aduersus nos excogitasset, nisi impatientißimus pater: & hanc pœnæ meæ suppliciorumq; nouitatem de sua pietate cõmentus est. Nihil magis de inimico efficere uelis, quàm quod ipse ferre non possis. Habet hoc mali Iudices principum innocentia, quòd inimicos esse nobis, nisi postquam nocuerint, nescimus: & tunc omnibus patemus insidijs, quoties nos odit inferior. Homo qui omnem aduersus superiora rabiem de sui utilitate sumebat, qui genus libertatis putabat odisse maiores, nulli charitati, nullis implicitus affectibus, quòd humilis, quòd esset abiectus, in furorem se magnæ colluctationis exercuit. Primus se meum dixit inimicum. O dij deæq;, cuius ego monstri artes pertuli? In cuius feritatis colluctatione duraui? Inimicum habui, neque occidere contentum, & mori paratum. Gratias ago ciuitati quòd in illis necessitatibus, in quibus nihil adulationi, nihil præstabatis obsequijs, laudatus sum testimonio periculorum. Bellum mihi fatumq; publicæ solicitudinis credidistis. Sed neque ego rem melioris ducis facere potui, quàm quòd sine liberis meis profectus sum: non reliquisset illos dux proditurus. Non puto Iudices adhuc quæri unde illæ

illæ falsarum solicitudinum fabulæ repente proruperint, quis primus trepidæ ciuitatis aures rumore compleuerit, cum uideatis quis sic egerit ut crederetis. Vidit hanc inter metus uestros occasionem, & quia semper apud solicitos in deterius prona persuasio est, abusus est hoc quod poterat uideri timere uobiscum. Igitur homo qui nullum conscium meum, nullum mihi crimen obiecit, de mendacij magnitudine fidem ueritatis captauit. Ciuitas deinde cui accusator proditum se esse persuaserat, fecit quicquid hic de me facere potuit. Liberos meos quos inimicus tota sua concione monstrauerat, occidit genere quo pereunt innocentes. Feretis me Iudices liberius aliqua dicentem? Rem pessimi exempli passus eram, etiam si prodidissem. Scio uos Iudices hoc loco mirari innocentiam meam. Vt primùm enim mihi calamitates meæ nuncius in castra pertulit, non arma proieci, non stationes uallumq; deserui: totam orbitatem meam in bella conuerti, tanquam liberos meos ibi perdidissem. Si unquam Iudices in me habuissent profanæ cogitationes locum, si patriam odisse uel pro liberis meis possem, proditorem me feceratis. Necesse est Iudices hoc primum reuersus exclamem, Ita pauper etiam nunc liberos habet? Adhuc inimici mei plena domus est? O miseræ cogitationes, ô deceptæ solatia. Sic ego reuertebar quasi uindicatus? Quas ego legionum uestrarum indignationes, quem fortißimi exercitus compescui dolorem, dum omnibus promitto liberos suos, dum minus pro uindicta mea puto, quicquid ipse feciſſem? Congerantur iam licet aduersus omnium mortalium nocentißimum cuncta supplicia, ego tamen maximum ultionis meæ solatium perdidi, quòd pauperi uos potius debueratis trasci. Quoniam igitur adhuc cum paupere legibus ac iure consisto, liberos eius in supplicij patris peto. Quid satis imprecer homini

Universidad de Deusto
Biblioteca

homini qui fecit ut quisquam deberet sic uindicari? Calumniator, inquit, idem patiatur. Permittunt mihi iudices calamitates meæ queri de hac lege, tanquam parum nobis in ultione prospexerit, contra nos inuentus est uindictæ modus, quo nō debeamus esse contenti. Quisquam'ne mortalium idem uocat facinus & pœnā? Tantum'ne doloris uenire de supplicijs, quātum de calamitatibus, putat? Nescit profectò nescit quantā patientiam paret mœrori, quātum animo membrisq; rigoris inducat, quod patiaris agnoscere. Innocentia opus est, ut miserum faciat dolor. Constet licet utrinq; mortium numerus, totidem nobis ultio cadauera assignet, plus tamen est de innocētibus. Et quicquid patiuntur deprehensi, licet solatio idem sit, æquitate minus est. Vt idem sit supplicium nocentis & facinus, una ratione efficias ut illud ferre nō possit. Frustra æstimatis quàm crudele, quàm sæuum sit quod petimus, in quantum excesserit usitata genera pœnarum. Explicata est iudices, explicata legis inuidia, cum quis quod patitur, & fecit. Quid quòd hoc solum est pœnæ genus in quo non debeat nocens nisi de se queri, & tanto minus debeat esse miserabilis, quanto maior est quòd patitur inuidia? Quid æquius excogitari, quid iustius potest? Grassatus aliquis est ferro, præbeat & ipse ceruices. Miscuit noxium uirus, refundatur in suum facinus authorē. Oculos rapuit, effodit: reddat de sua cæcitate solatium. In nullo mortalium perferre possum sceleris sui impatientiam. Breuissima est iustitia uindictæ, cum facinus mensura pœnæ est. Et si naturam ultionis inspicias, optime uindicatur quisque quo modo miser est. Fidem uestram iudices, ne ideo tantum putetis iustum quod exigit reus, quia ego recuso. Non ferretis me pauperis mortem petentē, si liberos suos obtudisset. Ex omnibus tamen quicunq; incognita, inaudita passi sunt, nullos hac lege magis uindicandos puto, quàm quorum liberos

liberos aliquis occidit. Quid mihi pro hoc redditis leges? ubi respiro? ubi claudo gemitus? unde sumo solatiū? Bene bene admones dolor: illos illos liceat inuadere, qui nūc magis amātur, quos orbitas nostra commēdat. Sic quoq; circunscribimur, nisi totidem sunt, nisi illis par est ac similis ætas, & ante omnia optimus pater. Deceperas me fortuna, deceperas, si mihi tam grande fecisset facinus homo qui liberos non haberet. Quid quòd ex omnium scelerum comparatione nihil est detestabilius hominibus qui leges ipsas faciunt nocentes? uestro mehercle nomine calumniantibus debetis irasci, quorū nefas nō potest nisi per iudicum facinus imponere. Actum est de rebus humanis, si de criminibus nostris tantundem mendacijs licet: nec ullus innocens hucusq; felix est, ut diligentiæ fingentium par sit. Quenquam'ne mortalium in re quam finxerit, quam composuerit, inuenire aliquid quod potest probationem uocare, & facinus explicare facilitate uerborum? Magis oderis mendacium, cum simule uero est. Quoties manifestum est aliquem perisse sine caussa, calumniantibus irasci debeas, ut possis illis ignoscere qui crediderunt. Adijcite huic execrationi, quòd calumniatus est in bello, quòd de proditione, quòd de duce, quòd hæc omnia fecit inimicus. Non est quòd se publico tueatur errore, nec in excusationem asserat tanquam crediderit & ipse fingentibus. Nemo sic decipitur, ut de inimico suo mentiatur. Rumor, inquit, fuit te prodidisse. Bene admones. Hunc primum calumniæ tuæ obijcio rumorem. Quis enim iudices nesciat hanc famæ esse naturam, ut sit primò unius hominis audacia? De nulla re locutus est continuo populus, nec quicquam adeò subito statimq; notum est, ut in illo pariter omnium sermo consentiat. Quam non possit mouere ciuitatem, quem non replere populum, si quid omnibus nobis narres, in nullo non cœtu loquaris, & de re quam

tum maxime fingas, iam dicas esse rumorem? Quanta tibi deinde mentiendi materia de periculorũ nostrorũ occasione succurrit? Nihil est tam capax malignitatum sermonumq; quàm bellum. Quid interest unde sumpserit rumor ortum? Quod negari non potest, tu concionaris, accusas, tu crimen de fabula facis. In rumore, cuius probationes, cuius argumenta non habes, calumniæ genus est primum credere. Sed, inquit, mori debeo, quia lex qua te accusaui, hoc proditorem pati iubet. Poteram quidem breuiter respondere, legem quæ calumniatorem idem pati iubet, eius pœnam exigere quod fecisset, non quod facere uoluisset. Fingamus tamen non hoc pauperem captasse quod accidit, cui debet imputari exitus qui de calumniæ tuæ fluxit errore? Vultis scire iudices aliud quæsitum, quàm quòd lex quæ mori iubebat? Accusauit me eo tẽpore quo non poteram damnatus occidi. Dic nunc, non ego effeci ut occiderentur liberi tui, & aude ciuitatis illud uocare facinus: non tamen ullis efficies artibus, ut non potius miserear reipublicæ meæ: non minus & illa facinus est passa, quàm pater. Coacta est liberos imperatoris uincentis occidere. Fallitur iudices quisquis ullum facinus in rebus humanis publicum putat. Persuadentium uires sunt quicquid ciuitas facit: & quodcũq; facit populus, secundum quod exasperatur, irascitur. Sic corpora nostra motum nisi de mente non sumunt, & otiosa sunt membra donec illis animus utatur. Nihil est facilius, quàm in quẽlibet affectum mouere populum. Nulli, cum coimus, sua cogitatio, sua mens, ulla ratio præsto est, nec habet ulla turba prudentiam singulorum: siue quòd minus publicos capimus affectus, siue negligentior est qui se non putat solum debere rationem: & multi fiducia facimus omnium. Quam non posita republicam turbare, confundere, si quis repente proclamet, prodidit uos imperator uester, addixit? & nunc ille

ille liberos habet. Si mehercle post hãc in mice uocem templa monstrasses, sacrilegum cõtinuo flagrasset incendiũ: si conuelli simulacra uoluisses, fecisset omne de numinibus suis facinus audacia. Vis scire tuum esse quicquid ciuitas fecit? Gloriareris illo, si prodidissem. Non est iudices quod nos à grauitate iustitiæ dolor ultionis abducat, quòd mortem suam inimicus offert. Non petit illud, nisi quisquis ipse non debet occidi. Sepositis igitur paulisper lege mei doloris, hoc tantũ ab affectibus uestris omnium mortalium nomine peto, ne cui nocenti pœnæ præstetur arbitrium. Infinitam iudices sceleribus aperitis audaciam, si pœnam licet eligere condemnato: nec iam ullã mortalium innocentiam trepidatione contineas, si patitur deprehensus quisq; quod maluit. Leuat omnes cruciatus, omnem dolorem, præparata mentem composuisse patientia. Fallitur quisquis humana tormenta sola nominum atrocitate metitur: nulla pœna est, nisi inuito. Non habemus ullum nisi ab impatientia dolorem: & ut aliquid crudele, sæuum sit metus facit. Supplicium quisquam uocat, ad quod profilitur? quod exposcitur? quod circa se non habet moras? Illò per fidem, illò trahite damnatos, quò non sequantur. Tunc est pœna, cum periturus trepidat, hæret, cum restringit supremo uincula conatu. Volo perituri prius uidere pallorẽ, audire gemitus: uolo circunspiciat, uolo queratur. Fidem uestram iudices, ne nocentibus supplicij sui contingat electio. Minus iniquum est ut euadat nocens pœnam, quàm ut contemnat. Mortem uerò damnatis quisquis præstat, indulget, nec sunt alia beneficia pœnarum. Fallitur quisquis illam uelut omnium suppliciorum summam putat. Occidi non est pœna, sed exitus. Neque enim habet impatientiam aut dolorem, quod positis aspicere quasi fatũ. Quid si liberos relinquas, immo si seruos? quàm felix exitus est, plenusq; lætitiæ? Lucrificit mortis atrocitatẽ, quisquis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Laudatus occiditur. Me, inquit, occidite. Non habet liberos inimice, non habet, quisquis hoc te uelle nuratur. Sæue, crudelis, ego tibi permittam mori? At quid iam mihi melius optem? Vides quantum feceris nefas? Idem pro liberis meis offerre non potui. Tu uerò paruulos tuos tene, ut in isto potius moriantur amplexu. Tu nunc quoque non euades, non effugies. Quacunque te duxerit orbitas, sequar, effundam si quod paraueris uenenum, subtrabam omne ferrum, incidam quoscunq; strinxeris nexus, ab omni reuocabo præcipitio. Etiam occisis liberis tuis, non idem patieris inimice, nisi uixeris. Nec uereor iudices, ne putetis utriusq; nostrum orbitatem simili esse ratione tractandam. Admouebuntur ecce contra lacrymas meas liberi, quos nemo nosset. Patris innocentis occisi sunt paruuli, quos nunc circa templa ferretis, circa quos se celebraret uestra lætitia. Facinus est iudices minorem esse transactarum mortium miserationem. Non inuenio quemadmodum liberis prodesse debeat odium patris. Pericrunt etiam illi quorum nec pater debebat occidi. Me miserum, quòd sic quoque multa habiturus es, quibus ego qui uindicabor inuideam. Osculaberis antè perituros, alloquêris, accipies suprema mandata, & moriturũ te continuo pronuntes. Exonerabis gemitus tuos, cum eorum sepulcra numerabis. Siccabit oculos quòd meam nunc quoque respicies uacuam domum. Me miserum, pauperis tantum solatium futurum est, quòd pares sumus. Quid quòd in ipsa comparatione mortis non idem patiẽtur liberi tui? Occidentur uno fortasis ictu, & erit ultio manibus contenta carnificis. Paruulos meos occidit quicquid fuit tota ciuitate telorum, omnis sexus, omnis ætas, omnis infirmitas. Nihil est crudelius morte hominum quos populus occidit, & solus hic exitus est, à quo non est nec cadaueribus salua reuerẽtia. Hoc me nũc cõplorare tantũ putatis, quòd non sum liberis

liberis meis antè satiatus? Miser ego nec ad cadauera accessi, non in sepulcra maiorum meis manibus intuli, nec licuit super ipsa corpora proclamare, non feci. Qualem ego illum Patria perdidi diem, cum duces ab explicito bello reuertuntur! Non me lætæ cinxere legiones, non effusi obuiam ciues triumphali circa currus meos exultauere lætitia: sequebar captiuos meos tristior uictor, mœstus undiq; claudebat exercitus, occurrentium lacrymæ propinquorum, & erubescentis circa me populi timida solatia. O successium quoque nostrorum misera conditio. Ergo ego uictoriam meam non narrabo sine fletu, nemo amicorum propinquorumq; coram me de bello meo loquetur. Nihil est crudelius calamitate, quam gaudia reducunt. Quoties redierit ille lætus uobis in supplicia mea dies, lugubres mihi ferte uestes, renouate seruuli planctus, parate solatia propinqui. Nulli liberi impatientius desiderantur, quàm qui propter patrem uidentur occisi. Sed uerum, iudices, fatendum est, timeo mehercle ne par solatijs meis nõ sim, ne me iste quo pro liberis irascor affectus, in media ultione destituat. Sed adiuuate, miseremini propinqui, adiuuate amici: & si forte defecero, tu ultionem meam populе consumma. Timeo mehercle ne cum carnifex propius accesserit, subito proclamẽ, Iam malo patrem. Sed siquis est pudor, oculi differte lacrymas, abite gemitus. horridum, trucem debeo præparare, & miserum.

Deprehendam igitur omnium mortalium callidissime
hunc quem simulas, quem nunc imitaris affectum.
tunc sciemus quo animo rogaueris ut potius
ipse morereris. Sed si bene noui capax
omnium malorum scelerumq; pectus, inimice uiues & libenter, & fortiter, & quasi uindicatus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PASTI CADAVERIS, DECLAM. XII.

ARGVMENTVM.

Cum ciuitas fame laboraret, misit ad frumenta Legatum, præstituta die intra quam rediret. Profectus ille emit, & ad aliam ciuitatem tempestate delatus duplo uendidit, & duplum frumenti modum comparauit. Illo cessante corporibus suorum pasti sunt. Reuersus ad præstitutam diem reipublicæ læsæ accusatur.

Pro Ciuibus contra Legatum.

QVANVIS Iudices innumerabiles me indignandi causſæ initio statim actionis strangulent, quia nec dicere uniuersas semel possum, nec gregatim erumpentes differre genatus (leuior est enim dolor qui disponitur) primum tamen ille sibi asserit locum, qui est ex hoc iudicij tempore & tam lętæ uindictæ dilatione ortus, animi mei prope dixerim furor, quòd hominem tam sceleratum, ut nos quoque fecerit nocentes, legibus accersimus, quòd defendi patimur, quòd ut puniatur precamur, quòd damnatus quoque uel morte defungetur, quam nos in illa funestissima fame, dum sepeliri licuit, optauimus: uel exilio, quod hic quanto opere contemnat, apparet, qui tam lente in patriam reuertitur. Quanquam de quo exilio loquar? Quantalibet ignominia dimittite domo notatum, habet quò eat. Non publicis manibus exeuntem discerpsimus? non (quoniam semel consueueramus, & bona fide ferarum esse ciuitas cœperat) hic primus nobis ex tam tardo cõmeatu placuit cibus? Sic enim istum laniari, sic cõfici, sic eõsumi oportuit iure nostro. Quis credat? ego me ab hoc abstinere potui, cum & esurirem, & irascerer? Sed frumento occupati sumus, nec quicquam aliud uidemus. O quanta es

es fames, quæ tam grandẽ iram uicisti! At ego etiã si talis ultio cõtigisset, si me à nefario grassatore reipublicæ non lingua, sed dentibus uindicassem, nihil tamen iræ, nihil uindictæ præstiteram: hoc & meis feci. Æstuant adhuc intra pectus sepulta uẽtribus nostris cognata uiscera, & tumescere intus atq; indignari uidentur, & sera pœnitentia redundant. Iam enim uacat nobis lugere, iam cibos nostros efferimus, uiscera cremamus, nam cætera nobiscũ sepelientur. O fames inaudita, in qua leuius est quòd esurimus. Ignoscite tamen uiolati manes meorum, hic uos alloquor, ignoscite quòd ora temerauimus, quòd ab homine desciuimus. Non ut infelicẽ animã sustineremus, non ut inuisum spiritũ produceremus, fecimus: una causſa mortẽ distulimus, quòd si expirassemus, idem timebamus. Et ego quidẽ me consumptis excuso, qui nubi ipse irasci non possum. at ille interim stat, ut uidetis, longa uia saginatus & satur, atq; abundans publico cõmeatu: ad mẽtionem ciborũ nostrorum plenũ fastidio uultum trahit, & exãgues ac pallidos ad calculũ uocat: quasi ego non cõsitear illũ etiã nimiũ multũ attulisse. Tam pauci, rari per uias interlucẽt, & quamus odio euersoris nostri euocatus è latebris suis populus subsellia non implet. Pauci sceleribus pasti, alienis mortibus salui, quòd unum, ipsi sibi rei graues, ægra & tabida membra in publicũ protulerunt. Hæ sunt ciuitatis reliquiæ, quas uidetis. Sic uoluimus, ut miseri nec uiuos habeamus, nec mortuos. Hic est populus, hæ uires, hæ spes, hæ opes. Nisi tandem ad uadimonium Legate uenisses, non multorum dierum commeatum habebamus. Quò nunc tantum frumenti? quò classem commeatu grauem? Multũ herele negotiatione tua actum est. Frumentum habeo, populum non habeo. Nusquam prodest, nusquam opus est, tam licet uendas. Dum tu salutis publicæ mundinator proximum quenq; emptorem dimittis, dum aut funera nostra xeni-

dis, aut sceleratis dum populo tuo fame moriente, alienæ ciuitati Legatus es factus, nos interim cibos ex malis inuenimus, & fames se ipsa pauit, & miseriæ nostræ crudeles factæ sunt. Patiamur te defendi, si absolui saltem nos possumus. Hæc nunc iudices ego solus queror? ad me magis pertinent? aliquid proprie passus sum? non communem dolorem accusator habeo cum iudicibus? Quisquam in hac uindicta alteri cedit? non publica inopia, non totius populi mendicitas una fuit? Nisi quia funestas epulas & nefarios inuenimus cibos, nō putamus famē fuisse. In omnes gentes, in omnia uentura secula proscripti sumus, omnes hæc prodigia narrabūt, omnes execrabuntur, nisi qui non credent. Famem ipsam infamauimus, & (quod miseris ultimum est) miserationem quoque perdidimus. Adhuc tamen una defensio fuit, quòd uidebamur in hæc omnia istius opera impulsi. Si hic innocens est, nostra culpa est. Etiam'ne publica mala narrabo, & miserijs nostris conuitium faciam? Exibunt uerba? subsequetur sermo? non alligabitur lingua? Plane nihil non possumus. Exploramus ordinem cladis nostræ, & simpliciter omnia indicantur. Decet ista nostro ore narrari. Sed nouimus, & nimium meminimus. iudex doceri non debet, opinor, reo indicanda sunt, qui à malis publicis abfuit, qui hoc certe maximum debet patriæ suæ beneficium, quòd à fame solus dimissus est. Audi itaque, audi, frumentum istud quod lucrifecisti, quanti nobis constet. Aliquis fortasse iudices miratur, etiam si huius feralis anni fructus cessauit, quòd tamen illa superior longi temporis beata fœcunditas tabuerit: & secum iste dubitat, quid sit in caussa cur ciuitas opulenta quondam, nihil frumenti nisi in spe habuerit. Sic fit: ubi uicinis ciuitatibus uendimus, & undecunque affulsit lucrum, sine respectu salus publica addicitur, in uacuam possessionem fames uenit. Etiam si quid residui erat, ut carius quidam uenderent,

rent, ad annonæ incendium suppressum est. Testor tamē conscientiam uestram, non sumus quæsti quandiu duplo emebamus. Non enim uulgaris illa labes frumenti fuit, nec qualis alijs ab agricolis accusari solet perfidia terrarum, & ingratæ messis irritus labor. Noua & inaudita, & abominanda lues, quæ nihil homini reliquit præter hominem. Aut astricta citra conatum fata sub ipsis tabuere sulcis, aut leui rore euocata radix in puluerem incurrit, aut perustis torrido sole herbis moribunda seges impalluit. Nullus imber sitientis soli puluerē tersit, nulla super arentes campos saltem umbra nubium pependit. Callidi spirauere uenti, maturitatem præcepit æstus: etiam sicubi forte ieiunæ herbæ solum uicerant, uanis tantum aristis spem fefellerunt, & inanes culmos tristis agricola iactauit uentis nihil relicturis. Leuia queror: prata exaruerunt, pericrunt frondes, germina non exierunt: nuda terra, & rudes glebæ, & aridi fontes erant. Nisi hæc omnia inter sciētes dicerem, poteram uideri falso questus de hoc anno, quo tantum frumēti uendidimus. Vtinam saltem nobis rudem uictum syluæ ministrassent, & carpere arbusta, concutere quercum, legere fraga licuisset: & quæcunq; primi mortales ante traditos diuinitus mitiores cibos contra famem obiecerunt, pestifer annus reliquisset. Nō eram delicatus. Sed ô tristis recordatio, funesta necessitas, nihil habuimus quo uiueremus, præter famem. Nec tamen in totū queri de numinibus possumus, maria certe secūda experti. Si noluisset seruare Legatus diem quem illi felicitas temporis dederat, potuit nobis frumentum bis afferre. Vt primum tanti mali sensus in ciuitatem peruenit, cum iam urgente inopia quotidie malū arctius premeret, & præsente fortuna peior tamē esset futuri metus, apparuit nullum ex propinquo esse præsidium, cum finitimæ quoque ciuitates incendiū nostrum adusssset. Erat quidem aliquid

in uicino adhuc frumenti, sed iam nemo uendebat. Ergo ut uidimus salutem publicam trans mare petendam, se in curiam quisque cogunt. Vt arma bello, ut aqua incendio inclamari publice solent: ita uno quodam consensu, non ætatibus spectatis, nō honoribus, pariter retulimus, probauimus, decreuimus, pedibus manibus iuimus in sententiam necessitatis: nec ordo nos officiorum moratus est. Legationem multi pollicebātur, nec innocentiæ iste beneficio, uel authoritatis meritorum'que respectu electus est: una caussa nos mouit, quòd se cito rediturum pollicebatur. Pecuniam sine numero insudimus, frumentum sine modo mandauimus, quantum potuisset afferret, festinaret modò. Hoc una uoce supplices acclamabamus, ac ne moraremur, ne hoc quidem diu rogauimus: una tantum uox fiat, quam iste pro quodam præiudicio amplexus est. Nihil agis afferendo frumentum, si post illum diem ueneris. Nostris manibus Legatum in nauem tulimus, ac ne quid moræ esset, pro sua quisque portione etiam commeatum dedimus, retinacula incidimus, & litus ingressi classem publicis manibus impulimus. Inde fugientia uela longo usu prosecuti, facilem emptionem, secundos uentos, placidum mare, non secus ac si ipsi nauigaremus, precati sumus. Quis credat hoc de tam miseris? Omnia à dijs impetrauimus, scilicet unum superest, ut pro aliena ciuitate uota soluenda sint. Cito peruenit, cito emit, cito redijt quò uoluit. Quid prodest expectare? Alia ciuitas prior est, & sane religiosus Legatus diem expectat. Nos interim coacta primò ex agris pecora diripuimus, & ne uenturo saltem anno prospici posset, non reliquimus qui ararent boues, Iam seruis fugas imperauimus, iam procumbentes ante limina principum pauperes in ipsis precibus expirant. Ploratibus liberis Legatum promittimus. Iam tantum sibi quisq; cura est. Nihil tamen horum etiā nunc in inuidiam Legati quæ-

ror,

ror, adhuc prior cursus est. Hactenus nostra mala tulimus, in reliqua Legatus nos uicarios dedit. Si quicquam tibi humani sanguinis supereſt, nisi nimia saturitate alienæ fortunæ cogitatio excidit, respice patriæ casum, respice necessitatem grauissimam. Miseri te misimus, expectant pallidi exangues q; ciues tui, & quicquid extremi spiritus adhuc supereſt, spe tui trahitur. Figura tibi exesos uultus, decrescentē populum, iam præmortuas uires, nec quicquā horum potes ignorare, si quid tibi credimus: fame laborantē ciuitatē uidisti. Festina dum supersunt quibus legationem renuncies. Festina dum mori ultimum est, frumento digni sumus. Quid in nos conuertis etiam alienæ ciuitatis famem? Quatenus nobis computandum est, propter te duplum mali tulimus. tu super frumentū publicum sternis, & omnes maris circūuectus oras, littora portus q; cognoscis. Tu inter duas ciuitates fatorū arbiter, alienæ cōditor, tuæ euersor, salutem nostrā peregrinis admetiris, & secunda tempestate in patriam ferentes habēs, contrarios uentos exoptas. Nos per arentes effusi campos, morientium herbarum radices uellimus, eo quidem fortius, ut si fieri posſit, in uenenū incidamus, subeūtes insolitis cibis. Et sicubi forte uberius paulo pabulum contigit, de pascuis rixa est. Amaros fruticū cortices, & ramorum male arentium pallidas frondes decerpimus. morbida quicquid fames coēgit, corpus admisit. Iam passim moriuntur: & pestilētium more pecudum subinde aliquis ex populo in ipsis pascuis procumbit. Crebrior cotidie interitus, & latior strages: & me miserum, iam fames desinit. Quos tester deos? Superos ne, quos per tantum nefas fugauimus? An inferos, quos nobis permiscuimus? An nostrā malam conscientiā, omnia nos ante fecisse, quæ nemo præter nos fecit? Pecora cecidimus, campos euulsimus, syluas destruximus, nouissime nihil relictum est præter esurientes & mortuos.

Siqua

Universidad de Deusto Biblioteca

Siqua est fides, libenter hanc partem accusationis subinde differo: adeo ubi tantum nefas narrandum est, etiam exigua temporum lucra sectari libet, & necesse est reo indicare, qui à malis publicis abfuit, quàm multis non ad diem uenerit. Ignoscite dij hominesq; sceleri quidem ultimo, sed tamen quod fecisse miserrimum est. Non habitant unà pudor & fames: & cum semel intrarit impotens domina, feras etiam & ingentes beluas subigit. Terram morientes momorderunt. Memetipsum, si nihil fuisset aliud, comedissem. Sed confitendum est, Legati beneficio non defuit. Postquam omnem patientiam uicerat ignea fames, postquam spes quoq;, quæ miseris ultima est, omnis abierat, & frumentum toties sibi frustra promissum animus iam ne cupere quidem audebat, subijt furor, & alienatio mentis, & tota sui arbitrij fames facta est. Animus malis diriguerat, os insolitis cibis stupebat. feris inuidere cœpimus. Primò tamen furtim, & intra suas quisque latebras admisit hoc monstrum: & si paulo citius uenisses, potuisset hoc negari. Si quis ex strage corporũ defuerat, sepultum putabamus: nec tamen indicauit quisquam, nec deprehendit aliquis. Nemo ut hoc faceret, exemplo impulsus est, se quisque docuit, omnes scire cœpimus, postquam omnes fecimus. Quoties tamen antequam inciperem, in portum cucurri? quandiu in altum intentus, siquæ essent in conspectu naues, oculos fatigaui? Tibi legate tempus differre facile est, qui tuam tantum partem nõ uendidisti. Tu quem habeas diem uideris, ego septimũ expectare non possum. Ergo rabidi super cadauera incubuimus, & clausis oculis, quasi uisus conscientia acerbior esset, tota corpora morsibus cõsumpsimus. Subit interim horror ex facto, & tædium ac detestatio sui, & plãctus. Sed cum ab infaustis fugimus cibis, urit iterum fames, & quod modò ex ore proiecimus, colligendum est. Nunc mihi

illa

illa fœda uidentur, nunc abominanda, laceri artus, & nudata ossa, & abrepta cute intus cauum pectus. Nunc occurrunt effusa præcordia, & liuidæ carnes, & expressum dentibus tabum, & exhaustæ oßibus medullæ. Quantulum enim corporis fames relinquebat? Nunc illud horreo tempus, siquando aut manus incidit, aut facies, aut aliquid denique quod hominem propria nota signat. Nunc cibi succurrunt quos imponere in mensam non ausus sum. Confitendum est enim, deuorauimus homines, & quidem auide, qui diu nihil ederamus: & tamen cœpisse difficillimum fuit. Postquã ius factum est, postquam nemo erat in ciuitate quem confiteri puderet, tum uerò iam in posterum prospicimus, & funera horreis cõdimus. Retroagũtur exequiæ, aut citra aut ad rogos pugna est. Hæres cadauer cernit. Nouum & incredibile, nisi nossemus, mõstrum habuimus, sine rogis pestilentiam. Mortui ratio non constitit. Perisse ciues scio tantum, quia inter uiuentes non uideo. Aegri aßidentes timebant, & labentem animam supremis domesticorum oculis reducebant. Primò tamen nihil rogabant suos nisi totam sepulturam. Vt maior urgere neceßitas cœpit, beneficium factũ est expectare dum moritur. Nemo adeo affinis fuit, nemo tam coniunctus, quo pietas abstineret. nostros comedimus, nostros. Nam si alienos uellemus, nemo audebat, nemo cedebat. Nihil est tamen quòd indignari uelitis, narraui uobis lucrum uestrum. Frumẽtum duplo uendidimus, & callidißimus legatus uicinæ ciuitati imposuit. Plena nunc horrea, bonæ rationes, onustæ naues sunt, & quò magis gaudeamus tanto bono, pauci sumus. Nam quod ad temporis excusationem pertinet, nihil est opinor quòd æstuet. In desertum non incidit populum, nec sanè fuit cur festinaret. etiam nunc expectare poteramus. Sola est nostra ciuitas quæ fame perire non poßit. Dißimulaturum me putatis istius patrocin

Universidad de Deusto
Biblioteca

trocinia? Confiteor, uenit ad ultimum diem, attulit frumẽtum, gratulemur quòd iam nulla ciuitas fame laborat. O si uires sufficerent, latera durarent, aliquid ex aridis diu faucibus residuæ uocis exiret: quanta indignatione opus erat, ubi pro omnibus dolendum est? Quod cum ita sit, uniuersi qui assumus, proclamemus, hæc tota concio in unam uocem consentiat, non esset tamen futura par crimini inuidia. ut omnes accusemus, quota pars queritur? Secum quisque reputet quæ tulerit, quid admiserit. Planè immanis belua est, & non tantum necessitatis caussa per nefas pastus, qui quòd comederit hominem, non irascitur. Succurrite dolor & seri uomitus, & ultrix pœnitẽtia. Ades longi iciunij imperiosa necessitas, & uos intus implicitæ, si quid potestis, admouete animæ, & à ferali uentre prorumpite, dum commissum nefas deuoto capite expiamus, & quasi lustrata urbe, feralem uictimam uiolatis manibus mittimus. Decent nos tales hostiæ. In iudicium perduxi publicum scelus, & infamatæ ciuitati quæro uelamentum. Nemo non commisit aliquid, habetis tamen, si uultis, unum, & pro omnibus nocentem: Reipublicæ læsæ accuso. Mirari uos certum habeo hanc uerbi segnitiem, cum ciuitas tota consumpta sit, cum populus in se tabuerit, quo perstricta tantummodo patria, & leuiter (quod aiunt) manu offensa intelligi possit. Sed ferenda est, ut in cæteris, hæc quoque rerum naturæ iniuria, quòd non tam immanibus factis paria uerba accommodauit: & fames nostra, fames dicitur: & cibi nostri, cibi uocantur, & Respublica nunc læsa. Necscilicet nisi peracto legitimo ordine reus punietur. Omnia rogo scrupulosè agantur. Videte ut iure irascamur, qui contra ius uiximus. Immò etiam si libet defensionem audiamus, & iam nunc nos moretur. Neget læsam Rempublicam: quia plusquam læsa est. Non enim discussos alicuius operis angulos, nec recisas lucorum

frond

frondes, nec publicarum ædium dispersos parietes obijcimus. Ac si uidebitur, adijciet forsitan non esse Rempublicam quæ perierit. Id enim superest, ut iam hoc nomen extinctum audiamus. Procedet eousque forsasse, ut esuriisse nos neget. Non inficior autem parum proprie hoc legis uerbo nefas istius signari posse. Maiores enim ne lædi quidem Rempublicam impune uoluerunt, ideóque existimo etiam hoc esse comprehensum. Nemo autem uerebatur ne absolui posset crimen lege maius. Quid quòd actionem Reipublicæ læsæ tentat in legem male gestæ legationis deflectere? Eligit reus crimen, hoc est, noxius cruciem optat. Non sustineo iudices in tanto animi motu argumenta conquirere, nec impetus iræ meæ in digitos descendit: hoc tamen scio, non cadit in formulam publicus dolor. Nec si adeò iudicibus quid pasi sunt excidерit, ut has ferant cauillationes non diluentes crimen, sed differentes, populus quoque impunitum nefas sine lapidibus præteribit. Non præscribes. Te accusare male gestæ legationis possum. Age porrò, si occisos obiecero homines, non tu es caussa mortium? Si uiolata sepulcra, non propter te rogos fraudauimus? Sed legatus fuisti, quod tamen ipsum quid est aliud quàm Rempublicam tractare? Rem autem qui male agit, ut arbitror, lædit. An existimas hanc legatis dari peccandi licentiam, ut quæcunque scelera in eo officio commiserunt, cum his omnibus hac una lege decidant? O nimium inuidendam huius legationis conditionem, si tibi & furem remisit, & legem. Sed erraucrim sanè, & quia nullum in foro nostro iudicium fuit, desuetudine ipsa iura exciderint: quomodo legem meam effugis? Nam nisi malis stupeo, duo sunt omnino quæ in eiusmodi crimine quæri soleant, An læsa sit Respub. an ab eo qui arguitur, læsa. In quibus siquid tibi fiduciæ fuisset, non à criminibus crimina appellares, nec ad

alteram

Universidad de Deusto
Biblioteca

alteram pœnam transfugeres, sed te ab hac quæ intenditur, tuereris. Dico læsam esse Rempub. Oratione hic opus est, aut reliquorum more accusatorum hoc nunc mihi quærendum, quomodo res uerbis aggrauetur. Adeo infirmata est calamitatum memoria, quæ si posset excidere, non tamen narranda nobis, sed ostendenda erat ruina publica. Agedum, si uidetur, extra portas prospicite squallida arua, & spinis obsita segetes, & semesos arborum truncos. Viduis cultore agris, errant à fame nostra innocentes feræ, inanes uillæ sunt, & deserta horrea in ruinam procumbunt. Nullus inuersis aratro glebis campus nitet, nullum solū opere renouatur. Iam & in sequētem annum famem timeo. Redite in domos uestras, uidebitis noxios focos, & ignes tabo cadauerum extinctos, & tecta mortibus grauia. Cum maxime inferimus in tumulos ossa insepulta, ducimus opertas exequias, & ad sepulturam residua conferuntur, & tandem cadauera igni permittimus. Vbi uerò uniuersus famulias fames extinxit (quæ pars maxima est) inanes domus situm ducunt, iacent relictæ sine hærede farinæ. Inuenitur interim clusa domo conditus dominus, siciuius mors famem euasit, quem rimantes nō inuenere proximi, qui inter suos ultimus decessit. Quò uos mitto? Ipsam intueamini concionem, unius deficientis speciem tota ciuitas habet, cauum macie caput, & conditos penitus oculos, & laxam cutem, nudos labris trementibus dentes, rigentem uultum, & destitutas genas, & inanes faucium sinus. Prona est ceruix, tergum ossibus inæquale, infernis imaginibus similes, fœda etiam cadauera. Aut si quis talis non est, confiteatur se usque ad saturitatem comedisse. Sua quisq; consulat misera præcordia, suum uentrem conscientia grauem. Dic nunc legate, innocens sum, quòd ad illum diem ueni. At ergo propter te nocens sum, quòd ad illum diem uixi. Quæ comparata nobis mala,

mala, non delicatas lacrymas habent? Aliquem populum hostilis exercitus intra portas cogit, solet uenire ultima obsessis inopia, sed euerti certe licet. Victor captiuum aut occidet, aut pascet. Tormenta quidam piratarum tulerunt, felices quibus contigit innocentia. Mors certè finis est, nec sæuitia ultra fata procedit. Aut etiam siquis adeo hominem exuit, ut ibi pœnam quærat, ubi sensus doloris non inueniat, nempe tamen cadauera feris obijciet. Circundati sunt quidam flammis, ipsa tamen pœna habuit sepulturam. Nos incendij cinerem perdidimus, nostra etiam ruina tabuit. Nostra mala non latent, non ignis defunctos cremauit, non feræ lacerauerunt, non aues attigerunt, & tamen cadauera mortibus annumerare possumus. Citra spem conualescendi afflicti sumus, immò etiam citra uotum. Grauior in dies facti pœnitentia est, pudet uitæ, lucem ac sidera intueri non audeo. cotidie felices mortuos clamo, & malæ conscientiæ facibus agitatus, nihil fortunatius in æterna sede utcunque compositis puto, adeò mors placet. iam etiam cibis nostris inuideo. præterita differo, ipsa exinimia cupiditate nocet abundantia, desideratos diu cibos auide haurimus, & lassam famem saturitate strangulamus. Morimur adhuc etiam frumento tuo. Atqui cæteræ Reipublicæ partes, quæ sunt ad usum populi comparatæ, & leuiore cum damni sensu pereunt, & facilè remedium accipiunt, cum reparari possit amissum. Opera restituam, erarium replebo, naues, arma reficiam: hic uulnus altissime penetrat, hic ipsa uitalia feriuntur, ubi populus ruit, ubi continuis funeribus omnis sexus atque ætas semel sternitur. Exhausta est ciuitas, & desolatæ domus, triste florentis quondam fortunæ indicium, laxi muri. Quàm multi in ciuitate nostra perierint quæritis? Minima quidem portio supersit, sed etiam ex hoc intelligi potest, esurienti populo satis fuerunt. Plurimum tamen interest

tereſt quomodo pericrint. Felix peſtilentia, felix prælio rum ſtrages, denique omnis mors facilis, fames aſpera, uitalia hauſit, præcordia carpit, animi tormentū, coporis tabes, magiſtra peccandi, diriſſima neceſſitatum, deformiſſima malorum. Hæc ad humile opus nobiles manus mittit, hæc alienis pedibus mendicantes proſternit, hæc ſæpe ſociorum fidem fregit, hæc uenena populis publice dedit, hæc in parricidium pios egit. Adhuc tamen unum uidebatur remediū, non expectare mortis diem, & tabeſcentem cotidie ſpiritum ſuperuenientibus malis ſubducere, nam in fame nemo quidem mortis immunis eſt. At non tua culpa fames cœpit, ſed uulneratum iugulaſti, titubantem ſtrauiſti, fumantem incendiſti. Nequid inique faciam, diuſa ſunt mala. Primam famem fortunæ imputo, ultimam tibi. Morum tuam a uiribus ſeparo. Denique ex eo inopiam tibi obijcio, ex quo propter te tuli. Itaque caritas annonæ, rarum frumentum, cædes ac direptio pecorum, fuerint fortunæ, fuerint anni, fuerint temporum. Aliam conditionem habent ciuium mortes, & cadauerum dira laceratio, & peiores inopia cibi. Hæc fames iam tua eſt. Puta me in præſenti nihil adijecere niſi hoc unum, tardius quàm poteras uenisti. Nondum tibi obijcio duplicata tempora, nec remenſum toties mare, nec graues ancoras, nondum tantam moram, quanta legationi ſatis eſſet. Si innocentes eſſemus, populum ſeptem diebus perdidiſſes. Angaſtos humanæ ſpiritus terminos fames fecit. morimur, deficimus. feſtina miſericors, omnes excipe auras: etiam ſi tota ſecundis flatibus tetenderint uela uenti, tamen remis adiuua. Salutem publicam uehis, ſpiritum populi tui reportas, omnium noſtrum in iſta claſſe nauigant animæ. Iuramus per tuum reditum, effiſi per gradus templorum uota ſuſcipimus, tendimus manus: nam quas feriamus hoſtias, non habemus. Quid ſpem publicam ad ancoras

coras alligas? non ſtat interim dies, & plenis uelis mors uenit. Feſtina, merita tua non cōditores æquauerint, non ipſi diij plus præſtiterint. Tibi nos, tibi liberos noſtros, tibi quicquid homini iucundum eſt, tibi debemus quicquid uicinæ ciuitati præſtitiſti. Non dico illa quæ poteram, puta cæruleus imber in naues ruit, claſſis inter fluctus latet, nec inter canentes colliſarum aquarum ſpumas uela digno ſcimus, egerit ex fundo arenas mare, micant ignes, intonat cælum, ſciſſis rudentibus tempeſtas ſibilat, denique ſidus hybernum conditur: tu tamen perſeuera: frumentum uehis: nihil horum neceſſe eſt feliciter nauiganti. feſtina. Quererer ſi naues commeatu tardaſſes, dum uelocitatis ratio haberetur: mallem accipere dimidium. Non delicati ſumus, non luxuriæ quæritur abundantia, ſed unde ſpiritum ſuſtineamus, unde mortem differamus in præſentia quātulumcunq; Si plus opus fuerit, redibis. Siccæ fauces ſunt, æger anhelitus os tendit. Iam fruſtra in ſinu parentum liberi plorant, & nondum editi conceptus intra uterum famem ſentiunt. Iam nemo diues eſt. Auras captamus, & rore ueſcimur, & iam ſperare tormentum eſt, cotidie uires deficiunt. Iam non imus in littus, ſed redimus. In editis ſcopulis populus ſedet, dum naues expectat, in paſcua non redit. Aquas ingredimur, & unus ad te ſpectantium rictus eſt, & cum defecerunt omnia, expirant. Te, te expectantes intentis oculis morimur, in mare mortui cadunt. Quoties ſole percuſſa nubes reſulſit, nauem putamus. quoties fractus uento fluctus incanuit, uela interpretamur. O mobiles miſerorū ſpes, ad unaquæq; ſolatia, ab uno quoq; quomodo nutant? Hæc certè nauis eſt, ecce uela panduntur. propius appellitur, & accedendo creſcit. noſtra eſt, ſuos in utranq; partem uentos habuit, noſtris uotis gubernati ſtatus ſunt. Hæc dicimus, at illa interim tranſuolat. Fletus inde & deſperatio, & lucis odium. Nihil enim grauius quàm

destitutæ spes torquent. Ne interrogare quidē licuit, aut quærere. nemo applicabat. Ergo incerti omnium rerum pependimus, nihil quisquā cognouit. Saltem si scire licuisset ubi frumētum uendidisses, ipsi petissemus. Iam quomodo ad singula momenta temporum mutabantur animi? Bene est, serenus sol occidit, purus se dies tollit, ad nos uenti ferunt, iam ueniet. Pendet interim fames, & illud quod iamdiu cogitat, differt, ita tamen, ut subinde computet quot dies ad mortem supersint. nam quid profecit? Meministis, cum contrarij uenti flare cœpissent, & in altum fluctus à terra uolarent, quanta comploratio, quanti planctus fuerint. retinebitur, stabit, laborabit. At, si dijs placet, legatus noster tum maxime bene nauigabat. Nos in hac fortuna, in tam graui casu, in eiusmodi cogitationibus sumus: tu sinus maris circuis, & per omneis curuatorum littorum ambitus terram legis. Sic fit ut te iuuet diu nauigare. Nullus amœnus prætermittitur portus, nulla celebris ciuitas inuisitata transitur. Mentior, etiam ad esurientes applicas. Dein siquam timoris iniuriam quereris, non feram te morantem: quomodo satis accusabo uendentem? Spiritus nostros transcribis, salutem nostrā exponis. Quæ diu inæstimabilis fuit, innocentiam publicam uendis. Frumentum non naufragio perdidimus, non latrocinio: luero perimus. Tempestas quoque aliquam nauem in medium littus impingeret, & ex classe numerosa omnes fluctus exhausisset. Periit frumentum, quia classis uenit in portum. Ita nos alienæ ciuitati legatum misimus, & uilia ac deuota capita uicinorum delicijs morimur. Nobis nihil iam residui spiritus supereſt, nos in conspectu mortis stamus, nos legatum frumentumq; nostrum ore aperto expectamus, classis nostra uecturam facit, & uiciniarum ciuitatum copias reconduxit. Penè à conspectu nostro uela conuersa sunt, quantulo minus quàm congesti frumenti pulueren uidimus?

dimus? tantum iam temporis transiuit ex quo pecuniam contulimus, legatū creauimus. Iam dinumeratis temporibus quæ secundi uenti breuiora fecerunt, cotidie spero, & sane prope est. At legatus meus ad emendū modò proficiscitur. Tibi ergo tot ciuium mortes imputo, tibi stragem populi, tibi liberorum parentumq; nuserrimas pœnas, tibi quicquid passi sumus, tibi, quod grauius est, quicquid fecimus. Et scilicet speras ut tantam sceleris inuidiam ab animis nostris duplæ pecuniæ strepitus auertat? Nescis quàm multa uendideris. Duplo uendidi. Ita'ne infelicitas mea negocianti tibi lenocinata est? Quòd fame perire ciues meos patior, quòd ut uestram ciuitatem seruem, meam euerto: quòd à tam uicinis litoribus classem torqueo, quòd ad diem redire non possum, quòd precium constituitis, quòd occultum datis duplum, patrocinio meo quantulum lucror? At nos inepti ac uesani de fame querebamur, grauis nobis inopia, intolerabilis et misera, acerba mors uidebatur. Non agimus gratias industriæ legati? Respub. nostra locupletior perit. Sacrosanctus mercator opportunum, opinor, inuenit mercis exactum. Miror hercle, si tam bene negotium gesseras, quomodo nobis pecuniam non retuleris. Duplo uendidi. Decepisti uicinam ciuitatem, circunscripsisti, itaque queritur. Duplo uendidi. Hoc enim unum supererat, ut deuectum tantidem uenderes. Habita est itineris ratio, habita usurarum. Ego uerò malo quod tam magno uendidisti. Apparet enim te nihil coactum. Sed si semel ponis hastam salutis, si redemptores uitæ admittis, & nos admone: melius uendes. Nos quicquid in domibus habemus, quicquid in templis, quicquid ciuitas suum uocat, congerere parati sumus. Frumentum pecunia remetiamur, libertatem nostram addicimus, fines publicos tradimus: omnia licet eadem uicina ciuitas polliceatur, plus non potest. Prosit mihi quod apud

negociatores solet, in anteceſſus dedi. Triplum, quadruplum, quantum popoſceris accipe, & illa pecunia frumentum licet uicinis afferas. Si nobis nihil de commeatu noſtro partiris, nos uicinæ ciuitati uendemus. Licebat ſeruire ubi frumentum eſt. Non exigua res eſt, pro uita, pro ſepultura, pro innocentia licemur. Non poteſt hic commeatus tam carè emi, quàm expectari. Sed niſi uendidiſſem, inquit, fame laboranti ciuitati, timui ne raperet. Et ita utiq; occupare uoluiſti, ut nobis iniuriam tu potiſſimum faceres. Multum meherele uos fallit opinio iudices, ſi ullam cauſſam ita euidentem deferri poſſe in forum putatis, cui nulla ne mendacij quidem uelamenta contingant. Opinione ſua defenditur: & quæ res nimirum coargui poteſt, utitur ſe teſte. Ne nos periremus, non timuiſti: ne repetiti commeatus poſt diem noſtræ mortis applicarentur, non timuiſti. Noſtris certe malis quanquam nihil poterat accidere inopinatum, tamen inter metus tempeſtatum, & ancipites incerti maris caſus, confiteor, ne frumentum ſalua claſſe perderemus, non timuimus. Non dico ut maxima uis parata ſit, ut more immanis latrocinij turba raptorum litus premat, uel repugna, uel fuge, uel roga: incenſurum naues depreſſuramq; minitare potius, quàm totum frumentum utique populo pereat. Partire uel gratis, dum nobis aliquid quo reſpiremus afferas. Illud quo certe nihil aſperius accideret, rapi patere. Faciat fortuna quod uoluerit, legatus à præcepto non recedat. Refer nobis ſaltem iniuriam noſtram, mitte nuncios: ira famem differemus, rapiemus furentes arma, & ſe in obſidionem ciuitatis inimicæ ſine delectu populus effundet. uaſtabo interim fines, hoc eſt per aliena prata paſcar. Siqua in uillis deprehendero pecora, diripiam, bellum me alet. Citius ad frumentum peruenicmus, quàm tu cum frumento redibis. adiuuabunt pugnantem iuſta ſacramenta. Si contigerit æquũ fortunæ iudi

iudicium, non meos tantum commeatus recipiam. Si minus, certe dabitur bene mori. Liceat & manum conſerere, in acie confligere. condant ſe poſtea licet muris, longius obſidio eat, interim certe hoſtium potius cadaueribus uiuemus. Sed nulla uis fiat, nulla exterior iniuria, tuum certe commeatum nemo rapuit. iure miſeri ſumus, & ex ſtipulatu legati noſtri perimus. Vendidit quantum uoluit, quanti uoluit: & ut hoc ad noſtras accederet moras, fortaſſe diu concionatus eſt. Omnis cum fide perſoluta pecunia eſt. Hoc qui colligo? Qui quanti uult uendit iudices, poteſt non uendere. Nam per fidem, ſi rapere alienum frumentum & poſſunt, & uolunt, quid ita daplam pecuniam ſoluunt? Nam quomodo in magna inopia quicquid emi poteſt, uile eſt? cum poſſis habere gratuitum, duplo carum eſt. Sed mihi credite, color iſte patrocinij eſt, & diu in ſaturo otio cogitata defenſio. Non poteſt ſimilis uſquam fames fuiſſe. Nos grauc huius anni ſidus afflauit, noſtrum hoc fatum fuit, quos non tantum fata, ſed etiam empta fallunt: qui noſtra pecunia, noſtra claſſe, noſtro legato, noſtro uento, felicißimo curſu, commeatum tamen perdidimus. Nos à frumento longius ſumus, adallam ciuitatem potuit frequenter accedere negociator, ſæpius applicari onuſta claſſis. itaq; nõ miſere legatos, nullus illis cõmeatus longius petẽdus fuit, quod felicißima annona, affluẽtibus copijs, fortunatis opibus cõtingit, nihil emerit niſi deuectum. Quare nulla cauſſa iſtius quẽ fingimur eſt, nulla utiq; uis. Forũ legiſti, et quia adhuc ſupererat tempus, obiter negociatus es. Rapturos putaui. Quid dicis ſceleratiſſime? Et cum hoc timeres, applicabas? Omiſius uiator apud latrones hoſpitaris? Commeatũ publicũ in annonæ ſcopulos impingis? & plenæ frumento claſſis ancoras ad famem ducis? Non præcides medium mare? non uelut inhoſpitales Syrtes, aut uoraceni Charybdim, præter-

ueheris? non tota in flagam uela torquebis? Nusquam est periculosius legationis tuæ naufragiũ. Tu ut cogi posses, tu ut auferri frumentum posset, effecisti. Tantum habituri sumus, quãtum reliquerit pudor esurientium. Quid te duplo frumentum iactas uendidisse? Potuerunt nihil soluere. Quod refers, alienum beneficium est. Alterum confingitur hoc loco mendaciũ. Tempestate, inquit, appulsus sum. Ita planè infelix nauigator es, & cuius uotis auræ non respondeant? Nescimus te duplo melius nauigasse, quàm speraueramus? Nescimus singulis cõmeatibus bona itinera confecta? Nescimus in una legatione uentos quater secundos? Sat erat uerbo negare, quod uerbo ponitur. Remoue hanc spem eludendæ mendacio ciuitatis. Quo damno probas tempestatem? Quid amisisti? Frumentũ certè totum uenit in portum, nec laborasti, quãquam nimium onustas naues simulaueris, duplum afferre poterant. Non uexata armamenta, turbatosq; funes, aut scissos uelorum sinus quereris: classis statim exiit, & quod magnum integræ signum est, cito rediit. Porrò tempestas in unum agebat angulum. nihil potuerunt obliquata uela deflectere. Non potes ultrà procedere, citrà applica. Effuge raptores, effuge non dimissuros. Si aliud fieri non potest, cum tempestate decide, naufragio in desertum littus impinge. Quid cuiusta procella prodest? quid subducta nubibus inuisis classis? In portu naufragium fecimus, & frumentum ad ancoras perdidimus. Ego uerò, inquit, attuli, & quidem duplum. O nos felices, rumpamus saturitate præcordia, pascemur in præteritum, & famem cruditate pensemus. Frumentum attulisti. Quid quòd medicina mortuorum sera est? Quid quòd nemo aquas infundet in cinerem? Quid quòd extincto populo etiam nouendialis tarde uenit? quid quòd tam ego frumentum non desidero? Naufrago tabulam abstulisti, mortuo applicas nauem. Duplum

plum est, infunde in sepulcra, & admetire tumulis. ibi sunt qui mandauerũt. Quid aliud effecisti afferendo frumentum, quàm ut nos quod adhuc fecimus, pœniteret? Nunc me magis pudet, nunc cibos meos obiurgo, potui heri non comedisse. O nefas, in quo me scelere commeatus deprehendit? Siccine paria fecimus? Adhuc nihil habuimus, sed nunc licet reponamus. Quis autem unquam pensabit necessaria superuacuis? Duplũ attulisti, sed illis qui perierunt, nihil. Sed non possumus iam nõ fecisse quod fecimus: plerunq; sera pro nullis sunt. Sed & temporum ista momentis aut preciosa fiunt, aut uilia. Vis scire quantum inter hoc tempus & illud intersit? Tenta igitur forum totum, totum hoc nõ potes dimidio uendere. Superest adhuc unum patrocinium, in quo spes omnis profligatæ causæ consistat. Ad diem ueni. State hic certè iudices. nam ferri non potest, exundat altius dolor. Pudorem publicum, quanuis proiectum, & iam olim sepultum, hucusque protrahis? Cur non expectauimus? Cur famem non ad constitutum diem tulimus? Cur ad tantum nefas accessimus? in hac lance publica causa iudices pendet, aut iste tarde fecit, aut nos cito. Hoc uidelicet expectasti, & ne captiosum esset officio tuo maturius rediisse, ex industria tempus triuisti. Nõ tempestas in causa fuit, non uis ulla uicinæ ciuitatis. Vna ratione moratus es, nondum erat tempus. Adeo' ne nobis miseriæ publicæ exciderũt? Adeo insperato frumento obstupuimus, ut hæc audienda sint? Vltimum omnis memoriæ reum una nox innocentem facit? Populatorem euersoremq; ciuitatis nisi ad supremum damnabo, absoluatur. Publicus reus rediit. Illum, respondet, diem dedimus. Tu tamen si interpellatus tempestatibus serius uenisses, excusares mare, & ambiguos flatus, & tibi bonam causam habere uidereris, cum diceres, Antè nõ potui. Et nos hæc cogitauimus, his casibus ampliauimus tempus. Nos illum tibi

Universidad de Deusto Biblioteca

diem dedimus: sed quia illud citius emisti quam sperauimus, supra uotum nostrum nauigasti. ad proximum littus maturè classis applicata est. Ego tibi possum satis irasci? Felicitatem nostram perdidisti. Ergo quantum in te, tempus consumptum est, dies excessit, peius pati nihil possumus, sed pessima diu patimur. Imputa nobis propitios uentos, & secundum mare, & ciuitatis opulentæ liberalitatem, quæ tantum frumenti uendidit quantum duobus populis satis esset. Quãtumlibet uelocitate tua glorieris, computa si placet, quando primum conterminos portus onusta classe comprehenderis, quàm tarde à uicina ciuitate uenisti. At etiam, si dijs placet, animo defenditur, & quam caussam uexandæ ciuitatis habuerit, quærit. Istud ego interrogare debueram: non ubique iudices morandum est: alioqui si quid requirere uellem, multa occurrissent. Solent hi negociatores, præter hæc aperta precia, priuatum aliquid ac proprium stipulari, utique cum alienam rem uendunt. Potest fieri ut primò lucrari uoluerit precium, serius deinde subuenerit reddendæ rationis dicendæq; caussæ cogitatio. Vænijt fortasse frumentum lucro, redemptum est patrocinio. Potest fieri ut aliquam gratiam sperauerit à ciuitate seruata: occulta quædam in ciuitate sua odia, quæ plerunque ex inanibus caussis oboriuntur, habuerit. Multa succurrunt, sed (si qua est iudices dicenti fides) ego nihil inuidiosius reputo, quam quòd ciuitatem suam sine caussa perdidit. Quæcunq; ratio, quodcunque propositum fuit, audi quæ passi sumus postquam redire potuisti. Transeo tormenta nostræ inopiæ, maciem corporis, uulsos terra destrictosq; rauis cibos, quòd aris altaria non imposuimus, quòd populus corporibus suis uias strauit, quòd mendicus quem rogaret non habuit. Non obijciam tibi famem. O tristis recordatio, ô tormentis omnibus conscientia grauior,

rumpe

rumpe ferreum pectus, & ardentia scelera uiuentesq; intus epulas exeute. Luctantur intra uiscera animæ, & uterum funeribus grauidum mortes agunt. Credibiles fabulas fecimus, felices miserias, scelera innocentia. Omnes quascunque clades fama uulgauit solatia hinc petant: hic audient occisos sine sanguine, sepultos sine ignibus cibos. Si quis mentitus est Cyclopas, Lestrygonas, Sphingas, aut inguinibus uirginis latratum Siciliæ littus, & quæcunque miser didici domi, comites quæro: hinc argumentum, hinc fidem accipiant. Quædam plane falsa sunt: Sol in ortu suo non occidit, nec ad humanorum uiscerum epulas diem uertit. Vidit nos uulneribus pastos, & ad euiscerata corpora illuxit. Publice monstra commissa sunt, & inexpiabile nefas uno ore ciuitas fecit. Pœnis nostris iam ne fames quidem satis est. Hoc non omnes feræ faciunt: & quanuis sensu careant muta animalia, pleraq; tamen innocentibus cibis uescuntur, uti quæque consuerunt. Inter homines etiam si qua alienis membris imprimunt dentem, mutuo tamen laniatu abstinent: nec est ulla super terras adeo rabiosa belua, cui non imago sua sancta sit. Nos quibus diuina prouidentia mitiores cibos concessit, quibus sociare populos, mutuo gaudere comitatu, sidera oculis animisq; cernere datum est: uisa non ante nos fecimus, nigros fame dentes pallidis cadaueribus impressimus, & inter horrorem ac famẽ restrictis labris morsus abrupimus. Cadauera rogis deuoluta sunt, & ad funera tanquam ad naues concurrimus. Deficit aliquis extremo iam spiritu pendens, tamẽ durat, quia prius moriturum alterum putat: inuicem expectant: & si spei figuratione tardius cadit, morsibus pugnat. Non in omnibus mortes expectãtur, pater liberos esurit, & oppressa decimo mense mater sibi parit, redit in uterum laceratus infans. Cludũt domos, ne quis funus eripiat. Solæ sunt diuitiæ mortium, uelut in-

faustæ

fauſtæ aues ſupra expirantes ſtamus. Secreta miſeri petunt, in ſolitudinem fugiũt: & ubi nulla ſpes uitæ ſupereſt, mortes ſuas abſcondunt: tam morituri ad feras confugunt. Dehiſce terra, & hanc noxiam ciuitatem (ſi hoc ſaltem fas eſt) hauſtu aliquo ad inferos conde. Cæleſtes auras contaminato ſpiritu polluimus, & ſideribus ac diei graues, & inuidiam ſeculo facimus. Nullas iam ſpero fruges, propitios deos nõ mereor. Quomodo me à ſcelere meo diuellerem? in quas ultimas terras, quæ inhoſpitalia maria conderem? Meum ſanè conſcientia urunt animum intus ſcelerum faces: & quoties facta reputaui, flagella mentis ſonant. ultrices uideo furias, & in quancunq; me partem conuerti, occurrunt umbræ meorum. Habitant neſcio quæ in pectore meo pœnæ: & ne morte ſaltem hos metus effugiã, occupant grauia apud inferos ſupplicia, uolucris rota, & fugacibus cibis eluſus ſenex. Adeone apud inferos quidem ulla pœna eſt fame maiore? & ille hæc patitur, qui hominem apposuit epulandum. Nobis immunet ſaxum, nobis ſtridunt ferreæ turres, noſtris cauſsis urna iam ſtetit, nobis uiuax ipſum creſcit iecur, quia illic quoque uiſcera tantum aues lamant. Excipiunt nos in proximo littore inhumatæ noſtrorum animæ. Miſerũ me, uera ne hæc ſunt, an mens aſpicit? Laceros uideo manes, et trũcas partibus ſuis umbras. Quid hoc eſt? Nõ de ſepulcris inſurgunt, non aliquo terrarum hiatu procedũt umbræ noſtrorum: de populo exeunt. Illuc ite, illi tædas intendite, illum anguibus petite, & tam longæ moræ exigite rationẽ. Vobis dicat, Dupliũ atuli. Vobis dicat, Ad diem uem. Ego ſi huius pœnã uidero, poſſum reddere rationem quòd uixi.

APES

APES PAVPERIS, DECLAM. XIII.

ARGVMENTVM.

Damni per iniuriam dati ſit actio. Pauper & diues in agro uicini erant iunctis hortulis. Habebat diues in horto flores, pauper apes. Queſtus eſt diues flores ſuos decerpi ab apibus pauperis. Denunciauit ut transferret. Illo non tranſferente, flores ſuos ueneno ſparſit. Apes pauperis omnes perierunt. Reus eſt diues damni iniuria dati.

Pro Paupere contra Diuitem.

CREDO ego iudices pleroſq; miraturi, quòd homo tenuis etiam antequam quod habebãperdidi, pauper ausus ſim iudicio lacesſere diuitem utiq; uicinum, eumq; notæ impotẽtiæ, expertæ crudelitatis, in tãtis fortunæ uiribus pernicioſum inimicũ etiam ſi uenena non habeat. Neq; ipſe hoc periculum ignoro, expertus non leui documento, quanti ſteterit mihi quòd ſemel imperata non feci. Sed neq; illud iudices damnum tolerabile eſt pauperi, cum tam paruis etiã diuites moueãtur. Et mihi quanquam propè nihil iam relictum eſt quod perderem, ſi tamen iſta impune ſuſtinenda ſint, ſolatium erit iram potius quàm cõtemptum pati. Nec ſanè uitæ cauſsa iam ſupereſt, ſi ad cæteras humilitatis noſtræ cõtumelias hoc quoq; accedat, ut ſi habemus aliquid, migrandũ ſit: ſi perdidimus, tacendum. Vnum oro, ne cui minor dignitate ueſtra uideatur cauſsa litis meæ. Ante omnia enim non debetis expectare ubi pauper magna perdiderim, ſed quantulum eſt quod abſtulerit mihi diues, minus eſt quod reliquit. Et tamen quis indignatur apes formula uindicari, cum uenenis etiam floſculi uindicentur? Quod tamen iudices (quanquam euerſus, & ab omni ſpe tuendæ pauperitatis exclusus) æquiore animo tolerarem, ſi cuius culpæ etiam ſi iniuſtam pœnam,

nam, meritum tamen iram tulissem. Sed circunspicienti omnia nihil mihi obijci potest à diuite, nisi quòd uicinus sum. Est mihi paternus iudices agellus, sane angustus & pauper, non uitibus consitus, non frumentis ferax, non pascuis lætus, ieiunæ modò glebæ, atque humiles thymi, & non latè pauperi casæ circùiecta possessio. Verùm mihi uel hoc fuit gratissima, quòd non fuit digna quam dives cõcupiscceret. In hoc ego uitæ meæ secreto remotus à tumultu ciuitatis, ignobile æuũ agere procul ab ambitu, & omni maioris fortunæ cupiditate constitui: & dum molesta lege naturæ transiret ætas, uitam fallere. Hoc mihi paruulum terræ & humilis tugurij rusticum culmen æquitas animi regna fecerat, satisq; diuitiarum erat, nihil amplius uelle. Quid prodest? Sic quoq; me latentem inuenit inuidia. Nec ab initio iudices uicinus diuitis fui, pares circa me habitauere domini, & frequentibus uillis concors uicinia paruos limites coluit. Quod ciues pascebat, nunc diuitis unius hortus est. Postquam proximos quosque reuellẽdo terminos ager locupletis latius inundauit: æquatæ solo uillæ, & excisa patria sacra, & cum coniugibus paruisq; liberis respectantes patrium larem migrauerunt ueteres coloni: & latè solitudinis indiscreta unitas facta est, postquam ad apes meas diuitis fundus accessit. Nanque ego iudices dum fortius opus permisit ætas, terram manibus subegi, & difficultatem labore perdomui, & inulto solo nonnihil tamen fœcunditatis expressi. Citò labitur dies, & procliuis in pronum fertur ætas: abiere utres, census meus, defectáq; labore senectus, magna pars mortis, nihil mihi reliquit nisi diligentiam. Circunspicienti quod conueniret opus inualidæ senectutis curæ, succurrebat sequi pecora, fœtu'que placidi gregis pauperatem tueri: sed ex omni parte circumiectus diuitis ager uix tenuem ad gressus meos semitam dabat. Quid agimus? inquam. Vndique

que uallo diuitiarum clusi sumus. Hinc hortuli locupletis, hinc aruа, inde uineta, hinc saltus. nullus terræ datur exitus. Quæramus animal quod uolet. Nam quid apibus inuenit natura præstantius? Parcæ, fideles, laboriosæ. O animal simile pauperibus. Et sanè dabat occasionem mihi opportunitas hortuli mei. Est nanque positus ad ortus solis hyberni, apricus, omnibus uentis medius. Fusus ex proximo fonte riuus, crepitantibus inter radiantes calculos aquis, utrinq; ripa uirente præterfluit. Satis cõsitu flores, & uiridis quanuis paucarum arborum coma, nascentibus populis prima sedes, unde ego frequenter consertam nouæ iuuentutis agmen ramo grauescente suscepi. Nec me tanta capiebat uoluptas quòd fluentia ceris mella conderem, quòd ad sustinendas paupertatis impensas deferrem in urbem quod diuites emerent, quàm quòd aduersus omnia lassæ tædia ætatis habebam senex quod agerem. Iuuabat aut lenta uimina uernis fœtibus texere, & ne æstiuus ardor aut hyberna uis grauidam penetraret aluum, hiantes rimas tenaci linire limo, aut sessis apibus ultro præbere mella, aut fugiens examen ære terrere, aut bella sedare puduerit iactu: tum ne quid periculi saltẽ singulis esset, auidas longe fugare uolucres, & arcere parua dictu animalia: reclusas interim seruari apium domos, ne per uacuas aluos fœda pestis insidiosas texeret plagas. Dederam laboribus meis iustam senex mussionem, habebam quæ pro me opus facerent. Quò non penetras liuor improbe? Quid'ue scabræ malignitati clausum est? inuidit pauperi dives. Cum euocasset me subitò trepidum, totoq; fortunæ suæ strepitu circunsetisset, Quid tu, inquit, non potes imperare apibus tuis intra primatum uolent? ne hortorum meorum floribus insideant? ne in meo rorẽ legant? Remoue, transfer. Impotentissime tyranne, quò? Nunquid tam latum possideo agellum, ut illum apes

transf

Universidad de Deusto Biblioteca

transuolare non poßint? Neq; tamen tantũ inerat pectori meo robur, ut non perturbarer denunciatione notæ impotentiæ. Volui relinquere auitos lares, & conscios natalium parietes, & ipsam nutriculam casam: iamq; pauperẽ focum, & fumosa tecta, & consitas meis manibus arbusculas transferre destinatus exul decreuerã. Volui iudices decedere, uolui, sed nullũ potui inuenire agellũ, in quo nõ mihi uicinus diues esset. Nec tamẽ licuit diu quærere. Fortè serenus pura luce fulserat dies, & hilaris matutini solis tepor ad cotidiana opera lætius solito agmen effuderat. Quin ipse spectator operis (præcipua nanq; hæc mihi uoluptas erat) processerã, sperans fore ut uiderem quemadmodũ aliæ libratæ pennis onera conferrent, aliæ deposita sarcina in nouas prorumperent prædas, & quanquàm angusto festinaretur aditu, turba tamẽ exeuntium non obstaret intrãtibus, aliæ militaribus castris pellerent uulgus ignauum, aliæ longum permensæ iter fatigatæ anhelitum traherent, hæc ad æstiuum solem porrectas panderet pennas. Miserum me, ignoscite modò gemitibus meis. Non flosculos perdidi, nec caduca folia proximo lapsura uento. Apes cũ uolarent, suffugiũ tenuitatis meæ, solatiũ senectutis amisi. Nunquã me aliâs pauperem putaui. triste me excepit expectatq; silentiũ, & inanis alui inchoata tantũ opera, & rudes ceræ. Vos iudices æstimate quatenus recipiatis hũc affectũ meũ. Libenter bibissem si inuenissem, uenenum. Hoc mihi damnũ non brumæ glacialis penetrabilis rigor, non suppreßi longa siti flores induxerunt ieiunã miseris famẽ, nõ auiditas iniusta domini nihil mellis reseruãtis: non æqualis fessas morbus inuasit: nõ dãnatis sedibus suis auias fuga petiere syluas. Apes pauper miser in opere perdidi. Parauit homo nefarius ante omnia tãtũ ueneni, quod posset & diuitis hortis satis esse, & liniuit flores maleficis succis, & in uenenum mella cõuertit. Sparsit omnib

omnibus floribus mortem: & quanto plura interim corrupit, quàm quæ apes abstulissent? Illæ studio quotidiani operis excitatæ, ut primũ aurora lucẽ uocauit, in assueta miseræ pascua uolant, ut antequàm noctis humorẽ radij solis ebiberẽt, matutinos legerent rores, & cælestes aquas ad horreũ ferre possent, nec sibi, sed operi biberent. Hic triste spectaculũ, & tantũ non ipsi qui fecerat, miserandum. Illa ad primum feralis succi haustũ insolito cõsternata gustu fugit, sed fugisse nihil prodest. Illa longiores expetitura pastus, in altum tollitur, uitamq; in aura relinquit. Hæc primo statim flosculo immoritur. Illa rigescentibus morte pedibus exanimis, sicut hæserat, pendet. Alia defecta nisu uolandi, adhuc per terram languide repit. Si quas tamen usque ad sedem suam distulit mors lentior, sicut ægræ solent sub ipsis pendere portis, in globum nexas, & mutuò amplexas mors sola diuisit. Quis figurare poßit, quis dicere, quàm multas mali formas, quàm uaria lethi genera fecerint tot mortes? Semel, ut ipse tristem finiam expositionem, dicendum est, omnes perdidi. Celebre illud aluearium, & domino suo notius, ad nihilum recidit. Audete nunc lacessere diuitem, quibus uitæ caussa superest: exerite libertatem fortibus uerbis si quid offenderit, & quod difficillimum fuit, iam expertus est uenenum. Quòd si mihi fortuna uel ingenij uires, uel suas dedisset, crimen istud non priuatam taxationem formulæ merebatur. Venenum leges habere, emere, nosse denique uetant, ineuitabilem pestem occulta fraude grassantem. Male hæret ibi innocentia, ubi in potestate est secretum scelus, uelut uenenum, & quidem præsentaneum, inuentum, compositum, datum est. Quantulum interest quis biberit? Homo dedit, & homini dari potest. Non adeo desunt odiorum caussæ, ut iam rara simultas sit: & ut uideatur aliquis nihil magis quàm malos odisse, libebit aliquando longius manum porrigere,

rigere, & indulgere animis. Credite mihi iudices, difficilius est uenenum inuenire, quàm inimicum. Sed me conscia mediocritatis infirmitas intra meas tantummodo continet querelas. nam damnum id est iudices grauissimũ. Pauper uulnus accepi, quod mihi diutius deflendum apud uos quàm probandum est. Nam coarguẽdis quidem criminibus quis labor est aduersus confitentem? Habent diuites hoc quoq; contra nos contumelioſum, quòd non tanti uidemur ut negent. Porrò qui confessum defendit, non absolutionem sceleris petit, sed licentiam. Longius ista quàm timui quæstio peruenit: non de præterito tantum litigamus: hoc agitur, ut etiã si quid fortè reparauero, iterum diuiti liceat occidere. In duas enim, quantum animaduertere potui, quæstiones diuidit causſam, an damnum sit, & an iniuria datum. Negat esse damnum, quòd animal liberum, & uolucre, & uagum, & extra imperia positum perdiderit. Negat iniuria datum, quòd in priuato suo, quòd eas quæ sibi nocerent, extinxerit: postremò quòd sparso tantum per flores ueneno, ipsæ apes ultro ad mortem uenerint. Vt nihil esset quod his possem respõdere, æquum erat inter uicinos sic agi? Sed excutiam singula, nec prius meis argumentis nitar, quàm diuersa repulero. Quoniam quidem quæritur an damnum sit perdere, quod lucrum est habere. Liberum est animal puta: non dico fœtus meis manibus exceptos, & in tutam conditos sedem, & reseruatis ad supplementa generis sauis examen uernaculum, quoniam quidem tyrannorum iura defendis, natos in priuato meo: puta me uel inanis arboris trunco, uel cauis inuentos petris, domum suos retulisse: multa nihilominus quæ libera fuerant, transeunt in ius occupantium, sicut uenatio, & aucupatio. Nam ut cætera animalia hominum causſa finxerit prouidentia, quod omnibus nascitur, industriæ præmium est. Quid autem non liberum natura genuit? Taceo

ceo de seruis, quos bellorum iniquitas in prædam uictoribus dedit, ijsdẽ legibus, eadẽ fortuna, eadẽ necessitate natos. Ex eodem cælo ſpiritum trahunt: nec natura ullis, sed fortuna dominum dedit. Cur infrenatis equis uictor insidet? Cur iniusto cotidie iugo boum colla deterimus? Cur in usum uestiũ sæpe pecori lanæ detrahuntur? (Taceo de sanguine & epulis per mortẽ paratis) Si omnia quæ libera generãtur, naturæ demus, desinitis diuites esse. Si uerò hæc cõditio est, ut quicquid ex his animalibus in usum homini cesſit, propriũ sit habẽtis: profectò quicquid iure possidetur, iniuria auſertur, ut uolucres mites, & aliæ quæ per rusticas uillas quæq; ditibus cellis saginãtur, in quibus tamẽ domini ambigua possessio est, & uaccæ, & armenta, & omne pecudũ genus. Sed illa impositus cohibet magiſter. Peiusne domino in ijs ius est, quibus custode non opus est? Nam si hoc dicitis, nihil esse nostrũ quod perire possit, ex nullius animalis damno hæc edi formula potest. Nam & errare pecudes solent, & fugere mancipia. Si hoc in cæteris non obstat, uagari tu nolles apes, in opus exire, & ad cotidianum censum laboris assidui non detrectare militiam. An non ipsæ domũ suã sponte reuolant, finemq; laboris sui sole metiuntur, & omnis intra solitas domos turba conditur, noctemq; modesto silentio trahunt? Age porro, ut non sit earum certa possessio dum uolant: nempe cum remearunt, concludi, transferri, donari, uenire possunt: in potestate sunt. Quomodo autem potest sine damno meo perire, quod cotidie meum est? At extra imperia positum est. Mirum hercle, si negato commercio sermonis humani, sunt in cæterorum animalium forma. Tamen quam dominus dedit incolunt sedem, lasciuientem luxuria fugam tinnitu compescimus. Etiam si diuersis regibus coorta seditio ad bellum inflammauit iras, exiguo puluere, uel unius pœna ducis resedit omnis tumor. Illa uerò admiranda sedulitas,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tas, quòd operi totus insumitur dies, in dominorum redditus ablata supplentur. Age, si obsequi possent, quid amplius imperares? Intelligo his uanis ultra necessitatẽ esse respõsum. Si nõ sunt apes meæ, ne id quidẽ quod his efficitur, meum est. Atqui nulla unquam inueniri potuit impudentia, quæ fructus mellis in dubium uocaret. Hoc ergo fieri potest, ut quod nascitur, meum sit: quod generat, alienum? Age, si mihi alui furto abessent, utrum nulla daretur actio? An uiminis modo uilisq; texti precium formula taxassem, & perinde agerent quasi inanes perdidissem? Nisi fallor, esset æstimatio & apum. An tandem quas surripere nõ liceret, liceat occidere? Non est damnũ quòd exutus sum? quòd redditus perdidi? quòd annuos fructus præsidia paupertatis amisi? Non est damnũ id perdidisse, quod (ut proximo utar argumẽto) si habere uoluero, emendũ est? Quid ergo tibi opus est maleficis fucis, cum liceret palàm trucidare, & plenos uel cremare igni, uel aquis immergere aluos? An est aliquod animal quod non liceat nisi uenenis occidere? Vt damnũ sit, inquit, iure tamẽ feci, in priuato meo. Per fidem uestrã Iudices succurrite exemplo. non sufficit his partibus unus rusticus pauper. obuiã publicè eundũ est, & obijciẽdæ aduersus nascentem licentiam consensu manus. Credite mihi, maior lite quæstio est. Hoc uobis hodie iudicandum est, ubi scelus facere non liceat. Nam cur non hoc idem de homicidio respondeat? cur non de latrocinio? Non enim iure ista, sed modo differunt. Aperitur ingens funeri uia, & obluctantia diu legũ uelut claustris scelera libera porta prorũpũt, si in priuatum iura non ueniunt, & in manifestissima quaque noxa non de facto quæritur, sed de loco, non æqua portione cum sceleratis terras diuisimus. Vbi enim non iam diuitum priuatum est? Parum est proximos æquare terminos, & possessiones suas uelut quasdam gentes fluminibus montibusq; distinguere.

Iam

Iam etiam deuios saltus, & syluas uasta solitudine horridas occupant, tot aquæ intra paucorum umbram latent, è finibus suis populus excluditur, nec ullus procedentis finis est, nisi cum & in alterum diuitem inciderit. Adhuc tamẽ spolia trãseuntium, & abacti pecorum greges sub hoc titulo defendebantur, iam priuati ueneni transcriptio est. Iterum ac sæpius Iudices admoneo, considerate, discite, aut nihil usquam contra ius licet, aut in priuato omnia. Etenim aduersus inferentem damnum iusta ultio fuit. Dicam nunc quàm iniqua sit inuicem iniuriæ compensatio, quamque non solum legi aduersa, sed etiam paci. Barbarorum mos est populorum, quos procul omnis iuris humani societate summotos proxima beluis natura efferauit. Nos ideo magistratus legesq; à maioribus nostris accepimus, ne sui quisq; doloris uindex sit: & assiduæ scelerum causse se refellant, si ultio crimen imitabitur. Damnum accepisti. Erat lex, forum, iudex: nisi si uos iure uindicari pudet. At mehercle iam ad arma mittimur, & instituitur perniciosa nocendi cõtentio, & in uicem legis ira succedit. Premetur quidem obnoxia infirmitas, & paucorum dominio subiecta plebes triste seruitiũ perferet. Est tamẽ & pauperibus interim dolor: & ut facilius nobis noceri potest, ita uobis latius. Postremò placeas licet tibi opum tuarum fiducia diues, si mihi uiuere expedit, pares sumus. Quid ergo? Si quid tibi damni attulissent apes meæ, non mihi auferretur ratio, sed forsitan aliqua daretur & tibi. Nunc uerò quid quereris? Credo depopulatos agros, euersosq; redditus. Non enim debet leue esse damnum, quod diues ferre non possit. Decerpebant, inquit, flores meos. Ecquid intelligitis Iudices quãto dolore dignum sit quod ego perdidi, si etiam hoc damnum est, flores auferre? Ita plane. Alioqui tu illos in uetustatem reseruabas, & durarẽt adhuc nisi ad hortum tuum apes uenissent.

Cuius rei inueniri potest breuior ætas? Nanq; dum immaturos exterior alligat cortex, nodum dixeris florem. Paulatim deinde uiridiore succo tumescit uterus, & albentes accipit rimas, necdum tamen flos est. At cum seruptis iam tunicis in patulum capita fuderũt, & uelut fissa in orbem, iamq; eorum uidetur maturitas, & ignotus occasus est, & iam sine uentis quoq; soluta natura, labitur gratia, nec quisquam est flos nisi nouus. Quare si dicerem, abstulere peritura, & quæ protinus humi iacuissent, in usus hominum conuersa inauditus tamen liuor uideretur etiam apibus inuidere. Nunc uerò differendum mihi est, quam momentosa sit huius animalis rapina. Nescimus qua pernicitate plerunque uix contactis floribus reuolet, discurratq; per singulos uelox experimento: quàm etiam ubi immorantur, libratis pendeant alis. Quis unquam quod ferentem apem uiderat, ubi deesset inuenit? Quantulum uerò est quod ex his manu consitis floribus legant? Prata, syluæq;, uel maturæ fructibus uites, & fragrãtes thymo colles (quantum coniectura suspicari potest) pabulum ministrant. Non ex omnibus floribus carpunt utilia operi suo, sed in omnibus quærunt. Præsens & quidem protinus illa redditur merces, quòd omnibus quibus insedere, odorem mellis inspirant, & breui contactu uim sui relinquunt. Hoc tu damnum intelligis? hoc ueneno uindicas, quod mehercle inhumanè etiam fumo prohibuisses? An non te solus uicinus colui? Non frugum mearum primitias omni uere misi? Non siquis ceris nouis candidior incidit fauus, tuis reseruatus est mensis, cum paruis mediocritate munusculis illa semper adiceretur commendatio. Hoc tibi mittunt apes meæ? Puto relata est mihi gratia. Admonui, inquit, & ut transferres denunciaui. Idcirco contumacem meritò punisti. Non enim uideo quid aliud patrocinio tuo conferat hæc denunciatio, superuacua, si non licuit

licuit tibi facere quod queror: iniusta, si licuit: iusta aut sine iusta, aut ne cum iusta quidem ualeat. Pudoris uerò quod uelamentum est, male audere, culpam defendi superbia? An tandem tuas pecudes quamuis diffusa stabula non capient, tibi omne armentis mugiet nemus, tu gregibus arua sulcabis, & ad excolendos agros procedet ignota etiam uillicis familia, tuis horreis populi annona pendebit, nec tamen inuidebimus, nec quisquam tam graue putabit sibi istud fortunæ tuæ pondus: nos si paucas apes intra angustias pauperis horti composuimus, quæ tamen uobis mella faciunt, id prorsus indigne ferendum est? & quod nunquam fando cognitum est, uicinus diuiti pauper molestus est? Adeò parum est plurimum possidere, ut cum seruis quoq; uestris habere peculium liceat, inuidiosum nobis putetis quicquid egestatis nomen excesserit? Tãto'ne his, in hac ut putamus æquissima libertate, legibus uiuimus, ut nobis habere medelam non liceat, uobis liceat habere uenena? Postremò quidem diuitis patrocinio non putaui Iudices respondendum, nisi rideri uestram maiestatem contumelioſa defensione non ferrem. Vltro enim, inquit, ad mortem uenerunt apes tuæ. Ita plane. Alioqui tu uenenum floribus dederas. Impudẽtiæne Iudices eius assignem, si hoc mihi apud uos obtinuerit, an stultitiæ, si speraui? Si uenenum bouini dedisset, diceret ipsum labijs admouisse pocula. Si percussorem posuisset in saltu, ipsum in insidias ultro uenisse clamaret. Si telum abiectasset in tenebris, illatum sua culpa contenderet. Ego Iudices quid dico? Duo esse sola quæ omni in crimine spectanda sint, animum, & euentum. Quis animus diuitis fuit, cum uenenum sparsit? Vt apes perirent. Quis euentus? Perierunt. In summa Iudices quis dubiet quin damnum ei sit imputandum, sine quo non accidisset? Intelligo neque prudentiam uestram desiderare plura de causa, neque uestram fidem

Universidad de Deusto
Biblioteca

ac religionem egere exhortatione uere iudicandi. Quid moror igitur? Tenet me dolor, & assuetæ uoluptatis desiderium. Sunt quædã in hac causſa, quæ sarcire pœna nõ poßit. Maior fortsitã materia uideatur affectus. Si pauperes amare nisi paria non possumus, & necessariò nobis preciosa, quæ sola sunt: animũ meum extinctæ unius horæ momẽto tot animæ mouẽt, quot perierũt de me bene meritæ. Quin ipsum lethi genus additindignationẽ: ueneno perierũt. Quis hoc ulla satis persequi poßit inuidia? Apes ueneno? Hæc illis gratia refertur, quòd fructibus nostris inuigilant? quòd cotidiana statione laboris aßidui ne damno quidẽ summouentur? Nam & cætera animalia uidetur mihi natura usibus nostris genuisſe, hæc etiam delicijs, cum eo quòd in illis quæ uel scindendo solo, uel maturando itineri comparamus, multus antè redditus insumitur labor: & cum perdomãda, cum alenda sint, nihil tamen possunt sine homine, & tantum coacta prosunt. Apes faciunt iniussæ fauos, sine ullo rationis humanæ ministerio totus fructus ultro uenit. Adijce quòd cætera animalia aut satis incurrunt, aut uitibus nocent: primáq; , ut fama est , hostiæ causſa pecudi fuit læsa fruges. Harum ita innoxius per prata syluasq; discurrit labor , ut tantum factum opus appareat. Qua satis digna prosequar laude? Dicam animal quodammodo paruum hominis exemplar? Hoc humana excogitare non potuit solertia. Etiam ratio nostra, quæ sub terris lucrum inuenit , quæ maria inquisitione sua sideribus immiscuit, hoc tamen efficere, consequi, imitari non potuit. Venena potius inuenimus. Iam primum futuræ laudabilis uitæ digna principia , non illas libido progenerat , domitrix'que omnium animalium Venus. Vtq; homines in excusationem sui fabulis tradiderunt , etiam deorum posteritas has regnis suis excepit. Abest inimica uirtutum uoluptas castis sine labe corporibus. Solæ omnium non

edunt

edunt fœtus, sed faciunt. Ipsæ paulatim sicut stipatæ sunt per mella uiuiscunt: &, ut oportet animal laboriosum, ex opere nascuntur. Inde ut adoleuit iuuentus, & ad similes labores ætas roborata conualuit, relinquitur liber parentibus locus. Et ne coacta in angustũ multitudo noua turba laboret, quasi habita uerecundiæ ratione, cedit populus minor: suspensumq; proximis ramis examen , humanas manus expectat. Acceptas cum fide colit sedes. Et cum ingenia nostra (quæ nos scilicet ambitiosi nostri æstimatores, proxima diuinis credimus) ad percipiendas disciplinas multo labore desudent, nulla apis nisi artifex nascitur. Quid credas aliud quàm diuinæ partem mentis his animis ineſſe? Quid præcipuum referat? Non ut cætera animalia per pastus uaga, incertum quieti capiunt cubile, noctis arbitrio semper habitatura, sed tutas sedes continent. urbes tectis, turba populos imitantur. Non ut feræ, uolucres, non præsentis modò cibi memores, in diem uiuunt: duraturus hyemi reponitur uictus , & repletis ære cellis tutus annus est. Etiam cum ad humanos usus opera subducta sunt, reparare amissa contendunt, & labor damno incenditur, & nunquam deficit animus antè, quàm locus. Quid quòd inter animalia quæ non uerba coniungunt, non uerba rationis inuicem negant, tantus operis consensus est, tanta difficillimæ rei laboris concordia? Non humano uitio in proprios quæque usus lucrum ducit: in publicum uiuitur, & communes opes congeruntur in medium, nec fas est delibare gustu prius quàm plena horrea securos spondeant menses. Quis porro tantus ardor operis, quæ'ue officiorum partitio, ut aliæ congerant onera, aliæ accipiãt, aliæ liniant? Quæ seueritas in castiganda inertia? Multa dictu uisuq; miranda. præuidere tempestates, nec dubio se cælo tradere, nec ultra uiciniam nubilo tendere. Iam si leues iniquior aura rapuit, ad dirigendos in

destinata cursus, modico lapilli pondere librare pennas. Illas maiorum pectorum totis pro rege castris procurrere, & inire bella, mortemq; honestam pro duce oppetere. Adijce, quòd siquas aut ætas longior, aut morbus oppressit, efferũtur prius corpora: posteriorq; operum quàm funerum cura est. Quid illigare cruribus flores? quid ore succos in publicũ ferre? Me tamen ipsius operis præcipua admiratio subit. Non est temere, nec fortuitam figuram, & sedes modò reponendis cibis quæsisse credas: rudis cera componitur, accedit usibus inenarrabilis decor. Nam primùm tenacibus uinculis fundamẽta suspendunt, tum ab exordio in omnem partem opus æqualiter erescit, nec quicquam ex inchoatis parum est, quod non sua portione perfectum sit iam, nec alia parte opus esset. Gemina frons ceris imponitur, & cum foraminibus tantum spatiũ detur, quantum ad generanda examina puram spem capiat (ipsi enim sibi inuicem anguli hærent, & ita mutuò uinciuntur atque alligantur, ut quod uoles, id medium sit) his textis ne uniuersi mellis effluat pondus, interseptæ oneræ cluduntur. Quis non stupeat hoc fieri posse sine manibus? nulla interueniente doctrina hanc artem nasci? Quid non diuinum habent, nisi quòd moriuntur? An uerò authorem uini Liberum colimus, primitiæ frugum Cereri reseruntur, inuentrix oleæ Minerua narratur: mella genuisse minus est, & interponẽda gustus uoluptate tantum effecisse, quantum ne ipsa quidem rerũ natura per se potuit? Ad plurimarum interius ualetudinum remedium est, & præsentissima medicina. Nam quod ad cibos quidem pertinet, diuites uiderint. His animalibus aliquis insidiari potuit, & insidiari quare mella facerent? Hæc pestiferis succis exquisita per fraudem morte confecit & quod sit indignissimum, quò facilius deciperet, forsasse uenenum melle permiscuit? Quæ tam inhumana crudelitas? Quis tam inauditus

ditus liuor? Nihil enim est quòd utaris patrocinio tuo diues, paucorum damno foliorum doluisse te simulas. Dum meas apes occidere uis, flores tuos inutiles fecisti.

ODII POTIO I.

DECLAM. XIIII.

ARGVMENTVM.

Meretrix amatori suo pauperi dedit odii potionem. Adolescens desiit amare. Accusat illam ueneficii.

Pro iuuene contra meretricem.

SENTIO Iudices hanc quoque calamitatibus meis accessisse nouitatẽ, ut uobis nondũ uidear odisse. Nec me præterit plurimũ perire de nocẽtissimæ potionis inuidia, dum me putatis adhuc impatientia priore miserum. Quæso tamẽ uel hinc totam delati sceleris probationẽ grauitas uestra prospiciat, quòd dolori meo querelæque non creditur: nec amo, qui accusare possum: nec odi, qui amare mallem. Quid est aliud quod bibi, quàm uenenũ? Licet igitur nocẽtissima fœminarum rideat quòd accuso, & in manifestissimi sceleris confessione per ludibrium malorũ euadere tentet meorum: non hoc est quod hodie me torquet ac lacerat, quòd à deterrimæ mulieris charitate discessi, sed quòd remedij mei patior dolorem. Videm iustitiæ, fidem seueritatis humanæ, ne meretrici prosit uel quòd præuaricatione uideor explicatus. Pro me forsitan fuerit, ut amare desinerem: contra me inuentum est, ut inuitus odissem. Hoc primum itaque Iudices à clementia publica peto, ne quòd uidetis tristem habitu, dirumq; conspectu, uerbis asperum, contentione terribilem: mores putetis. Hæc est illa sanitas mea: sic omnium in hac corporis mentisque dierum noctiumq; feritate, ille modò lætus,

ille

ille(si creditis)nimium renuissus amator excandui. Miseremini Iudices,ne uobis uenefica sic imponat,tanquã hoc mei charitate commẽta sit. Suum animum, suum tantũ secuta fastidium est. Odij potionem contra se nemo dabit homini, nisi quẽ oderit. Quæso itaq; obtestorq; uos sanctißimi uiri,ut calamitatis meæ penitus uelitis æstimare mensuram. Perdidi infelix quòd quandoq; potui amare desinere: patior necessitatem rei quam breuiter utiq; noluissem. excogitatur contra animũ futuramq; rationem,ne quod relinqueretur, meus esset affectus. Iterum cum meretrice cõpositus sum, rursus in se cogitationes meas, rursus retorsit oculos: & hominẽ quem ab incommoda charitate uel satietas,uel ætas, uel fortunæ suæ fuit dimissura conditio,ad perpetuam impatientiam uiribus nimiæ diuersitatis implicuit. Hoc solum insanabile genus mortis est,ut odisse cogaris. Festina ad complorationem præsentis doloris animæ, festina: sed te à prioribus malis recens abduxit indignitas. altius gemitus, altius querela repetenda est. Cum meretricis sit quòd amator odi,cuius putatis esse quòd pauper adamauit? Non quidem ego Iudices ex illis unquam fui, quibus nobiles opes,affluentes induxit fortuna diuitias, quorum felicitas capere posset in amore luxuriam. Habui tamẽ unde ad uitæ necessitates,cõcessa gaudia parca mediocritate sufficerẽt. Ideoq; meretrice tantum, & quæ certißima est in uoluptate frugalitas,una fui semper eademq; contentus. At ista seria, grauis, quæ nunc amari recusat,ô quàm uoluit amari! quibus artibus, qua calliditate miseram simplicitatẽ meam solicitauit primùm, deinde tenuit, donec quantulamcunq; substantiam in huius sinus credulus iam,iamq; serus amator egererẽ? Iam frustra captauit uideri miserari conditionem, in quam nos ipsa detraxit. Breuiter totum nocentißimæ mulieris accipite facinus: Pauperem me fecit,deinde ferre non potuit. Siue enim Iudices communium

communium quæ ad corrumpendas expugnandasq; mentes excogitant ingenia meretricum, placuit experimentum,& in me tentatum est quantum quis amare, quantum quis posset odisse: seu mulier omnibus exposita mortalibus, uanitatem fastidio mei despectuq; captauit: ei fama inde quæsita est,ut à solis uideretur amari debere diuitibus. Non erat profectò quod pauloante patiebar,iam tunc noster affectus,quòd scortorum foribus hærebam,quòd(si istis creditis)paupertatem in lupanarium obsequia transtuleram: pallor & deformis maeies inde ueniebant,unde nunc quòd excandesco,quòd fremo. Nũquam hoc tantum meretrix scit, quem admodum non ametur. Quod negari igitur Iudices nõ potest,uirus homine firmius, mente constantius,quod immodico ardoris æstu,& exundante impatientia posit etiam recusantis animi dolorem compescere,diris utique carminibus, & feralium præcantationum terrore permistum, lenitate uultus, & blanda porrigentis dißimulatione protectum,iam perustis, iam laborantibus uisceribus infudit,& hominem solatijs potius ac mollium remediorum ratione tractandum,exasperauit ira, dolore concussit,magnaq; miserum cõmutatione renouauit. An fecerit Iudices ut amare desinerem,uos æstimabitis: fecit ut amare mallem. Explicitum me putatis,& ab incommodo hilariorem dimissum? Nunc nunc me fateor debere sanari. Habet aliquod solatium,quisquis in amore miser est. Leuior est calamitas cui blanditur aliquid de uoluptate lætitia. Nunc infelix uror ac laceror, nunc me retinere, nunc regere non possum. Crudelius est odisse meretricem. Veneficij ago. Sepositis paulisper Iudices noxiæ potionis inuidia, non'ne uobis uidetur implere sceleris fidem,quòd abstulit fidem conditio personæ? Veneficium Iudices tota uita meretricis est. Parũ se lenocinijs, parũ putant agere mendacijs. Et cum omnis ad expugnandas mẽtes

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes cura collata sit, non sufficit tamen ut de sui charitate corpori credant. In hoc noctium dierumq; solicitudo consumitur, quemadmodum de libidinibus fiat affectus, qua ratione transcurrentia cotidie desideria teneãtur: ne cui prosit offensa, ne quem explicet pudor, ne quem satietas aliquando dimittat. En quam putetis ignorare quibus uincatur oculis: quæ per incommoda desideria flagrantes mentes corrumpat primum, deinde consumat, cum sciat quibus oscula, quibus arctißimi rumpantur amplexus: quæ pro lætitia dolorem, pro blanditijs gaudijsq; tristitiam præcipiti uelocitate substituant. Infinitum est quantum ex hoc medicamento deprehendi possit notitia peiorum, nemo scit tantum remedium. Tentat Iudices mulier impudentißima sceleris inuidiam nomine potionis effugere, & uenenum negat esse tantum, nisi quod occidit. Facinus est Iudices euadere nocentes, quia iam facinus plura deuitat. Quid refert, animo noceat aliquis, an membris? Eodem scelere porrigitur omne quod non licet. Vnumquodq; ex his quod datur, uenenum est. Excusatio meherele adhuc pro sexu tuo, pro conditione mulieris: sed ut illa nosses gratia tui, desiderium'que posses ingerere nolentibus, excogitasti per quod maritos à coniugum charitate diducas, per quod iuuenum mentes abiungas ab alijs fortasse meretricibus. Odij medicamentum nunquam ideo tantum meretrix habuit, ut illo contra se uteretur. Me quidem Iudices si quis interroget, in comparatione uenefieij de quo queror, minus odisse debeat quod occidit. Et sicut ex ipsis quoque mortiferis mitiora sunt, quæ statim tota uelocitate grassantur, & dolorem inter exitum uitam'que non detinent: ita crudelius quod sic ordinatur, ut corporis pareat inuidiæ, & sit tantum animi uenenum. Quid ais? non est noxium uirus nisi quod occidit? Quid ergo uocaremus illud quo lumina sola raperentur? quo pars aliqua memb

membrorum debilitate langueſceret? Tute ueneficam negas, quæ potes potione facere quantum offensæ, quantum iræ, quantum dolor? Amabit cui permiseris, execrabitur ille quem iusseris. accipient à te desideria nostra ortum, finem, modum. Sane & amor & odium naturales uideantur affectus, ueneficium sunt cum inbuntur. Quid quòd non potest non habere uim uenени, quod contra uoluntatem homini datur? Video cur sibi medicina permittat corporum uitia membrorum'que morbos infusis medicaminibus expellere: & sine animæ spiritusq; contagione, quæcunque extrinsecus accidunt, potione uincuntur. Non potest ullus affectus sedibus suis per uirus expelli, nisi totorum concussione uitalium: & cum anima constet ex sensibus, quemcunque auferre tentaueris, illa statim prima nostri parte corporis retenta, confectoq; quod petebatur, reliqua quoque uiribus uicinæ tabis expirant. Quædam fortè medicamina possunt aliud uocari quàm uenenum. dare quod non licet, non est aliud quàm ueneficium. Quantum nefanda de pœnis humanis excogitare potuisti? Innocentius meherele fuerat ut amaret aliquis inuitus. Potionem excogitasti, qua bella committere, qua se totum humanum genus posset odisse. potes efficere ut non ament liberos parentes, ut propinquitas, ut fraternitas, ut amicitia se collidat. Odij potionem nemo accipit, nisi contra hominem quem non debet odisse. Tentat hoc loco nocentissima fœminarum de scelere suo facere beneficium. Meretricem, inquit, amauerat. Differo paulisper Iudices affectus huius excusationem. Dij deæq;, quantum in hoc contumeliæ est, quòd sibi meretrix uidetur adamata? Tu tibi cuiusquã affectus cẽsoria grauitate præstabis? Tu tibi æstimare permittes, quàm frequẽter aliquis lupanar intret? Tu cui nõ licet excludere debilitates, fastidire sordes, expositæ ebrietatibus, addictæ petulantiæ, & quæ nouissima

ma uilitas est, noctibus populo que concessa, mores iuuentutis emendas? Acquiore animo feras ut meretrix uelit adamari. Eras, inquit, amator, & pauper. Volo iudices sic apud uos paulisper agere, tanquam in hoc me affectu propinqui amicíq; castigent. Non ego aliculus matrimonij corruptor inuigilo, nec efferas cupiditates per illicitos duco complexus. Inuentas credo meretrices, ut esset aliquid quod liceret amare pauperibus. Nullam ego circa corpora ista consistere impatientiam puto. Diliguntur immodice sola quae non licent. Vt in furorem charitas aliqua conualescat, opus est difficultatibus. Breuis de concessis, sed statim satietati uicinus affectus est. Nõ fouet, non nutrit ardorem cõcupiscendi, ubi frui licet. Et quaecunque in mentibus circa permissa coalescunt, non sunt desiderij, sed uoluntatis. Hoc ipsum tibi mulier obijcio, quòd nos in fabulae sermonesq; misisti. Solus debet amare meretricem, quem meretrix oderit. Pauperi dedit odij potionem. Quid illam putatis dedisse diuitibus? Si mehercle repente nobis contingerent opes, iterum nos in sui charitatem alia potione reuocaret, & ista nunc seria grauis uellet impatientia priore retinere. Meretrix pauperem amatorem propter se tantum non potest pati. Amanti, inquit, dedi. Hoc si remedium est, detur scienti. Prima pars sanitatis est, ut libenter accipiat. Quin immo cur non potius datur amaturo? Quanto melius, quanto prouidentius, & minore bibentis dolore constabit, ut adhuc labentem aggrediaris animum, ut tum adolescentis ardoris impetus in paruis extinguatur elementis? Eo tempore das potionem, quo pariter duos patiar affectus. Aliam impatientiam paras, & accipio odium, quia iam amorem ferre nõ possum. Non desino, sed esse aliud incipio: nec emendor in amore, sed transferor. Illa uera sunt remedia, quae fugatis morbis, causis que languoris, postea non sentiuntur: & ea tantum innoc

innocenter dabuntur, quae potentiae suae qualitate comsumpta desinunt eum profuerunt tu mihi dedisti quod semper exasperaret. Perpetua res est odisse sine caussa. Ducã licet uxorem, te tamen oderis: in peregrinas expeditiones patria dimittat, te tamẽ cogitationes sermonesq; respicient. Quid interest quemadmodum possederis animum meum? quemadmodum mihi à te non liceat abire, discedere? Fecisti ut te ubique persequar, ut meis fortassis manibus inuadam, uelim dare uenenum. Qui meretricem odisse non desinit, amator est. Sed infelix, misereris mei. Quid ergo sanitate tam rigida? Paulatim potius ratione compesce, misceantur consilia, blanditijs ueritas temperetur. Alioqui non est quòd abigas, quòd expellas. Exasperant necessitates, & in amore contentio semper accẽdit. Adiuuabit te interim libertas ipsa qua fruar, tempus, satietas, & fortasse amator alius admonens conditionis. Sed inter oscula, inter amplexus, paupertatem non tanquam exploraris, sed tanquam miserearis allega. quanquam quid opus fide? sine curer ut desinam, si quãtum affirmas, inuitum miseraris ac diligis. Amatoris unum remedium est, amari. Si tamen necessariam putas emendationem, quàm multa sunt amantium remedia citra uenenum? exclude, dimitte. fastidium posset quantum non posset praestare paupertas. Fac ut me potius ipse castigem, ut erubescam, ut aliquando desperem. Is tantum in amore sanatur, qui quod desinit, sibi debet. Homo igitur qui merito indignaret si hoc tantum feciisset aliquis ut diligi desinerem, quanto iustius queror, fictus cum iam sum alius, infelix, alia patiens? Decipiant nos rerum fallunt q; nomina: & ille qui odit, de amore miser est. Non refert animi, quid nimium uelis, & inter sanitatem languorem que nihil interest, si utrunque ferre non possis. Frustra mihi quisquam blanditur remedio, cuius patior tormenta, cruciatus. Aliud

Universidad de Deusto
Biblioteca

est ut amare desinas, aliud ut oderis. Recessisse nunc me tantum putatis ab amore meretricis? Ablatus est mihi ille hominis melior affectus, perdidi miser quicquid est unde gaudium, unde uenit uitæ tota lætitia. Amor ille per quem rerum naturæ sacra primordia, totusq; mundi elementa creuerunt, qui tenet nunc figitq; rixantia, & de contrarijs depugnantibusq; seminibus molem perpetuæ societatis animauit, fugatus electusq; est. Non habeo infelix affectum, quo quandoque possim ducere uxorem, amare liberos, appetere amicitias, sperare conuictus. Quisquis odij medicamentum biberit, unum fortassis oderit, sed amare neminem potest. Dij immortales, quid ego hausi! quale uisceribus uirus ingestum est? Non fuit illud unum uenenum: bibi miser execrationis quicquid totius mortalitatis ira contulerat, quod erat omnium animalium furor, omnium serpentium congesta rabies. Odij medicamentum quid aliud est quàm assiduus animi labor, perpetua tristitia, & homo ab omnibus gaudijs in contubernium doloris abductus? Fieri non potest, ut uirus tam impotens semel in uiscera receptum sit, & in unum tantummodo sensum, mandeturq; quousque domuetur. Ecce iam mulier odi, quid tamen adhuc facere illud in uitalibus putas? Paulatim se necesse est per totum diffundat animum, & quanuis primo statim haustu illud expugnet in quod datur, breui tempore in nominis sui potentiam omnes reliquos stringit affectus. Medicamenti cui tantum contra animum primum licet, prima fortassis uis erit odium, exitus iste, ut uenenum sit. Respondere Iudices illis libet, qui me pauloante dicunt in amore fuisse miserabilem. Quanto crudeliora, quanto grauiora patior, qui dicor explicitus? Modestior cum amarem, & quietior fuerat sine pallor in facie, sed ipsa quoque comis, optanda tristitia. Inueniebam colloquia, mercebarq; sermones:

nes: nunc me omnes fugiunt, auersantur, oderũt. Tum frequenter à lupanari deducebat pudor, abijciebat occursus. nunc publica detinent: conqueror, assisto, conuicior. Prò miseranda conditio, rideor, ubiq; narror, ostendor. Ego sum tota etuitate meretricis in meus. Sic patior miser illas lupanarium insultationes, illa corrinalium maledicta, cõuicia: non possum satis tormentorum exprimere mensuram. Odi, nec unquam uisus sum magis amasse. Intelligitis puto Iudices, hominem, qui tantum ad uos detulit animi mentisq; cruciatus, & pro uita queri. Sed potio infelix, quicquid est per quod paulatim profiettur ad mortem, assidue mecum rixatur affectus, & breui necesse est consumar. Quotidie uincor. Quæ putatis esse tormenta, quem dolorem, cum mens uetatur oculos sequi, cum à luminibus suis animus abducitur? Quod non proficit, hoc superest ut occidat. Me infelicem, si uenenum istud non habet mortem, si mihi inter hos dolores longior uita ducenda est. Cur ergo post hoc animi uices commenta'que prospicio? Si meretrices impotentiæ omnia licent, hoc erit remedium, ut amare rursus incipiam.

ODII POTIO II.

Ex superiori argumento.

DECLAM. XV.

Pro Meretrice contra Iuuenem.

TSI Iudices ita à natura comparatũ est, ne sit ullus iustior dolor, quàm beneficij sui perdidisse rationem nihilq; grauius afficiat conscientiam bonorum, quàm quotiescunq; nulla merita ceciderũt: non efficiet tamen nefandũ præsentis reatus indignumq; discrimen, ut misera puella non gratuletur sibi quòd illam pauper accusare iam potest. Ti-

murat infelix, ne remedio suo sic repugnaret pauper, ut magis amaret: ne iuuenis in omni genere animi contentiosus ac pertinax, potionẽ illam dolore coactæ sanitatis expelleret. Bene quòd & terribilis & minax est pauper, quòd pœnam nostram, quòd sanguinem petit. Non expectes ut statim gratias agat, qui sanatur inuitus. Nobis tamen Iudices hodiernã pauperis mentem non prima fronte tractantibus miserrimus iuuenis nondum uidetur explicitus: & si bene prioris ardoris impatientiã noui, quod maxime facit, ira non odium est. Alioqui si profecisset remediũ, & à pristino furore iam liber, animo intellectum sanitatis admitteret, omnem adhuc puellæ uitaret occursum, non sibi crederet ultionem, & ipsum quoque Iudicij timeret adire complexum. Deprehensa est puto nouissimè potionis superuacua persuasio. Amat Iudices, amat, qui queritur quòd non amatur. Quid agam Iudices hoc loco? sub quo tẽperamento defensionẽ periclitantis aggrediar? timeo ne si cœpero simplicissimæ puellæ laudare mores, referre probitatem, amare rursus pauper incipiat. Siue enim Iudices malignitas est persuasionis humanæ, formam uacantem uocare meretricem, seu miseræ nomen id imposuit aliquis amator, cui cum corporis bona fortuna non dederat unde securi matrimonij castitati sufficeret, laborauit necessitatum suarum custodire probitatem. Nullius unquam per hanc matrimonij turbata concordia est. Nemo questus est pro filio pater. Nemo exhaustas facultates in audissimos sinus pœnitentiæ dolore defleuit. Tentet licet ingratissimus iuuenis inuidiam miseræ facere prioris affectus, non poterit obijcere meretrici & quòd amarit, & quòd amare desierit. Ne quem igitur accusator hac prima fortunæ suæ comploratione decipiat, tanquam meretricis charitate consumptus sit: secure estote pro innocentia nostra, talis incidit, talis adamauit, nec habuit quod perde-

derdet in tam immodico ardore, nisi mentem. Vidistis enim notissimum tota ciuitate miserum, cum lupanari noctibus diebusq; deseruiens, quanuis indulgentissimæ puellæ simplicitate frueretur, modo tamen maledictis opprobrijsq; uulgi, modo crebra ruralium contentione pulsatus, abigi tamen conpesciq; non posset, mouit mitissimam puellam hic infelicis affectus. laboranti primò sui uoluit facultate succurrere: sed quicquid indulserat, fouebat ardorem: quæq; in hac impatientia prona persuasio est, quia nihil præstanti meretrix tam sæpe contingeret, amari sibi uidebatur. Postquam nihil miseratio, nihil proficiebat humanitas, tentauit asperitate discutere. Poposcit, excluſit. Non defuerunt misero preces, adhibita sunt ex ipsa iuuenis conditione consilia. Sed ista uincebat, & uires amoris impedimenta perdebant, donec intelligeret hominem qui explicari ratione non poterat, necessitate seruandum. Puto Iudices frustra male audit in immodico pauper ardore. Meretrix magis amauit hominem, à quo noluit amari. Consumptis igitur optima fœminarum cunctis indulgentiæ seueritatisq; consilijs, dum apud omnes de pauperis sui amore conqueritur, incidit remedium, quo iam dicebatur alius amator explicitus. Quæ prima igitur medicamenti pariter ac dantis integritas est, nõ negatura porrexit: adiuuit deinde quod dederat, imperauit sibi ne quas admitteret amplius preces, ne querelis assistẽtis, ne lacrymis moueretur: exclusit. Vultis scire Iudices ubi sit medicamẽti quod obijcitur, totus affectus? Quisquis odium dedit, omnia post hoc facit ut debeat amari. Quanto iuuenis hoc melius in forũ aliquando uenisti? Incipis agere seriũ, grauemiam leges, iam iura loqueris, conniciaris, maledicisq; meretricibus. Hunc tu animũ modò inter libidines ac scorta perdebas, macie notabilis, pallore deformis, solaq; impatientiæ tuæ fabula notus. Perieras infelix, nisi bibisses uenenum. Ve-

Universidad de Deusto Biblioteca

neficij agit. Credam mehercle Iudices ad subscriptionē huius immanitatis expectasse publicæ seueritatis aures. Quodnam seculo nefas nunciaret hic gemitus? quæ prosiliret orbitas de nouercalibus quæsitura commissis? Quæ pestiferis hæredem medicaminibus enectū tristis cōploraret affinitas? Non pudet ergo quòd uacatis lupanarium querelis, & ad uos deferuntur amantium rixæ? Videtis hunc accusatoria fronte terribilem? oscula poscit, destitutos queritur amplexus. Vultis uos abire potius in uestra secreta, ibiq; gaudia querelasq; mutata conuersatione consumere? Non agnoscunt leges ac iura miseros. Hic audiuntur seriæ calamitates. Non est ultione dignus, de quo potest efficere meretrix ut queratur. Ecquando unquam Iudices audistis de ueneficio uiuū querētem? facinus hoc semper ex mortibus accepit inuidiam. Si latrocinium, probes cruore, uulneribus: si sacrilegium, spolijs numinum, prædaq; templorum. Ita ueneficium si arguas, oportet ostendas putre liuoribus cadauer, inter efferentium manus fluens tabe corpus. Vt iam istud obijcere possit, & uita debet aliquid esse passa, quod inuidiam mortis inuitetur. Veneficium uoca quod cæcitate grassatur, quod in aliqua deprehenditur debilitate membrorum. Profer agedum corporis notas, in quas se noxiæ potionis uagus feruor effuderit, ubi depasta senectus uisceribus sæuitura cōsederit. Aspicio par laboribus corpus, retinere sua ministeria, sufficientem animum serijs actibus, accusatoria firmitate robustum. Crede iuuenis omnibus qui te modò noueramus, nunc acrior erectiorq; resedit in sensus uigor, in membra sanguis, uiribus uelut nouæ iuuentutis exultans. Bibisse te medicamentum probare non posses, nisi meretrix fateretur. Quòd si permitutis Iudices, ut quicquid extra consuetudinem datur, ad huius uulgi referatur infamiam: beneficiū male audiēdo uitietur sanitatis, statimq; merebitur

bitur sceleris inuidiam, quicquid profuerit inuito. Illud tantum noxium uirus uocauere leges, quod non admitteret interpretationis incertū. Iniquissimum est uenenum uideri, quod in potestate bibentis est an sit remedium. Sentit Iudices iuuenis crimen quod detulit, nec nomine nec effectu scriptionē legis implere. Itaq; ex uocabulo mulieris quærit inuidiam. Meretricē, inquit, accuso. Nescis, mihi crede iuuenis, sceleris quod detulisti, qualem mihi debeas probationē. Rem expecto mehercule, ut sit ante omnia minax uultus, feralis habitus, horreāt squallore crines, rigeat super nefandas cogitationes efferata tristitia. Facinus quod dicitur inquietare superos, sidera diris agitare carminibus, tumulos busta scrutari, & amputatis cadaueribus ipsas in scelus armare manus, fieri nō potest ut authorem suum nō statim primo prodat aspectu. Vides uenificæ non horridos uultus, placidamq; faciem. Si cogitationes, si consilia pertractes, sola cura de forma est, omnis in hoc collata meditatio, ut solicitet aspectu, sermone detineat. Audio subinde exactas mero noctes, tua mulier conuiuia, perditas amantium rixas. Meretricis unum ueneficium est, ne desinat amari. Nunquid iniquè Iudices in tanti sceleris subscriptione deposco, ne nominibus reos uelitis æstimare, sed moribus? Venefica tua quid prius unquam, quid simile commisit? Cuius per hanc expugnatus animus est? Quis queritur iuuenis? quis senex? quis diues? quis pauper alius? In te ergo solo uenefica, in te tantum aliud ista quam meretrix. Vultis integritatem puellæ breuiter probem? Hanc quam nunc detestatur, accusat, amare mallet. Omnia Iudices facinora (nisi fallor) caussas uel de cupiditate uel de simultatibus trahunt. Quod odium de amatore meretrici? Quæ præda de paupere? Odium, inquit, accepi. Ecquid Iudices? Satis me contra infamiam ueneni uel solum medicamenti nomen absolueret.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nec inuenio cur debeat idē uideri, quod non potest idē uocari. Agedū iuuenis, potionis imple huius immanitatē, dic, Odium accepi contra coniugem, contra liberos meos, ut à sacris auocarer affectibus, ut pignora sancta despicerem. Illud odium in meretrice facinus est, quo utitur in sui charitatē. Ita uel hoc solum sufficit excusationi, quòd illa cōtra se tantū dedit. Odiū, inquit, accepi. Nunc te hic repōsco iuuenis inuidiam quam fortunæ nostræ pauloantè faciebas. Die, meretrix dedit, prostituta porrexit. O quàm timuerā ne diceres, amatorium sui. Consurge agedum iuuenis, & totis corporis animiq; uiribus imple susceptæ accusationis horrorem. Est quod audiente tota ciuitate proclames. Miseremini mei, adiuuate, succurrite, bibi medicamentum crudele, sæuum: desij pauper amare meretricem. Iamiam non inquietis noctibus uagus uilissimi cuiusque perditos patior ictus, nec exclusus ante lupanarium fores posterum diem perui gil amator expecto. Possum nauigare, colere terras, sufficio militiæ, redditus est nubi animus quo fierem maritus, quo senectuti liberisq; prospicerem. Quantum dij deæq; remedium conditioni bibentis ualuit! Fecerat te potio ista felicem, si diuitem puella. Ita uel hoc non solum Iudices innocentissimæ puellæ pro defensione sufficeret, quòd nihil fecit sua caussa? Amotorem dimsit, explicuit illa quæ captare dicitur ut ametur, quæ solicitat, quæ corrumpit affectus. Ingrate, quanta de te potuerit gratia frui? Non quidem confers precia, non stipes, sed assides, sequeris, hæres, præstas comitatum, fauorem, laudas ubique, miraris. Hinc ergo iratus meretricibus, quòd illas etiam pauperes ament, quòd facilè contingant, quòd laboribus exonerentur adeuntium facies, hinc amator ut diuites ament, in crimen maximum captas trāsferre beneficiū? Vt aliquis amare desinat, nō nisi ab amāte præstatur. Quid ais iuuenis? Ita bibisti potionem, quæ finē

cupidi

cupiditatibus daret, premeret ardorē, desideria restingueret? Abi, recede, dum puellæ publico generis humani nomine gratias agimus, quòd hoc fieri posse monstrauit. Furor ille qui (si credimus) numina quoq; detracta sideribus misit in terras, qui de sacris ueneradisq; pignoribus monstra commentus est, ardor qui miscuit hominū ferarumq; concubitus, ferrū, ignes, claustra laxabat, per interiecta late maria fugiebat, uetatur, perit. Accipite quod magis debeatis stupere, murari: remediū amoris mulier inuenit. Desinite nunc incestum timere mortales, nulla pietas horreat nefandæ cupiditatis instinctum. quicquid non parentum minæ, castigationes, non serij propinqui, non paupertas non necessitas poterat efficere, haustus breuis, facilis, unus extorquet. O si quis odium posset omnium bibere iuuenum! Felix profectò mortalitas, si reliquos lapsus incommodosq; mentis errores sas esset infusa potione compescere. Facinus est, quòd maximum remedium, gratiam sui authoris uocabulo perdit. Mirarer hominē, qui illud contra meretricem dedisset. Tibi tamē ultra omnes immodica cupiditate flagranti, tibi præcipuè succurrendum iuuenis. Cuius homo conditionis adamauerat? Diuitijs opus est, ne simus in amore miseri: & impotentissimi mali difficultates illi fortasse non sentiant, quos contra fastidia cæterosq; contemptus explicat felicitas magna pereundi. Felix profectò, qui non nisi facultates in lupanari effudit. Tu perdis animum, ille æs: tu bibis uxoria, tu lacrymis rogas, paliore blandiris: & quod ad pessimum spectat euentum, miserabilis sis oportet, ut amator esse uidearis. Finge te nullum huius affectus sentire cruciatum, id amare te pauper saltem non pudet? Homo cui non uacaret agere longa languoris ocia, ægrumq; non deceret totarum noctium quies, excusare non possis si tantum perdideris dies, cuius census ex manibus, ex laboribus substantia,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quem quotidie poscit ultra rationem in dies demensus, amentiam pateris, felicium oscula tantum amplexusq; meditaris, & unde tibi calamitatis huius nõ potest nec uenia contingere, de uoluptate miser es. Expectandum uidelicet quando te fames, inopia castiget. sed inter ista cœpisti, quid tam facere potest ratio, consilium? Odio sanandus est, quem non explicat quòd pauper adamauit. Non tamẽ intelligere possumus tecum solam fuisse paupertatem. Iterum, non opes tantum tibi, non facultates defuerunt: non erant, quantum uideo, propinqui, non amici: alioqui illi te potius nostra potione sanassent: uel si ignorassent huius graminis uires, uinculis nexibusq; tenuissent. Quid blandis affatibus impotentissimum eludis affectũ? Datum est remedium dolori, qui sæpe egit in laqueos, in præcipitia compulit, qui cruciatus laborantis animæ uulneribus enusit. Quantum amori in hominem liceat, illi magis sciunt, qui amant. Iunge nunc cum fortuna tua conditionem mulieris adamatæ. Inciderat quidem miser in puellam minime superbam, minimeq; difficilem. Quasdam tamen non possumus circumire meretrices. Quàm multa pro illis exigit sexus, ætas poscit! semper necessitas petit corporum, cultus poscit, stationis tristissimæ impatientia. Totos infelix dies lupanarium foribus impendes, ut quandoque prostituta pauperi uacet. Contentione numerantium dilatus, exclusus, otium meretricis expectas. Negatur tibi complexus, indignatione persequeris. Contingit, uerum felicitate corrumperis. spem gaudia parant, aduersa contritionem. Ex utraque fortuna desideria coalescunt. Nobis crede qui uidimus, quis tibi uultus fiat corporis habitus? quis pallor! quàm miserabilis, quàm pudenda tristitia? Quoties tu uenenum bibere uoluisti? Non est igitur iuuenis, quòd tibi queraris illam mutissimam partẽ humanæ mentis ablatam, non charitatẽ, sed impa-

impatientiam: non uoluptatem, sed tormenta: non amorem, sed quod adamaueras, perdidisti. Amoris (si sapientiæ sequamur authores) antiquissimum numen, & cui se naturæ debet æternitas. Sed ille mitis & serius honestis cupiditatibus & uiribus sacræ charitatis exultans, ut qui cuncta priscæ noctis opera caligine diduxerit primũ, deinde miscuerit. Hic uerò quo perditis uisceribus adhæremus inquieti, lasciuientis adhuc ætatis instinctu tumultuosus ac petulans, telis funereis facibusq; armatus. Præstat igitur ille mortalibus liberos hac usitata coniugij pietate: hic incesta, libidines, adulteria, meretrices. Referam nũc fabulosas immodici furoris prodigiosasq; nouitates, conceptum nescientibus oculis ignoti hominis aspectum, formam suis in se luminibus ardentem, uirgines patrum senectute flagrantes, morcaliũ feraramq; uultus usq; ad monstrosæ fœcunditatis onera perlatos? Ex omnibus tamen quæ nobis patientibus extorquet affectus, hoc sæuissimum patimur, quòd nemo uult in amore sanari. Ego tamen, inquit, amare mallem. Hoc est ergo propter quod opus odio fiat. Nihil agebant castigationes, nec preces: consilia perdebãtur. Odio debet amator explicari, quem sanat adamata. Interrogare te hoc loco libet, nunquid accusare posses, si quod fecit medicamento puella, fecisset animo? Licuit te reposcere quantum numerare non poterat, fastidire, contemnere. Iam indignaris quòd te maluit remedio quàm dolore sanarit? Mulier cui ad diuitiẽdum amorem sufficiebat ut odisset, ipsa pro te commenta est ut illam tu potius odisses. Finge te tamen aliqua remedij tui sentire tormenta, arrogantissime miserorum: tu autem sperabas ardoris immodici felicem statim sanitatem. Quid si queratur æger abstinentiæ dolore sanatus? Excussa sunt plerunque languentium uerberibus redemptaq; debilitate uitia: ignibus, uulneribus interdum profutura grassata sunt, & quæ fuissent

fuisse. At mala sanitatis, in gratiam remediorū de maioris periculi comparatione redierunt. Vix mehercle cōtingere potest, ut hilares ab hac impatientia lætique discedant, quos pudor, quos satietas, quos pœnitentiæ ratio dimittit. Nec sine aliquo morsu resilitur à malis, quæ uoluptate tenuerunt. Iterum materia amoris est, desinere, nec queri. Opus fuit pari diuersitate, utribus quantis adamasti, ne respiceres, ne frequēter in media sanitate subsisteres. Quale tibi remedium debuerit adhiberi, uel ex hodierno sentis tuuenis affectu. Pro homine qui post odium queritur quòd non amet, parum fuit si amare desineret. Audi igitur ingratissime, quatinus ad publicas aures secreta nostra proferre uoluisti. Dedi. Quid enim, inquit, facerem, quæ remedia tua multa perdideram? Ferre misera non poteram, quòd te iam cœperunt omnes ridere meretrices. Repete agedum illarum colloquia noctium, quibus te frequēter alterius, & fortasse diuitis amatoris iniuria receptum, inter oscula amplexusq; monui. Quid miser cum fortuna, quid cum mea conditione rixaris? Parce necessitatibus meis, duo pauperes sumus. Sed & tu quoties in sinus meos lacrymis fletuq; resolutus exclamasti, Sentio furorem, sed imperare oculis, sed animum regere non possum! quam libēter te mulier odissem! Non est igitur ingratissime mortalium quòd beneficium nostrum nomine potionis infames. Remedium bibisti, sed illud odium tuum est. Quid? quòd furis, conuiciaris, exclamas, non est haustus illius affectus, sed amor. Talis fuisti. Aliud sunt, aliud, illi quos in uoluptates superfluentium facultatum mittit secura felicitas. Improbius pauperes amant. Sic tumultuabaris admissus, sic moras, sic impedimenta ferre non poteras. Male diccebas populo, conuiciabaris intrantibus. Cuius unquā felicius commutata fortuna est, si tunc omnes oderas, nunc unam pauper odisti? Quin potius iuuenis admittis consilij ration

rationem? Quid agis infelix? Cur reddisti modò sanitatem rigore nimiæ contentionis exasperas? Prædico, testor, consumis odium, nondum totum mentem uis perfusa possedit, adhuc circa te duo maximi rixantur affectus. adiuua potius, adiuua potionem. Contradic agedum, quicquid est aliud quod tumultuatur, exæstuat: totumq; sanitas componat hominem. Tunc te sciemus amare desisse, cum desieris odisse. Et innocentiā quidem puellæ satis, ut spero, defendimus, magnitudo periculi uocet preces. Consurge agedum miserrima fœminarum, reliquā defensionis tuæ partem tuere lacrymis. Accusator quid speras? quid expectas? Ad genua tua non mittimus eam. Toto licet infelicem terrore conueniat, non exosculabitur manus. Mortem, suprema denuncies, te non rogabit. Frustra tibi aliquid de periculo nostro metuq; promittis. Nescis, puella non habet odij remedium. Sanè tamen utribus potionis effectum sit, ut accusaueris innocentem: sufficit ultioni uidisse pallentem: satis est audisse gemitus: memineris hanc esse quam tu non iuuenis odisti. Quid agis? etiam'ne perferes illud pronunciationis anceps, illud humanæ salutis incertum? Numerabis ergo sententias, & si damnaueris, exultabis nefande, gaudebis? Puto non adamasti. An & sequeris dum carnifex trahit? Intereris dum hos oculos occisura contingit manus? dum hæc amplexibus tuis nota ceruix, ad supremos nudatur ictus? Non exilies? non pectus oppones? non fidem hominum deorum'que clamabis? Accipies percussam super palpitantia membra cōsistens? potes hoc uidere? potes hoc ferre? Sanatus es. Quòd si quid tristius iudicij huius attulerit euentus, dij rapidè pereuntiū beneficiorū semper ultores, dij quos iste crudelis in amplexibus puellæ frequenter mœrore, lacrymis, aut finem amoris rogauit, aut mortē, date nobis iustam de ingrato iuuene uindictam. Non imprecamur debilitates, naufragia

Universidad de Deusto
Biblioteca

gia, morbos. Pauper sit, & amet quancunque meretricem, & amare non desinat.

AMICI VADES,

DECLAM. XVI.

ARGVMENTVM.

Duo amici, ex quibus uni mater erat, peregre profecti, ad tyrannum appliciti sunt. Mater cognito quòd filius haberetur à tyranno, fiendo oculos amisit. Oblata est à iuuenibus tyranno cõditio ut dimitteret alterum ad uisendam matrem, ad diem præstituram reuersurumita ut nisi occurrisset ad diẽ, de eo qui restiterat, pœna sumeretur. Et iureiurando adstrictus est. Venit iuuenis in ciuitatem. Mater detinet ex lege, qua parentes in calamitate deserere non licebat.

Pro iuuene contra matrem.

TSI sanctißimi uiri olim omnes uidcor humanorum pectorũ affectus in solam amicitiam contulisse, & patior inuidiam hominis qui sibi non reliquerit ut amaret & matrẽ: quoties tamen uniuersam pietatis meæ conscientiam intueor, in qua minimum est quòd uideor bonus amicus, non possum nõ hanc primã electionis nostræ cõplorare fortunã, quòd mihi necesse est aut amicum relinquere, aut matrẽ. Facinus seuerißimi uiri. facinus fit impatiẽtißimis affectibus meis, quòd succurri nõ potest duobus. Excedit omnem querelæ meæ cõplorationẽ, quòd tam diuersis meorũ conatibus aduersa cõueniunt, ut uidear eligere. Quid nõ darẽ miser pro luce matris, qui ut illã uiderem, amicũ dedi? Fidẽ uestram iudices, ne inter maximas necessitates pereat usus hominis, qui paratus est duobus impendi. Iam hic est tota ratio clemẽtiæ, ne ibi me detineatis, ubi nõ prosum. Nec dißimulo sanctißimi uiri proferre me cũ maximi tum incredibilis exẽpli fidem,

dem, ut nõ immerito poßim uideri cum matre colludere. Ego uideor excogitasse istũ colorẽ, & hoc quòd detineor, amicitiæ uocatur infirmitas. Miseremini iudices, tentate me, & dimittite. An uoluerim reuerti, scire non potestis nisi reuertor. Illud sanctißimi iudices, illud affectus meos torquet ac lacerat, q; sim ingenti expectatione deceptus. Speraverã futurũ, ut hoc loco rem magnã faceret & mater. Paravierã apud tyrannum hãc factationẽ, ut me crederet remissum: & genus ostentationis adamauerã, ut mirarentur hominis fidẽ etiam in orbitate. Quo uultis hoc animo ferã, quòd etiã ut reuertar, amico meo mater imposuit? Et quantũ ad hãc pertinet, maximũ iuuenem decepit, illũ qui meos crediderit affectus. Nõ possum iudices, litis huius dißimulare facinus. innocentius fuerat ut ego nollẽ reuerti. Viderint sanctißimi uiri, qui receptas nominũ persuasiones uelut aliquam seruitutẽ charitatis attendũt. Me si quis interroget, nullos affectus tantum nasci puto. Et si quis omnia uera ratiõe respiciat, quicquid liberos, fratres, propinquos inuicẽ tenet, amicitia est. Homines igitur, quos cum maximè incredibilũ rerũ loquitur inuidia, sumus sine dubio non eiusdẽ pars animæ, nõ eiusdẽ pondus uteri: & quãto minus in caussis, tãto plus in affectu est. Admirabilior charitas, in quã coimus uiribus nostris. Nõ pudet iudices hãc fateri persuasionẽ, minus debetur homini qui aliquẽ ideo tantũ amat, quia necesse est. Ita est iudices, ita est, à primis statim ætatibus in eandem coire uitã, habet aliquẽ fraternitatis affectum. Sic effectũ est, ut nos statim sima committeret: & tali certamine coiimus, ut si quid accidisset uni, deberet & alteri exemplum. Inde est quod & pariter reuerti cõtẽpsimus, & quasi facilius esset inter fidos, placuit sub incerto pelagi cohærere. Nec tamẽ uanitate, nec discursu putetis extractos: magnas & inexplicabiles nauigãdi fuisse caussas, uel hinc potestis æstimare, q; nos non

detinuit

detinuit hic mater. Vtrum'ne igitur iudices sumere de nobis etiam nunc uoluit experimentũ ipsa amicitias & parũ fortuna credidit hominibus adhuc tantũ feliciter amãtibus? An hæc est magnæ semper opinionis inuidia? nec ulli unquàm tam plena cõfessione laudantur, ut illos non ipsa quoq; amicitia tẽtare uelit? Littoribus appulsi sumus, homines, quorũ omnia casus, fama custodiebat. Consumitur terrore, qui parentibus statim cæcitas est. Hinc illud euenit, quòd sumus pariter alligati. Sic magis aduersus solutũ carcer inuẽtus est. Pudet iudices fateri, iam in hoc uictus, iam inferior recessi. ex duobus magis amatur, quẽ tyrannus paratus est alligare. Quantum tibi amice debeo? Non potuit nos diuidere nisi mater. Tibi primũ cæcitas nunciata est, tuus hic affẽctus fuit quòd hoc credidit tyrannus. Quid ille nõ fecit ut rex desideraverit uicarium corpus? amplexus est catenas. Sponderi sibi uoluit hominẽ rediturum per maria, per matrẽ: repromisit de incertis tanquàm de animo suo. Quis hominũ pro se tam multa fecisset? Præstitit, inquã, amicus, præstitit rem quã uidebatur ideo tyrannus indulsisse, ne fieret: & hominẽ qui in rebus humanis hũc esse nolebat affẽctũ, decipimus dũ tentamur. Ego non inuenio cur horreat mater carcerẽ, quid sibi uelit quasi destinatas operire ceruices. Nõ odit me tyrannus, cuius nõ interest an aliũ occidat. Miserere mater, si quis est magnorũ meritorum pudor: quærere quòd unum de cæcitate impatiẽtius ex nobis amaris semper absentem. Cui tu fortunas, quibus necessitatibus iniscis manũ? Me ad amicũ meũ admitteret alterius catena, & tyrãnus nunc mihi portas operiret, subsidio nauigiũ pirata præstaret. Si mehercle antè morerer, ire deberes mater ad diem. Misera nõ intelligis quãto te magis plus obligauerit amicus? plus debes homini, qui me tibi remisit, ex quo pati non potes ut reuertar. Libet mehercle iudices, libet miserari hominũ qui me

me laudãt reuertentẽ. Amicus mihi credidit ut redirẽ. Ita nunc ego facio rem magnã, ego sum ille bonus amicus, ille mirabilis, ille narrãdus. Siqua dicentis fides est, facinus mihi uidetur, quòd scio me nõ esse periturũ. Sẽtit iudices & ipsa mater rem se facere turpissimam, si necessitate detineat. Itaq; mulier quæ adhuc de affẽctu cũcta fecerat, ad legẽ subito conuertitur. Pessima iudices caussa matris est, in qua plurimũ lex potest. Liberi parẽtes in calamitate ne deserãt. Facinus est iudices hoc dicere homini reuerso. Ita nũc ego cõtẽno matrẽ, ego despicio cæcitatis obsequia, homo qui omniũ calamitatum mearũ ambitiũ in hoc cõsumpsi, ut redirem? qui inter supremas solicitudines non pro me rogaui? Mihi quisquã contumacium supplicia liberorũ, mihi neglectæ pietatis minatur inuidiã? Bone Iupiter, quanti mihi constitit ne malus filius uiderer? Imputem tibi necesse est mater, quòd meum amicum propter te reliqui, ad quẽ facinus est non reuerti. Nondũ iudices necessitates meas, nondum amici merita refero, interim contendo tũc esse tantũ legis huius usum, cũ in calamitate soli sunt parẽtes. Magnã partem mortaliũ fortuna dimisit à legibus, nec ulla iura tã trista sunt, ut ea in aduersis patiantur homines. Ego cum me necessitas rapit, sic habeo queri, quasi relinquar. Excusatæ sunt parentibus liberorũ calamitates, & si quem lex ista deprehenderit, in alterius filiũ transeat necesse est tanquàm orbitatẽ. Quid enim si me detinente matre alter è latere reuocaret? & si bella militẽ poscerent, si Legatum patria dimitteret, ueluti ad propriã descendam necessitatis meæ complorationẽ? Si me damnatum pœna constringeret, uidelicet effringeres carcerẽ mater, inijceres carnifici manum, & perituri filij iugulũ authoritate iuris operires? Dij deæq; quàm longè est lex quæ retinet hominem, qui pœnæ non uenit! Nescis quãtũ intelligo mater, quantam inuidiam debeant facere liberis parentes, à quibus relin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quuntur. Mater quæ se deseri queritur, illud exclamet, Filium meũ ciuitas peregrina soliciat: ut amœnos nescio cuius recessus orbis petat, debilitati meæ subtrahit humeros. Iuuenis meus abducitur amore meretricis, & ab officijs ciuitatis uitijs abstrahitur oculorũ. Eiusmodi gemitu filiũ necesse est persequaris, ut quod detineor, obiter & pœna sit. Non facit ista lex ad liberos qui misericordia detinentur. Vt turpe sit quòd recedo, in eo tantum est ad quem reuertor: & ut facinus sit relicta mater, non faciunt nisi caussæ relinquẽdi. Homo qui ad tyrannum reuertor, si malo animo relinquo matrẽ, dignus sum qui detineat. Non est itaque quod subinde nominis uestri beneficia mater opponas, non est quod utilitati tuæ fieri putes, si credimus esse in rebus humanis & alterũ affectum amicitiæ, quam mihi uidetur natura excogitasse coire inuicẽ posse totũ hominum genus: quæ ideo nondum circa se tenet omnes admirationes, quia tota non cõtingit, quæ tamen peruenerat ad incredibiliũ fidẽ, nisi illã uos impediretis. Amicitia plurimorum corporum, unus animus, uicariæ manus, fortior quàm matris affectus. Rogo quid refert quid uocetur ille qui sic amat? Quid interest ex quibus magna merita descendant? Vultis scire quid de hoc affectu sentiat mater? Et amicum meum putat malle ne reuertar. Finge me positis paulisper meritis, quibus obligatus sum, hoc tantũ dicere, Amicus alligatus est, ire uolo mater ut redeat, ut cõsoler, ut dominũ rogẽ, ut si tyrãnus exegerit, uicariũ corpus opponam. Quid detines? quid moraris? Hoc est tẽpus propter quod coimus. Nescias an diligat cuius non habet experimenta nisi sola felicitas: & si uitæ præstes omnia secũda, amicus ociosa res est. Dicturũ me putas, hoc expectat? alligatus, expectat totũ immò genus hominũ, & nos in hanc fidẽ persuasionis receperunt, ut si hoc faciã, nemo uiuat. Vis scire mater quem affectum, quam reuerentiam in calamitatibus amico præstare debeamus? Nullam legem timuit ne relinqueretur. Differo interim caussam amicitiæ, agere paulisper omnium libet, & tyrãnus mihi credidit, uolo reuerti. Nulli unquam mater plus commisit fides, neminem magis obligauerunt expectationes. Credidit mihi homo, cui res fauorabilis cõtingit si decipitur, qui sibi excogitasse cõtra omnes amicos uidetur, ut illi imponeremus. Non est quod mihi supplicia, quod omnem mortis apparatum mater opponas. Facinus est, id tantum hominibus bene credere, quod expedit: & actum est de rebus humanis, si sola seruatur utilitatum fides. Infinitum est quantũ mihi crediderit tyrannus, si me occiderit reuersum. Intelligit iudices & ipsa mater, quantæ reuerentiæ locũ amicus obtineat, quæ incipit contendere affectu. Nisi fallor igitur, cũ ego sim materia litis, hoc primũ æstimare debetis, uter in ea calamitate plus fecerit. Ante omnia permitte mihi de hoc affectus tui genere mater queri. Quid tibi tã rabido, tã præcipui dolore uoluisti? Quid aduersis tuis præstare faciem, & in oculos tuos accipere nunciũ? Non reliquisti tibi ut redimeres, sine dubio adiecisti ad matris affectus: oculos in media orbitate fudisti, sed illud nõ laxat catenas, non explicat corpus. Quid mihi prodest iste qui se citra filium consumpsit affectus? Plus feciſſet mater quæ isset ad tyrannum. Alligatus sum, tu nunc sic flebis tanquam soluar in lectulo, tanquam in tuis manibus expirem. In quibusdam calamitatibus desperatio non est summus affectus: & quisquis orbitatẽ statim credit, festinat ad impatientiæ securitatẽ. Insimules licet mater tantæ pro me impatientiæ, tam incredibilis affectus, amicus rem difficiliorem fecit, quòd seruauit oculos suos, ut alligaretur. Dij deæq; quantum ille præstitit qui mihi inuidit pœnã meam, nec recessit! Ille, ille terribilẽ carcerẽ facit, qui inde procedit. Iam non corporis nexus hærebat, nec aliud quàm resederant pon-

dere

dere catenæ, consumpti longo squallore uultus, cõcretæ noctibus diebusq; super ora lacrymæ. Miseremini iudices, ne perdat authoritatem meritum quod ultra expectationem est. Ponite sub oculis alligatos, quorum alterum amicus redemerit, alterũ mater. Rogo uter plus fecerit? Bone Iupiter, quàm auide, quàm fortiter uincula nostra tractauit! Quibus ille precibus exegit ut sibi crederetur! Accipe, inquit, has manus, hæc membra, si fieri potest, ut amicum matri remittamus. In totum explebo, si uideatur, uicaria pœna locum recedentis. Vel si uis utique tibi dimissa membra restitui, spondeo quencunque iusseris aperto iugulo diem. Fidem deorum hominumq;, quid non factum est ut amicum meum pœniteret? Ingestum est misero illud carceris tenebrarumq; secretum, grauioribus uinculis opus esse carnifex dixit ad bonum amicum. Accedere ad illud cubile iussi sunt homines nocentes: & subinde dictum est, Vide tamen, amicus si tanti est. Vna uox, unus miseri gemitus, Vrite, lacerate, distrahite, ille tamen reuertetur. Miserere mater, magna res agitur, amicum meum reliqui contendentem cum tyranno. Excuso me uobis humani generis affectus, & tibi ante omnia mater excuso, quòd hoc fieri passus sum. Vlla ergo in rebus humanis necessitas tanti fuit, ut illum amicum meum in carcerẽ ipse deducerem? ut squallorem meum, meas catenas in membra festinantis exuerem? ut tam abrupti commeatus diem contra tot incerta promitterem? Testor te misera conscientia, & si quod nos in illa necessitate numen aspexit, quãtum simus nixati circa catenas, quàm omnia fecerim ut ille potius ueniret ad matrem. Fateor iudices, unius cogitationis pudore uictus sum, quòd tam magni beneficij difficultatem ab amico nõ accipere, affectus uidebatur hominis qui non crediderit. Miserere mater, ne me solutũ putes, amicũ alligaui. Hæ sunt catenæ quæ tegunt membra, quæ per maria, per infinita terra

terrarum spatia restringũt. Sic non potest carcer effringi. Inuideo tyranno, scit alligare amicos, scit tenere dimissum. Iterum ac subinde proclamem necesse est, Ego amicum meum alligaui, & ut te uiderem, pœnam meam altero homine implebi. Scio quo hoc amicus præstiterit animo, sed ego rem feci hominis non reuersuri. Interrogo hoc loco impatientiam tuam mater, interrogo, quid faceres si nos ad te uidendam deduxisset alligatos aliquis satelles, si barbarus aliquis? Fruerêris oculis, fruereris amplexibus? Non est quòd te ista tanquàm leuior, tanquàm expeditior conditio decipiat. Quid putas esse quòd me dimisit solutum ire quò uellem? Crudelis artifex non reliquit nobis ut imponeremus. Superuacuò igitur hoc uos in matris caussa mouet, quòd cæca est. Hoc quòd nobis inuidiam facit uulneribus oculorum, nolite detinendi putare caussas: idem uidens faceret. Nec plus est quod non potest cæcitas ferre, quàm mater ut aliqua filio carere non possit, nonnunquam calamitas facit. Quòd si iudices in persona mea nec affectu nec meritis inferior est amicus, quid aliud iustitia uestra debet attendere, quàm uter plus patiatur? Iam satiauit dolorem mater, egessit æstus, effudit impetum, iam non desiderant oculi, cum cadunt. Adijce quòd hanc qualemcunq; fortunam inter amicos tenet, inter propinquos, habet omnia ministeria sua debilitas, suas cooperationes. Vis scire quanto intolerabilius sit quod patitur amicus? Excæcauit te quòd ego sic tenebar: ille accipit cibos, quos carnifex, quos tortor apponit.

VENENVM EFFVSVM, DECLAM. XVII.

ARGVMENTVM.

Filium ter abdicare uoluit pater, uictus. Incurit quodam tempore in secreta domus parte medicamentũ terentem. Interrogauit

Universidad de Deusto
Biblioteca

quid esset, cui parasset. Ille dixit uenenũ, & se mori uelle. Iussit pater bibere. Ille effudit medicamentũ. Accusatur à patre parricidii.

Pro Filio contra Patrem.

IASSATVS per diuersos miseræ mentis æstus, & eundem dolorẽ, dum me ab utroq; animi genere semper quod impulerit abducat, & in pertinaciam desperationemq; neutram mihi liceat perferre patientiã: hoc primum a notissima clementia uestra peto, ne miremini quòd inter tam uaria tristissimaq; fata consilio diductus sum, nec pro malis meis quicquam melius inuenire potui, quàm ut morerer: nec pro innocẽtia, quàm ut uiuerem. Nouo igitur iudices inauditoq; genere discriminis utriusq; animi reus, qua satis calamitates meas comploratione, quo deflebo gemitu? Filium mori uolentem penè occidit, quòd interuenerat pater. Videtis adhuc illa secreti nostri contentione rixantem. Quicquid citra suprema, citra exitium est, contumaciam uocat: quantum absolutionem aspicit, uitam. Quis post hoc quærat ac dubitet quo me affectu iusserit uirus haurire, qui parricidium uocat quòd nõ biberim? Permissurus fuit, si bibere uoluissem. Quæso itaq; iudices delationis hodiernæ penitus uelitis perspicere caussas. Obiecere putatis parricidium patrem pro se? Necatur, uritur, sine dubio torquetur uita. hoc enim non potest ferre, quòd mori filium iussit, nec coegit, & scit facinus fuisse in imperio, si innocentia est quòd recusauit. Suæ quod crudelitatis est, uel ab inuidia se criminibus meis defendit, excusat, & ne uocem illam tanquam peractum facinus oderitis, substituit pro malo patre miserum. Hic est iudices deprehensæ impietatis æstus. Nemo unquam uolet innocentem filium uideri, quem uoluerit occidere. Illud quoque iudices a grauitate publica peto, ne quis me mori uoluisse non credat contumaciter. Adhuc prio-

ris cõstantiæ meæ more defendor: alia est mihi ratio cum uicè, fortior sum reus quàm absolutus. Sed tunc tãtum par esse non possum calamitatibus meis, cum me constare cœpit nihil aliud esse quàm miserum. Bene quòd rursus uocauit in forum, iussit integritatis agere caussam, fecit ut mihi uidear perdidisse mortem. Si pœnitet patrem quòd me bibere iussit uenenum, ego ferre non possum quòd effudi. Licet igitur immitissimus senex cõfundere publicos conetur affectus, querelarum fronte mutata, non sumus noui uobis accusator & reus, nec nos modò pietatis euersæ recens asseruit immanitas: parricidam me olim uocat. Ita est enim iudices, ita est, iam pridem hominum nefandorum solis nominibus accusatur. Sic mihi illa prima patris maledixit asperitas. Hic est ille quem desinere iam iusseratis, qui semper ad nos recurrit, & uinciltur. Fallitur quisquis illam de moribus senis lassitudinem uel patientiam sperat. Patri qui abdicare non potuit, minus est filius nocens, quàm absolutus. O pertinacissimam accusatorum genus, uicti parentes. Dum authoritatem nominis uestri fortius imperiosis asseritis affectibus, & ne pudorem pœnitentiamq; fateamini, contumacia uindicatis errorem, calamitatibus meis accessit, ut ter absoluerer. Nanque ut erat in superuacuo odio mei senex prima luce deprehensus, ferre non potuit, quòd reddebar inuito: & quia à iudicibus non impetrauerat ut abdicaret, apud se tenuit, ne desineret hoc uelle. Credidit tamen aliquid profecturum querelarum errore repetito, & speranit iuxta contentionem suam ut lassesceret aliquãdo pro me iusta miseratio. Quid facerẽ igitur? quò uerterẽ iam fatigatã innocẽtiã? Nec exire me decebat ex domo, ne uiderer quicquid uos nõ credideratis, agnoscere: nec expectare poteram, cum mihi rursus aliã seriẽ malorũ minaretur, quòd me iam cœperat pater cõtentione qua uobis irascebatur, odisse. Tandẽ infelix mi-

fertus mei, miſertus patris, cum de præteritis proſpicerem iurgia tam lõga quàm uitã, captaui fateor omnẽ occurſum, quem mihi uidebar exaſperare præſentia, exorare dum morior, & tanquàm notiſſimi ambitus genus excogitaui, ut me in honorem ſui reuerẽtiamq; pereũtem, ſic odiſſe deſineret, quomodo parce're ſolet ira cedenti. Non habet alium quàm mortis exitum filius, qui nec reconciliari poteſt, nec abdicari. Erat in domo noſtra locus, in quo ſedebam ſemper reus, in quem reuertebar abſolutus, querelis meis lacrymiſq; iam conſcius, in quem ſe ferant. In hunc non tanquam cuſtodiæ patris imponerem (nam quid poſſit inueniri, quò non me capientis aliquid deprehendere cura ſequeretur?) ſed ſicut ſolent qui immori uolunt, pudore, non ira, ab omnibus quæ uidebantur auocatura, ſeceſſi. Nam nec placuerat exitus genus querulum, tumultuoſum, aut quod faceret inuidiam. Sed quid mihi tecum eſt integritatis nimia ſimplicitas? Non putat ſe poſſe deprehendi, quiſquis uenenum parat ipſe poturus. Totus oculis animoq; conuerſus hærebam miſer in opere moriendi (nec diſſimulo) cum quadam cunctatione, cum mora, ſicuti bonæ conſcientiæ lẽta mors eſt, nec præcipiti per ſuprema trepidatione feſtinãt quos hoc ſolum quòd ſui miſerentur occidit. Abiit per tacitas conqueſtiones mens in obitus contemplatione poſita: & hauſturus potionem qua renunciarem rebus humanis, totam apud ſe repetebat animus innocentiam ſuam, cum pater ſecretum quod per impatientiam percuntis impleueram (quantum credo) lacrymis meis gemituq; perductus intrauit. Non poteſt uideri Iudices ſuſpicatus aliquid de parricidio: quid tererem, cui pararem, neſciebat, qui interrogauit. Nuncio uobis ſanctiſſimi uiri, nihil à morientibus fingi: nihil uita laborante ſimplicius. Ad ſubitum interuentum patris non tanquam deprehenſus obſtupui, facinus me tacente non pallor, non eſt confeſſa

confeſſa trepidatio: nec, ſicut accidere nocentibus ſolet, illa obuia ſemper errantium patrociniorum uerba uariaui, cum me repente interrogatione ſubita auocauit, abduxit, quæſiuit quid tererem, cui pararem: ſed ego ſine cunctatione, ſine tarditate reſpondi & me mori uelle eadem ueritate, & confeſſus ſum uenenum eſſe quod terebatur. Date Iudices patrem qui filiũ mori nolit & credit. Quis habeat Iudices dicenti fidem? Venenum filij quod inuenerat pater, non ille potius effudit, fletit quinimmo intrepidus, arrogans iuxta orbitatem quam uidebat, & mihi mortem quam promiſeram, quam minabar, ingeſſit. Bibe, inquit. Quis poſt hoc Iudices expectat, ut continuo paream iubenti? Ita demum mihi non eſt aliud relictum, ſi patri parui. Audite nũc dij pariter atq; homines, quid poſt tres abdicationes, & querelas toties iudicum grauitate percuſſas, uelut attonitus amens nunciet ſeculo pater parricida ſæuus, parricida crudelis. Non bibi uenenum. Hoc eſt totum facinus meum, uiuo, reſpõdeo, non fugio iudicẽ, non credo crimini bus. Iam non miror quid ſit circa quod impatientia deceptæ crudelitatis exæſtuet plus quàm orbitatis gaudium, quod modo perdidit ſenex, ſperauerat ut occidere me poſſet meo ueneno. Sed quatinus inueniſſe ſe putat quod crederetis, ut cõtentionibus ſubinde damnatis authoritatẽ de nouo dolore circundaret, inuſitata commẽtus eſt. Quæ ſola mihi ſupereſt ratio uiuendi, facinus ea ſimplicitate, ea fide denego, qua confeſſus ſum de ueneno. Parricidij agis. Abſtuliſti quidẽ mihi partem, ut exclamarem hoc loco, fieri non poteſt. Scio quantum defenſioni meæ difficultatis adiecerit, quòd iampridem in domo noſtra humanorum pignorum ratio non conſtat, ſed pronunciatum liquet utri ex nobis facilior ſit impietas, uter iuxta alterius languorem ſuprema non fecerit. Tu unicum quotidie proturbare conaris è domo, uelles inopiam meam, uel-

les aspicere squallorem. Ego oculos illas expellentis manus, ego abijcientis genua tenco, & ad patrem qui me tam notabiliter odit, non habeo cur uelim redire, si non amor. Præualeret nominis tui fortasis authoritas, si cõtentio nostra cœpisset à ueneno. Consumpsisti quicquid est quod parentes ab omnium scelerũ suspicione defendit. Non habet pater unde parricidium de filio credat, nisi quem posset occidere. Me quidem pater infelicis huius persuasionis simplicitatem si quis interroget, nec à te parricidium fieri posse credo, nisi meo ueneno. Facinus tamen in omnibus incredibile pignoribus, nullis difficilius quàm liberis puto. Vos adhuc in suprema nostra præcipitat authoritas, qui filium occidere uocatis plerunque grauitatem, sicut abdicationis emẽdationem, sicut reliqua supplicia nostra rationis fronte protegitis, cũctosq; prærigidæ mẽtis affectus uocabulo molliore lenitis. Nos nec felices facinus istud possumus concipere, nec miseri. Non peruenimus ad nefas istud nec necessitates. Omnis citra desperationem dolor, ira, languescit. Et quanto dij deæq; difficilius si patraretur sine conscio, sine ministro, totumq; facinus & animum filij poscat, & manus? Memento cuius obijcias immanitatis horrorem, patrem occidere uelle. Hinc tantum accipis uires, ut mori possis deprehensus. Vt sciatis, inquit, uerum esse quod obijcio, & abdicare uolui. Non potest pater efficere genus querendi, pertinacia probationis. Tu cum dicis, filius me uoluit occidere, uideris tibi facere prioribus iudicibus inuidiam, exclamare, uos faciles, uos misericordes, hunc mihi redditis, Sed iniquissimum est ut abdicatio, quæ nec in sui ualuit effectum, fidem maiori crimini præstet. Non sum reus inexplorati pudoris, nec anteacta uitæ meæ sub hodierna primum lite tractantur. Felicior innocentia est citra suspiciones, certior post reatum. Et quantũ infamiæ præstant obiecta dum nutãt, tantund

tantundem authoritatis absoluta restituunt. An scilicet superatus est gratia pater, & apud senes, & apud parentes authoritate prævalui? Viderint qui calamitatibus suis sic bladiũtur, ut sibi affuisse credant misericordiam, fauorem: filius à patre delatus, nunquam poterit superior esse nisi caussa. Sanè tamen feramus ut prima abdicatione non egesseris totum dolorem, multa tibi de criminibus meis uerecundia querendi, multa paternæ pietatis abstulerit infirmitas, quid non implet repetita delatio? Reuersus es in forum iam ad iudices iratos. Quanto terrore cuncta pertulit pudor ille iam uicti & redeuntis in damnatam colluctationem? Acrior semper ex uerecundia dolor. Sed & iudicum cura quanto malignior circa redituram reum? Quàm multis placet illa de dissimilitudine pronunciationis authoritas, & seuerior uidetur diuersa sententia? Tertia uerò abdicatio dij immortales quem apparatum, quem motum ambitum! Ego miror quòd mihi licuit audiri, quòd me non statim primus querelarum tumultus oppressit. Quid post ista noui pater obijci potest? Inter leges, inter iura consenui, non habeo in moribus meis, quod non melius iudices sciant. Scilicet cepit natura rerum ut futurus parricida nõ præmiserit notas, nullis antè sit maximi sceleris immanitas tumultuata flagitijs: & quandoque culeo, serpentibus expianda feritas, sub placida mente primam pertulerit ætatem? Aliud est miserorum genus quod clemẽtia, quod succurrendi fauore dimittitur. Absoluerunt me qui sciebant non profuturum mihi quòd non abdicarer. Proclames igitur licet, Subinde detuli, sæpe questus sum, ter abdicare uolui: hoc tamen res ista debet efficere, ut tibi non oporteat credi, quicquid aliud obieceris. Non enim sequitur pater, ut me tuis criminibus accuses, quòd nocentem tuis moribus probes filium. Parricidam non facit seueritas uestra, non sæuitia, non

terror,

Universidad de Deusto
Biblioteca

terror: ad tam grande ſicinus non ira opus eſt, ſed moribus: non dolore, ſed mẽte. Omnes iniuriæ leuius exaſperant, leuius oderunt: innocentis filij ultio eſt mori. Quòd ſi manifeſtum eſt, nihil tunc in moribus fuiſſe meis, quod poſſet eſſe ſuſpectũ, æſtimemus unde poſtea traxerim parricidij cauſſas. Vos libet interrogare hoc loco iudices, quis magis debet innocentiam amare? Vici patrem, omni nunc ſolicitudine, omni labore cuſtodiam illam gratiam, illum ambitum meum, quo remuneror aduocatos, quo perſoluo iudicibus illud propter quod audeo domum reuerti, propter quod non timeo caſus, non ſubita pro patre, non maligna fata. Fidem non capit, ut me tres abſolutiones & innocentem probauerint, & effecerint parricidam. Præterea pater quàm infirmum me, quàm trepidũ reddit ipſa uictoria? An ſcilicet ignoro quòd me reuerſum circũſiſtat totius domus maligna cura? quòd uiuo inter homines quibus apud te gratiam parat, ſi de nobis aliqua mentiantur, fingant? Videlicet hoc nos in ſicinus præcipitat, impellit, quòd aliquid ſperamus de teſtamento tuo. Quid? ego non ſentio quòd ſimuli ſcelere miſſus in domum, à charitate tamen excluſus, abiectius ſum? Rogo qua fiducia ſicinus paro toties delatus, & paterna conqueſtione petitus? Quod uis patrocinium ſperem pro parricidio meo? Defendi non poſſem, ſi bibiſſes tu uenenum. Finge me parricidij uoluntatem, finge habere cauſſas: unde occaſionem, unde fiduciam? Ego nec mori poſſum, niſi ut deprehendar. Venenum paro, qui non miniſtrum, qui non inuenio conſcium? Deſpicior à liberis, contemnor à ſeruulis, euitant ſermonem meum, colloquia fugiunt, & charitatem tui ſimulãt odio mei. An uidelicet ſpero poſſe fieri ut ipſe porrigam? Eſt enim mihi ad conuictus tuos facilis acceſſus. Venenum mehercle putabis quicquid dederint hæ manus. Et uirus præſentaneum paro, quod ſtatim, quod ſubito corripiat?

piat? At quemadmodum mihi ſuperſit ulla defenſio? An lentum, & quod tarda peſte conſumat. ſcilicet ut non ſtatim exclames, ut te meum uirus bibiſſe nõ credas? Rogo, cui paraui uenenum, quod dare non poſſum niſi mihi? tta, inquit, parricidæ argumẽtum eſt & hoc ipſum, quòd habuiſti uenenum. Omnibus iudices, quibus ad ſcelerum conatus adiumatur deteriorum quotidie fœcunda mortalitas, non hanc ſolam potentiam natura conceſſit, in quam malis mentibus & nocentium ducuntur ingenijs, ſed illis uſus ex animo eſt, totumq; quod faciunt, de conſcientia poſſidentis accipiunt. Quid enim ſi latronem gladio tantum probes? Sic munimus & ſomnos. Excute peregrinantium ſinus, hærent tela ſolicitis. Non uetant iſta leges parare, proſpicere: nec inſtrumẽta prohibent, ſed æſtimãt uſus. Finge me uelut in media proſperitate uitæ proclamare, Venenum paraui, ad quod incerti caſus, ad quod languor, dolor, ad quod confugeret improuiſa debilitas. Miramini quòd hoc fecerim homo qui circa me fortunã, qui diſcrimina humana laſſauit? cui ne ſcio quid adhuc paret toties uicta delatio? Debuit habere in ſua poteſtate mortẽ, quẽ iam pater poterat occidere. Nõ eſt, inquit, credibile ut mori uolueris abſolutus, qui reus noluiſti. Poterã quidem dicere pater, Vixi dum ſpero fas eſſe ut incipias aliquãdo miſereri, ut te ſqualor meus frangat, mitigent lacrymæ, pallor exoret: ſed ignoſce innocentiæ, tunc me decuit pertinax & rigida defenſio. Vixi ne me uideretur expuliſſe de ſeculo profundorũ ſcelerũ deprehenſa trepidatio: ne ſuper cadauer meũ proclamare poſſes, Certè merito timui, merito prædixi uenenũ, qui uiuẽdi non habebat audaciã. Ne ſupremis meis conuiciareris, ne quid poſſes obijcere iam non negaturo. Verũ tibi de impatientia mea fatendũ eſt, eadẽ mente nolui mori cũ abdicares, qua non bibi cum iuberes. Sed fruere iterũ, fruere ſæpius cõfeſſione tam miſera, & quia oculos

los spectaculo non licuit implere, satientur aures, uolui mori. Adjece, si uidetur, hanc malis nostris contumeliam, ut interroges, quare abdicare me subinde uoluisti? Quid ais rerũ naturæ pietas? ita iustiores causas habet impatiẽtia, quàm corporum damna, quàm facultatũ tristis euersio? In suprema præcipitat me pater. Ita non hæc una uox cõplectitur omnes calamitates? Non uidemini nunc uobis uniuersos audire miseros? Possimus fortasis aliorũ accidentũ sperare finem: non habent proximorũ odia regressum. Quæcunq; nexus accipere naturæ, & quæ sanguine uisceribusq; cõstricta sunt, nõ laxantur diducta, sed pereunt. Quæ de primo tenore nascẽdi uix in cõtrarium uicta deflectunt, diuq; prauitatis suæ rigore durata, mox in pristinũ cursum remissa non redeunt, sed totũ pondus omnesq; uires inclinata traxerunt: uigore quo sibi permissa creuissent, in ipsius uitij robur adolescũt. In hoc tota est difficultas, ut incipiat nõ amare filiũ pater, hoc cũ frontẽ cõfessionis accipit, reliqua præcipiti furore decurrunt: & redituris charitatibus obstat, quicquid obstiterat odijs. Semel sibi parẽtes liberiq; mutãtur, semel auferũtur. Felices qui habẽt in cõscientia sua quod debeãt emendare, corrigere. Illa demũ potest ira desinere quæ coaluit ex uitijs liberorũ. Ego quid facio, cui non luxuria, nõ est mutãda petulantia? cuius abdicatio nõ de meis, sed de patris moribus uenit? Frustra mihi exhortationes, frustra blandiẽtur uana solatia. Homnis quẽ pater odisse non desinit, unus exitus est, ut se oderit. Et quãtulum habet de toto dolore nostro ille quo uenitur ad iudicẽ dies? Ego cũ dico, pater me odit, illud exclamo, omnes sine me sunt festi dies, omnis lætitia sine filio, non alloquitur mœstũ, non aspicit ille languenti. Gratissimus, quisquis de nobis tristius aliquid attulerit, quisquis maledixerit, conuiciatus fuerit absenti. Ego si hoc possum ferre, merui. Alia sunt aduersa, quæ de continuatione

tione sui patientiam parant, quæ durant assiduitate, firmantq; mentem. Quòd te pater oderit, quotidie nouum est. Minus fortasis urant inuicem simultates, & mutuis detestationibus inuisa respirent. Odium is tantum filius perferre poterit, qui & ipse oderit patrẽ. Vos nunc iudices, uniuersos quinimmo mortales infelicissimus inuenis interrogo, quid me facere uultis? Explicuit nos sine dubio de criminibus exitus, quòd absolutus sum: tamen non hoc effecit ne mori uelim, sed ut mihi liceat & uiuere. Victus sum enim mehercle, uictus sum iudices absolutionibus meis, & (quæ certissima est animæ laborantis infirmitas) misera felicitate defeci. Quem mihi uultum domũ reuerso, quem suadetis animum? Non decet gaudium meum, exaspero hilaritate: non decet mœror, offendo tristitia: capto sermonem, inuisus sum tanquam arroganter insultem. Doloris caussa dicor si proprius aspiciar: uideor si recedo, contemnere. Quousque uincemus? Nesciunt prorsus abdicationibus mederi, qui non statim cedunt, qui conscientiæ suæ rigore nituntur. Non uincitur pater, non sum absolutus: cum domum ueni, nemo me diligit, nemo reueretur. Iam ad nos de penatibus illis non pertinent nisi secreta, nisi latebræ. Non exuo, non depono sordes, & mihi quotidie senex tanquam accusaturus occurrit. Attendo quid faciam, quid loquar, qualis aspiciar, & (quod malignissimum est solicitudinis genus) me ipse custodio. Satiasti me uita, satiasti, & cum felicibus quoque ueniat ex nimia prosperitatis cõtinuatione fastidium, quod tædium paras lassitudine miserorũ? Consumpta est in lacrymis, in precibus ætas, exacti sordibus dies, anxietate noctes. Quid mihi contra tam indigna, tam grauia promittit integritas? Abdicari debet quẽ nocentem pater odit, mori quem innocentem. Sed ut credamus, inquit, uoluisse te mori, cur potissimũ ueneno? Possis quidẽ pater hanc de omni supremorum

genere

genere litem facere moriẽtibus: & quia rerum natura uarias fatorum uias indulsit animæ, in nullo non exitu simili ratione reprehendas quicquid electum est. Sic super strictum nudatumq; mucronem proclamares, cur non ueneno? Sed nihil est delicatius exitu, quem non supplicia, nõ metus, sed collecta de calamitatibus commendat infirmitas. Mihi tamen præcipuè cum hoc mortis instrumento propria concordia est: nõ spargit cruorem, non trucem cadaueris relinquit aspectũ: placida est, quieta est. Ingratißime senex, ego & hoc sic moriendo prospexeram, ne me occidisse alius uideretur. Te nunc apprehendo, te interrogo pater: ita parricida sum ego, qui uenenũ affero in domum tuam imparatum, rude, terendum, cui tam multa restant antequã dari posßit? Ita parricida sum, qui iuxta te quæro secretum, qui de potione tibi incerta, quam nemo detulit, quàm simpliciter tam facilè respõdi? Secedo in medios penates, nullos ab introitu præpono custodes, nõ euito transitus, non exeludo uenturos. Rogo utrum hæc omnia sunt occidere uolentis, an mori? Venenum quod tibi pararetur, inueniſſes absconsum, reconditum, multũ circa illud palloris attoniti, concisa uerba, trepida suspiria, & me negantẽ. Parricida deprehensus effudisset uenenum, ne fateretur. Cur ergo, inquit, si tibi paraueras, non bibisti? Breuiter pater & secundum naturam conditionis humanæ respondeo, nihil aliud esse in potestate miserorum, quàm ut mori uelint. Ego cum dico, mori uolo: non hoc dico, moriturus sum: de animo meo respondeo, non promitto de fato. Miraris quòd quamuis iam teneam uenenum, multum tamen adhuc casibus incertisq; superest accipere? perfossis plerunque uisceribus uitam tamen ab ipsa desperatione reduentem? Strictos circa colla laqueos, aut nexus, aut ipsius corporis ruina decepit, rotatos per abrupta molis iactus explicuit. Tam consentaneum est ne moriatur

riatur qui uelit, quàm quòd morimur inuiti. Sed malo, sicut cœpi, simplici tecum ratione consistere. Nihil æque pater impetu constat, quàm mori uelle: nec quicquã res humanæ impatientius habent perculsis affectu. Hũc si retinere uelles, sufficeit ut morereris: & rationẽ quoq; homini mortis eripiet, si quis abstulerit ardorem. Frangit animum quisquis interuenit: abducit, auocat quisquis alloquitur. Ambiuntur cuncta moriendi spatia pro uita. Ideo nos mehercle crediderim eiusmodi exitum eligere secretum. Minimum est quod confundat hominem infirmitate morientem, & exiguis causßis opus est ut displiceat obitus quem misero suasit integritas. Quid si ueniat aliquis qui gaudeat? qui uindicari se putet? si testes adhibeat oculos, quibus inuidendum sit? Statim mehercle arrogans uita simulabitur. statim contumax dolor cum deprehẽsa morte dissentiet. Nescis quantum mihi hæsitationis paraueris cum interrogas, dum respondere cogis. Sed quẽ & reddere, iterum litigare, defendi. Me uerò tũc pariter omnes tenuistis affectus, indignatio, pietas, reuerẽtia, dolor. Ego propter patrem mori possum, coram patre non possum. Adijce nunc quod & dixisti, bibe. Si mehercle sauciũ palpitantemq; iußisses adigere ferrũ, premerẽ clusis uulneribus animã: si stringere aptatos ad colla nexus, conarer abrupto desilire laqueo: si nõ injecceres manum ad præcipitia properanti, flecterem in plana cursum. Meritò prorsus anima secretũ solitudinẽq; captaueras. Interuenit pater, actum est, perit ille susceptæ mortis ardor, & utroq; nos resoluit affectu. Mori non debeo si uetuerit, non potero si iußerit. Bibe, inquit. Nondũ quidẽ potioni uirus aptatum est, sed me ideo deprehendisti, quia adhuc terebatur. Multa tamẽ mihi pater antè facienda sunt. Volo prius conuocare seruulos, contrahere libertos, complorare, conqueri, mandare, defendi. Bibe. Mihi uerò tunc adiecisse uisus es, teneris, hæres, eamus ad

iudicem. Bibe. Sed hoc iubes tanquam negem uenenum. Interrogare uos uelut in illa secreti nostri præsentia libet, quẽ mihi post hanc uocem animum datis? Dicit hoc accusator, dicit hoc uictus, dicit secreto, dicit sic ut possit negare si bibero. Bibe. Ego quidem uolo, & hoc quammaxime paro, sed totum hunc animum senex tua auiditate mutasti. Bibe. Quid restat aliud quàm ut recusantis ora diducas? ut infundas per oppositas manus! Mihi uerò tunc excidit quid uelim, quid pararim. Vidi truces loquentis oculos, uultus parricidali ardore suffusos: iuberi mihi uidebar ut biberem tuum uenenum. Nescisti pater pertinaciam meam seruare, nescisti. Filium propter te mori uolentem deprehendisti. Vis occidere? ueta. inuade poculum ne hauriam, bibam. Exclama, temerarie quid facis? Iam desino tracsci, iam reuertor in gratiã. Properabo, ut hoc secum aures ferant, ut impatientia tua fruantur oculi. Tibi imputes quod in me retorsisti, quòd ablata sunt sacramenta pereundi. Innocenti facilius est mori, si rogetur ut uiuat. Fidem deorum, in quam me contumaciam pater, in quem tunc impulisti contentionis ardorem, cum diceres, bibe! Nec uiuere mihi libuit, nec mori. Ereptus sum miser animo meo, & improuisa uoce perculsus, sleti sine affectu, sine negatione, attonitus, amens, & me penè aliter occidi. Nihil est profectò improuisorum dolore torrentius, & fractæ malorum contentione mentes ad inexpectata caligant. Non querelas post hoc inuenio, non uerba, non lacrymas. Ad nullius rei conatum sufficit mori alterius animo, & suo ueneno. Licet igitur noua me reatus mole conuenias, non pœnitet tamen illum fixisse, non pœnitet illum spiritum rigoremq; pereundi: tanquam parricida moriebar. Pater qui queritur quòd non bibi, iam nunc disceret, deprehensus erat, negare non poterat. Essem nunc ter abdicatus, & me contenderet ad iudices meos redire non ausum. Bene quòd sic effudi, tanq

tanquam rursus uita placuisset. Venenum quod uideretur deprehensum, nemo ideo bibisse crederetur, quia sibi parauerat. Dic nunc, non sui passurus si bibere uoluisses. Deinde hoc sic probas, ut me hodieq; coneris occidere. Non eras passurus. Quando per fidem inijcis manus? potuit eadem, potuit peragi breuitate qua iusseras. Non eras passurus. Deinde non timuisti ne mihi animum pereundi uel hoc faceret, quòd putabam me iuberi. Facinus est si morior, ut postea quæratur an uolueris occidere. Tu licet inuidiam uocis illius alterius mentis simulatione defendas, occisuri tamen fuit ipsum experimentum. Nec interest rigoris, quædam patiaris, an tentes. Nunquam mouebit patrem filius hoc quòd moritur, quem non mouit hoc quòd paratus est mori. Quid nunc faciam iudices pertinacissimo rigori? in quod me componam patientiæ genus? Videtis hominem quem nullus animi mei status mutat, quem constantia nostra, quẽ offendit infirmitas, uiuere uolo, perturbat, expellit. Mori conor, interpellat, exagitat. Iam forsasis aliquid, si nobis hodieq; clementia uestra succurrerit, parauit, inuenit. Quis finis, quis exitus incredibilium malorum? De filio absoluto fecit ut mori mallet, de moriente ut uiueret. Vos uerò sanctissimi uiri, quo iam ambitu, quibus possem conuenire precibus? Ille uester infelix, ille uester absolutus flere uetitus est. Non habet gratiam suam toties genua complecti, & ad fatigatam misericordiam noui discriminis pondus attulimus. O mors semper imparata miseris, negata cupientibus, quando succurres? Me infelicem, perdidi uenenum. Sed quatinus aliquid pater expectationi tuæ repromisi, nolo desperes. Fruere quinimmo ante suprema, ante exitum meum hac uoce, uicisti. Nescio quidem quod rursus eligã obitus genus: an placeat reparare uirus infelix. Sed prædico, testor, quæcũq; federit traditio lethi, miserere, ne iubeas, miserere, ne cogas. Faci-

lius me occiderent genitus tui, lacrymæ tuæ. Et ne mihi putes illam secreti nostri excidisse uocem, Venenum quidem te iubente bibere non potui, quandoque tamen hoc occidet quod bibere iussisti.

INFAMIS IN MATREM, DECLAM. XVIII.

ARGVMENTVM.

Malæ tractationis sit actio. Speciosum filium infamē tanquàm incestum cum matre committeret, pater in secreta parte domus torsit & occidit in tormentis. Interrogat illum mater quid ex filio compererit. Nolentem dicere, malæ tractationis accusat.

Pro Muliere contra Maritum.

ETSI Iudices callidissimus parricida facinus suum sic ordinauit, ut uobis matrem faceret inuisam, siue dissimularet miserā mortem filij sui, siue quereretur, tantoq; monstrorum nouitate circundatam eò perduxit, ut sibi uideatur infamaturus iterum uel patientiam nostram, uel dolorem: matri tamen, in cuius calamitatibus ne minimum sibi uindicat orbitas locum, ideo ad uos fugiēdum fuit, ut sciretis non illi præstari quòd tacet maritus. Laudo Iudices, laudo miseram, quòd interrogare noluit domi, quòd nihil fecit & ipsa secretò. Hic coram ciuitate, coram liberis ac parentibus, & (licet dissimulare parricida uideatur) corā rumore mater inquirit, quid tormētis uniei quæsierit, quid morte cōpererit. Respondeat saltem reus, fateatur iratus, cur in peracta crudelitate modestiæ fronte substitit. Nec uxori potest uideri parcere, de qua scire uoluit an esset incesta: nec filio, quē tanquam sciret occidit. Ante omnia igitur Iudices mulier infelicissimi pudoris hoc ab affectibus publicis petit, ne uobis accusare uideatur. Reā se incesti, ream parri

ridij putat. Exhibet populo conscientiam suam, & aduersus quencunque sermonem, quodcunque secretum, marito famæq; præstat interrogandi potestatē. Vellet innocentiam suis probare uisceribus, uellet in equuleos, in ignes hanc miseram præcipitare pietatem. Ignoscite Iudices impatientiæ, quæ contra callidissimam dissimulationem libertate doloris exæstuat. Incestum probaretur silētio patris, si taceret & mater. Equidem Iudices tam contrarios affectus senis satis admirari, satis stupere nō possum. In rumore tam suspicax, post tormēta patiens, modò ad fabulas uulgaresq; sermones pronus ac facilis, in orbitate, in parricidio, reatus quoq; dolore conticuit. Quò repente conuersus est? in quam modestiam desperationemq; defecit? torsit tanquam dicturū: tacet tanquam dixerit. Fidem igitur uestram Iudices, ne cui præstet magnæ seueritatis authoritatem, non posse defendi: nec uc ideo suspicari nefanda malitis, quia se silētio parricida miratur. Parcere nunc illum cuiquam tacendo creditus? loqui se cum maximè putat. Et si bene artes & profundæ mentis consilia perspicio, respondere sibi uidetur plusquam mater interrogat. Fallitur quisquis hunc esse credit inexplicabilis doloris æstum, & inter silentij confessionisq; causas miserum pudorem. Alium exitum non habet, quàm ut respondere nolle uideatur, quisquis filium occidit, & probare non potest propter quod debuerit occidi. Coniungat quantum uolet nocentissimus senex cum rumore populi silentium suum, & relatura ordinem tristissimæ sortis collata malignitate eludat ora, compescat aditus: securi tamen estote mortales, fas est, fas est innocentissimæ matri uelut in templis, uelut apud ipsos proclamare superos, Amani filium metum matrona Iudices, cuius puellares annos, primam rudemq; coniugij mentem nulla libidinum respersit infamia, cui impudens rumor, suspicax maritus nihil unquam potuit obijcere

nisi filium. quæ pudicitiæ prima fiducia est, edidit partũ quem maritus agnosceret. non timuit ne stupra furtiuosq; concubitus, paruuli uultus, aut crescentis infantiæ similitudo detegeret. Natum de se continuò (si quid ipsi creditis) impatientius complexa quàm reliquæ parentes, non in nutrices nec in ministeria seposuit: suis aluit uberibus, suo fouit amplexu. Nunquid & hos annos parricida, nũquid & pueritiam miseri iuuenis infamas? Actum est de sacrorum nominum fide, si ut uideatur innocens mater, ætas tantùm filij facit. Accedebat hanc erga unicum optimæ matris impatientiam rigidus pater, asper marituus: & sibi uidebatur parum implere quem pro duobus conferebat affectum. Rarus hic nanque ad oscula, difficilis amplexibus: & qui unicum aspiceret animo quo quandoque posset occidere, fecit ut notabilior esset charitas matris. Omnis igitur miseræ sermo cũ filio, omnis in publicũ pariter egressus. Gaudebat etiam quòd laudandus occursibus, quòd omni frequentia coetuq; conspicuus, populo iam ipse fateretur quòd plus amaretur à matre. Miseremini Iudices, ne nefandas suspiciones maritum ex ullius traxisse credatis indicijs: suum rigorem, suum tantùm secutus est animum. Filium si non ames, uideatur tibi mater adamasse? Questurum nunc me Iudices putatis de licentia sermonis humanit Ego uerò iuxta hunc patrem, non accuso rumorem. Quæ materia fabulæ tam impudentis, quis fuerit author, iste probauit, qui credidit. Facilimum fuit ut loqueretur populus de incesto, de quo mirabatur patrem suspicari. Hæc sunt Iudices quæ mater fecit secure, simpliciter, palàm, coram marito, coram ciuitate. Referat nũc suum iste secretum. Iuuenem (quæ integritatis prima simplicitas est) nihil timentem, in partem domus, qua nulla proclamatio, nullus poterat gemitus audiri, rapuit, abduxit. Ibi uerberibus, ignibus, omni crudelitatis arte consumpsit. Quis unqu

unquam Iudices peius de innocẽtia temporũ, de sacris meruit affectibus? torsit filium, ut probaretur incestum, occidit ut crederetur. Ponite nunc ante oculos Iudices duorum parentũ confessionem. Mater exclamat, filium amaui: pater dicit, occidi. Nefas est utrunque putetis innocentem. Iam quidem nocentissime senex grande deprehensæ feritatis indicium est, quòd cum filium occideris, ut interrogeris expectas. Non erumpis ab illo secreto tuo terribilis in publicum? & homo filij cruore perfusus, non proclamas? non deos homines q; testaris? non occidis & matrem? Scilicet modestia te scelerum tuorum quammaximè decet, & ideo tibi relinquis unde sis quietæ patientiæ. Miser parcis uxori, coniugales deos, & lectuli iura reuereris. O quàm non habet nec quod mentiatur! Malæ tractationis agimus. Placet ergo Iudices, ut illa uoce qua matrimoniorum conquerimur iniurias, gemitu quo corporum contumelias, damna, cultus, & negatos in publicum deflemus egressus, orbitates ac liberorum suprema plangantur? Quid tamen facere uultis miserum dolorem, si non habet aliam sexus hic legem? si intra iuris huius angustias omnis nuptiarum querela constricta est? Mater quæ de morte filij maritum malæ tractationis accusat, non uindicat, sed probare contenta est quòd non debuerit occidi. Omittamus paulisper Iudices orbitatis tristissimæ dolorem, & in parricidio malæ tractationis reddamus aliunde causas. Ita non iuste quereretur uxor, si diceret: adulterium de me facilè suspicatus es, citò credidisti? Matronalis pudor tutelam non ex sua tantùm innocentia habet. infirmitas huius sexus non potest totam improbitatis existimationem debere tantum moribus suis: omnis in fœminas uenit maritorum prædicatione reuerentia: omnes sermones originem de uestris pectoribus accipiunt. Tristior uultus, querela, fastidium, satum est coniugij. De pudore pronunciat,

mittit in ora populi, mittit in fabulas. hoc proxima ministeria narrant, hoc exteri putant. Nemo petore exemplo temere de uxore credit quàm cui omnes crediturι sunt. Sane faciat uos pronos ad suspiciones nimia charitas, & ex impatientia diligendi plerunq; desecẽdat, ut credas facilè quod timeas. Furtiua stupra, raptosq; concubitus obijciat uel falso maritus, fas est, fieri solet, parcius tamen si iam sit & mater, si in fidem castitatis uxoria fœcunditate proficerit. Quid si sit tam iuuene quoque filio seuera? iam nurum nepotesq; prospiciat? Miseremuni temporum, ne alienæ innocentiæ interpretationem de suis quisq; moribus trahat. Incestum posse fieri pater hoc solo uult probare, quòd filium potuit occidere. Rumor, inquit, fuit. Est hercules cui contra rerum naturam, contra parentes liberosq; credatur. Rumor fuit. Hoc ergo sic audiemus, tãquam si diceres: conscius detulit seruus, nunciauit ancilla. improuisus astiti, dum non timeor aduenι. Rogo Iudices, utrum credibilius putatis incestum de matre, an de rumore mendacium? Rem impudentißimam populus loquendo fecerat, nisi pater credidisset. Peßimum Iudices humanarum mentium malum est, quòd semper auidius nefanda fingũtur: nec usquam se maius operæ pretium putant maligni facere sermones, quàm cum incredibilia quasi deprehensa narrantur. Necesse est contentiosius loquaris, quod probare non poßis: & affirmationem sumit ex homine, quicquid non habet ex ueritate. Est tamen hoc iniquißimum de loquacitate populi, quòd plerunq; famam accendit contentio non credentium. Materiam muraris rumoris, de qua nemo nec sibi credit? quàm qui narrat, aßignat alij? Rumor res sine teste, sine indice, res ex incertis improbißima, maligna, fallax, & simulis silentio tuo. Quid & ipse de rumore senseris, uis breuiter probem? Tormẽtis quærẽdũ putasti an uerũ diceret. Sanè sit aliqua publici sermo-

sermonis authoritas in illis, ad quæ fas est populi peruenire notitiam. Video cur adulteria proferantur in fabulas: explicãtur per ministeria, per consetos. habẽt inconsulta gaudia. Pars uoluptatis uidetur esse iactatio. Facinus uerò, cui si fas est, ut illud humanæ mentis capit audacia, circundatur undiq; nox profunda, densior caligo tenebrarũ, quod nocentes suis quoq; oculis fatentur: non seruo, non creditur ancillæ. Quid internunciis, quid opus est ministerijs? sufficit animus duorum, explicat omne filius materq; secretum. Incestum tanto incredibilius est, quanto & de illo plures loquuntur. O misera cõditio sexus, cuius ipsæ plerunque uirtutes, fabulas parant. Cur ista nullis in publicum gaudet egreßibus? Vnde aduersum omnes tam rigida conuersatio, tam seuerus affectus? Nihil concupiscit, nihil ergo desiderat? Filius poßidet cuncta tempora, uniuersos occupauit affectus, filius matris tota iactatio est. Rogo, nunquid adamauit? Mihi credite, nõ est nefandorum ista simplicitas. da ut sit hæc inter matrem & filium conscientia, parcent oscula palàm, abstinebunt coram patre complexibus, omnis familiaritas substringetur in publico. sermones, occursus, coram seruulis libertisq; uitabunt, & maximi sceleris ardor capiabit affectare grauitatem. Elige parricida quod uoles, incestum diligens suspectum non erit, negligens deprehenditur. Sed quid ego sic ago, tanquam inauditum, incredibile scelus. locutus sit populus? Teneo in hoc sermone facinus unius mali mariti. Non interest incestum de uxore fingat, an credat. Quid, iste ergo nõ timuit tam nefandæ rei famam, nec ad aures patris peruenire rumor erubuit? Dißimules licet, à te malignitas accepit ortum. te secutus est quisquis hoc ausus est narrare, proferre. Da bonum patrem, bonum maritum, dicturum me putas, non credet? Nescit esse rumorem. Ite nunc Iudices, & adhuc dubitate quis famæ fuerit author, cuius pa-

ter agit causſam. Specioſus, inquit, fuit. Non magis hoc facinus in matre eſt, quàm crimen in filio. Specioſus fuit. Vt hoc obijci poßit, ut debeat, adijce, & adulter & raptor, in illa matrona maritali dolore penè perculſus, in illa uirgine publica ſubclamatus inuidia: quanquam hæc quoque intra notos diſcurrunt iuuentutis excurſus. Quid ais? ab inceſto libidines cœperunt? hoc primum unquam iuuenis admiſit? hoc ſolum argumentum ſumis ex forma? Dic potius, deprehendi iuuenem mihi uenena miſcentem, in necem meam conſcientia ſceleris eſt armatus. Infinitum eſt quantum debeat antè feciſſe filius, ut de illo inceſtum pater ſibi credat. Specioſus fuit. Quis enim non eſt formoſus filius matri? Amant debilitates, amplectuntur illum morborum ſuppliciorumq; pallorem, & in ui res charitatis acreſcit ipſa miſeratio. Non impedit ægræ pietatis animum deformitas, pulchritudo non auget. Amare liberos unus affectus eſt. Liberi, marite, liberi non amantur oculis, non complectitur mater ore, non uultu, ſed eſt in filio matri neſcio quid homine formoſius. Poßit forſitan nouitas ſolicitare uiſus, expugnare mentes: in matris aſpectu coaleſcit infantia, pueritia conſurgit, iuuenta ſurrepit, ſpecioſum ſuum quotidie uidet, miratur, amplectitur. Quæ tandiu amauit, quando incipiet amare deſinere? Non eſt opus nocentiſſime ſenex ad hoc nefas charitate, ſed amentia, ſed furore. Vt in iuuene ſuo mater poßit concupiſcere quòd formoſus eſt, oderit oportet quòd filius eſt: & adeò ſacris affectibus non adiuuatur in facinus, ut ad illud niſi per oblitionem ſui tranſire non poßit. Quid quod & incredibilius eſt, quòd parem duorum poſcit inſaniam? & ad inceſtum opus eſt ut adamet & filius, non ut adametur ſolum. Ab utro denique uultus incepere preces, uenire ſermonem? Audebit hoc rogare filius matrem: mater hoc impetraturam ſe ſperabit à filio? Hunc animũ tuum

tuum ſenex, quo cum maximè taces (ſi non eſt callida, nõ maligna ſimulatio) de fide tanti ſceleris interrogo, an poteſt mater admittere quod loqui non poteſt pater? Specioſus fuit. Libet interrogare hoc loco omnes humani generis affectus. Placet ergo, ut ſi filio obtigerit indulgentior facies, uultus erectior, refugiat mater amplexus? Si uirginem uſq; ad notabilem ſpeciem natura formauerit, timeat oſcula pater, horreatq; cõtactum? Dij deæq; malè perdant tam impudentes ſolicitudines, tam nefarios metus. Propè eſt ab inceſto, timere ne fiat. Malo ſimplicitatem, quæ non uereatur infamiam: malo nudos affectus, inconſultamq; pietatem. Nihil de ſe fingi, nihil credat poſſe narrari. Teneat inſatiabiliter, auide: tanti fama non eſt, ut amet filium mater ſolicitudine pudicitiæ. Me quidem marite ſi quis interroget, omnes matres liberos ſuos tanquam adamauerint, amant. Videbis oculos nunquam à facie uultuq; deflectere, comere caput, habitumq; componere, ſuſpirare cum receſſerit, exultare cum uenerit, conſerere manus, pendere ceruicibus: non oſculis, non colloquijs, non præſentiæ uoluptate ſatiari. Hoc eſt ergo in tam nefanda ſuſpicione ſæuiſſimum, inceſtum non poteſt fingi niſi de optima matre. Execrarer mehercle Iudices, ſi crimen iſtud clarius obieciſſet filio pater, ſi uſque ad uerborum proceßiſſet amentiam. Nemini minus fas eſſe debet credere inceſtum, quàm qui propter illud paratus eſt filium occidere. Quid quòd non credis tantùm nefande, ſed quæris? Itu tu non times monſtri huius agitare ſecretum? Populus loquitur inceſtum, ſed tu nega. Ciuitas infamat: tanto magis oſculare unicum: & coniugem tene: pariter duos circa tuum ſtringe complexum. Prò inaudita feritas: in patri non ſufficit non credere inceſtum, quod non poteſt probare? Ferrem tamen adhuc ſuſpiciones tuas nefandiſſime ſenex, ſi diſſimulanter indicia tanti ſceleris agiteſſes.

Obſcura

Obserua sermones, secreta custodi, omnium dierum noctiumq; momentis sagax scrutator insiste. Quid tibi cũ abruptis? quid cum supremis? Incestũ iam credas oportet ut torqueas. At tu, prò nefas, uerberibus, ignibus, & tota crudelitatis arte scrutaris rem, de qua nõ deberes interrogare seruos, de qua uernilium quoq; corporum patientiã petulanter excuteres. Lamminas accẽdis, equuleos moues, & parricidio suspicaris incestũ. Nescis quod præceps, quod abruptum tam nefandæ diligẽtiæ furore commoueas? Pater qui de incesto filiũ torquet, non est neganti creditur us. Omniũ quidẽ Iudices incertorũ suspiciones peßimè semper à corporibus incipiunt, nec bene de cuiusquam moribus illam partem hominis interroges, quæ non animo sed dolore respondet. Nondum dico quem torqueas, quis inter equuleos ignesq; ponatur, cuius arguta prius indicia præcedant: nouissimum debet esse, quicquid torquet & punit. Fidem hominum deorumq;, ne grauitatẽ putetis à nouißimis ultimus q; cœpisse. Nõ habet probationem facinus de quo pater non potest alium torquere quàm filium. Video qua poßis ratione defendi, si omnia ante feci sti, ut incestũ aliter erueres. Quid ais? Interrogasti seruulos, non potuit conscius inueniri. Exquisisti ancillas, non apparuit munistra flagitij. Nõ obscœna literarum commercia, non fatentis deprehendisti nefande blanditias. Nihil iuuenis maritus, dominus, pater. I nunc & dic scisse rumorem, sed ut torqueas: ducatur tamen quæstio per coniugis ministeria, per filij seruulos, in illa potius ultimate desæuiat. Prius est ut repudietur uxor, ut diuortio fiat in domo grande secretum. Excedit omnem immanitatem, filium ideo torquere, ut scias an innocens torqueatur. Vnicum pater ignibus uerberibusq; interrogas, rogo quid facturus si pernegauerit? Videlicet ut laudes, deinde dimittas, ut amplectaris peruста uitalia, & laceri pectoris uulnera pictati rursus admoueas.

ueas. Solus supereſt pudor homini qui torſit unicum, ut torquere debuerit. Faciat te neceſſe eſt res iſta peßimum patrem, & oderis oportet filium, cui ſatisfacere non poßis. Iam iam malo uenena, ferrum, ſubitos ictus, improuiſamq; mortem. Inceſtum qui non credit, torquere non debet: qui credit, ſtatim debet occidere. Quòd ſi tormenta etiam filij placent, ſi præſtanda eſt ſatisfactio tam nefandi rumoris, exigo ne perdas quæſtionem: in media ciuitate, in ipſa conſtitue fama, aduoca illos malignos, illos loquaces, & ſeculi rem exquire audiente populo. Coram omnibus torqueri debet, de quo loquuntur omnes. Interroget quiſq; quod uolet, ſuis auribus, ſuis credat oculis. Cur in abditam ſemotamq; partem iuuenis abducitur? Secretum quæſtionis nec inceſto filio debetur, nec innocenti. Dabo adhuc inter ſecretũ publicationemq; temperamentum. Aduoca propinquos, adhibe amicos, circumpone iuueni ſerios ſenes, interſint magiſtratus, aßiſtant quibus habere poßit ciuitas fidẽ. Præſtare debes aut tibi ut probare poßis, ſi cõfeſſus fuerit: aut filio, ſi pernegauerit. At tu nefande, crudelis, tollis quæſtionis alterã partem, efficis ne poßit amplius innocens eſſe qui tortus eſt. Quid agunt cõtra populũ tormẽta ſecreta? Prædico, teſtor, iterũ dantur malignis alimenta ſermonibus, & à queſtione ſepoſita in maius reditur incertum. Coram omnibus torquere debet filiũ pater & qui uult abſoluere, & qui eſt paratus occidere. Non uultis Iudices ad facinus indigniſſimæ quæſtionis accedat, & quòd ipſe torſit filium pater? Adeo'ne non potuit libertis aut ſeruulis neceßitas iſta mandari? nõ carnifex potius adhiberi? Pater in tormentis filij non auerſos tenuit oculos, ipſe ueſtes ſcidit, uelamenta lacerauit, manibus flagella cõcußit, renouauit ignes, & mori filium contentione nõ ſiuit, diduxit os quod iam ſuprema claudebãt, fouit animũ, ut longis cruciatibus patientia ſufficeret. O dignũ patrem,

patrem, cui dicat inocens filius, feci. Non mehercle improbè mihi proclamaturus hoc loco uideor, hominẽ qui torquetur in matrem, debere corã matre torqueri. Cur excluditur infelix à sua cauſſa, à ſua quæſtione? Adhibe ſpecioſis cruciatibus hanc nimis amantem: huius gemitus excipe, huius ſuſpiria oculoſq; cuſtodi: ſi quod facinus admiſſum eſt, torquebis quidem filium, ſed fatebitur mater. Irrumpere me tum maximè puta in illud tuum parricida ſecretum, injicio properanti quæſtioni manum, inhibe ictus, ſubtrahe paulisper ignes. quicquid eſt quod eruiſti, profer in medium, memento te feciſſe de filio propter quod tibi non debeat credi. Quid ſpiritum dolore præcipitas? Quid miſeræ interualla patientiæ pertinaci crudelitate continuas, ſi fruſtra tibi ſufficere credis quod audieris, nunciare, proferre? Inceſtum ut credatur, ipſe debet audiri. Mirabar & ego Iudices ſi tam nefanda quæſtio alium exitum potuiſſet habere, quàm mortem. Hic eſt parricidij pudor, ſic deſinunt quæ incipere nõ debent. Facinus quæſtionis, operis ſcelere maiore, exire tibi uideris per orbitatẽ. Scimus unde uenerit iſta cõtentio, nihil extorſit ſæuitia miſero. Vincit torquentem qui occiditur. Iam iam non miror, quòd poſt iſta non habes uocem, uerba non inuenis. Vnicum ſine teſte laceraſti, unicum occidiſti, ſoli tibi deinde notum uis uideri celare facinus, & in parricidio quæris aliunde triſtitiam. Præpoſtera res eſt filium occidere, deinde erubeſcere. Fas non eſt non eſſe notum, propter quod ſe parricida putat innocentem. Eligas utrum uoles, aut tormenta damnes neceſſe eſt, aut ſilentium. Quod non debet indicari, quæri non debet. Poßis uideri fortaßis crudelißime ſenex ſilentium filio præſtare, ſi uiueret. Conſumpta eſt paterni nominis religio, omnis pietatis ſublata reuerentia. Si hoc ille meruit, & parum in queſtione, parum ultionis in morte eſt. Vindicare uis cõfeßionem? traduc cadauer, &

uer, & ſuper illa uulnera omnes pone cauſſas. Non eſt eiuſdẽ fateri cur torſeris, & tacere cur occideris. Quid ais ſeueriſſime parricida? Filium conſumpſiſti per flagella, per laminas. Potes agere, uiſcera de tuis concepta uitalibus, ſanguinem qui de tua fluxit anima, non inſania, non furore, ſed (quantum uis uideri) conſilio, grauitate laceraſti. Potes tacere. ſuper uulnera unici, ſuper exutos artus metuendus aßiſtis, & cauſſas quærente matre, quærente populo, hoc ſolũ dicis, occidi? contenta eſſe debet incerto? Interrogari nunc te marite credis à matre ſola? cauſſas mortis illius repoſcit ſolicitudo generis humani. Stant circa liberos attoniti parentes, horret inuicem ſe charitas fraterna complecti, rupta eſt illa oſculorum inter ſoceros generoſq; ſimplicitas. Quouſq; nos cum ſilentij tui interpretatione committis? Si nihil factum eſt quod debeat erubeſcere temporum pudor, quid ſibi uolũt uerba media, ſuſpenſa? Si nefas prodigioſis ſimile fabulis deprehendiſti, miſerere, ne ſis una morte contentus. Inceſtã grauius odiſſe debes, quòd & uenit in fõrum, quòd audaciam innocentis imitatur, & tacenti uidetur iraſci. Cum filium propter rumorem torſeris, propter tormenta occideris, non eſt media res, ut neutrum ſciamus. Mater quidem Iudices innocentißima hoc complorat, hoc ferre non poteſt, quòd nihil parricida reſpondet. Sed nobis uidetur iam iam eſſe dicturus. Non fallit nos nefande quid captes, hoc quòd ſupra ſilentium trahis alta ſuſpiria, quòd prorumpenti uideris exclamatione deficere, mendacio paratur authoritas, & in fidem crupturæ uocis affertur, ut fateri uidearis inuitus. Dic tamen, par eſt huic rei matris integritas ut mentiaris? O quanto nunc dolore torqueris, quòd inſtantem non potes aliqua truci proclamatione diſcutere. Non uerba tibi contra miſeram, ſed argumenta deſunt: non uoce, ſed probatione deficeris. Quod ſolum datur,

relinq

relinquis infamiæ, & nos cum perpetua sermonum malignitate committis. Qui interrogantem nec damnat nec absoluit, rumore contentus est. Modestiam mariti pariter & patris accipite. De muliere quæ conuinci nō potest, sufficere sibi putat ut incesta credatur. Quis unquam tam nefandas artes, tam cruentum deprehendit ingenium? quia non potest probare quod dixerit, captat ut credatur quod non dixerit. Dissimulas, taces, sæue, crudelis? inuenisti tormenta patris. Audi quid misera simplicissimo dolore proclamet. Non efficies, inquit, callidissime parricidarum, ut non audeam cadauer amplecti. Ego uerò incesta sum si possum moderari gemitus, comprimere lacrymas. Coite in funus omnes liberi, omnes parentes, custodite planctus meos, obseruate suspiria. siquid feci, siquid admisi, fatebor. Ecce supra lectulum effusa feralem, laceros artus & perustum complexa corpus exclamo, Teneo unicū meū, uelit nolit inuidia, meū misera formosum. Hoc erat quod infelicissimam matrem ultra solitæ charitatis exagitabat affectus, amabam marite periturum. Infames quantumlibet hanc impatientiam, ego mihi uideor defuisse, cessasse, multum de lætitia, multū perdidisse de gaudijs. Nemo unquam filium nimis amauit. Excuso tibi, inquit, iuuenis innocentissime quòd supremis tuis nondum præstiti misera comitatum. Viuere quidem te defuncto continuò non debui, sed mori marito tacente non potui. Rumpam tædium lucis inuisæ, sed prius licuerit coram ciuitate manibus tuis iusta persoluere, cum damnato supra callidissimum silentium parricida, nihil te dixisse constiterit. Ignosce quòd ad iudicium istud orbata duraui. Timui ne si ad exitum impatientia, si præcipiti pietate properassem, facerem alium parricida de mea morte rumorem.

EX

EX SVPERIORE ARGVMENTO, DECLAM. XIX.

Pro Viro contra Vxorem.

DEBEBATVR quidem tristissimæ orbitatis mœro pudori, ut iā taceremus omnes, & post tam prodigiosas rerū sermonumq; nouitates, oportuerat hoc esse nouissimum de malis infelicissimæ domus, quòd occidi filium pater. Sed quoniam mulier immodici semper affectus, super cūcta quæ uel passus sum paulò ante, uel feci, reatus quoq; me dolore concussit, ueni petiturus à uobis ne me scientem silentium contētioni præstare credatis. Non quia occidi filium taceo, sed occisus est ut tacerem. Vtinam Iudices negare possem quòd occidi: utinam totum miseræ necessitatis ordinem fas esset intrare, & oris huius premere secretum. Miratur hanc aliquis patientiam meam? Ardor ille qui me modò impegit in filium, ipsa sui immanitate consumptus est. Quicquid erumpere posset in proclamationem, parricidio peractum est, in orbitate conticuit. Non habeo affectum, nisi quo cuncta tantum patiar, audiam, feram. Vtrunq; de filio fieri non potest, ut & occiderim, & fatear cur meruerit occidi. Quapropter Iudices satis admirari, satis stupere nō possum, quòd mulier cuius præter optimam sanè conscientiam, sexus quoque maiorem malis nostris pudorem præstare debebat, tacere non potest silentium meum. Nouo quinimmo fabuloso; secum impatientiæ genere dissentit. Queritur de populo quòd loquatur, de patre quòd taceat. Nec contenta confessione mariti, nihil se dissimulare, nihil scire reatus authoritate testantis, mauult de silentio meo facere secretum orbitatis. Istud amentia sit an innocentia, perditus dolor uiderit. Ipsius animus potest scire

Universidad de Deusto Biblioteca

quid filius meus dixerit, quæ me putat habere quod dicam. Fidem igitur uestram Iudices, ne uos orbitatis miseratione confundat sola mater, ne'ue maximæ calamitatis ibi tantum putetis resedisse sensum, unde uos lacrymæ gemitusq; conueniunt. Mei magis debetis in uxoris comparatione misereri, qui filium & perdidi, & occidi. Ego sum infelicior ex parentibus duobus, qui quicquid Iudices ista complorat, & patior, & feci. Felicem ignorantiæ conscientiam matris, qua sufficit interrogare. Maior me impatientia, maior urit affectus: cur filium occiderim, indicare nõ possum, nec pœnitet quòd occidi. Infelix senectus, misera patientia, sic quoque quàm multa dicenda sunt? Fuimus quõdam, Iudices, fuimus felicißimi parentes, cum adhuc rudis unici nobis blandiretur infantia: durauitq; domus tota prosperitas, quandiu pariter fruebamur, pariter dileximus, quandiu ciuitas de nobis hoc solum poterat loqui, filium nos habere formosum. Vt uerò in eam adoleuit ætatem, in qua corporalibus bonis iuuentus insolenter exultat, superbus atq; arrogans, in nullum uitæ genus, non in priuatos, non in publicos actus florentem duxit ætatem. Dij immortales, quantus qualisq; circa iuuenem rumor ingemuit! omnium maledictis succlamatus, omnium denotatione damnatus est, donec & ipse consensum circa se publici doloris agnosceret. Inde rarus in publico, & tanquam patris occursus, tanquam ciuitatis ora uitaret. Non est leue concipere uerbis, in quantam ciuitatis execrationem, in quantam culpam iuuenis inciderit. Dictus est occidere posse patrem, dictus est dignus quem posset etiam pater occidere. Quid facerem Iudices infelicissimus senex? iam iam non euitabat fama nec patrem, iam meis auribus nemo parcebat. Interrogare non audeham, dißmulare non poteram. Fallitur quisquis me putat quicquam fecisse consilio: impetus ac temporis ipsius nescio quis ardor explicuit.

cuit. Præparari filio tormenta non possunt. Est in miseris penatibus pars remota, seposita, profunda tenebris, tristis accessu, omnibus apta flagitijs, & in qua audeat facere facinus & pater. Illò fateor dum me uariæ cogitationes per totius domus spatia circumagunt, quantum intelligere licuit, improuisus adueni. Et ille quidem ad conspectum meum tanquam deprehensus ostupuit, refugitq; trepidus, puto ne quærerem caussam. Irrumpo festinanter, auide, sine liberto, sine seruulo, sicut me deprehenderat temporis illius fatum, manibus, ictibus, & quæcunque ex obuijs dolor in telorum transtulerat usus, ultra uires senectutis aggressus: ignes ex proximo raptos, uerbera quæ casus obtulerat, non diuiso dolore, non per partes, non per interualla suspenso, sed semel, sed pariter inuado. Pars secreti fuit, ut ipse torquerem. Dij immortales, quæ contumacia, quæ fuit illa patientia, cum domi torqueretur à patre, non inuocare matrem? Non repugnauit iuuenis, non opposuit manus, nullum implorauit auxilium. Mersis tantum deiectisq; luminibus, tãquam unquam flagella sustinuisset, tanquam meis torqueretur oculis, omnes ictus excepit in faciẽ: uerberibus, ignibus, laudatos uultus, uelut illis irasceretur, opposuit. Reddo testimonium nouißimum pudori, cum iam mori uellet, occisus est. Laudo Iudices patiẽtiam matris, cum & ipsa semper plurimum esset domi, & ab illo secreto fortasse non longè, interuenire noluit, interpellare non ausa est. Sed & manibus meis gratulor, quòd non propinquus aliquis, non amicus irrupit. occidissem quisquis me tunc ausus fuisset interrogare pro filio. Sepeliui tamen lacera membra, funus indulsi, ossa collegi. Non iniecit uxor lectulo manum, non inter exequias planctibus elisisq; uberibus mihi fecit inuidiam. Vnde in hanc impatientiam prorupit, exiluit? domi me nihil interrogauit. Possum iam mater infelix coram libe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ris ac parentibus, possum audientibus dijs hominibusq; clamare, Et ego amaui filium meum, non osculis, non infirmitate, non lacrymis, sed uiribus, dolore, patientia. Vnicum, quem si acie clausisset hostis, uicaria morte seruassem: si subitum cinxisset incendium, extulissem relicta meorum parte membrorum: eripui malignitati, abstuli famæ. Habeo quod imputē tibi naturæ pietas. Rem difficillimam feci, quòd non me potius occidi. Malæ tractationis accusat. Adeo ne uxor tibi parum uideor dedisse pœnarum, post periculum & labores ne lucrificiat pater, quòd occidit filium suum? Non pudet ergo si iraseeris parricidæ? Quid tibi cum lege quam uos propter minores accepistis affectus? Querelas habet ista, non gemitus, & matre sepositā solam complorat uxorem. Rursus ad populum uocas miserum pudorem? materiam noui rumoris accendis? Perdidi ergo rationem secreti mei. Sic omnia feceram, ne quid aut quæri posset, aut dici. Iam uerò quid impudētius, quid indignius, quàm cum sibi de liberis credunt licere tantundem, & æquum ius patris ac matris esse contendunt, quasi nesciant nobis arbitrium uitæ necisq; commissum? Non est priuilegium, filium occidere cum fieri potest: nec quisquam tantum ideo fecit, quia liceret. Viscera unici lacerare suffeci. Ignosce, si non potes mihi credere, nemo filium suum occidit odio: non erit tanti iuuenis inuisus. Illud est in patribus usque ad parricidium terribile, quòd amant, quòd succurrūt, quòd sibi uidentur aliter non posse miscreri. Non est quod uos ab æstimatione malorum meorum mollior sexus abducat. Maioris affectus est filium occidere, quàm uindicare. Desine igitur me mulier fatigare interrogationibus tuis. Ita tibi non uidetur omnia respondere pro filio, qui dicit, occidi? Et licet comprimantur exclamationes, ora claudantur, nihil negat qui hoc fatetur. Atqui summorum facinorum ipsa immanitas innocentia

centia est. Filium pater non demens, non insanus occidi. Hominem extra sensus affectusq; positum quisquis nunc miseratur, occidit. Vides senem sanguine suo fluentem, laceratis exustisq; illis sanctioribus charioribusq; uisceribus super exanimis unici corpus cruentis manibus iacentem? Horreo cadauer, & uelut corpora quæ cælestis exanimauit ignis, audire propius timeo. Ad quædam facinora sufficit claudere oculos, uultus auertere, tacere, mirari, & incredibiles calamitates relinquere suis caussis. Miserere, ne quid amplius quæras, ne quid interroges. Dicturum me putas, parce seculo, parce marito, parce patri? Tu uerò parce illi qui occisus est. Nouum Iudices uxoris in maritum crimen audite. Silentium est de quo queritur. Solebat indignatio uestra conuicia nostra ferre non posse, & matronalis indignatio dicere uidebatur, non parcis erga me marite uerbis, nullam habet nostri tuus sermo reuerētiam, facilè prorumpis in opprobria, facilè quod libet obijcis, exclamas, & dum nimium libertati uocis indulges, potest populus aliquem de me facere rumorem. Tu mulier obijcis mihi rem quæ nulli unquam crimini fuit, solam in nostris moribus innocentiam uoce reprehensam tuetur taciturnitas. Vide cur manus, cur uerba peccare uideantur. Illis infamamus, his torquemus, his occidimus. Vis scire quàm non posis queri de silentio meo? Felicissima fueras, si idem feciſſemus omnes. Finge me paulisper sepositis silentij caussis hoc tantum respondere, non prodo secretum. Ex omnibus Iudices, quibus humana pectora serijs grauibusq; complectuntur affectibus, nullam difficiliorem quàm silentij credo uirtutem: adeoq; promptissimo sermone facilè delinquimus, ut constantiam tacendi neque in alijs ferre possimus. Crimen hoc in me mulier uocat, quod in priscis illis morum mentiumq; rectoribus fuit prima sapientia, quòd quosdam totius uitæ pertulisse patientiam ma-

Universidad de Deusto Biblioteca

gis illa misera miratur antiquitas, quàm quod temporum uices, siderum cursus, & profunda naturæ uelut conscia ratione sanxerunt. Quæ per fidem impotentia est effringere rigens sacra dißimulatione pectus? euoluere animum, quem super sua secreta compositum, non lætitia, non dolor, non neceßitas, non fortuna laxauerint? Quisquis de tacẽte queritur, multo minus ferre poterit loquentem. Nec adeò coniugali societate cuncta miscentur, ut nihil sibi aduersus hanc concordiam proprium relinquat animus. Est aliquis etiã à sanguine suo secretus affectus, genusq; reuerentiæ, ut tacenda minimè uelis scire charissimos: quædam non possis uerberibus, equuleis eruere: & plerosq; uideas fortiter super sua secreta morientes. Agedum (si uidetur) utrunq; sexum, omnem conditionem, omnem scrutemur ætatem: nullum sine conscientia pectus, nulla uita sine caußis tacendi. Si te interrogaret omnia maritus, haberes aliquid & tu quod non fatereris. Et quanto silentium grauius est in sene, uerecũdius in marito, sanctius in patre? Pudeat nos mulier infirmitatis. Vicit nos modò iuuenis ille constantia, mori uoluit ut taceremus. Vides mulier quibus intepretationibus præstes tuum dolorem? Diceris ideo me interrogare, quia scis omnia me potius pati malle, quàm loqui. Quis enim in hac ciuitate non nouit taciturnitatis meæ rigorem? Quis ignorat qua cuncta soleam ferre patientia? Ne occisurus quidem suspiria gemitusq; præmisi. Nihil feci unde erupturum quandoque in orbitatem patris animum aut tu præscio timore sentires, aut ipse periturus. Hanc nunc me iactare conscientiam putas, quòd nihil in publico, nihil in ullo mihi permisi proclamare conuentu? Ego uerò non sum questus de iuuene nec tibi, nec captaui ut illũ mecũ & mater odisset. Frustra te putas extorquere accusatione posse, quod mihi nõ ipsæ calamitates, non dolor, non meditatio orbitatis expreßit. Vras

licet,

licet, durabo, perferam. passus sum iam quod erat difficilius, occidi. Torsit, inquit, filium meum. Breuiter Iudices ratio reddatur. Infamem quid refert, an innocentem, si illud omnibus liquet? Iuuenem cunctis pignoribus inuisum, omnibus affectibus grauem maligni fecere sermones. Quid agimus animè? quemadmodum effugimus, euadimus? In tanta infamia nihil facere, credentis est. Vis me circumire singulos, reclamare populo, cum rumore rixari? Tuæ fortaßis infirmitati conueniat negare, me tantum fortior assertio unici decet. Eripiendus est non contentione uerborum, sed ut ciuitas stupeat, ut erubescat. Torquere me filium putas? Inuidiam facio populo. Videor mihi illis uerberibus lacerare famam, illis ignibus increpare rumorem. Quæstio de infami filio unam rationem habet, ut probes innocentem. Dij mala prohibeant, ut noueris illum dolorẽ, quo potest torquere filium pater. Nihil est infelicius homine, cui de unico suo mors sola non sufficit. Iuuenem in cuius animo perdiderant nomina nostra respectum, quem cotidie necesse habeamus excusare rumori, qui inter nos formosum malebat agere quàm filium, uerberibus ignibusq; consumpsi. Vis uis scire quanta tormẽtorũ ratio fuerit? Debuit etiam tortus occidi. Si tamen utique mater uis scire caussas, leniter audi. Prospiciebam miser in grande quandoq; facinus prorupturum, quòd ocio uitam, quòd desidem domi perdebat ætatem. Non peregrinationibus excolere mentem, non experiri militiam, non tentare maria, non rura colere, non administrare Rempublicam, non ducere uolebat uxorem. Præterea traxerat ex frequentibus castigationibus tædium patris, & in execrationem mei, conscientia qua non emendabatur, exarserat. Timebat occursus, non audebat adire: colloquia, oscula, conuictusq; fugiebat. Breuiter perditißimæ mentis definienda mensura est. Oderat me filius, & ti-

 mebat.

mebat. Filium igitur totius ciuitatis existimatione damnatum, quem adhuc uiuere mirabantur homines, torsisse me putatis? Ego uerò occidi, tarde, diu. Quæstionem illud uocas? Pœna, supplicium, & malorum meorum exitus fuit. Nulla ratio est interrogandi hominem, cui non est fas nisi negare. Quanta tamen mihi fuit & in quæstione moderatio? Non enim præcipiti raptus impulsu exilui repente, subitò, nec captus dolore cæco impatientiæ meæ uelox uulnus induxi. Non potest non ratione occidi filius, cum antè torquetur. Dedi moras, spatium, tempus indulsi. Vides quantam hinc malignitatibus potuerim præstare materiam? si in illo secreto, gladio tantum, si uulneribus egissem, exitum fecerat iuuenis deprehensi. Non est igitur mulier quòd mihi facias duplicatæ quæstionis inuidiam, id est quòd torsi, & occidi. Sola est huius necessitatis ratio de morte. Illud est parricidium, filium torquere uicturum. Putas iuuenem uiuere potuisse, cui iam non poterat nisi morte succurri? Quem contra malignos sermones asserere cœperam, non reddidi rursus infamiæ, neque in oculos & ora uulgi de secreto patris emisi: prouidentia mea tibi quoque mater, ne in hunc interrogetur, eripui. Ille uerò non fuit post tormenta laturus uitæ pudorem, ut interrogaretur à singulis, ut negaret. Verum mulier affectibus tuis renunciandum est, ad totius domus nostræ pertinere innocentiam credidi, ne se ipse potius occideret. Sentit iudices mulier ad ius querelæ suæ, nec quòd torserim, nec quòd occiderim, pertinere. Itaque quærit quid mihi dixerit ille, de quo nescit an dixerit. Quid ais mater impatiens? ita in morte filij tui nihil aliud ad te pertinet quàm quid locutus sit? Ita si respondero, remittis parricidium, tormenta non obijcis? O inconsultam muliebrem semper amentiam! quid iuuenis in tormentis dixerit, tanquam ignoret interrogat. nihil me comperisse non

non credit, tanquam sciat quid dixerit. Fidem communis sanguinis, fidem communium malorum, ne parricidij me uelis agitare secretum, ne calamitatibus nostris grauem facias innocentiam tuam. Viderit quid meruerit iuuenis ille, ego iam possum suprema reuereri, & post exitum unici reuertor in patrem. Maior defunctis liberis præstanda reuerentia est, nec quicquam minus conuenit affectibus patris, quàm si insultare uideatur occiso. In gratiam me cum filio reduxit orbitas, iram nostram mors seuera composuit. Quinimmo recogitanti mihi totum secreti illius ordinem, subit tacita miseratio, quantum ego debeam reuerentiam filio, quem potui torquere solus, quem potui solus occidere. Perseueras, cogis, instas? Inuicem te mulier interrogo, cur si tantopere uolebas scire quid interrogarem, quid ille loqueretur, non irruperis in quæstionem, quam nullis ministris nullis custodibus uallauerat pater? Quanto melius mater ipsum adisses? quanto fortius interrogasses una? quanto tibi plura dixisset? Quis te mulier affectus abegit, tenuit, excussit? Agnosco uerecundiam tuam: timuisti, credo, ne si in illo secreto fuissemus omnes, occidisse filiũ diceretur & mater. Instas tamen, & miseri senis ora diducis. Puta me hoc solum dicere, ex maximi facinoris cunctatione ueniens quid audierim, nondum scio: totus adhuc sum in parricidio meo, & post mortem unici omnia quibus lacer atus, occisus est, in animum meum tormenta redierunt. Est quidem difficile, ut aliquem pati pudorem parricida uideatur: ueruntamen stupore, amentia, & silentio in orbitate defeci. Ablata est mihi omnium uerborum fides, omnis sermonis authoritas: nec habet causſam loquendi, cui nõ potest credi. Desine mulier interrogare. Filium quem occidit pater, nec absoluere nec accusare tam debet. Quid, inquat, dixit cum occideres? Miseram parricidij innocentiam, quòd hoc

me non poteſtat, non magiſtratus, non propinquus aliquis, nõ amicus, non ille ſemper loquax populus ac malignus interrogat. Quieſcitis, taceti. Me infelicem, nunquid ſcitis omnes? Puta me mulier hoc tibi reſpondere, non habent increbilia nocem. Quædam maiora ſunt, quàm ut illa capiat modus ſermonis humani. Tu uerò crede nihil aliud fuiſſe quàm furorem. inſaniſſe me puta, uidebam quæ non fiebant, audiebam quæ nemo dicebat. Hoc ſolũ non inſanietis habui, quòd tacebã. Finge me reſpõdere, nihil dixit, nihil locutus eſt, nõ credis? Atqui multo minus creditura quid dixerit. Accipe mulier breuem ueramq; rationem, cur in quæſtione tuentis occiſus eſt. Torquebam, nec interrogabam. ſiqua ad aures tuas ab illa quamuis remota domus parte perlata uox eſt, meus gemitus fuit, meorum uiſcerum dolor. Quæris cur nihil dixerit? quia non habuit quod ſcire uellem, quod audire deberem. Nihil aliud quæſtio illa captauit quàm ſilentium, quod præſtare uita non poterat. Quiſquis in tormentis occiditur, ideo tortus eſt, ut occideretur. An tu quæſtionem illam fieiſſe credis, qualis uernilibus corporibus adhibetur? ideo enim equuleos mouebam artifex ſenex, tenebam fidiculas ratione ſæuitiæ, ut leuiter ſedibus ſuis emota compago per ſingulos artus membra laxaret. Conſumptus eſt ſpiritus ſilentio ſui, & uerbera igneſq; animum pariter uocemq; eluſerunt. Videbantur mihi premere gemitus, tenere ſuſpiria: & ſic nihil dixit, tanquam torqueretur ab homine qui ſciret. Miraris hanc in filio contumaciam, in iuuene patientiam? Patri torquenti non poteſt aliter reſpondere, quàm ut mori malit quam confiteri. Quod ſufficit igitur interrogantibus reſpondeo, mulier, occidi. Fallitur quiſquis expectat ut obijciamus illa communia: ego uerò proclamo, non luxuriosum, non amore meretricis infamẽ, nihil ille delinquebat quomodo

modo liberi ſolent. monſtrum erat inenarrabile, quod nollem deprehendere, quod ferre non poſſem. Miratur aliquis quòd non abdicauerim, nec notiſſima ultione patrum fecerim tantum expuliſſe contentus? Tuus mulier nefarius, tuus inconſultus non permiſit affectus. Filium cui contra ſeueritatem meam ignoſcebas, quem mecum odiſſe non poteras, ſecuta fuiſſes abdicatum. Finge iuuenem dixiſſe neſcio quid, ego audire nihil potui. non enim poteſtatis alicuius more conſederam, nec torquentibus alijs agebam iudicem patrem. Ego tunc cuncta & paſſus ſum pariter, & feci. Non uacabat aures præſtare uerbis, excipere gemitus, æſtimare ſingultus: uocauit me contentio, dolor, orbitas, parricidium: omnia facta ſunt feſtinatione præcipiti. Idem patris affectus eſt torquere ut ſcias, occidere ut neſcias. In meam, inquit, infamiam taces? Ita nunc primùm laboras miſera de fama, & poſt unici mortem pertinere ad te cœpit quid loquantur homines? Scilicet filius impenſus eſt ut erubeſceres, ut malè audires? Adeòne hoc captanti non erat ſatis rem totam commiſiſſe rumori? Ego uerò me famæ tuæ mulier oppoſui, & inter mãtrem filiumq; medius parricidium feci: unicum occidi, ne quid aliud loquerentur homines. Alioqui ſi hoc capto quod putas, quouſque taceo? in quod tempus differo illam quam me putas premere uocem? Ecce reatus iudicium pronuncio, ego tamen ſcire me nego. Egregiam rationem malignitatis: locuturus aduerſus uxorem, feci ne mihi crederetur. Fateor igitur, nihil ad certum indubitatumq; perduxi, hoc eſt quinimmo propter quod ad mortem uſque contendi. Non explicant tormenta quæſtionem, quæ occidunt. Quid, inquit, dixit? Felicem te mãſera, ſi neſcis quid dixit. Ita nõ es cõtenta conſcientia tua? nõ ſufficit quòd nõ habuit ille quod negaret, quod fateretur? Poſcis uerba quæſtiõis, cogis, extorques. Teſtor, tu facis ne poſ-

ſis neg

sis negare quod dixero. Quid dixit? parasse se parentibus uenenum: negas. Proditionis agitasse sermones: negas. Tyrannidis inisse consilium: negas. Et quicquid dixero, negabis. O bonæ conscientiæ incauta simplicitas! Ita non times ne coactus loqui multa fingã, multa cõponã? Si potes scire mulier an mẽtiar, scis quid dixerit. Quid dixit? nihil. Quid dixit? omnia. Maledixit seculo, fecit tẽporibus inuidiã. detestatus est patrẽ, conuiciatus est matri. Quid dixit? plus quàm interrogabam. Vicisti mulier obstinationem meam. Audi breue succinctumq; responsum quid dixerit: quod quæris, quod putas. O si quis in illã uos secreti nostri potuisset adhibere præsentiam! uidisses nouum genus quæstionis. stabam senex furijs monstrosæ feritatis accinctus, manibus exertis, hinc ignibus, hinc uerberibus armatus: super ora, super oculos iacentis astitens clamabam, furiose, demens, tace. Et ille uelut exustis amputatisq; per quæ dolor exit in uerba, fuit attonitus, amens. Quoties admotis ignibus ad aliquam corporis partem, totum pectus imposuit? quoties hiatu oris auidè flammas aduersus exeuntia uerba collegit? Cum uerò iam totus calor uerberibus expulsus, uiribus nouissimi doloris erumperet, pertractis ab ima pectoris parte suspirijs breuissimè collecti spiritus, ille quo redditur anima singultus, fuit simulis exclamaturo nescio quid, quod & tu fortassis audires. Occupaui fateor, & aduocatis quas iam consumpseram uiribus, manibus, telis, totoq; corpore pariter adnixus antequam mentiretur, occidi. Misera temporis illius recordatio. deficientem in manibus meis filium uidi, aspexi ora pallentia, frigidos anhelitus, interrupta suspiria, & animam magno silentio exeuntem: non tamen tormenta laxaui, non subtraxi restinxiq; flammas. Miserere mulier, ne quæras amplius uocem huius affectus. filium qui moriebatur, occidi. Non perdidi tamen, non perdidi unici mortem: fortunam

tunam non perdidi, iam me non interrogat nisi sola mater. Consiste agedum mulier loco meo, & in habitum paterni furoris accincta admoue equuleos, flagella, laminas: prædico, testor, aliter non possum loqui, aliter mihi non potest credi. Quanquam miserrime iuuenis (fas est enim iam tuos alloqui manes) exprimere mihi uocem nullus poterit dolor, quantum uolet laceret, uel occidat: uincere me tormenta docuisti. Si tamen fas est cogitationis memoria tractare uerba miseræ quæstionis, cur me coram populo magis interrogas? Eamus uxor in illam desolatam domum, in illud iam patris filijq; secretum, ibi me interroga, ibi, ubi torsi, ubi occidi, ubi adhuc forsitan filij tui uaga per mœstos penates anima discurrit. Porrigat aliquis imaginem iuuenis occisi, ponat in sinu matris illas uestes, quibus ipsa iuuenem misera comebat. Eamus ad tumulum, misceamus super busta lacrymas. Ibi aut tacebimus pariter, aut inuicem confitebimur. Iam iam miser mori possum, explicuit te solicitudo, pietas. Non scribo tabulas, testamento suprema uerba non credo, & ego moriar in tormentis meis. Illud tantum nouissimis precibus à te ciuitas, per liberos, per coniuges, per natos, à te uxor per occisi iuuenis umbram peto, à te mater, ne quid amplius quæras, tu infamiam ne dicas.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca